BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXII
E
32
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

ANNOTATIONES
PRO REGIO ÆRARIO
AD SUPREMI REGIÆ CAMERÆ SUMMARIÆ SENATUS REGNI NEAPOLIS

DECISIONES

PER LUCULENTOS TRACTATUS, ET QUÆSTIONES AD REM FISCALEM ATTINENTES,

EXARATAS,

A praclariſſimo J. C. Spectabili DOM. D. ANNIBALE MOLES, *ejuſdem Regia Camera Praſidente, poſtmodùm in Supremo Italia Conſilio,*

Apud Invictiſſimum, Potentiſſimumque Hiſpaniarum Monarcham, PHILIPPUM II. à latere Conſiliario, & demum in hoc Regno Regiam Cancellariam digniſſimo Regente.

NOSTRA ÆTATE, ANNO 1670. IN LUCEM EDITAS.

Quibus virili ſpiritu plurima, ad Regalia Jura ſuſtinenda, augenda, atque adminiſtranda, luculentiſſimè elucidantur.

OPUS THESAURARIUM

Magiſtratibus Advocatis, Cæteriſque in Foro verſantibus perutile, & jucundum.

QUATUOR IN PARTES DIVISUM.

Pluribus hiſtorico-politicis monitis, variorum I.CC. allegationibus, Cauſarumque Cameralium noviſſimis Deciſionibus ditatum.

ADDITISQUE undecim Quaſtionibus, cum ſuis Deciſionibus, ejuſdem ampliſſimi Regentis D. ANNIBALIS MOLES, *in editione prafati anni 1670. non impreſſis: Cumulatis, enucleatiſque pluribus Regia Camera Ritibus, noviſſima in eorundem Rituum editione pratermiſſis.*

AUCTORE

NICOLAO CAJETANO AGETA,

I. C. PARTHENOPÆO, ET IN SUPREMIS REGNI NEAP. Regiis Tribunalibus ſolertiſſimo Advocato.

PARS SECUNDA

CUM APPENDICE.

NEAPOLI, Ex Officina Typographica Jacobi Raillard. CIↃIↃCXCII.
SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

Digitized by Google

EXCELLENTISSIMO DOMINO

DON FEDERICO A TOLETO.

OSSORIO, MARCHIONI VILLÆ FRANCHÆ,

Et Villa nova de Valdueza, Duci Ferrandina, Principi Montisalbani, Comiti Piñaramiri, Domino Cabrera, & Ribera Cotto de Balboa, Vallis de Loſſada, & Matilla de Arzon, Commendatori de Valdericote in Ordine S. Iacobi, Sacra Catholica Majeſtatis Cubiculario, ejuſque de Conſilio Status, Generali maritimorum armorum Præfecto, ac meritiſſimo Supremi rerum Italicarum Conſilii Præſidenti.

SI quando inſolitum aliquod jubar inter Cœli phœnomena ab infimis mortalibus obſervatur; illud quidem non modò omnes pellicere oculos in admirationem ſui, ſed varia de ſe ciere ratiocinia ſolet, & diverſis rumoribus hominum mentes agitare. Non aliter accidiſſe arbitror, PRINCEPS EXCELLENTISSIME, cum noſtro olim quodam proſpero fato tuarum virtutum lux Neapolim appuliſſet: vix enim veneras: vix tuorum operum tenorem explicaras, cum ingenti ſplendore magnanimitatis, fortitudinis, prudentiæ, æquitatiſque tuæ, veluti tot radiorum fulgoribus noſtra Urbs, Regnumq; tāquā excitatum non modò oculis connivere; ſed tanta ſua ſorte elati, ſibi cives plaudere, & lætari cæperant, fauſtioreſque in poſterum dies ſibi promiſerant; cum virum ad exemplum virorum principum natum, ſuarum rerum moderamen habere conſpexiſſent. Sed inviderunt ſtatim noſtræ fortunæ Fata, & nobis oſtenderunt tantùm, non dederunt tanti Rectoris fortunam. Vix datus nobis eras; cum raperis illicò, & cum deſiderio noſtro ad alios Hiſpanicæ Monarchiæ ſummos honores, ubi tua opus erat induſtria, & conſtantia, vocaris. Senſit primò præſtantiam tuam Sicilia, & Regnum recentibus malis agitatum, non modò compoſuiſti, ſed in priſtinum ſplendorem, & tranquillitatem reſtituiſti. At non poterat te quæquam morari per Provincias Monarchiæ pars, qui toto corpori regendo provehebaris: Scilicet Regia provi-

den-

dentia, quæ ſummos homines à ſe ablegare non ſolet, ſupremo ſuo Italico Conſilio præponeris, ut qui ſingulis præſens illius membris tam ſedulò providere ſolebas, univerſa abſens regere, & moderari deberes. Dicerem autem de te, Heros Excellentiſs. cum *Plinio.* (*Nonne his tot, tantiſque meritis novos aliquos honores, novos titulos merebare?*) Si ſuum hæc ingens non afferrent verba mendaciũ: non enim nova hæc merita, non novi honores, nõ novi tituli ſunt in tua Excellentiſs Familia, cõſtant unicuiq; imagines antiquorũ, & ſublimiũ Heroũ, Imperatorum, Ducum, quos illa continua propagatione ab innumeris ſæculis prodidit. Tu verò non contentus tuorum ſummis laudibus, eas maximoperè augere, vel ſuperare contendis inclytis geſtis, facinoribuſque: quippe tuo inſidet cordi illa *Plinii* ſentẽtia: (*Ergo perpetua Principis fama non imaginibus, & ſtatuis, ſed virtute, & meritis prorogatur.*)

Plin. ad Trajan.

Parcat ergò, Excellentiſſime Vir, tua humanitas audaciæ meæ, ſi ego memor beneficiorum, & gratiarum, quas tibi omnes Neapolitani debent, minimas has tibi referre ſtudeam: nam quid aliud officioſus animus tantæ amplitudini tribuere debeat, non habet. Neque verò dubito, quin generoſa fronte obſequium addictiſſimi, licet minimi tui clientis libentèr accipias, cum ea conditio Principum ſit, ut mentem, vireſque oblatoris reputent, nõ munera; Porrò fortaſsè arridebis meo operi, ſi tecum volvas, Nos minores homines ad exemplum Magnatum Principum componi, & cum Vos ingenti induſtria ad Regiam amplitudinem armis, conſilioque incumbatis; Nos quoque veſtra moti imitatione (quos ſequi par eſt) ſi non armis, quæ non tractamus, ſtudiis ſaltem, ſcriptis, laboribuſque Minervalibus in eundem ſcopum etiàm animum intendamus. Eximium autem lucubrationum fructum ſat recollegiſſe mihi videbor, ſi, quod ex tua magnanimitate non deſpero, me inter tuos addictiſſimos famulos, clienteſque numerabis. Vale, diuque vale, benigniſſime Princeps.

Excellentiæ Veſtræ.

ANNO DOM. CIƆIƆCXCII.
Kal. Octobris.

Humillimus Servus
Nicolaus Cajetanus Ageta.

ANNOTATIONES
PRO REGIO ÆRARIO

Ad quæſtiones examinatas per Spectab. Dom. D. Annibalem Moles, Regiam Cancellariam meritiſsimum Regentem, & auctas per Dom. D. Thomam Moles eius filium, M. C. Vic. Iudicem, cum ſuis deciſionibus actitatis in Regia Cameræ Summariæ.

A V C T O R E

NICOLAO CAIETANO AGETA,
I. C. PARTHENOPÆO,
Et in Supremis Regni Neapolis Regijs Tribunalibus ſolertiſsimo Aduocato.

AD §. VII.

De Immunitate.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Annotationes iſtæ, cur adeò excreuerint, n. 1.
Immunitas, ex quibus cauſis concedatur, num. 2.

1 Materiæ, quam tractandam ſuſcepimus, dignitas, & varietas effecit, vt multa ad noſtri *Authoris* quæſtiones (tranſacto quidem ſecula elucubratas) recentiùs notata, & obſeruata, prætèr votum, ad iuſta volumina creuerint: *Et quoque tāta maris moles creuiſſet in aſtra*, *Lucan. lib.* 5. ni communis inſtituti meta nos conſultò diſtringeret; Cum nec annotatis præcluderetur occaſio aliquid aliud adijciendi; Propterea *Cicero* 2. *ad Attic.* *Quod me*, inquit, *vt aliquid ſcribam, hortaris, creſcit mihi quidem materies, ſed tota res etiam nunc fluctuat.*

2 Immunitas itàq; conceditur ob ętatem, ſexum, corporis debilitatem, numerum liberorum, paupertatem, conditionem, ordinē, dignitatem, religionem, abſentiam Reip. cauſa, & propter ſeruitiorum remunerationem, *Ludou. Carbon. de legib lib. 9. cap. 7.* quem refert *Borrell, de Regis Cath. præſtant. cap. 33. n. 40.*

Digitized by Google

n.40. Ideò vltrà notata *ad* §.1.3. & alibi, aliqua modò ſunt dilucidanda de immunitate, & iure ob numerum liberorum.

AD QVÆST. I.

De eo, qui habet duodecim filios, an, & qualitèr, quando, & quomodò ſit immunis, & quibus immunitatibus gaudeat.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

IMmunitas ob numerum liberorum, ob quas cauſas conceſſa eſt, à n.1.ad 4.

Subolis procreandæ fauor quantus fuerit apud Romanos, aliaſq; gentes, à num. 5.ad 8.

Pater vnius, duorum, trium, vel plurium liberorum. quas immunitates conſequebatur, à n 9.ad 11.

Pater habens tres liberos Romæ, in Italia quatuor, in Prouincijs quinque à tutela, vel curatoria, ſi verò quinque liberos, à perſonalibus muneribus excuſatur, n.12.et quando id limitetur, n.13.

Liberos duodecim habens ab omnibus muneribus excuſatur, reiecta contraria ſententia, à n.14.ad 17.

Io: Bapt. Thor. *occultè ex* Dom. Reg. *hic tranſcripſit, n.18.*

Immunitas 12.liberorum, an eximat etiam ab oneribus patrimonialibus? Affirmatiua comprobatur opinio, à num. 19. ad 23.

Liberorum numerus pro immunitate impetranda an poſſit componi ex liberis natis ex pluribus vxoribus, fœminis, legitimatis, naturalibus, adoptiuis, mortuis in bello, in obſidione, vel duello ob patriæ & Eccleſiæ ſalutem, & alijs, à n.24.ad 32.

Immunitas 12.liberorum.an procedat in diuitibus, vel ſi Vniuerſitas eſſet pauper, n.33. & an communicetur fratri patris immunis, & matri, n.34.& 35.

An ſit fauorabilis, & in generali reuocatione comprehendatur, vel poſſit per Vniuerſitatem, aut Principem tolli, à num.36.ad 39.

An extendatur ad bona deindè quæſita, vel res negotiationis, onera priùs impoſita, vel merè realia, vel reficiendi pontes, mœnia, & ad alia omnibus communia, aut belli occaſione indicta, à n.40.ad 47.

Et quomodò amittatur, n.48.& 49.

Immunitatis huius priuilegium, an poſſit ab alijs, quàm Regia Camera expediri, num.50.

1 IMmunitas ob numerum liberorum tribus ex cauſis conceſſa fuit, quarum duæ ſunt impulſiuæ, & ſecundariæ, alia finalis, ac principalis; Ratio autem
2 prima, quæ tantũ impulſiua dicitur, eſt, vt nõ ſolùm tàm oneroſo filio. ũ numero pater perterritus, non diſtrahatur ab aliorũ procreatione, verũ etiam, vt Ciues ad eandem vtilitatem cõferendam inuitentur, arg. *c.nuptias* 27.*qu.*1. *Ferdin.Paez de excuſ. parent. ob num liber. num.*14. *Theſaur deciſ.*267. *nu.*4.*in fin.*
3 Altera eſt ratio impulſiua, & remota, videlicèt educationis tot liberorum, vt parentes eos commodè alere, & educare valeant, *l.ſemper.* §. *demonſtratur, D.de iur. immun. Rol. conſ.*52. *num.*14. *vol.*2. *Menoch. conſ.*486. *num.*12. *Reg. Conſtant.in l.ſi quis decurio n.*34. *C.de Decur.lib.*10. *Theſaur.d.loc.num.*11. poſt alios *Marotta diſcept.for.c.*21.*n.*9.
4 Alia eſt cauſa finalis immunitatis, quam in publico fauore ſobolis procreandæ *DD.* conſtituunt, conuenit proindè Iuſtitiæ, præmium aliquod tribuere ex publico ijs, qui tàm magnum publicum commodum attulerunt *l.amiciſſimos* 36.§.*vlt. de excuſ.tut. l.ſemper.*§.*negotiatores, de iur.immun.l.*3. *& 4.de vac. mun.* Cum per eos Reſpublica repleatur hominibus, ac totius humani generis propagatio conſeruetur, quod non alia via poterat conſequi, quàm inuitando eos ad matrimonia contrahenda, *l.*1.*D ſol.matrim. l.hoc modo* 64. *D.de condit.& demonſtr.l.aſſiduis*

Digitized by Google

duis 12.*verſ.ad hæc*, *C.qui pot.in pign. l.* 1.*C.de ind.viduit.toll.l.*3.*C.de bon.libert.* *D.Laurent. Matthen de regim.Regni Valent.cap.*4.*§.*6.*num.*33.

5 Vndè Perſarum Reges, ſi quando Regnum peragrabant, ſingulis mulieribus, ad ſobolis inuitamenta, ſingulos aureos, prægnantibus verò duos dare conſueuerant, vt legitur apud *Herodot.lib.*1. & *Strabon. lib.*15. *Briſſon.de Reg.Perſar.fol.* 29. Et apud *Maſſilienſes* nemo inter ſexcentos viros, qui moderabantur Remp. creari poterat, niſi haberet liberos, & ex Ciuium ſanguine tertiam per generationem ortus fuiſſet, vt auctor eſt *Strabo lib.*4. *Geogr.*

6 Apud Romanos, vt Ciues ad ſobolem procreandam inuitarentur, inſtitutum fuit, vt qui filios ſuſcepiſſet, ad honores admitteretur; Quod etiam innuit *Cornel.Tacit. lib.*15. dùm reprehendit morem receptum admittendi Ciues ad honores, licet filios tantùm adoptiuos haberent; Proùt improbauit quoq; P. Scipio Cenſor, teſte *Gellio N.A. lib.*5.*cap.* 19. Et lex *Papia* præmium patribus poſuit, *l.bello* 18.*de excuſ. tut. cum concord. c. quadam leges* 2. *diſt.* Sicut legibus *Iulia*, & *Papia* ex teſtamento quidquam capere non poterant, qui cælibem ducebant vitam, donec *Conſtantinus* ſua conſtitutione caput illud expunxerit, quæ extat in *l.*1.*C.de infirm.pœn.cælib.*& de ea meminit *Euſeb. lib.*4. *de Vita Conſtant. Cuiac.*9.*obſeru.cap.*17. *Amaya* 2.*obſ. cap.*4. *d.m.Arniſæus de iure Connub.cap* 5. *n.*5. Confert quoque *Iuuenal. Satyr.* 9.vbi mulier maritum de diuortio cogitantem, ſic obiurgat:

Iàm pater es, dedimus quod famâ opponere poſsis.
Iura parentis habes, proptèr me ſcriberis hæres,
Legatum omne capis, necnon & dulce caducum;
Commoda prætereà iunguntur multa caducis,
Si numerum, ſi tres impleuero.

7 Et olim, qui cælibem vitam apud Romanos etiam degerent, cenſoria nota mulctabantur; veluti ingrati, exprobante Cenſore, quod natura, vt legem naſcendi, ſic & gignendi dediſſet, vt refert *Valer. Maximus lib.*2. *c* 4. & *Cic.* 3.*de legib.* Et *Plato de legibus lib.*6. ſtatuit, vt nemo ſine conſortio matrimonij viueret in Ciuitate: Proindè *Auguſtus* mulctam innuptis, & multitudini liberorum præmia conſtituit, teſte *Dione lib.*54.*&* 56.

8 Ex quibus conſtat, semper Romanos proli, ſoboliq; procreandæ maximum ſtudium impendiſſe, imò legibus *Iulia*, & *Papia* pœnis, ac præmijs inuitaſſe, de quibus multa tradunt *Iuſt.Lipſius lib.*2.*var.lect. c.*1. & *in notis ad Tacit. ſcb.*45.*Duaren.lib.* 1. *diſp.c.*40. *Connan.* 8.*comm.c.*1.*Roſin.antiqu.Rom.lib.*8.*cap.* 16. *Balduin.ad legem Iuliam, & Papiã*, latiſſimè etiam poſt alios adeundus eſt *Excellentiſſ.I.C. D. Franciſc. Ramos del Manzano Francorum Comes in eruditiſſimis Commentarijs ad leges Iuliam, & Papiam in tribus libris*, vbi plenè, ac ſcitè, omnia habentur, quæ ad eam materiam poſſunt exoptari.

9 Suſcipientibus igitur liberos, plures vacationes, & immunitates datæ ſunt. *Gregor.lib.*9 *ſyntagm.cap.*6.ſic apud *Lacedæmonios* pater quatuor liberorum erat immunis ab omni prorsùs onere, teſte *Ariſtot. lib.* 2. *Polit. cap.*6. Lex eſt *Spartanis*, vt qui tres filios ſuppeditaret, is excubijs liber eſſet; qui verò quinque, ab omnibus publicis officijs immunitatem haberet, *Ælianus lib.*6. *var.hiſt.cap.*5. *Ariſt.d.lib.*2.*cap.*7. *Gell. lib.*2.*Noct.Att.cap.*15. Fœminæ ruſticæ, habentes tres liberos, conſequebantur vacationem, ſi plures edidiſſent, liberæ dimittebantur, quod de ancillis à *Q. Numedio* Cenſore, poſteà à *Iulio Cæſare*, demùm ab *Auguſto* factum, refert *Balduin.ad §.*1.*Inſtit.de excuſ. Tut. vel Cur.* Pater trium liberorum incolumiũ à legationibus publicis liberatur, *l.*1. *C.de public leg.lib.*10. Et per legem ſancitum, parenti trium liberorum, dari alimenta puerorum de publico, donec peruenerint ad pubertatem, apud *Dionyſ.in* 9. ex quo factum, vt illud anxiè

à multis peteretur, vt conijcere licet ex *Plinio lib. 2. epiſt.* de quodam *Voconio* ſcribens, & *lib. 10. epiſt. ad Traian.* Vnde *Martialis lib. 2. epigr. 63.* in carminũ præmium petijt illud ius à *Domitiano* Cæſare:

Quod fortuna vetat fieri, permitte videri,
Natorum genitor, credar, vt eſſe triũ.

Et *Epigr. ſubſeq.* ſibi conceſſum teſtatur, ibi:

Natorum mihi ius trium roganti
Muſarum pretium dedit mearum
Solus, qui poterat ————.

Etenim quibus, fato aliquo, prouentus tot natorum negabatur, ijs Princeps iura natorum gratificabatur; Et alibi idem *Martialis* alludit *lib. 9. epigr. 168.*

Vxor cum ſit tibi formoſa, pudica puella;
Quid tibi natorum iura, Fabulle, triũ?

10 Sunt & alia iura, & priuilegia vnius, duorum, trium, quatuor, quinque, & plurium liberorum, quæ proprio libello explicata ſunt à *M. Vertranio Mauro lib. de iure liberorum*, & *Georg. Acac. Enenkel. in tract. de priuileg. parent. & liberor.*

11 Imò excuſatio munerum, ob numerum liberorum, pluribus legibus *Pandectarum*, & *Codicis* indicta eſt, *l. 2. §. 1. l. in honoribus 8. l. fin. D. de vacat. mun. l. ſemper 5. §. demonſtratur, D. de iur. immun. l. 1. C. de legation. lib. 10. tot. tit. C. de his, qui numero liber. ſe excuſ. eod. lib.* vbi *DD.* Et præter prædicta, alia priuilegia reperiũtur cõceſſa, de quibus adeundi ſunt *cit. Georg. Acac. d. tract. de priuil. parent. & liber. Marc. Vertran. d. libr. de Iur. liber. Paul. Cypræus in tract. de Connub. cap. 1 ſect. 5. Nicol. Henelius de Iure Dotalit. Amaya 2. obſ. cap. 4. & 5. Petr. Gregor. lib. 9. ſyntagm. c. 6. Dom. D Franc. Ramus in cit. comm. ad leg. Iul. & Pap. lib. 1. cap. 4. & 5.*

12 Ideò habens tres liberos Romæ, in Italia quatuor, in Prouincijs quinque vacationem à tutela, vel curatoria, cõſequebatur; à perſonalibus verò muneribus quinque liberorum numerus excuſat, *l. fin. C. de his, qui num. liber. vel paup. excuſ. l. vn. C. de ſumpt. repar. lib. 10. l. 2. §. incolumes 5. D. de vacat. & excuſ. mun. l. 2. §. legitimos 3. D. de excuſ. Tut.* 13 *& §. 1. Inſtit. eod. tit.* Non tamen à muneribus perſonalibus, quibus eſſet annexus honor, ex *l. 2. §. numerus, D. de vacat. mun.* per quem *textum* ità S.C. decidiſſe in perſonam Nobilis Sedilis Nidi, qui ad officium Decurionatus, ſiuè *Electi* à Sedili deputatus fuerat, teſtatur *Præſ. de Franch. deciſ. 65. Præſ. R.C. Ganauerro deciſ. 44. n. 6.* Nec à muneribus iàm ſuſceptis, à quibus, ſuperuenientibus liberis nõ liberaretur pater ex *d. l. 2. § qui ad munera, R. de Marin. ad Reuert. deciſ. 261. num. 4.*

14 Si verò quis duodecim liberos ſuſcepiſſet, etiam à cæteris muneribus, hoc eſt realibus, excuſaretur, iuxtà reſcriptum *Imperatoris* in *l. ſi quis Decurio 24. C. de Decur. lib. 10.* ibi: *Si quis decurio pater ſit duodecim liberorum, honoratiſsima munerum quiete donetur.*

15 Nonnulli tamen ſuſtinuerunt, non ſufficere numerum duodecim liberorum, ſed ſexdecim requiri, ex *l. ſemper, §. legem, verſ. demonſtratur, D. de iur immun.* literamq; *textus in d. l. ſi quis Decurio*, emendandam fore vult *Cuiacius in §. 1. Inſtit. de excuſ. Tutor.* iuxtà *Codicem Theodoſianum*, vbi in locum XII. ponitur XIII. & in locum XIII. ex duobus II. facto V. poni debere XVI. quod etiam defendunt *Bald. in d. l. ſi quis decurio num. 1. Rebuff. ibid. n. 1. verſ. tamen, Azor. in ſumma, C. de his, qui num. lib. lib. 10. circà princ. verſ. item à muneribus, Alex. conſ. 123. vol. 5. Io: Andr. in c. decet, de reg iur. in 6. Ferrer. ad Guid. Pap. deciſ. 401.*

At dictã *Cuiacij* emẽdationẽ, inutilẽ probat *Præſ. R. C. Ganau. dec. 41. in fin.* & ridiculam, ac indignã illi viro doctiſſimo appellat *Amaya in l. nominationũ num. 67. C. de Decur. lib. 10.* Primò, quia maior eſt auctoritas *Codicum* vulgatorum, quàm *Theodoſiani*, poſt tot ſecula è latebris in lucem emiſſi; Secundò, quia in *d. l. ſempèr, §. demonſtratur* non exigit *Imperator* tot liberos ad vacationem, ſed fuit allegatio patris, qui ex contingentia 16. filios habebat, vt facilius

ciliбs priuilegium impetraret, quod ſatis declarant illa verba *d.§.* ibi: *Tamen, quia ſexdecim pueros habere per libellum notificaſti.*

16 Alij verò diſtinguūt, vt quādo quis eſt *Decurio*, ſexdecim requiratur, ex *d.l. ſempèr, §.demonſtratur, Bald.* & *Rebuff. in d.l.ſi quis Decurio, Petr. Antib.de muner. §. 2.* quam communem fatentur *Ferdin. Paez in tract.de excuſ.parent. à publ.mun.ob n.liber.nu.25.Imol.conſ.77. Chaſſan.in Conſ.Burg. rubr.1.§.4.n.56.*

17 Alia fuit opinio magis recepta, & verior, qua indiſtinctè, numerus duodecim liberorum patrem à muneribus eximit, ſiuè ſit Decurio, ſiuè non, ex *d.l.ſi quis decurio*, & alijs *Rolād.à Vall. conſ.52.vol.2. Burſat.conſ.161.nu.1.lib.2. Cacher.conſ.6.per tot. Alex.conſ.123. Oſaſch.conſ.60.n.2.& 3. Chaſſan. d.rub.1.§.4.num.55.& ſeq. Feſtaſ.de collect.p.4.cap.3.nu.71.Franc.Viuius opin.comm. lib.1.op.226.Raudenſ.de Analog.lib.1.c.22.num.136. Carpan. ad Stat. Mediol. lib.14.tit.13.fol.79.in princ. Marc.Vertran.de iur.liberor.cap.41.Georg.Acac.d. tract.de priuil parent.& liberor.priu.20. n.19.Menoch.conſ.486.n.2.Theſaur.deciſ.267.à nu.4. Andreol.contr.283.n.2. Trentacinq. var.lib.1. tit.de iur.immun. reſol.1. Borrell.conſ.28.nu.10. Ep.Ricc. collect.1707.Paſchal.de patr.poteſt.p.4. cap.4.à num.10.*vbi *Prat.in add. Danza de pugna DD.to.2.tit.de patre, nu.12.liber.onuſto in princ. Mutius Surgens de Neap. illuſtr. in annotat. ad M.Ant.fol. 411.verſ. fiunt immunes, Io:Franc.Marotta diſcept.for. cap. 21. num.1.& ſeq.* Et ferè in toto orbe, eſſe in viridi obſeruantia, ac etiam in Regno Neapolitano, teſtantur, & fundant *Reg. Sanfelic.deciſ.391.num.6.lib.3.* vbi *Add.Iul. Capon diſcept.for.t.5.diſcept.398. nu.1.& 6.Reg.Conſtant. in d.l.ſi quis decurio, num.3.Præſ.Reg.Cam.de Ganauerr.deciſ. 41.à num.18. Author* noſter *hic à nu.2.*
18 *ad ſeq. Io: Bapt. Thor.* qui tranſcripſit hanc *quæſtionem* ipſo *Auth* non citato, *in comp deciſ par.3. ver. immunitas concedi, fol.539.*

19 Diſceptatum tamen fuit apud *DD.* an hæc immunitas eximat etiam ab oneribus patrimonialibus? Et negatiuam validiſſimis probari rationibus ait *Garon. ad Conſt. Med. lib.4.d.tit.13.fol. 94.* quas expēdunt *Ferrer.ad Guid.Pap. deciſ.401.Facbin.lib.3.controu.49.Acac. d.priuil 20.n 22.*

Affirmatiuam tamèn ſententiam rectè defendunt, *Angel. Inſtit. de excuſ. tut.§.1.in gloſ. ver.munerum, Alba conſ. 119.num.6.& conſ.794.n.5.* poſt alios *Surd.conſ.157.num.1.Reg.Conſtant.in d.l.ſi quis decurio, num.5. Paſchal. d.p.4. cap.4.num.26. Iul.Capon.d diſcept.398. num.7. P. Merolla tom.3. Theol. moral. diſp.6. de priuil.cap.3. dub.9. à num.69. Gaſp. Klock. de contribut. cap.13.sect.3. per tot.* doctiſſimus *de Luca ad Præſ.de Franch deciſ.259. n.1.& 2.*

20 Quam opinionem ſempèr ſequutum fuiſse *Senatum Pedemontanum* refert *Theſ.deciſ.267. num.4.* & etiam in noſtris Tribunalibus receptam eſse, & in viridi obſeruantia apparet, non ſolùm ex traditis per *Authorem* noſtrum hic à *num.13. Præſ.de Franchis deciſ.259. R. Reuert.deciſ.113.in princ.* latè *Præſ.de Ganauerr.deciſ.R.Cam 41.per tot.* verùm etiam, ex prouiſionibus *R. Cameræ*, ab antiquiſſimo tempore expeditis.

21 Impoſitio autem, ſiuè gabella, eſt realis, cum ex fructibus rerum percipitur, *l.munerum, verſ. præterea de muneribus, D.de mun.& bon.* latè declarat *Antibol.in tract. de muneribus, §.1. in prima diuiſione munerum, nu.6. verſ.patrimoniale,& nu.7. verſ. item ſi Ciuitas, Ferdin.Paez in d.tract. de excuſat parentum à public. muneribus ob num. liberor. num.21.Guid.Papa qu.401. Alciatus de præſumptionibus reg.1 præſumpt.76. Rolandus conſ.66.num.35.lib.1.conſ.52.n. 3.lib.2.Natta conſ.539.lib.3.Purpur.inter conſil.feudalia variorum,conſ.38.n.4. Pancirol.conſ.2.n.50. Oſaſchus conſ.60. num.2.Marcus Vertran.in tract.de Iure liber.cap.41.col.2. Marotta in tract.de collecta,ſeù bonaten.cap.1.num.9.* & in ſpecie nouæ impoſitionis præcipiendæ, quod cenſeatur munus patrimoniale, ſiuè reale rebus impoſitum, ex *textu in*

l.mo-

*l.modios,C.de ſuſcept.& Arch.lib.*10. idē *Antibol.* declarat in *d.§.2. nu.*8. & propterea, cum dicta noua impoſitio ſit munus reale, ex iuris diſpoſitione numerus duodecim filiorum ab ea exen-
22 ſationem præbet; & hoc tàm per continuas prouiſiones *Regiæ Cameræ*, quàm ex continua obſeruantia, quæ conſuetudo, tanquàm legum interpres omninò eſt ſeruanda, iuxtà *regulas textus in l.ſi de interpretatione,ff.de legibus*, & quę de ſimilibus ad ſimilia fieri debēt, iuxtà *textum in l.neque. ff eodem, Euerbardus in topicis legalibus loco* 10. *Petrus Andr. Gammar.in dialectica legali lib.2. in loco à ſimili, Petrus Henriquez conſ.14. n. 6. Decianus conſ.31.num.47.lib.1. Fuluius Pacianus de probat.lib.2. cap.12. nu.*10. *Maſcardus de probationib. concl.* 1253. *num.4. Cardin.Tuſchus concluſ.*507. *nu. 29. tom.1. litt.A. Franciſcus Viuius dec.* 255.*num.3.lib.2.Gratus conſ* 30.*nu.*31. *lib.*1. *Peregrinus conſ. 9. num. 29. lib.2. Marc.Ant. de Amato dec. Marchiæ 2. n.* 43. *Alexander Raudenſ.Piſan.dec.47.n.* 11.*par.*1. & cōſequentèr cenſetur exēptus pater à ſolutione nouæ impoſitionis ex quauis cauſa, & quouis ordine, proùt obſeruatum videmus reſpectu collectarum, de quibus loquitur *Franchis d.deciſ.*259. Imò quando iura talibus parentibus immunitatem conceſſerunt tàm à realibus, quàm à perſonalibus muneribus, generalitèr illam cōceſſerunt, vt patet ex *d.l.ſi quis decurio, l.2.C.de decurionibus lib.*10. ibi: *Honoratiſſima munerum quiete donetur*; Ergò in totum à muneribus eſt exemptus, aliàs non poſſet dici, eum habere quietem munerum, ſi pro parte teneretur, qui *textus* ſecundùm *Bartolum*, ibi intelligitur etiàm in rebus, idemq; probatur in *l.ſemper, §. lege, ff.de Iure Immunit.* ibi: *Non eſt irrationale, vt concedamus filiorum educationi, remitti tibi munera*; ſi igitur remittuntur *munera*, quomodò poterit partìm ad ea teneri? indefinita enim æquipollent vniuerſali, *l.ſi pluribus, D. de legatis 2. cum concord.* ibidem per *DD.* allegatis, & ex alia regula, quod lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, *l. de pretio, D.de Public.in rem act.*

23 Ex quibus facilis patet reſponſio ad *text.*per *cit Fachineum* in contrarium conglomeratos, quia, cum in ijs diſponatur, numerum liberorum à muneribus patrimonialibus non excuſare, illud verbum, *numerus liberorum*, eſt analogum, & debet intelligi per priùs, & non per poſteriùs, in famoſiori, & non in raro ſignificatu, *Raud. de analog. lib. 1.cap.10.to.2.* & *in appen.oper.num.2.* & ideò nō comprehendit numerum duodecim filiorum, raró contingentem, ſed numerum quinque filiorum, qui frequentiſſimus erat, ad *text. in l. nam ad ea, D. de legib.* Quod oſtendit *Vlpianus in l.reſcripto, § fin.D.de mun.& hon.* ibi: *Vt neque ætas excuſet, nec numerus liberorum, nec alia prærogatiua, quæ ſolet à perſonalibus muneribus excuſare*, vbi nota verbum, *ſolet*, ideſt de excuſationibus ſolitis, quæ ſunt perſonales, & de numero quinque liberorum ſolito, & frequente, & ità interpretatur *Papinianus in l.in honoribus, D.de vacat.muner.* ibi: *In honoribus delatis, neque maior annis ſeptuaginta, neque pater* (nota) *numero quinque liberorum, excuſantur.* Vnde nō potuit loqui de numero duodecim liberorum, qui vtpotè exceſſiuus non potuit non operari maiorem immunitatem, vt arguebat *Diuus Ælius Pertinax Imp.* allegatus à *Calliſtrato in d.l. ſempèr, §.demonſtratur*, vbi ait, *quod etſi non ab omnibus muneribus dimittit patrem natorum numerus*, vt ex *legib.* in contrarium relatis, ſubdit tamen, quod numerus duodecim liberorum excuſat ab omnibus muneribus, & ſic ei, qui ex contingentia ſexdecim liberos habens, immunitatem impetrauit, ità reſcripſit: *Tamen, quia ſexdecim pueros habere te per libellum notificaſti; non eſt irrationabile, vt concedamus filiorum educationi remitti tibi munera.*

24 Quæ immunitas procedit, ſiuè liberorum numerus componatur ex filijs natis ex eadem vxore, ſiuè ex pluribus, noſter *Author* infrà *quæſt.8.nu.*19. *Reg. Conſtant.in d.l.ſi quis decurio, num.* 28.

Dan-

Danza d.cap.2.num.23.Caluin.de æquitate lib.2.cap.128.num.159. & 160.

25 Siuè liberi ſint maſculi, ſiuè fœminæ, *Theſaur. d.deciſ. 267. num.5. Alex. Trentacinq. d reſol.verſ.primò, Io: Ant. Nouar.in d.l.ſi quis decurio, n. 3.* ibiquè *Reg.Conſtant.num.31. Paſchal. d.cap.4. num.11.Reg.Sanfel.deciſ.391.n.27.*

26 Etiam filij legitimati, *Theſ.d.loc. nu. 7.Conſ.Hodierna ad Surd. dec.123. n.5. & 6. Paſchal.d cap.4. num.16. Reg.de Ponte conſ.16. & 17.vol.1. Danza d.c. 2.num 22 Garon ad Conſt. Mediol.d.tit. 13.fol.88.in fin. Reg.Conſtant.d. l.n.30. Andreol.d.contr.283.num.7.Capon.d.diſcept.398.num.4. de Luca ad Franch.deciſ.532.num.3.* quidquid contrarium deciſum referat *Thor. in comp. dec. par. 1.verb. immunitas conceſſa, fol.262.* Cũ ſecùs ſit in obſeruantia, teſte *Reg. Sanfel.d.deciſ.391.n.28.*

27 Imò & naturales tantùm, ſecundùm *cit.Nouar.num.10.*licet alij contrarium teneant apud *P. Meroll. dict.cap.3. diffic.8.num.112.* ex eo, quia lex non intẽdit fauere turpitudini, ex *l.2.§.illegitimos, D.de excuſat.*

28 Adoptiui etiam proſunt patri, quia ſunt verè filij, & in ijs pater ſuſtinet onus alendi, quod eſt vna ex cauſis noſtræ legis, *Theſaur. d. deciſ.267. nu. 15.* & ità in Reg. Cam. ſeruati teſtatur *Reg.Sanfel. cit.deciſ. num.30.* quidquid aliter ſentiant ex *l.2. § adoptiui, D.de vac.mun. Garon. d loc.fol.87. Reg. Conſtant in d.l.ſi quis decurio, n. 29. P. Merolla d.diſp.6.cap.3.n.110. & 111.*

29 Computantur etiam liberi mortui in bello, quia per gloriam viuere intelliguntur, *§.1. Inſt.de excuſ.Tutor. l.bello 18.D.eod Ferdin.Paez in d.tract.de excuſ.parent.num.39.& ſeq. Paſchal.d.c. 4.num.13.Danza d.cap.1.nu.15. & 16. Nouar.for.quæſt.75.num 5.p.1. & de priuil miſerabil perſ.priu.105.ſub nu.17. Caluin.d.cap.128.num.139. P. Merolla d.c.3.n.83.*

30 Quod rectè etiam extenditur ad mortuos in obſidione,vel Caſtris, ſi tamen in bello ſint vulnerati, *cit. Paez d. loc.à num.41.ad ſeq.* cum comparati inter ſe ſoleant, mortuum ſtatim, & lethaliter vulneratum, *c. 1.quib.mod.feud. amitt.* ibiq; *Iac.de S.Georg.nu.18.* An idem ſit de filijs ab hoſtibus captis, vide *cit.Paez à nu.43. ad ſeq.* vbi expendit *text.in l.filium,C.de his, qui num. liber.lib.10.*

31 Quid autem dicemus de ijs, qui neque in acie, aut in Caſtris pereunt, ſed in aliquo tantùm duello ob patriæ, & Eccleſiæ ſalutem (quale fuit inter *Dauidem*, & *Goliath*) vel cum proditore patriæ ſuſcepto? Et maiorem ſanè gloriam meruiſſe fatendum eſt, ex *Frider. Iac.de Griſenthil in orat. pro immortali gloria eor. qui vitam Reip. impenderunt, pag.8 & ſeq.Harpprech.in d.§.1. Inſt.de excuſ.Tutor.n.11.*

32 De filijs verò in vtero exiſtentibus, immaturè partis, emancipatis, filiabus nuptis, religionem ingreſſis,nepotibus, & alijs, *infrà* annotabimus.

33 Rurſus militat, etiam ſi pater, & filij eſſent diuites, noſter *Auth.hìc n.10. Trentacinqu. in d. reſol. 1. verſ quartò, Theſ.d.dec.267.num.9.* non enim pater poteſt dici diues,cum tantam familiam alere, & filiabus de dote prouidere teneatur, *Caluin. d cap.128. num.256.* Limitant verò poſt *Theſ. d.l. Nouar. d. priu.105.num 18.& Danza d.cap.2. nu. 28.*quando Vniuerſitas eſſet pauper,& pater diues; ſed iſtam limitationem reijcit *R.Sanfel. d.deciſ.391. n.29.* quia fauor immunitatis,non ſolùm conceditur propter educationem filiorum, ſed ex repleta Ciuitate hominibus; imò ſi hoc admitteretur,nullatenùs immunes eſſent, dum paruæ, aut nulla Vniuerſitas eſt, quæ pauper, & mole debitorum onerata non ſit; vnde nunquàm fuiſſe id in Regno practicatum ait.

34 Prodeſt quoque hæc immunitas fratri habitanti cum alio fratre habente numerum duodecim liberorum, *Reg. Conſtant.in d.l.ſi quis decurio,n.19.*ibiq; *Io:Ant.Nouar.n.6.Danza d.cap.2.n.24. & ſeq. Caluin de æquit. d.cap.128. num. 101.& ſeq.Paſchal.d.cap.4. nu.23. Concciol.ad Statut.Eugub.lib.1.rubr.63.n.10.* quidquid aliter ſentiant *Theſaur.iun.in add.*

add. ad patrem d. loc. & cit. Garon. fol. 102. Merolla d.c.3. n.106.

35 Nec ſolùm pater, ſed & mater, etiã vidua, hac gaudet immunitate, cum non ſit diuerſa ratio inter patrem, & matrem, vt dicemus *infrà ad qu.* 8.

36 Immunitas hæc propter numerum liberorum potiùs beneficium, quàm priuilegium dicitur, ideòq; tanquàm fauorabilis eſt amplianda, tàm fauore Reipublicæ, quàm ex onere, quo hi patres grauantur, *l. hoc modo 64. D. de cond. & demonſtr. l. cum ratio 7. §. ſi plures, D. de bon. damn. Author* noſter infrà *qu. 8. num. 11. & 12. Menoch. conſ. 297. num. 19. Gabr. conſ. 161. vol. 1. Caluin. de aquit. lib. 2. d. cap. 128. nu. 2. & n. 2[illegible]. & 258. Conciol. alleg. for. 58. num. 1[illegible] & ad Statut. Eugub. lib. 1. rub. 63. num. [illegible] & 15. Reg. Sanfel. dec. 391. num. 10. Marotta diſcept. 21. à n. 49.*

37 Ità vt non cenſeatur reuocata per quaſcumq; generales diſpoſitiones; nam, aut noua impoſitio indicitur per Vniuerſitatem, aut per Principem: Primo caſu, talem immunitatem Vniuerſitas tollere nequit, imò ad ipſius obſeruantiam tenetur, vt per *Bolognin. in add. ad Ananiam in vlt. ſuo conſ. num. 7.* & ſecundùm hanc opinionem deciſum

38 refert *Theſ. d. dec. 267.* Secundo caſu, non cenſetur reuocata per Principem reuocantem quaſcumque immunitates, non obſtante quolibet priuilegio, quia per hanc clauſulam non cenſetur derogatum priuilegio in corpore iuris clauſo, *Bertach. de gabell. in 7. par. princ. num. 29. Alban. conſ. 794. n. 5. & 6. Caluin. de aquitate d. cap. 128. nu. 117. Reg. Sanfel. d. deciſ. 391. num. 8.* vbi *Seuerin. in add. Conciol. ad Statut. Eugub. d. rubr. 63. nu. 11.* Qua ratione reſpondet *Gall. conſ. 85.* ſtatutum denegans honorem Decurionatus immunibus, non includere immunes ob numerum 12. liberorum.

39 Imò per *Theſ. filium in add. ad deciſ. 267. verſ. amplia 10.* allegatur caſus fortior, fuiſſe nempè mandatum per Principem, quod hoſpitentur adhùc parentes duodecim filios habentes, & cenſuit Senatus, tale priuilegium non eſſe interinandum, tùm quia, cum ſit priuilegium in corpore iuris, nullo modo ei derogatum cenſeri poteſt per quamlibet Regiam ordinationem, *Conciol. d. alleg. 58. num. 15.* tùm etiam, quia hæc immunitas dicitur grauis, & oneroſa, nec poteſt tolli prætextu publicæ vtilitatis, vt latè fundat *Caluin. d. cap. 128. num. 163. & ſeqq.* licèt aliter ſentiat *Bald. in conſ. 312. vol. 3.* quem refert noſter *Author infrà qu. 9. num. 3.* vbi obſeruandum eſt *reſponſum* per *Nos* ibi adductum.

40 Hæc immunitas extenditur etiam ad bona poſteà quæſita, *Auth. noſter hic num. 15. & 16. Muta ad cap Sicil. t. 6. c. 31. n. 43. & ſeq. Reg. Valenz. conſ. 145. n. 31. & ſeq. Reg. Galeot. contr. 5. [illegible] 8. & ſeq. Palma conſ. 3. n. 1. & ſeq. Stephan. Garon. d. lib. 4. tit. 13. fol. 90. Caluin. d. c. 128. num. 196. Thor. in comp. dec. par. 3. verb immunitas, fol. 540. Andreol. contr. 283. num. 12.* quia priuilegium extenditur etiam ad futura, *cap. quia circà, de priuil. Berlich. deciſ. 104. per tot. Nos* ſuprà *in annot. ad qu. 1. §. 2.*

41 Gaudet etiam pater onuſtus immunitate, non ſolùm pro rebus ad vſum proprium deſtinatis, ſed etiam pro rebus negotiationis, poſt *Mauſon. Trentacinqu. & Theſaur. d. loc. Seuerin. in add. ad Sanfelic. cit. dec. 391. fol. 179. Garon. d. loc. fol. 103. Caluin. d. cap. 128. nu 96. Card. de Luca in Miſcell. Eccleſ. diſcurſ. 49. n. 19. in fin.* & deciſum refert in anno 1645. *Reg. Sanfel. d. deciſ. 391. n. 31.* & per *Arreſt. R. Cam. 97. §. 8. & Arreſt. 494. Arreſt. 490. & Arr. 636.* apud *Reg. de Marin.* Et eò potiùs, ſi vendit fructus recollectos ex proprijs bonis, erit immunis, *Arreſt. 580. Thor. in comp. dec. par. 3. ſect. 2. ver pater, qui.*

42 Minimè verò extenditur ad onera impoſita ante adeptam immunitatem, *Reg. Conſtant. d. loc. num. 11. Danza d. c. 1. verſ. vnum quæro, Nouar. qu. for. 75. n. 5. & 6. Seuerin. in cit. addit. in fin. Romaguer. in add. ad Conciol. ſuper Statut. Eugub. d. rubr. 63. num. 21. Merolla d. loc. num. 126. verſ. limitatur decimò;* Et ſic non

non prodeſt reſpectu onerum contractorum per Vniuerſitatem, antequàm exemptio patri perueniret, *Reg. Reuerter. deciſ.438. Iul.Capon. tom.4. for. di*[illegible]*.31*[illegible]*.num.37.* & ex *Arreſt.97.§.7. apud Reg. de Marin.* Nec in bonis empti ab alijs Ciuibus, quæ erant obnoxia debitis vniuerſalibus per Vniuerſitatem contractis, *Arreſt.385.*

43 Nec eximit ab oneribus merè realibus, vt ſunt onera pro rebus, puta laudemia, canones emphyteutici, decimæ, & ſimilia, vt poſt alios *Tondut. reſol. ciuil. cap.26. per tot. Petra ad Gramm. dec. 54. num.6. Andreol. controu.283. nu.15. Merolla ſupr. cit. loc. n.125.*

44 Neq; liberat ab onere reficiendi mœnia, fontes, pontes Ciuitatis, magis enim patriæ, quàm filijs debemus, *Merolla d. loc. nu.125. verſ. limitatur octauo*, poſt *Authorem* noſtrum infrà in *q.9. num.7. & 8.* de quo diximus ſuprà in *part.1.§.3.qu.11. n.14.* Eadem ratione dici poteſt, de quibus priuilegiatus eſt particeps, vt immunitate non gaudeat, vt de oneribus prædicatoris, horologij, medici, & magiſtri, quæ imponit Vniuerſitas, poſt *Nouar.* & alios *Seuerin. ad cit. Reg. Sanfel. fol.279.* Nec pro ſalario Aduocati, Procuratoris, medici, & magiſtri ſcholarum, ſi tamen medico, & magiſtro, vti velit *Thor. in comp. par.3. ſect.2. ver. Pater duodecim liberorum fol.241.* & ex *Arreſt. 97. Arr. 376. Arr.288. & Arr.318.* Nec à contributione Regij Domanij, *Arreſt.132.* & ab æleemoſyna Prædicatoris, & expẽſis horologij ex *Arr.398. Reg. de Marin. ad Reuert. deciſ.282. nu.8. in nouiſſ. edit. anni 1674.*

45 An autem hæc immunitas extendatur ad onera, belli occaſione impoſita? Acris, & frequens eſt diſceptatio; Nõnulli enim tenuerũt in tali caſu immunitatem non iuuare, quorum author fuit *Dyn. in l. ſi ex toto 8. D. de leg. 1.* & poſt alios *Rol. conſ.5. nu.34. lib.1. Theſaur. d. deciſ.267. num.15.* vbi eius ſententiam Senatui placuiſſe teſtatur, *Reg. Conſtant. in d. l. ſi quis decurio, num.44. Danza d. cap.2. num.29. Reg. Sanfelic. d. deciſ.391. nu.12. Paſchal. d. cap.4. n.28.*

46 Contraria tamen ſententia fuit plurium calculo firmata, vt magis conſona veritati, teſte *Angel. Inſtit. de excuſat. tut. §.1.* & probant *Natta conſ.539. in fin.* idem *Rol. à Vall. conſ.52. num.27. cum ſeq. lib.2. Alba conſ.794. Bimius conſil.403. à num. 59. Theſaur. iun.* contra eius patrem *in add.* vbi ità per illum *Senatum* ter iudicatum teſtatur; *Steph. Garon. in d. lib.4. tit.13. fol. mihi 96. Caluin. d. cap.128. à nu.114. P. Meroll. tom. 3. Theol. moral. diſp.6. de priuil. cap.3. nu. 114. & ſeq.* & ità in anno 1634. in noſtro Regno practicatum refert *Capan. de iur. adob. quæſt.15. n.38.*

47 In Patria Pedemontana, ex pacto inter Principem, & ſubditos, immunes ob num.12. liberorum non eximuntur à ſubſidijs, & donatiuis, quæ fiunt Principi, teſte *Theſaur. deciſ.267. n.16.* & in Delphinatu *Guid. Pap. deciſ.401.* quem referunt *Reg. Conſtant. in d. l. ſi quis decurio, num.47.* ibiq; *Nouar. n.14. Danza d. cap.2. num.30.* & ſic etiam deciſum in anno 1643. in hoc Regno teſtatur *Reg. Sanfel. d. dec.391. num.61. Meroll. d. loc. n.118.*

48 Quo pacto hæc immunitas per ſolutionem onerum amittatur, inueſtigandum remanet; Quà in re duos eſſe diſtinguendos caſus ait *Stephan. Garon. in Conſtit. Med. d. loc. fol.79.* Primò, quando immunis ſpontè ſoluit, & non coactus, & tunc priuilegium non tolli poſt alios *ibid.* Secundò, quando iuſſu Principis exigitur ab immunibus, & ſimilis eſt caſus præcedenti, nam ipſe potiùs ſoluit, ne incurreret in Principis indignationem, non autem, vt ſuo priuilegio renunciaret, *Garon. d. loc. fol.80.*

49 Amitti autem hoc priuilegium tradit *Garon. d. loc.* quando quis ſcit, ſe eſſe deſcriptum in libro onera ſoluentiũ, tanquàm non eſſet immunis, & conuẽtus ad ſoluendum non appellat, ex *Angel. & Ruin.* & alijs poſt *Bec. conſ. 101. num.10. lib.1. Gabriel comm. lib.6. tit. de iur. immun. concl. 1.* Sed quod non ſibi præiudicat pater immunis, ſi paſſus fuerit, deſcribi bona in æſtimo, vel ſol-

uerit partem, fundat *Raudenſ. de analog.cap.22.num.141.ad 145.* traduntq; *Seuerin.in add.ad Reg. Sanfel. d.l. nu.7. Romaguer.in d.rubr.63.n.24.*

50 Tandem eſt annotandum, quod huius immunitatis priuilegium ſolùm à Regia Camera Summariæ expediri poteſt, & non ab alio Iudice inferiore, *Capiblanc.de Baron.tom.2. cap.42. nu.5.* Ideò Barones in hoc ſe ingerere prohibentur, *Nouar.de grau.Vaſall. tom.3. grau.170.Reg.Sanfel.d.deciſ.391. n.32.* vbi *Seuerin.in fine add.*

AD QVÆST. II.

An immunitas duret morientibus filijs.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

IMmunitas ob numerum 12.liberorum, an duret morientibus aliquibus, vel omnibus filijs, à num.1.ad 5.

Et quid in oneribus poſt filiorum mortem impoſitis, n. 10.

Filij, an immunitate ob 12. liberos conceſſa gaudeant, mortuo patre, à n.6. ad 9.

1 AN immunitatis beneficium ob numerum 12.liberorum, duret, poſt mortem aliquorum, vel omnium? Ardua ſanè eſt quæſtio, quam ſtatuto à Bononienſibus determinatam refert *Alexand.ad l.ſi cum dotem 22.§.maritus 2.num.6.D.ſolut.matr.* & à Mediolanēſibus *Ang.Steph.Garon. ad Conſtit.Mediol.lib.4.tit.13.fol.91.*

2 Et quidem *Io:Andr.in c.decet de reg. iur. in 6. in Mercurialibus*, firmis rationibus concludit, durare etiã poſt mortem aliquorum ex filijs; quia beneficiũ ſemèl conceſſum perdurat, donec aliquæ reliquiæ extant.

3 Contrarium in puncto iuris veriùs eſſe affirmat *Alex.ad d. l. ſi cum dotem 22.§.maritus 7.num.7. D.ſolut. matrim.* illa potiſſima ratione, quod morte filiorum ceſſet cauſa, & propterea debeat ceſſare priuilegium, & cauſam exprimit *Alciat.* defendens *Alex. in reg. 1. præſumpt.36.* vt pater poſſit cõmodiùs alere filios, vbi addit, legem generalitèr loqui, & in ea filios defunctos non prodeſſe ad excuſationem, ex *l. fin. D. de vacat.mun.& l.fin.C.qui num.lib. ſe excuſ.* & hanc opinionem fortitèr defendit *Georg.Acac.Enenkel.de priuil. parentum, & liberor.priuil.20.num.52.* vbi tamen vſum, & conſuetudinem loci obſeruandam monet.

4 Non recedendum tamen eſt ab opinione *Io: Andreæ*, quem poſt alios ſequuntur *Menoch.conſ.486.n.24.Giurba ad Conſ.Meſſan.cap.18.gl.4.n.11.p.1.* & ſic iudicatum refert *Theſaur.dec.267. num.8.* latè *Steph.Garon.d.loc.fol.91. & 92.Reg.Sanfelic.deciſ.391. num.22.* vbi poſt alios *Seuerin. in addit. Caluin. de æquit. cap. 128.n.69. & ſeq. Conciol. ad Statut.Eugub.lib.1.rub.63.n.14. R.Conſtant.in l.ſi quis decurio, nu.20. C. de decur.lib.10. Ricc.collect.1707. Paſchal.de patr.poteſt.lib.4.cap.4. num.18. Thor.in comp.deciſ.par.3.verb.immunitas*, & ità per Regiam Cameram deciſum fuiſſe teſtantur *Anna ſing.241. Dom* Reg. noſter hìc *num.4.& 5.*Reg.*Reuerter. deciſ.113.* vbi Reg.*de Marin.nu.1.P.Merolla tom.3.Theol.moral. diſp.6. de priuil. cap.3.à num.82.*

5 Quod procedere etiam ſi omnes liberi deficiant, vt adhùc priuilegium duret, ex *Piſcatore Valenzuela* fundat Reg.*Conſtant.in d.l.ſi quis decurio, n.21. & ſeq.* quem refert Reg. *de Marin. d. loc.num.1.circà med.* ſequuntur *Seuerin. in addit.ad* Reg.*Sanfelic. d.deciſ.391. n.22.& P.Merolla d. nu. 82.* vbi *circa fin.* ait, *Authorem* noſtrum circà id ſine fundamento loqui; quia liberorum numerus tantùm ad priuilegij acquiſitionem eſt neceſſarius, non autem ad illius conſeruationem, ex *l.2.§. remiſit, D.de excuſ. Tut.* Cauſæ enim conceſsionis, quæ ſunt merita præcedẽtia, & quaſi remunerationes beneficij publici, nunquàm ceſſare poſsũt, cum fieri non poſſit, vt ea merita non præceſſerint,

Digitized by Google

rint, procreatio ſcilicèt duodecim liberorum.

6 Quæ concluſio, vt ſuprà firmata, militar paritèr, vt ipſo etiam patre mortuo, filij eadem gaudeant Immunitate, latè *Menoch.conſ.486.vol.5. Surdus deciſ.123.Reg.Conſtant.in d.l.ſi quis decurio, num.27.Conciol.cit.loc.num.5. Cobel. ad Bullam bon.regim.cap.50. nu.85.* vbi dicit hoc eſſe ſine dubio in Statu Eccleſiaſtico ſtante *Bulla Pij V.* & ità deciſum refert per R.Cam. *Paſchal.d.p.4. cap 4.n.21.Reg.Sanfel.deciſ.391.nu.15.* vbi *Seuerin.in add.*

7 At contrarium voluerunt *Coſta Sicul.conſ.80. num.41.* poſt alios *Andreol. contr.283.nu.9.* & contrà *Surd.* & *Menoch.* in *Senatu* deciſum fuiſſe teſtatur *Theſaur filius in add. ad Genitor. in deciſ.267.lit.F.* dicens, hanc immunitatem perſonalem eſſe, & ideò cum patris perſona extingui, quem ſequi videtur *Conſ Hodiern.in add.ad cit. Surd. num.1.& 3.*

8 Pro conciliatione tamen dicimus, primã opinionẽ intelligendã eſſe, ſi filij poſt mortem patris viritè viuant cum matre, vel nouerca, quibus defunctis militat ſecunda opinio, & ſic ceſſat immunitas, adhùc ſi fratres, ſiuè filij vnitè viuerent, & ità per Rec.Cam. obſeruari teſtantur *Reg. de Marin. in obſeru. ad cit.Reg. Reuert.deciſ.113, nu.2. Danza to.2.de pugna Doct. tit.de patr. onuſt. 12.fil.cap.2.P. Merolla tom.3.Theol.moral.diſp.6.de priuil. cap.3. nu.90. & 92.* & deciſio relata per *cit.Paſchal.* cum illa, quam de matre vidua vnitè cum filiis viuente tradit *Author* noſter infra *qu.8.*

9 Non tamen eu neſcere hanc immunitatem, per diuiſionem neceſſariã, ſi bona perſeuerent communia, cenſet *Nouar.in d.l.ſi quis decurio, nu.5. verſ.dubitari*, licet aliquis filius habitet ſeorſim pro commodiori habitatione, ex *Areſt.439.*

10 Notandum denique, quod ſupradicta intelligenda ſunt, vt non ceſſet priuilegium, quoad onera impoſita ante mortem filiorum [illegible] verò quoad ea, quæ poſt eorum mortem imponuntur, vt ex *Ripa* docet noſter *Author* hì *nu.6.* quem poſt alios ſequitur *cit. Merolla d.cap.3.nu.84.* vbi etiam ait, quod ſicut ſemèl excuſatus à certa tutela, quæ iàm ceſſauerat ob numerum quinque liberorum, perpetuò manet excuſatus ab eadem tutela, etiam mortuis deindè liberis, non tamen ab alijs tutelis, quæ poſt liberorum mortem ſuperueniunt.

AD QVÆST. III.

Quid ſi filia non ſit mortua, ſed nupta, & viuat ſeorſim à patre.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Filia nupta, & ſeorſim à patre habitans, an computetur in numero 12. filiorum? Affirmatiua roboratur ſententia, reiecto Ferdin.Paez, *à n.1.ad 5.*

Filij emancipati, an proſint patri pro immunitate 12.liberorum, n.4.

1 Diximus in *quæſt.1.* quod in numero 12.liberorum, tàm maſculi, quam fœminæ computantur: nunc quæritur hìc, quid ſi vna ex filiabus ſit nupta, & non viuat ſub patria poteſtate, ſed habitet ſeorſim à patre?

2 Qua in hæſitatione, filiam nuptam non prodeſſe patri, ſentire videtur *Ferdin.Paez in tract.de excuſ. parent. à public.mun.ob liber.num.n.66.* quem refert *Conſil.Paſchal.de patr.poteſt.par.4.cap.4. num.11.* dicens, ceſſare rationem illam educationis, nec eſſe ampliùs ſub patria poteſtate.

3 Sed clariſsimè reſpondetur, primò, quia non ſolùm conſideratur cauſa impulſiua educationis liberorum, ſed principalitèr cauſa finalis ob fauorem publicum ſobolis, ideòq; eò potiùs immunitas procedere debet, ſi vna ex filiabus eſt nupta, quæ non minùs adiectione Remp.replebit, *l.aſſiduis,C.qui pot.in pign.*

pign. l. 1. *D. ſol. matr. cum concord.* Imò educatio eſt cauſa impulſiua, qua ceſſante non ceſſat effectus, *l.* 1. *§. ſexum, de poſtul* tùm etiam, quia onus educandi quoad filios diuites, & filias nuptas durat in potentia, ſiuè in ſubſidium, *D. Io: Andr. Niger in ſua alleg. num.* 66. inſerta per *Epiſc.* Ricc. *in add. ad Frãch. deciſ.* 259.

4 Secundò, licet in poteſtate, filij non ſint, ſed emancipati, adhùc patri proſunt pro immunitate, ex §. 1. *Inſtit. de excuſ. Tut*, ibi: *Siuè in poteſtate ſint, ſiuè emancipati, Roland. à Valle conſ.* 52. *n.* 1. *vol.* 2. *Theſ. deciſ.* 267. *num.* 15. *Praſ. de Franch deciſ.* 532. *num.* 8. *Reg. Conſtant. in l. ſi quis decurio num.* 37. *C. de decur. lib.* 10. verùm *cit. Ferdin. Paez* loquitur in *ordin. regia*, §. 31. *lib.* 1. *tit.* 67. quæ neceſſariò requirit, quod ſint in poteſtate, ibi: *Todos os ditos cincos filhos em ſeu poder*, vt ibi *n.* 10. & 57.

5 Et ſic in eodem numero computari etiam filias nuptas, tradit *Author* noſter hìc *ex Boſſ. de Princip. num.* 155. quem ſequitur *Rol. à Vall. conſ.* 52. *num.* 5. *vol.* 2. & de obſeruantia teſtatur *Theſaur. deciſ.* 267. *num.* 5. *Caualcan. de brach Regio p.* 6. *n.* 400. *Garon. ad Conſtit. Mediol. lib.* 4. *tit.* 13. *fol.* 87. *verſ. obſeruandum, Andreol. controu.* 282. *num.* 5. *Caluin. de æquit. lib.* 2. *cap.* 128. *n.* 157. *Borrell. conſ.* 28. *num.* 56. *Reg. Sanfel. deciſ.* 391. *n.* 27. *de Luca ad Praſ. de Franch. deciſ.* 532. *num* 2. Et ità deciſum die o. Ianuarij 1554. in perſonam *Paulelli Papazzoli* de Caſali S. *Anaſtaſiæ*, teſte eodem *Auth.* noſtro hìc, de qua deciſione adeſt *Arreſt.* 150. apud *Reg de Marin.* & memorant *Danza ad Gramm. dec.* 1. *nu.* 31. & 1. 2. *de pugna DD. tit. de patre onuſt.* 12. *l. b cap.* 1 *n* 13. ac *P. Merolla tom.* 3. *Theol. moral. diſp.* 6. *d. priuileg. cap.* 3. *nu.* 108. v[illegible] ampliatur, idemq; deciſum fuiſſe per Reg. C[illegible] patre habente tres filias n[illegible] traditas, teſtatur *Reg. Reuerter. deciſ.* 2[illegible]1.

AD QVÆST. IV.

Quid ſi moriatur aliquis ex filijs, lite pendente, ſuper immunitate petita per patrem; & quid, filio in vtero exiſtente.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Pater 12. liberorum, an gaudeat immunitate, ſi non habeat omnes liberos viuẽtes, petitionis tempore, à n. 1. *ad* 5.

Io: Bapt. Thor. *hanc quæſtionem integrã tranſcripſit, n.* 5. *in fine.*

Et quid ſi aliquis filius moriatur, tempore, quo pater iter facit pro impetrando priuilegio, vel poſt expeditas prouiſiones pro capienda informatione, num. 6. & 7.

Filius in vtero exiſtens, an proſit patri pro immunitate 12. *liberorũ, à n.* 8. *ad* 10.

Et quid ſi paucis horis ſuperuixit, n. 11.

Partus præſumitur legitimo tempore natus, & vitalis, n. 12

Partus quinquemeſtris, an proſit patri ad conſequendam immunitatem 12. *liberorum, n.* 13.

Partus octomeſtris, an computetur in numero 12. *liberorum pro immunitate, nu.* 14. & 15.

Dilucidatur ſingularis A. Gellij *locus, num.* 16.

Partus octomeſtres, abortiuos eſſe, plurimorum rationes afferuntur, à nu. 17. *ad* 22. *ſed vitales eſſe firmatur, num.* 23. & 24.

1 HÆſitatum fuit apud *DD.* an vt pater 12. liberorum immunis reputandus ſit, requiratur ſententia, vel ſufficiat inſtantiam porregiſſe pro immunitatis declaratione, ità vt eſtò interim aliquis ex liberis moreretur, adhùc ſit locus priuilegio?

2 Dubitationem facere videtur id, quod colligit *Bald. ex l. ſpadonem* 15. § *qui abſolutus* 13. *D. de excuſ. tut.* non ſatis eſſe ad obtinẽdam excuſationem,

quod

quod conſtet,aliquo tempore antè,habuiſſe numerum liberorum ſufficientem ad prębendam excuſationem,quoniam hoc pariter ſe habet ad actum permanentem,& tranſeuntem, & æquè poſſibile ſit eoſdem adhùc viuere, & aliquos ex eis deceſſiſſe; imò ſubdit *Imol. conſ.77.* requiri declarationem Iudicis, ſaltem ſupèr facto.

3 Ex aduerſo alij tenent, ſatis eſſe, quod quandoquè fuerint viui omnes; ſtatim enim lex beneficium tribuit, eo autem conceſſo, quandiù vnus illorum ſuperuiuit,& non proſiliant ad diuiſionem, competit immunitas, vnde ſi antequàm fuerit petita, aliquis decedat, non oberit petenti illam, *Raudenſ. de analog.lib.1.cap.22.num.139. & ſeq.* Et
4 ità reperimus obſeruatum in *Repertorio manuſcripto Petri Maſturtij Reg. Cam. Præſ pag.m.213.* ibi *Duodecim filios habens, ſi declaratur, quod ſit immunis, an gaudere debeat immunitate à tempore, quo fuit effectus iure immunis, vel à die, qua fuit per Regiam Cameram declaratus immunis? Vide in Reg. comm.21 fol. 27.anni 1512. vbi extat declaratio Cameræ quòd gaudet à tempore, quo per iuris diſpoſitionem fuit effectus immunis.* Idq; confirmari poteſt ex traditis in *§.ſequenti quæſt.8 per tot.*

5 Neceſſariò tamen requiri petitionem patris volentis immunitate gaudere, & tempore petitionis omnes viuere, quia iura dant priuilegium quãdo filij ſunt ſuperſtites, & ſi aliquis pẽdente prouiſione deceſſerit, priuilegio adhuc ſit locus, vt concludunt *Ang. Steph.Garon in Conſtit. Mediol.lib.4. tit. 13 fol.8[illegible] verſ.quid ſi pater, Caluin.de equitat.lib.2.cap.[illegible]28. num. 74.* & per Reg Cam. deciſum refert *Reg. Reuert. decis.1[illegible]3 num.2.* vbi *Reg. de Marin. in obſ.num.6. & 7.* tranſcribit *apoſtillam* cuiuſdam manuſcripti, *Præſ. de Ganauerro decis.R.C.41. num.45.* & ſic etiam iudicatum in perſona *Pauli de Alphano* cum Ciuitate S[illegible] die 12.Martij 1555.memorat *Author* noſter hic *nu. 2.* quem refert, & ſequitur *Danza ad Gramm.decis.1.num.32. & 33.* & hanc quæſtionem noſtri *Authoris* integram tranſcripſit *Io: Bapt. Thor.in comp. decis. par.2. ver. priuilegium, fol.533.* vbi refert duo alia decreta eiuſdem Reg. Cam. quæ idem ordinarunt in anno 1626.& 1627.quæ ſunt *Arreſt.597.* & *Arr.598.*apud *R.de Marin.*

6 Ampliatur dicta concluſio, vt ſi pater à patria diſcedat, & Neapolim verſus iter arripiat, animo Reg.Cameram adeundi pro priuilegio impetrando, & in itinere, ante petitionem, vnus ex filijs moriatur,adhùc habeat immunitatem, quia animus patris volentis gaudere operatur, vt ipſo iure gaudeat; & pro *Nicolao de Summa*, qui ſtatim, ac *Hippolyta Caracciola* eius vxor peperit duodecimum filium, de nocte adiuit vnum ex Præſidentibus R.C. & oretenùs petijt pro ſua cautela declarari immunem, concludit *Author* noſter hìc *n.8. & 9.* quem referunt *Danza ad cit. dec.1 n.34. & de pugna Doct. tit.de patre onuſt.cap 2.nu.8.ad 11. P. Merolla tom. 3. Theol. moral. diſp. 6. de priuil. cap 3. num.82.in fine.* Et ità deciſum per Reg. Cam. in anno 1560. referente *Præſid. Ogeda* legitur in *Arreſt.232.* Et in anno 1566.vt ex *Arreſt.308.*apud *Reg. de Marin.* & ſub die 17. Nou. 1609.
7 per Reg.Cam. prouiſum fuit, quod ſi poſt expeditionem prouiſionum Reg. Cam. pro capienda informatione, aliquis filius moriatur, adhùc locus ſit immunitati, vt ex *Arreſt.577.*

8 Si verò pater habeat vndecim filios viuentes, alterum in vtero exiſtentem, quod non poſſit immunitatem petere, reſpondet *Author* noſter hìc *nu. 10. & 11.* quem ſequitur per eadem verba *Danza d cap.2.n.16. & 17. Alex.Trentacinqu.var.lib.1.tit.de iur.immun.reſol. 1.verſ.ſecundò declaratur, Reg.Conſtãt. in l.ſi quis decurio, nu 25. C de decur.lib. 10.* ibiq; *Nauar. num.18. P. Merolla cit.cap.3.n.8[illegible] & ſeq.* cum is, qui in vtero eſt, alteri [illegible] nuncatur, nequaquàm proſit. *l. qui in vtero 7. D de ſtat.hom. Thesaur.decis.[illegible]5[illegible] n.8* & apud I.C.[illegible]lis pro h[illegible]ine nõ habetur, vt sũt Papinianus *in l.9. D. ad l falcid.* ibi: *Partus*

tus nondùm editus homo non rectè fuiſſe creditur. Vlpianus *in l. 1. §. 1. D. de ventre inſpic.* ibi: *Partus enim antequàm edatur, mulieris portio eſt, vel viſcerum,* Triphoninus in *l. Cicero, D. de pœnis,* Marcellus in *l. 2. D. de mort. infer.* Sequuti enim fuerunt ſcholam *Stoicorum,* qui fętum, portionem viſcerum matris eſſe putarunt, *Plutarch. lib. 5. de Placitis Philoſophor. cap. 15. & 26. Seneca epiſt. vlt.* ibi: *Maternorum viſcerum latens onus.*

9 Attamen filius in vtero exiſtens proterit patri prodeſſe, quando ante obitam declarationem immunitatis, & poſt captam informationem de ſuperexiſtentia vndecim filiorum, & de ventre prægnante, alius ex ſupernatis deceſſit, antequàm in lucem veniat is, qui in vtero eſt, modò ille fuerit poſteà natus viuus, ſaltem iudicio obſtreticum peritarum in arte, *Coſta de retrotract. cap. 2. num. 4.* licet enim per rerum naturam certum ſit, ex muliere prægnante poſſe naſci filium, tamen niſi poſteà editus fuerit partus, non proficiet, *l. cum quidam 30. §. quod dicitur 1. D. quand. dies leg. ced. Soc. iun. conſ. 35. n. 18. vol. 2. Ildefonſus Perez à Lara in compendio vitæ hom. à ventre concepto vſque ad ſenectam, cap. 9.* exemplo etiã tutoris poſthumo dati, qui ſi interim adminiſtrauerit, & poſteà naſcatur poſthumus, ab initio tenetur actione tutelæ, *l. cum pater, D. de negot. geſt.* & ità concludunt *Steph. Garon cit. loc. fol. 88. verſ. in vtero, Paul. Bellon. lib. 2. de his, quę in contin. fiunt, c. 28. num. 1. Iul. Cæſar. Caluin. d. cap. 128. à n. 65. & ſeq.*

10 Et ità in praxi ſeruari in Regno noſtro, vt capta informatione de ventre matris prægnãte, & quod habeat vndecim filios natos, obtineat priuilegium, obſeruant *Capan. de iur. adob. q. 15. n. 34. Reg. Sanfelic. d. conſ. 391. num. 18. par. 3.* Etenim, qui in vtero eſt, poſt tempus formationis, & animationis, eſt homo viuens, & animal iuxta Philoſophorũ ſententiam, *l. 1. §. ſi quis proximior, D. vnde cognati, Tertul. in apologet. cap. 9. Lactantius de opificio Dei, c. 17. Amaya lib. 3. obſ. cap. 1. §. 13. ex num. 30. Narbona de ætate, anno 1. qu. 2. à num. 16.* Et qui in vtero ſunt, verè, ſi philoſophica principia inſpiciamus, in rerum natura ſunt, quamuis non in bonis, *Faber in Iuriſ. Papin. lit. 4. princ. 3. illat. 3.* Et I.C. mens ea ſolùm fuit, vt ex perfecta, & in lucem producta corporali ſtructura, homo propriori ſignificatione diceretur, & apud *Iuſtinianum in l. cum inter 14. C. de fideic. libert.* ibi: *Qui adhùc in ventre portaretur, & homo fieri ſperaretur.*

11 Dubitatum quoque fuit in R. Cam. Summariæ, an filius, qui paucis horis ſuperuixit, deberet prodeſſe pátri ad obtinendam immunitatis prærogatiuam, vt videre eſt apud eruditiſſimum I.C. *Camillum Borrellum conſ. 28.* vbi licet ex aduerſo diceretur, natum modicis horis vixiſſe, & proinde natum dici in octauo menſe, qui cum viuere ſecũdùm nonnullorum ſententiam non poſſit, pro nato minimè reputetur, *c. nã & ego, de V. S. Caſtrenſ. in l. vxoris abortu, n. 3. C. de poſth. hæred. inſtit. Afflict. deciſ. 236.* reſpondebat tamen non eſſe bonã conſequentiam, *non diù vixit: ergò eſt natus in octauo menſe;* Imò addimus, quod hæc ratio probaret, nec natum nono menſe, ſi ſtatim decedat, ſuccedere, quod tamen eſt contrà *text. in l. vxoris abortu,* & *in l. 3. C. de poſth.*

12 imò ſemper præſumitur natus partus legitimo tempore, *Soccin. iun. conſ. 35. n. 24. & 25. vol. 2. Burſat. conſ. 63. n. 21.* Et præſumitur vitalis, viuens per horam, *Menoch. conſ. 244. num. 7. & 39. vol. 3. Franc. Guerra conſ deciſ. n. 5.* ſed vide *Narbon. de ætate, anno 1. qu. 7.* Quo verò ad natiuitatem, ſufficit, quod viuus naſcatur, & vagitum, ſic vocem emittat, vt eſt definitum à *Iuſtiniano in l. quod certatum, C. de poſth. hæred. inſtit.* ex *Marc. Vertran. de iur. liber. cap. 27.* & alijs.

13 Vndè partum quinquemeſtrem prodeſſe etiam ad conſequendum immunitatem 12. liberorum, fundat doctiſſimus I.C. Mediolanenſis *Franc. Sadarin. in ſuo reſp. 2. per tot.* Si enim Iesu partum quinquemeſtrem naturalem eſſe, & viuere

uere poſſe rationibus, & exemplis eruditè oſtendit poſt alios peritiſſ. Hiſp. *Alphonſ.à Caranza tract.de partu c.9.* & quamuis diſsentiat *Narbona de ætate q.u.6.à nu.11.* Nihilominùs pro ſententia *cit. Caranz.* ſtat *Sadarin.d.loc.nu.18.*

14 Proùt de nato in octauo menſe, pro immunitate quoque concludunt *Reg. Conſtant.in d.l.ſi quis decurio, n.23.* contrà *Nouar.ibid.num.16. Danza d.cap.1. num.18. Reg.Sanſelic.d.dec.391. nu.19. & 20.* vbi *Add.Stephan.Garon.ad Conſt. Mediol.d.loc.fol.85.* latiſsimè *Iul. Caſar Caluin.de equitat.d.cap.128. à nu.1. ad ſeqq.*

15 Sed libet hìc nonnulla prælibare de illa celeberrima cõtrouerſia inter *Philoſophos, Medicos,* & *Aſtrologos,* & *Iuris* demùm *Interpretes* agitata, an octauo menſe nati, ſint partus naturales, & legitimi, vel violenti, & abortiui? De qua materia præter communes *Commentarios ad librum Hippocratis*, ſiuè *Polybij de Octomeſtr.partu*, abſolutos tractatus ediderunt clariſſimi, & crudiſſimi Viri *Angelus Matthæacius, Federicus Bonauentura*, ac *D.Alphonſus Caranza de Partu naturali, & legitima cap.11.de Octomeſtribus.*

16 Et quidem in pũcto immunitatis ob liberorũ numerũ, de nato in octauo mẽſe loquitur *A. Gellius lib.3. Noct. Attic. cap.16.* his verbis: *Memini ego Romæ accuratè hoc, atq; ſollicitè quæſitum, negotio non rei tunc paruæ poſtulante, an octauo menſe infans ex vtero viuus editus, & ſtatim mortuus, ius trium liberorum ſuppleuiſſet? Cum abortio quibuſdam, non partus videretur menſis octaui intempeſtiuitas.* Hæc *Gellius*, qui quæſtionem refert, ſed reſolutionem tacet; Reſoluit tamen *Gellium* interpretando *Federic. Bonauentura in compendioſo tract. de partu octomeſtri cap. 34.* dicens: *Dum quibuſdam, non omnibus octauo genitum, abortionem viſam fuiſſe ſcribit, ſatis apertè oſtendit, eos, qui tunc Romæ decernendi habebant poteſtatem, nullo pacto definire voluiſſe, octauo menſe viuum editum, ſtatim etiam mortuum, eſſe abortionem, ità vt libentiſſime in contrariam opinionem inclinauerint. Quod ſi hæc omnia animo verſemur, luce meridiana clariùs erit, præcipuum Gellij conſilium in eo capite fuiſſe, vt pro vero receptam illam opinionem (octauo ſcilicet partum humanum nunquàm edi vitalem) falſam eſſe, & grauiſſimorum Auctorum teſtimonio, & rei ipſius euentu demonſtraret;* Ità *Bonauentura*, quem amplectitur *cit. Caranza de partu cap.11.num.18.* Verũ in eo *Gellij* caſu, numerum trium liberorum ſuppleuiſſe teſtatur *Petr. Ærodius lib.2.rer.iudic.tit.4.cap.2.*

17 Partus autem octomeſtres eſſe abortiuos, voluerunt multi grauiſſimi *Authores*, varijs rationibus id firmantes, Medici ex media Philoſophia, Chaldæi ex Aſtrologia, ſeù Aſtronomia, Arithmetici ex ſua Arithmetica, & Muſica. Et primus, ac principalis *Hippocrat.in lib.de octomeſtr partu in princ. & in lib.de ſeptim. part. & in lib. de carnib. ſiuè de principijs, & in libr. de aliment.* & alij antiquiſſimi *Philoſophi*, quos refert *Cenſorin.de die natali ad Q. Cærel.c.7.ſub fin. Cælius Rhodig. lib.22. lect.antiqu.c.14. & 18. Leuin. Lemnius de occult.naturæ miracul.lib.4.cap.23. Martin.del Rio lib.1.diſquiſ.Magic.c.4. q.2.* Et ex Medicis *Galen 9.popul.par.7. textu 27. Auicenna lib.3. Fen. 21. tract. 1.cap.2. Ariſtot. 7. de hiſt.anim. cap.3. Plutarch.lib.1.de plac. Philoſoph.cap.18.* & alij.

18 Tradunt primò rationem naturalem Medici, quia ſeptimo menſe fœtus naturalitèr lucem deſiderat, & naſciturus ad partem mouetur, & quia in motu debilitatur, inde eſt, quod ſi ſequenti octauo menſe ad partum procedat, viuere nequeat; Quod comprobat *Frãc. Valleſius lib.2.contr.cap.11.* Aliam adducit cauſam *Io: Lalamant. in comment. ad libr. Hippocr. de homin. ætat.* & alias plurimas congerunt *Franc. Valeriola lib. 3. enarrat. Medic. enarr. 7. Ludou. Mercatus lib. 4. de mulier. affect. Sorapan in Adag. Medic. Hiſpan.2.p adag.1. Iacob. Guillemaus in lib.de generat. tit.de ſemine, fol. 221. & ſeq. Andr.Laurent. lib.8. de hiſt. anatom.*

cap.

cap.9.P.Lælius Biſciola lib.1. horar. ſubſeciu.cap.7.

19 Poſt *Chaldæorum* rationes, quas expendit *Cenſorin. de die natali cap.* 8. ſequitur alia aſtronomica, quia in primo menſe dominatur *Saturnus*, in ſecundo *Iuppiter*, in tertio *Mars*, in quarto *Sol*, & tunc eſt animal rationale, poſteà *Venus*, deinde *Mercurius*, poſteà *Luna*, & tunc ſi naſcatur, viuit, ſi venit ad octauum, regnat *Saturnus*, qui ſua frigiditate, & ſiccitate interficit fœtum, ſed in nono regnat *Iuppiter*, qui eſt benignus, ideò tunc viuit; *Schornerus lib. 1. de iudic.*

20 *Mathematici* octo menſes ad quemuis partum inſociabiles aiunt, ſeptem ſociabiles; Sunt autem Cęli ſigna inſociabilia, quorum vnum ab altero octauum numeratur, vnde octauò nata ob diſſidium mundi pereunt, *Plutarch. lib.5.d.cap.18.*

21 *Arithmetici* illa nituntur ratione, quod octonarius numerus imperfectus eſt, & partui inde ineptus, vt notauit *Cuiac.ad Iulium Paul.lib.4. ſent.tit.9. in §.ſeptimo menſe*, ſed & varias cauſas à Muſica, alijsq; ſcientijs Mathematicis cumulauit *Gothofred. in ſchol.ad l.ſeptimo menſe, D. de ſtat.hom.* quas ipſe meras nugas agnoſcit.

22 Septenarij verò numeri poteſtas Theologis, Philoſophis, & Poetis placuit; & *Virgil. ò terque, quaterq; beati*; & *Philo Iudæus lib. 2. de opific. mundi*, adducit *Solonis elegidion*, quo ætatem hominis per eum numerum diſtinguit, ſcilicet infans, puer, adoleſcens, iuuenis, vir, ſenex, & moribundus, qua ratione etiam *Iuſtinianum Digeſta* in ſeptem partes diuiſiſſe ſcribit *Andr. Alciat.lib.11.Parerg.iur.cap.11.* Plurima autem de hoc numero videri latè poterunt apud *D. Petrum Bõgum in tract. de myſtica numerorum ſignific. tit. de numero* vii. *ac tit.de num.* viii.

23 At contraria ſententia, octomeſtri partui fauens, eumq; inter naturales connumerans, placuit primæ notæ viris, tàm Philoſophis, & Medicis, quàm Iuriſperitis; Et omnium præcipuè ipſi *Ariſtot. lib.7. de hiſt. anim.c.4. Petr. Arod.lib.2.rer.iudic.d.tit.4.cap.2.& tit.5.c.2. Torreblanc. de Magia lib. 2. cap. 43. num 29. & 30.* & *Federicus Bonaueutura Vrbinas* plures alios Medicos, & Philoſophos congeſſit *de partu octomeſtr.lib.1.cap.5. & lib.3.cap.59. & lib. 9.cap.11.& lib. 10.cap.31.34.35.37. & 39.* vbi ex multis probare contendit, octomeſtres partus *Hippocrati*, & *Galeno* eius interpreti vitales fuiſſe; Et *eodem lib.cap.53.& ſeqq.* Aſtrologicas rationes refellit, & *Ptolomęum* pro octomeſtribus citat, & *Ioannem Picum lib. 3.contrà Aſtrolog.cap.18.* & *Horat. Augenium medicum lib.8.epiſtol.epiſt.2.cap. 11.*& *lib.2.de partu homin.c.16.* & poſt *Cardan.contrad. medic. lib.1. contrad.8. tract. 3. Paul. Zacchiã in Medico-legal. tit.2.quæſt.2. nu.6. & quæſt.4.* & plures alios, peritiſſimus I. C. Hiſpanus *D. Alphonſus Caranza d.tract.cap.11. de octomeſtrib.* latiſſimè omnes prædictas aduerſariorum rationes reijcit, & pro hac ſententia innumeras afferũt *D. Didac. de Narbona in tr. de ætate anno 1 qu.6.à num. 45. P. Theophil. Raynaudus in tract. de ortu infantium contra naturam per ſectionem Cæſaream c. 12. n.8. Camill Borrell.d.conſ.28. per tot. D. Car.Ant.de Luca in tract. de linea legali reſp.7. Dom.D.Frãciſc.Verde* I.C. doctrina, ac morum probitate eximius, ac publicus Canonũ Interpres, meritiſſimus deinde *Illuſtr. Viciæquenſis* Antiſtes *in ſuis obſeruat.phyſico-legal.de fetus animat. & natiuitatis tempore append. 3. & 4. per tot.* quem ſequitur *Io:Torre de pactis futur.ſucc. lib.1. cap. 27.* Concinnunt *Cæcilij* verſus, qui in menſibus genitalibus nominandis, non prætermiſit octauum apud *Gellium lib.3. noct. Attic. d.cap.16.*

Inſolet nè mulier decimo menſe parere?
Pol nono, etiam ſeptimo, atq; octauo.

24 Imò octomeſtres vitales eſſe teſtatur experientia, quia in *Ægypto* partus octomeſtres eſſe vitales ſcribit *Ariſtot. lib 7.de hiſt.animal.cap.4.* Et in Græcia teſte eodem *Ariſtot. d. loc.* Et in *Naxo* Inſula, ex *Aſclepiade* medico, refert *Ni-*

Nicol. Leonicus de var. hiſtor. lib. 1. c. 99. Similitèr *Cæſoniam*, vxorem *Caij* Principis, octauo menſe genitam refert *Rhodig. antiqu. lect. lib. 22. cap. 13. in princ.* ex *Veſtilia* matre, teſte *Plin. lib. 7. cap. 5.* vbi etiam obſeruat in Italia vitales eſſe partus octomeſtres, & in regione *Hidebel* firmat *Albert. Magnus lib. 9. de animal.* In Hiſpania poſt *Auicenn. Franc. Valeriola lib. 3. enarr. medicin. d. enarr. 7. Bonauentura d. lib. 10. cap. 12.* Et in *Conduhenſi* Ciuitate *Petrus de Peramato in libr. de hominis procreatione à conceptu ad partum, cap. 9.* Et *Vrbini* tres octomeſtres ſuo tempore ortos fuiſſe teſtatur *Bonauentura d. lib. 5. c. 64.* De Veneria *Cardanus contr. 8. tract. 3. lib. 1.* De Florentia *Marſil. Ficinus lib. 3. de vita cælitùs compar.* De Sicilia *Pet. Ærodius lib. 2. rer. iudicat. tit. 4. cap. 2.* De Neapoli docet *Epiſc. Verde d. append. 3. nu. 69.* Et plura demùm octomeſtrium Italium exempla refertū *Ioan. Schenk. lib. 4. tit. de partu obſeru. 5.* poſt *Alexādr. Bened. Cardan. & Riolanum ibid.* relatos, & *Borrell. d. conſ. 28. n. 19.*

In huius deniquè quæſtionis ineunda ratione, ob incertum quoque conceptionis tempus, tutiùs huic ſententiæ acquieſcimus, præeunte amicô noſtro *Dom. Federico Meninni*, nedùm iure phyſica, & medica, ſed & poeſeos; aliarumq; bonarum artium præſtantiſ viro celeberrimo, qui, velut Galenicæ doctrinę cultor egregius, iādudū *Ariſtidis* greci oratoris vitā concinnauit, ſub quo Iconiſmo (tāquā ſub *Dialogis* alter *Lucianus*, amęniſſimi ingenij Græcus) medicinæ dogmata firmat, ac ingenio vindicat acri, viuido, exacuto: Cuius laudes cōdignè memorat peritiſsimus I.C. *D. Hieronym. Borgia* Tropeianus Antiſtes, noſter, ac eiuſdem amiciſſimus, *inueſtig. Iur. in Fabrum lib. 17. cap. 35. num. 9. & lib. 18. c. 2. n. 3.*

AD QVÆST. V.

Quid ſi pater habeat vndecim filios, & vnum nepotem ex filio viuente.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Nepotes ex filio præmortuo computantur in numero 12. liberorum, n. 1.

Et quid ſi eorum pater eſt viuus, an proſint auo ad obtinendam immunitatem? Affirmatiuè ſubſtinetur contra deciſ. 259. Præſ. de Franchis, *à nu. 2. ad 4.*

1 IN hoc numero 12. liberorum *DD.* vnanimitèr firmant, nepotes ex filio præmortuo computari, *Præſ. de Franch. deciſ. 259. nu. 15. Conſil. Paſchal. de patr. poteſt. par. 4. cap. 4. num. 20. Conuerſan. de tutel. tit. 25. §. 1. num. 35. Auguſt. Caputan tract. de regim. Reipubl. c. 7. §. 27. num. 57. Theſaur. ad deciſ. 267. num. 6. ſui Genitoris*, & ſic deciſum refert *Reg. Reuerter. deciſ. 329.*

2 Difficultas verò in caſu noſtro conſiſtit, an nepos, cuius pater eſt viuus, proſit auo ad obtinendam immunitatem? Et negatiua traditur ſententia in *deciſione 259. Præſ. de Franch.* quam ſequuti fuere *cit. DD.* & tenet *Roland. à Vall. conſ. 52. num. 7.* quia nepos ex filio viuente non poteſt prodeſſe auo, ſed patri *l. 2. D. de mun. & honor.* Et iura, quæ dicunt, filium patris perſonam repræſentare, quoad exemptionem *DD.* etiam intelligunt de patre mortuo, non de viuo, *text. in l. nepotes*, & ibi *gloſ. & DD. C. de his, qui num. liber. ſe excuſ. lib. 10.* & *l. 2. §. non ſolùm, D. de excuſ. Tut.*

3 Contraria tamen præualuit opinio, quod immunitas extenditur ad patrem habentem vndecim liberos, & nepotē non ſolum ex filio prædefuncto, ſed etiam viuente, & ità per R. Cameram referente *Præſ. D. Io: Baptiſta Ogeda*

poſteà *Archiepiſcopo Tranenſe*, indicatum fuit die 10. Iulij 1554. in perſona *Aloyſij de Maſio Terra Sanctiæ*, teſte *Authore* noſtro hìc *n.* 1. de qua deciſione adeſt *Arreſtum* 155. apud *Reg. de Marin.* & *Authorem* noſtrum ſequuntur, ac de ſtylo Reg. Cam. obſeruant *Thor. in comp, deciſ. p.* 3. *verb. immunitas concedi fol.* 540. *Reg. de Ponte conſil.* 16. *in fin. lib.* 1. *Reg. Conſtant. in l. ſi quis decurio, n.* 32. 33. *&* 34. *C. de decur. lib.* 10. *P. Merolla tom.* 3. *Theol. moral. diſp.* 6. *de priuil. cap.* 3. *num.* 102. *Reg. Sanfelic. dec.* 391. *num.* 24. *par.* 3. *Danza ad Gramm. deciſ.* 1. *n.* 35. *& de pugna DD. t.* 2. *tit. de patr. onuſt.* 12. *fil. cap.* 2. *nu.* 13. *&* 14. *Io. Franc. Marotta for. diſcept. cap.* 21. *per tot. D. Carol. Ant. de Luca in addit. ad cit. dec.* 259. *de Franch. num.* 3. *Franc. Romaguera in add. ad Conciol. ſup. ſtatut. Eugub. lib.* 1. *rub.* 63. *n.* 19.

4 Nec vrgent *textus in d. l.* 2. & *l. nepotes*; Etenim locum habent in oneribus perſonalibus, & honoribus tantùm, vt dixit *Io. Platea in d. l. nepotes*; quò verò ad patrimonialia, nepos filij viuentis prodeſt auo, cum in ijs, onus perſonam tantùm aui reſpiciat, qui filium, & nepotem in poteſtate habet, quorum perſona non conſideratur in patrimonialibus, vt ex *gloſ. in l. cum filios, C. qui ætat. ſe excuſ. lib.* 10. & *l. cum facultates, C. de his, qui num. liber. eod. lib.* poſt laudatum *Authorem* noſtrum hìc tradit *Marotta d. cap.* 21. *num.* 37. vbi *num.* 45. ſic deciſum refert die 25. menſis Septembris 1660. licet in filiorum numero adeſſet neptis ex filio viuo, referente *Reg. de Marinis* tunc *R. C. Præſid.* qui idem tenet in *obſ. ad Reg. Reuert. d. deciſ.* 329. *n.* 3. *in nouiſſ. edit.*

Obſeruanda itidem ſunt ea, quæ in *ſeqq. quæſt.* 6. *&* 7. annotantur, cum in eandem coincidant dubitationem.

AD QVÆST. VI.

Quid ſi pater habeat ſex, vel octo filios, & cæteros nepotes, etiam ex filio præmortuo.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Pater habens ſex, vel octo filios, ac totidem, vel plures nepotes ex filio, an gaudeat immunitate? Negatiuè reſpondet Dom. Reg. *cum alijs, n.* 1.

Sed contrarium amplexus fuit Senatus Pedemontanus, cum quo, pluries R. Cameram idem iudicaſſe oſtenditur, à n. 2. *ad* 4.

P. Merolla *ait, hanc* Dom. Reg. *deciſionem non cohærere alijs ab ipſo relatis, nu.* 3.

Nepotes, an pro vno capite numerentur? Declaratur l. 2. §. non ſolùm, D. de excuſ. tut. *num.* 5.

Et occurritur reſponſioni Præſ. de Franchis, *n.* 6.

1 SI pater haberet ſex, vel octo filios, & totidem, vel plures nepotes, etiam ex filio præmortuo, quod non gaudeat, tradit *Author* noſter hìc, *n.* 1. ex eo, quod plures nepotes ex filio, tãquàm in locum defuncti patris ſubrogati, pro vnica tantùm perſona reputãtur, ex *l.* 2. *§. non ſolum, D. de excuſ. Tut.* ibi: *Quicumq; ſint nepotes ex filio, vnum caput tantùm repræſentant*; & ſic deciſum refert *nu.* 2. in patre habente octo filios, & octo nepotes, & in patre, qui habebat decem filios, & octo nepotes ex filio, quod non gauderet; quem referunt, & ſequuntur *Thor. in comp. deciſ. par.* 3. *ver. immunitas* 2. *col. fol.* 540. *Dãza ad Gramm. deciſ.* 1. *in fine, & tr.* 2. *de pugna DD. tit. de patre onuſt.* 12. *fil. cap.* 2. *num.* 15. *Reg. Sanfel. dec.* 391. *num.* 25. quam ſententiam comprobant *Roland. conſ.* 52. *num.* 7. *lib.* 2. *Præſ. de Franch. deciſ.* 65. *num.* 3. & latiùs *dec.* 259. *n.* 15. *& ſeq.*

Digitized by Google

ſeq.Conſil.Paſchal.de patria poteſt.par.4.
cap.4. num.20.
2 Ab hac tamen ſententia diſſenſit Se-
natus Pedemontanus apud *Theſaur.de-*
ciſ.267.num.6. contrariam, tanquàm
æquiorem, & magis iuri conſonam ſe-
quendo, vt nimirùm nepotes inter li-
beros computentur,& nequaquam pro
vnica perſona reputandi,ſed ſi ſunt in
aui poteſtate, ſinguli ad numerum au-
gendum numerari debeant,quod com-
probatur ibi per *Filium in addit.* dicẽ-
tem, quod eſſet inhumanitas maxima,
patrem, ſiuè auum ob nepotum nume-
rum, qui & filij ſunt, hac immunitate
non gaudere, vt commodè illorum
educationi vacare valeat; quam opi-
nionem amplectuntur *Alex. Trenta-*
cinqu.var.reſol.lib.1.de iur.immun. verſ.
contrà hanc declarationem, *Reg.Conſtãt.*
in l.ſi quis decurio,nu.31.& ſeq. C.de de-
cur.lib.10. Caluin.de æquitat. lib.2.cap.
128.num.84.& ſeq. Reg. Reuerter.deciſ.
329. per tot. vbi ità iudicatum refert,
ibiq; *Reg.de Marin. in obſ. Conſil. Prat.*
ad Paſchal.d.loc. verſ.ſed in contrarium,
latè *Io:Franc.Marotta diſcept.21.D.Ca-*
rol.Ant. de Luca in obſ. ad cit. Præſ. de
Franch. dec.65. num.2. & *ad deciſ.259.*
num.4. P. Merolla tom.3. Theol. moral.
diſp.6.de priuil.cap.3. num.99. vbi *num.*
103. ait, quod hæc noſtri *Authoris* de-
3 ciſio non videtur cohærere alijs ab
ipſo relatis, vt reuera perſpicere li-
bet ex *deciſ.ſeq.* quæ huic contraria eſt,
& verior.
4 Vnde ſic deciſum fuit per R.Cam.
in anno 1653. vt immunitas concede-
retur patri habenti ſex filios, & ſex ne-
potes ex filio præmortuo in aui pote-
ſtate exiſtentes, vt patet ex *Arreſto*
664. Et habenti decem filios, & duos
nepotes ex filio præmortuo, *Arreſt. 75.*
Vel ſex nepotes ex filia defuncta, &
quinque ex filio viuente, *Arreſt. 160.*
Vel nouem filios, & tres nepotes, *Ar-*
reſt.168. Vel quinque filios, & ſeptem
nepotes ex duobus filijs viuis, *Arreſt.*
634. de recollectis per *Reg. de Marin.*
qui in *obſeru.ad Reg.Reuert. d.dec.329.*
n.3.in nouiſſ.edit.anni 1674. ea omnia
memorat. Et in anno 1660. quod gau-
deat pater habẽs nouem filios, & duos
nepotes, & vnam neptem ex filio viuo,
donec ſub poteſtate permanſerint, re-
fert *Marotta d.diſcept.21.n.45.*
5 Nec obſtat *text.in d.l.2.§.non ſolùm,*
D.de excuſ. tut. vbi plures nepotes pro
vno capite numerantur; Quia loquitur
de excuſando à tutela, quo caſu nihil
deperit filijs, & nepotibus, cum tutor
de ſubſtãtia propria minores non alat,
ſed ſecùs eſſe in hoc caſu, vbi tractatur
de tollendis alimentis proprijs nepoti-
bus ſolutione onerum,à quibus immu-
nis deberet eſſe auus, ſi illi prodeſſent,
vt explicat *cit. Theſaur. filius d.loc.* vbi
aliam reſponſionem tradit: Quemad-
modùm quia & *text.* ipſe loquitur de
muneribus municipalibus, & non de
patrimonialibus, & ſic verum eſt, ne-
potes ex vno filio pro vno reputari in
muneribus perſonalibus, *Theſaur. iun.*
d.loc. & poſt *Reg. de Marin.* notat *D.*
Carol.Ant.de Luca in obſeru.ad cit.deciſ.
65.num.2.in fine,& oſtenſum eſt in *præ-*
ced.quæſt.num.4.
6 Proùt nec obſiſtit reſponſio *Præſ. de*
*Franch.in d.dec.259.in fin.*quod immu-
nitates ſunt reſtringendæ,& quod pro-
pterea in materia ſtricta non contineã-
tur nepotes; Siquidem immunitas præ-
dicta eſt fauorabilis, & dicitur eſſe be-
neficium, adeòq; latè interpretandum,
l.fin. D.de Conſt.Princ. & diximus ſuprà
in qu.1. Tantò magis,quia & ſi, filij no-
men non pertinet ad nepotes, ſolet ta-
men plerumq; ex prudentum interpre-
tatione ad eos extendi,*l.liberorum 220.*
§.ſed & Papyrius, D.de V.S. Imò lex,
quæ de filio loquitur, niſi diuerſa ſub-
ſit ratio, in nepotibus quoquè locum
habet, *l.filium 16.D.ad Maced l.Sena-*
tus conſulto 59.D.de rit.nupt.l.2.§ſi ma-
ter, D.ad Tertull.Conuerſan.de tutel.tit.
14.§.4.num.19.& 20. vnde cum ſubſit
eadem ratio in nepote, quæ militat in
filio, certum eſt, etiam nepotem ſub
ipſius vocabulo comprehendi, vt latè,
& rectè fundat *Marotta d. diſcept.21. à*
num.23.& ſeq.& n.39.

Digitized by Google

AD QVÆST. VII.

Quid ſi pater habet filium, & vndecim nepotes ex filio præmortuo.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

AVus habens duodecim nepotes ex filio, ſiuè viuo, ſiuè mortuo gaudet immunitate, vel ſi habeat filios, & plures nepotes, n.1.& 2.

Auus, ſiuè pater vnius filij gaudentis immunitate ob numerum 12.liberorum, etiam gaudet, n.3.

1 ALiam deciſionem refert *Author* noſter hìc *nu.1.* vt gaudeat auus habens duodecim nepotes ex filio, ſiuè viuo, ſiuè mortuo, & aliàs deciſum etiam eſt, vt ex *Arreſt.* 137. apud *Reg. de Marin.* Et in alio *Arreſt.* 159. fuit conceſſa immunitas habenti quinque filios, & vndecim nepotes. Et in patre, qui habebat filium, & ex eo vndecim nepotes idem iudicatum die 19. Nouembris 1542. teſte eodem *Authore* noſtro hìc *nu.2.* quem referunt, & ſequuntur *Thor.in comp. dec. p.3. ver.immunitas 2.col. fol.*540. *Reg.Sanfelic. deciſ.391.n.26.p.3.D.Carol.Ant.de Luca in obſeru. ad Præſ.de Francb. deciſ.259. num.4.Balmaſeda de collect.qu.48.n.12. Romaguera in add.ad Conciol.ſup.Statut. Eugub.lib.1.rub.63.n.20.P.Merolla t.3. Theol. moral. diſput.6. de priuileg.cap.3. num.* 102.

2 Etenim auus paternus, quemadmodùm mortuo filio, ſic etiam & eo viuente nepotes alere tenetur, *Surd.in tract. de alim.tit.1.quæſt.12,num.2.Theſaur.d. dec.267, num. 6.* Et licet fauor Reipublicæ, cui pater tot liberos procreauit, principalis ratio eſſe dicatur, vt annotimus *in princ.qu.1.* non tamen excludit auum, vt à dictis oneribus fiat immunis; quia, ſicut Deus timentibus eum filios filiorum viſuros eſſe promittit, vt in illis gaudio exultent, *Pſalm.127.* & nepos filius dicitur, & non minùs dulciori nomine nepotes, quàm filij appellantur, *l.liberorum, §. fin. D. de V.S. Luc.de Penna in l.1.n.5. C.de priuil. cor. qui in Sac.Pal.mil.lib.11.* & paſſim in *ſacris literis* poſt annorum millia appellantur filij *Abraham*, & nos omnes filij *Adam*, vnde *gloſ.in §.1.Inſt.de nupt.* colligit, quod *Adam* in viduitate, non haberet, cui nuberet, *Theodor. alleg.100. num.11.in fine*, imò auus nepotes maiori amore proſequi dicitur, cum longiorem propagationem per eos videat, *Oldrad. conſ.269.in fin. Fuſar. de fideic. qu.321.num.3.* adeò vt nepos ex auo naſci dicatur, *l.1.* vbi *DD.C.de cond.inſert.* Ità & Reſpubl. ijs gloriatur, vt contrà *Præſ.de Francb. deciſ.259. n.21.* firmat *Marotta diſcept.21. n.30. & 31.*

3 Prout etiam gaudet auus, ſiuè pater vnius filij, qui quidem filius gaudet immunitate ob numerum duodecim filiorum, dummodò vnitè viuat in eadem familia, vt per Reg.Cam.deciſum liquet ex *Arr.575.*apud *Reg.de Marin.*

AD QVÆST. VIII.

An Vidua cum duodecim filijs debeat gaudere.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

IMmunitatis beneficium æquitate nititur, num.1.

Mater dicitur antè partum oneroſa, in partu doloroſa, & poſt partum laborioſa, & nùm eius ſanguis ad generationem conferat, n.2.

Immunitas ob numerum liberorum patri indulta, extenditur ad matrem, viuo adhùc patre, n.3.

Et quid in vidua poſt mortem viri, nu.4. & à n.8.ad 12.

Mater, quando teneatur filios alere, nu.13.

Mater habens filios, & nepotes, an gaudeat immunitate, n.5.

Nouerca habens filios, & priuignos, vel ſolos

los priuignos, an immunitate fruatur, num.6.& 7.

Mater ſuperſtes, mortuis patre,& filijs,an immunitate gaudeat,n.9.

Vxores, etiam viduæ, nobilitatem,forum, ac immunitatem virorum retinent, à num.14.ad 16.

1 BEneficiũ hoc immunitatis propter filiorum procreationem, ſicut & quæcumq; excuſatio ab oneribus,ſua æquitate nititur,vt *Vlpianus* exorditur in *l.1.D.de vac.& excuſ.mun*,quā Iudices præ oculis habere ſempèr debent, *l placuit,C.de iudic.* ne ſub auctoritate iuris ſcientiæ, perniciosè, vt *Celſus* inquit, erretur, *l.ſi ſeruum 91.§.ſequitur,*
2 *de v.obl.* Oportet igitur fateri;æquitate ſuadente, beneficium hoc non minùs patri, quàm matri conceſſum, quippè, quæ dicitur ante partum oneroſa, in partu doloroſa,& poſt partum laborioſa, *cap.2.de conuerſ.infidel.*& dat nomen matrimonio ob maiores matris ærūnas, *d.c.2. Corn. Benincaſ. de paupert. qu.7. ſpec.5. num. 20.* & *Iuſtinianus in l. aſſiduis, verſ. quis enim earum non miſereatur, proptèr obſequia, quæ præſtant maritis, propter periculum partus, & ipſam liberorum procreationem, C. qui pot. in pign.* idem ait in *§.ſed nos, Inſtitut. ad S.C.Tertull.* Vnde vis maxima amoris matrum in liberos, *Ariſtot. in Magn. Mor.lib.11.cap.8.* Et quidem *Eurip. in Phœniſſis*:

Chara res eſt mulieribus fetus, laborioſo nixu editus:

Amāsq; prolis,eſt omne mulierū genus.

Nec parua fuit controuerſia inter Philoſophos,& Medicos,nùm ſanguis maternus ad generationem conferret, apud *Ariſtot.1.de nat.anim. Cenſorin. de die natal. Nemeſium de nat.hom. cap.14. Plutarch.de Plac. Philoſ. Auicenn. lib. 3. de nat.hom.c.24. Cal. Rhodigin. l.3. lect. antiqu.cap.42.* & *Galenus*, quem refert *Gregor.ſyntagm iur.t.2.lib.11.cap.7.* firmat, fætum plus à matre,quàm à patre ſuſcipere, ſicut fructus ampliùs ab vbertate ſoli, quàm à coloni induſtria habet.

3 Hinc immunitas ob numerum liberorum patri conceſſa extenditur etiam ad matrem, viuo adhùc patre pro bonis, quæ ipſa vti propria poſſidet, vt deciſum tradit *Præſ. de Franchis deciſ. 259.* latiſsimè fundat *Io: Andr. Niger in alleg.*tranſcripta per *Ep.Ricc. in add. ibid.* & *in collect.1707. Reg. Conſtant.in l.ſi quis decurio,n.15.& ſeq. C.de decur. lib.10.* & ibi *Nouar. num.4. Reg. Sanfelic.deciſ.391.num.23. P. Merolla tom.3. Theol.moral.diſput.6.de priuil. cap. 3. n. 72.& ſeq.*

4 Quæ immunitas durat ad fauorem vxoris viduæ poſt mortem viri, ſi vnitè tamen cum filijs viuat, vt deciſum refert die 4.Aug.1571.referente *Franciſco Antonio Dauid*, & die 14. Maij 1563. *Author* noſter hìc *n.* 18. de quibus determinationibus adſunt *Arreſt. 274.& 350.*apud *Reg.de Marin.*ac referunt, & ſequuntur *Thor. in comp. dec. t.1.verb.immunitatis priuilegio fol.265. Reg.Conſtant.in d.l.ſi quis decurio, n.27. Conſ.Paſchal.de patr.poteſt. par.4. cap.4. num.21.Danza de pugna DD. t.2. tit.de patre onuſt.cap.1.verſ.ſed an in matre, & ad Gramm.dec.1.num.29. Conſil.Hodierna ad Surd.dec.123.num 4. Iul.Capon.for.t.5. diſcept.398. nu.5. Capan.de iur.adoh. qu.15. num. 26. P. Merolla d. cap.3.num.81. Conciol.* poſt alios *in annot.ad Stat.Eugub.lib.1.rub.63. n.5. Seuerin.in add.ad Reg. Sanfel. d. dec.391. verſ.gaudet,fol.279.p.3.*

5 Quod ſanè procedit etiam, vt mater habens filios, & nepotes gaudeat immunitate, ſicut de patre annuimus *ſuprà ad qu. 5.6. & 7.* & ità deciſum fuit in Reg. Cam. die 15. Iunij 1682. in cauſa *Prudentiæ de Lucia* cum Vniuerſitate *Argentij*, vt ex actis penès *Act. Matth Troiſium.*

6 Itidemq; in Nouerca, quæ huiuſmodi immunitate gaudet, habens filios, & priuignos ex prima viri vxore, dummodò lectum viduilem ſeruet, ac vnitè viuat, vt non ſemèl determinauit Reg.Cam.ex *Arreſt.274. 350. 480. & 666.Author* noſter hìc *nu.* 19. etiam ſi habeat ſolos priuignos,& non proprios

filios,

filios, vt notat *Reg. Conſtant. in cit. l. ſi*
7 *quis decurio, nu.28. circa fin.* In ea etenim conſideratur quoque cauſa finalis immunitatis, cum ducatur in vxorem propter liberorum procreationem ex *l. quacumq; 4. C. de bon. quæ liber. l. hac edictali 6. C. de ſec. nupt. cap. Salomon, & cap. ſeq. 32. qu. 4. cap. quicquid 32. qu. 2.* Hinc multi, liberorum procreandorum cauſa, Nouercarum iniquos mores in filios ſubſtinent, ex quo in priuignos crudeles præſumuntur, *gloſ. in cap. paſtoralis 2. ver. Nouerca, de ſent. & re iud. in 6. & in §. ſocrum, in eodem ver. Inſtit. de nupt. Marcell. Donat. in dilucidat. ad Tacit. lib. 1.* ſuper illis verbis: *Nouercalibus odijs; Tiraquell. in leg. Connub. gloſ. 1. par. 9. nu. 196.* veluti *Socrates* docuit, dum interrogabatur, ab *Alcibiade*, cur tàm iurgioſam vxorem domo non abigeret: interrogationem diſsimulãs dixit: *cur tu clamoſas gallinas domo non abigis?* Et cum *Alcibiades* reſpondiſſet; *quia mihi pariunt oua*: Et *mihi*, inquit *Socrates*, *mea vxor parit liberos*, *Diog. Laërt. in vita Socrat.* vnde Nouercam obtinere ius vxoris, ac matris vicem, egregiè oſtendit *Burchard. Berlichius in tract. de Nouercarum iure, ſtatu, & affectu par. 2. art. 2. ſect. 1. & ſeq.*

8 Conceditur quoque, licet vnus filius habitet ſeorſum pro commodiori habitatione, dummodò viuant in communi, *Arreſt.* 438. Si verò priùs pater, deinde mater vidua, moriantur, extinguitur hæc immunitas, nec gaudent filij, licet vnitè viuant, ex *Arreſt. 53. 279. & 700.* apud *Reg. de Marinis.*

9 Difficultas tamen eſt, an mortuis patre, & filijs, mater ſuperſtes hoc priuilegio gaudeat? Et quidem *P. Merolla d. cap. 3. num. 93. & 94.* inquit, quod noſter *Author* hic negatiuam partem videtur amplecti, cum dicat, mortuo patre, matrem viduam viuentem in communi cum duodecim filijs gaudere hac immunitate, & ſic deciſum fuiſſe: ergò contrarium ſentire videtur, quando filij etiam mortui ſunt; Nihilominùs ipſe *Merolla* probabiliùs putat, matrem in tali caſu gaudere, ex eo, quia priuilegium competit æquè patri, ac matri: ſicut igitur poſt mortem omnium filiorum, & matris, remanet in patre, vt ipſe dixerat *n. 8.* & ſuprà notauimus ad *quæſt. 2. num. 5.* ità remanere debere ait in matre, extinctis filijs, & patre, ex correlatiuorum regula, alijſq; vt infrà.

10. Prefata autem concluſio multis alijs fulcitur rationibus; Primò, quia hæc immunitas ob numerum duodecim liberorum eſt fauorabilis, & recipit latiſſimam interpretationem, tùm quia non eſt contrà ius, tùm etiam quia publico fauore introducta fuit, *Author* noſter hic *num. 11. & 12.* Imò pater, & mater sũt correlatiua, ex doctrina *Euerhard in Top. loco à correlatiu. num. 1.* & *Menoch. de arbitr. lib. 1. quæſt. 11. nu. 15.* ea autem eſt natura correlatiuorum, vt vno expreſſo, dicatur aliud etiam expreſſum, *l. fin. C. de indict. viduit. toll. Marc. Antonin. lib. 3. reſolut. cap. 9. nu. 2.* adeòq; immunitas pro patre expreſſa, cenſetur quoque expreſſa pro matre, *cit. Niger. in d. alleg.* apud *Præſ. de Franchis num. 44.*

11 Secundò, quia *Diocletianus*, & *Maximilianus* fœminas maſculis æquiparant, etiam in excuſatione, in *l. pen. C. de his, qui num. liberor. lib. 10.* ibi: *De perſonalibus muneribus, quæ fœminis pro ſexus conditione indicuntur, exemplo mariũ, quinque ſuperſtitũ numero liberorum eas excuſari, Diui parẽtes noſtri conſtituerunt*, *Author* hìc *num. 8.* latè *Io: Andr. Niger in d. alleg. nu. 49. & ſeq.* imò mulier ab oneribus etiam realibus faciliùs liberatur, quàm vir, *Niger. d. loc. n. 69. & 70.*

12 Tertiò, quia rationes, ob quas prædicta immunitas conceditur, tres eſſe diximus in *princ. qu. 1.* vnam finalem, ac principalem, & duas impulſiuas. Prima, ſine dubio procedit etiam in matre, vt ſuprà notauimus; vtilitas ſcilicèt Reip. ex hominum adiectione, cum filios proprio vitæ periculo tulerit, pepererit, educauerit, alioſq; labores pro illis ſubierit: Aliæ rationes, ob filiorum videlicèt educationem, quas conſide-

rauit

Digitized by Google

rauit *text.in l.ſemper,§.demonſtratur,D.*
13 *de iur.immun.* matri etiam conueniunt, tùm quia educatio eſt cauſa impulſiua, qua ceſſante non ceſſat effectus, *l.1.§. ſexum,D.de poſtul.* tùm etiam, quia mater proprio ſanguine nouem menſibus alit conceptum in ventre, & natum intrà triennium alere tenetur *l pen. cum glos.verſ.1.C.de patr.poteſt.c.2.de conuerſ. infid.Surd.de alim.lib.1.cap.14. in princ. Narbona in tract. de ætate, anno 3. qu. 1.* Vnde *Gloſæ* diſtichon apud *Andr. Dalnerum in tract. de Iure hominis to.2. lib.4.par.2.membr.1. nu.46.*

Mater alit puerum trimum,trimoq; minorem,
Maiorem verò paſcere, patris erit.

Et habetur 2.*Machabæor.cap.7.nu.27.* ibi: *Fili miſerere mei, quæ te in vtero nouem menſibus portaui, & lac triennio dedi.* Exacto verò triennio in ſubſidiũ, *l.ſi quis à liberis,§.vtrum,de liber agnoſc. Surd.loc.cit.num.9.* quæ obligatio ſubſidiaria ſola efficit, vt conſideranda ſit educationis ratio, vt eſt in filiabus nuptis, religionem ingreſſis, &c. *Niger d. alleg.n.62.& ſeq.*

14 Confirmatur, quia mulier ex perſona mariti,non ſolùm acquirit nobilitatem, & forum ſortitur, ſed & ab eo honores ſumit,vt ſi nobilis ſit vir, nobilis, ſi plebeius, plebeia, & vno verbo, eius ſplendore clareſcit, vilitate obſcuratur, *l.vlt. C. de incol.lib.10. l.vn. de mulier. & in quo loco, l medicos 6. l. Grammaticos 11. de Profeſſ.& Medic. l fin. de Comit.Conſiſt.in Cod.eod.libr.l filij 22. §. vidua,D.ad municip.l.fin.C.de iniur.Nouell.22.ſeù Auth.de nupt. §.non tamen 36.l.fœminæ 8. D.de Senat. l. 10. C.de nupt. Nouell.105.cap.2.* ſeù *Auth. de Conſul. §.ſi autem*; Ratio eſt, quia per matrimonium coniuges efficiuntur ſocij diuini, humaniq; iuris, *l.1. D.de rit.nupt.l.1.§ ſi vir 15.D.ad S.C. Syllan. l.4.C.de crim.expil. Amaya 2. obſ. cap.1. num.20.& in comm ad d.l.vltim. C.de incol. lib.10. n.3.* ac nè ind inuiduitatem illam m imonialem,quę duos in carne vna co alituit, inæqualitas aliqua diuidet, aut perturbet, *Amaya d.cap. 1.à nu.19. Tiraquell de legib.connubial. Gloſ.1.par.1.à n.28.ad ſeqq.* Quapropter mulier dicitur coruſcare radijs mariti, *Sydon.lib.5.epiſt.16.* ad vxorem, itemq; *carm.22.verſ.195.*

Hac Celſi quondam Coniux veneranda Leonti,
Qua non vlla magis nurus, vnquàm Pontia gaudet
Illuſtris pro ſorte viri ————————.

15 Quę priuilegia nõ ſtatim mortuo viro amittuntur, ſed etiam in viduitate mulieris durant, in memoriam priſtini matrimonij, *l.filij 22.§.vidua,D.ad municip. l.ſordidorum 13. C. de excuſ. mun. lib.10.Otalora de nobil 4.p. princ. cap.8. per tot.Garzia de nobil. gloſ.1.§.1.n.44. & ſeq. Borrell.in ſumm decis.tit.de Cler. coniug.n.28.Fontanell.de pact nupt. t.2. cl.7.gloſ.3.num.44.cum ſeqq. Rodoer.ad Reg.de Marin.lib.1.reſol.22.num.18. & ſeq.* quia vidua videtur perſeuerare in eodem matrimonio, *l.fin. C.de bon. matern. Amaya in d.l.vn. num.25. Author* noſter hic *num.15.Velaſc.de priuil.miſerab.perſ.qu.3.num 208.* ſoluto namquè matrimonio, iura appellant eas vxores, iuxtà *Vlpiani* reſponſum in *l.ſi quis rel 6.§.idem Iulianus,D.de libert. leg. Alex. conſ.20.ſub n.3. vol.2. Cephal. conſ.526. ſub n.56.lib.4. Cyriac. contr.273.nu.23. vol.2.* & ſic durat idem priuilegium, *Author* hìc *num.16.Otalora d.cap.8.n.2. Amaya in d.leg.n.25.*

16 Vnde vxores perſonarum,à muneribus patrimonialibus immunium, ſi viduæ euaſerint,virorum priuilegio gaudent, *Author* hìc *nu.14. Cyriac.controu. for.273.n 42.t.2. Ciarlin.contr.119. nu. 31.& 32.t.2.Tiraquell.de nobil.cap.18. n.5.Hier.de Laurent dec.145.nu.13.Capyc.dec.129.n.9. Guid.Pap.dec.379.n.1. Reg.de Marin.lib.2.reſ.250. Carol.Rota in tract.de priuil.mulier.cap.1. n.44 83. & 87. & cap.44.n.43. & 44. & ſpecial. 6.per tot. Reg Galeot. controu.13.lib.1. Reg Rouit.deciſ.75. Henric.Neuennanus de priuil.viduis membr.3.ſect.6.per tot. cit. P. Merolla tom.3.Theol.moral. diſp. 6. de priuileg. cap.3. à num.39. D.Carol. Spadazza in Theatr.Viduil. diſquiſ.63.*

per

per tot. Iul. Capon. diſcept. forenſ. 90. num. 78. tom. 2.

AD QVÆST. IX.

An pater duodecim filiorum gaudeat immunitate gabellæ granì pro rotulo in Ciuitate Neapolis.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Pater duodecim filiorum, an gaudeat immunitate gabellæ grani pro rotulo in Ciuitate Neapolis impoſitæ, n. 1. & 2.

Neapolitanis, quare non proſit priuilegium 12. liberorum, n. 3.

Patres numero 12. filiorum onuſti, an teneantur ad ſolutionem gabellæ granorum 35. pro quolibet modio farinæ, ſeù tritici in hac Neapolis Ciuitate, num. 4.

Recenſentur affirmatiuæ rationes Dom. Reg. Petronij, *n. 5. & 6.*

Sed etiã affertur Iuris Reſponſum Dom. Prçſ. Franc. Ant. Andreaſſi *pro patribus 12. liberorum, à n. 7. ad 43.*

1 EX quo in anno 1550. fuit impoſita gabella vnius tornienſis pro rotulo, cum conditione expreſſa, vt etiam patres onuſti onere duodecim filiorum, & alij priuilegiati, exceptis tamen Eccleſiaſticis, contribuerent; Et in anno 1564. fuit confirmata cum alio tornienſe à tota Ciuitate cum Regio aſſenſu, *Auth.* noſter hìc *nu. 1. & 2.* ſed vide *Pragm. 7. §. 19. de Vectigal.* vbi nec etiam Clericos, alioſq; priuilegiatos eximit.

2 Inde dubitari contigit, an prædicti patres onuſti tenerentur contribuere? Et per eos non teneri prætendebatur, quia prima impoſitio anni 1550. vnius tornienſis fuit facta per decennium tantùm, quod expirauerat, & ſecunda confirmatio non fuit cum expreſſa clauſula derogationis priuilegij patrũ 12. filiorum; Attamen Regia Camera decreuit, ipſos teneri ad contributionem, ex cauſa refectionis murorum, à qua non excuſantur, teſte *Authore* noſtro hìc *nu. 9. & 10.* in qua cauſa ipſe non interuenit, cum *D. Victoria Moles* eius ſoror haberet 12. filios; Et hanc deciſionem referunt *Io: Bapt. Thor. in comp. decis. par. 3. ver. pater duodecim filiorum*, & *verb. Pater onuſtus, P. Merolla tom. 3. Theol. moral. diſp. 6. de priuil. cap. 3. num. 127.*

3 Aduertit autem *Dom. Reg.* hìc *n. 11. & ſeq.* quod Neapolitanis parum proficit hoc priuilegium 12. liberorum, quia in Regno etiam citrà priuilegium ipſi tanquàm Neapolitani ſunt immunes, & quoad ius Dohanæ ſunt immunes, tanquàm Ciues, qui in propria patria non ſoluunt, vt annotauimus in *par. 1. §. 6. de Iur. Dohan.* Et quoad gabellam vnius grani pro rotulo carnis, caſei, carnis ſalitæ, & aliarum mercium, non prodeſt priuilegium vt ſuprà, remanet igitùr ſolùm immunitas quoad ius fundici, *Author* hìc *n. 15.*

4 Non modica verò orta fuit controuerſia, an patres 12. filiorum teneantur ad ſolutionem Gabellæ granorum 35. pro quolibet modio farinæ, ſiuè tritici, ordinatæ in anno 1649. in hac fideliſſima Ciuitate Neapolis? Pro intelligẽtia præmittimus, quod occaſione nouę impoſitionis ſupèr fructibus, Populo Neapolitano exoſiſſimæ, in anno 1647. nefariè tumultuauit infima plebs, furens, comburendo loca, vbì Gabellæ exigebantur, ac etiam domos Arrendatorum, vnde ad publicam concludendã quietem fuerunt ſublatæ, & abolitæ omnes Gabellæ, *Graſſiæ* dictæ in hac fideliſſima Ciuitate ſub die 11. Aprilis 1648. & in ſpecie illa farinæ, vt in *Pragm. 5. de abolit.* & promiſſum fuit, nunquàm de cætero eaſdem gabellas fore imponendas; At quia impoſſibile viſum fuit viuere ſine gabellis: fuit deindè ipſo Populo ſupplicante mandatum, gabellas pro medietate exigi in futurum, vt in *Pragm. 22. de Vectigal.* & memorat *R. Capye. Latr. dec. 188. in princ.*

5 Et

5 Et quidem ſupèr præfato articulo pro Conſignatarijs Gabellæ farinæ calamum arripuit *Dom. Dominicus Petronius*, poſteà Regius Conſiliarius,ac Fiſci patronus in Reg.Camera,ac ibidem Præſidens,deindè meritiſſimus Regens electus, cuius *Reſponſum* extat impreſſum inter *diſcept.for. Iul.Capon.to.5.diſcept.90.* defendens id; Primò,quia in dicto anno 1649.in *Pragm.21.§.11. de Vectig.* tollitur immunitas pro vſu priuilegiatis; Et patres 12.filiorum habebant priuilegium pro vſu tantùm, vt ibi *num.5.* Secundò, quia patres onuſti continuatè ſoluerunt, vti cæteri Ciues per annos quatuordecim,ex qua obſeruántia, & conſuetudine eorum priuilegio derogatum cenſeri fundat à *num. 6. ad 9.*

6 Nec obſtare inquit, quod nec pacto Ciuium, nec in Conſtitutione Principis adfuerit expreſſa derogatio huius priuilegij, cui, cum ſit in corpore iuris clauſum,ex quibuſcumque generalibus clauſulis derogatum non cenſetur; Primò, quia poteſt Princeps, & maximè ob quamcumque iuſtam cauſam ius ciuile poſitiuum abrogare, ex *Reg.Galeot. reſponſ.fiſc.23. Præſ.Vrſin. de ſucceſſ.feud. par.1. qu.3. art.4.* & alijs apud *cit. Reg.Capyc.Latro dec.188. vol.2.* vbi loquitur in terminis repoſitionis gabellarum in dicto anno 1648. nec eſſe neceſſariam ſpecialem declarationem, ſi conſtat quocumque modo de voluntate derogandi,& quod fuerit de voluntate Principis comprehendere priuilegia etiam in corpore iuris clauſa, probat à *num. 12. vſq; ad 19.* Imò, cum Ciuitas vendiderit ante annum 1636. annuos introitus pro capitalibus ſuper Gabellis aſſignatis, ideò priuilegium patris onuſti pro debitis contractis antè expeditionem priuilegij non prodeſſe ex *Reg. Reuert.deciſ.438. ibid.n.20.*

7 Pro patribus verò onuſtis numero 12. liberorum patrocinatus fuit *Dom. Franciſcus Antonius Andreaſſius*, Aduocatus tunc, doctiſſimus, inde Fiſci patronus in Reg.Camera, ac ibidem Præſidens integerrimus, cuius *Reſponſum*, vti tanto viro dignum, hic curauimus imprimendum.

IVRIS RESPONSVM
PRO
Patribus onuſtis numero duodecim liberorum,
CVM
Magnificis Gubernatoribus Gabellæ Farinæ.

8 MAgnifici Gubernatores Arrendamenti Gabellæ Farinæ, prætendunt ſe grauatos à Decreto Collateralis Conſilij, quo fuit ordinatum,Patres onuſtos numero duodecim liberorum frui debere immunitate, ſeruata forma eorum Priuilegij, in omnibus gabellis poſt ſedatos tumultus populares impoſitis.

9 Et prætenſio illi nititur concluſioni, quia ſupponitur, Priuilegio etiam clauſo in corpore Iuris cenſeri à Principe derogatum, & ſi non adſit expreſſa derogatio illius, quoties conſtat de voluntate Principis derogare volentis, ex traditis per *Menoch. de præſumpt. lib.1. cap.40. num.25. Barboſ.* & alijs, quos allegant.

10 Quo iacto fundamento,proponitur primò, Gabellas prædictas cenſeri repoſitas à Principe cum conſenſu Populi eo principio; Quia dum omnes Gabellæ inſtante Populo erant ſublatæ, nec poterant reponi pro obſeruantia gratiæ eidem Populo conceſſæ abſque illius conſenſu, præceſſit propterea repoſitioni dictarum Gabellarum petitio Populi, quæ legitur in ſupplicatione conſultò inſerta in volumine *Pragmaticarum ſub titul. de vectig. in ord.21.* Et quia poſt ſupplicationem ſequuntur aliæ *Pragmatica* cum verbis declarantibus, omnia fuiſſe geſta iuxtà ſupplicationem Populi, *vt in Pragm.22.eod. titul.* ibi *In conformita di quello, che la Piazza del fedeliſſimo Popolo ſupplicò, e concluſe li meſi paſſati; & in Pragm. 23.* ibi, *Segun, y como mas largamente ſe contiene en la dicha concluſion, y en el memorial empreſſo &c.* Hinc ſupponitur, reordinationes gabellarum videri à Principe proceſſiſſe, de conſenſu tamen Populi, & verba concluſionis transfuſa in ordine Principis poſſe dici verba ipſius Principis ordinantis *ad text.in l. obuenire, ff. de verbor.ſignif.* quem ad hoc adducunt.

11 Proponitur ſecundò, Principem in omnibus ſe conformem reddidiſſe Populi ſupplicationi, dum nihil legitur immutatum de contentis in memoriali; atque ideò, cum fuerit ſupplicatum per hæc verba: *E così anco*

ſi ſupplica, che ſi leui l'vſo à tutte le perſone di qualſiuoglia ſtato, grado, e conditione ſi ſiano, anche priuilegiate, e non ſuddite alla Regal giuriſdittione, tanto nelle gabelle rimaſte, quanto anche nell'Arrendamenti, Gabelle, & Impoſitioni, che ſi ripongono, vt in §. 11. inferunt ex hoc, verba in ſupplicatione poſita, transfuſa poſtmodum in ordine Principis concedentis, operare illud idem, ac ſi Princeps ordinaſſet ab omnibus eſſe ſoluendas dictas gabellas ſublata quacumq; immunitate, ac vſu, & quocumque priuilegio.

12 Per quæ verba in ſupplicatione poſita, & in ordine Principis deinde transfuſa, prætenditur, ſatis conſtare de voluntate illius circa derogationem Priuilegij, *l. ſi quis Decurio, C. de Decurionibus lib. 10.* Primò, quia per huiuſmodi verba, patet, fuiſſe derogatum omnibus Priuilegijs continentibus immunitatem circa vſum cum clauſulis ità generalibus, vt nullam excogitabilem reſtrictionem recipiant, & abſq; reſtrictione certi loci, vel perſonarum, quo caſu per viam legis vniuerſalis omnia cenſeri diſpoſita, prætenditur; & ideò abſurdum eſſe concludunt, Principem voluiſſe leges præcedentes incorrectas manere.

13 Secundò, quia in eadem repoſitione gabellarum prætenditur pro bono pacis, & publicæ quietis à Principe fuiſſe præiudicatum apertè iuribus intereſſatorum quæſitis per contractus oneroſos, dum ad illorum beneficium pro medietate tantùm repoſitæ, & aſſignatæ fuerunt gabellæ, non autem pro integra quantitate illis debita, & quæ prius exigebatur.

14 Item, quia in multis etiam legitur fuiſſe præiudicatum Regali Patrimonio, vt in *Pragm. 22. de vectig.* ibi: *Non oſtante il pregiuditio, che quindi ne poſſa naſcere al Regal Patrimonio*; Imo in ſpecie, & vnica locutione conſtat, Principem voluiſſe derogare Priuilegio immunitatis conceſſæ perſonis Eccleſiaſticis, Iuriſdictioni Regiæ minimè ſubditis, quamuis illud etiam ſit in corpore Iuris clauſum, vt in *l. cunctos Populos, vbi Bart. & alij, C. de ſacroſ. Eccleſ.* ac generaliter ſublata fuit omnis immunitas conceſſa pro vſu; quã quidem immunitatem conceſſam exiſtimant etiam in forma Priuilegij inſerti in corpore Iuris, ex diſpoſit. *text. in l. vniuerſi, C. de vectigal.* Ergò cum voluntas Principis explicata in illa vniuoca confirmatione, & determinatione concluſionis, & ſupplicationis Populi non debeat iudicari difformiter, cenſendum eſſe putant, vt quemadmodùm de plenitudine poteſtatis voluit præiudicare pro bono pacis, & quietis publicæ Iuribus priuatorum quæſitis per contractum, Iuribus Regij Patrimonij, Priuilegio Clericorum, & cuiuslibet immunitatis priuilegio pro vſu, quãtumuis clauſis in corpore Iuris, pari modo derogaſſe Priuilegio, *l. ſi quis Decurio*; Nec magis indiuidualem derogationem requiri non ſecus, ac ſi fuiſſet ordinatum ab omnibus eſſe ſoluendas gabellas, quibuſuis legibus non obſtantibus; per quæ verba indubium eſſe, exiſtimant, omnibus Priuilegijs immunitatem tribuentibus cenſeri expreſsè derogatum ex traditis per *Alex. lib. 5. conſ. 187. num. 22. & Præſid. Vrſin. de ſucceſſion. feud. p. 1. quæſt. 3. art. 1. num. 33.* & in his verſantur adducta pro parte d. Arrendamenti ſe grauati in primo, ſecundo, & tertio argumento.

15 At pro patribus onuſtis, & pro Iuſtitia Decreti Collateralis Conſilij perpenditur primò, nullo Iure eſſe admittendum aſſumptum, quod ſcilicèt gabellarum impoſitio ſit adſcribenda Principi, veluti ab ipſo ordinata per modum legis; etenim prætenſæ legis deficit publicatio, quæ neceſſariò requiritur iuxtà *text. in §. 1. Auth. vt nou. conſt.* & tradita per *Alex. vol. 6. conſ. 187. num. 13.* Imò deficit ipſius legis ordinatio, ſiuè ſubſtantia, ſiquidem in volumine *Pragmaticarum*, & in iiſdem *Pragmaticis* ex aduerſo allegatis non legitur ordo aliquis pro repoſitione gabellarum à Principe emanatus; ſed tantùm apparet, Populum in publico Parlamento concluſionem feciſſe, vt reponeretur, & quia requirebatur aſſenſus, iuxtà *text. in l. 1. C. non. vectigal. imponi non poſſe*; propterea preces porrectæ fuerunt pro aſſenſus impetratione, vt legitur in memoriali inſerto in *volumine Pragmaticarum*, & hunc aſſenſum fuiſſe præſtitum ſub die 22. Iunij patet ex verbis *Prag. 32. de vectigal. in inſtructionibus datis Magnificis Delegatis, §. 9. propè finem*, ibi: *Oſſeruando nel reſto il contenuto nell'aſſenzo dato per Noi à 22. di Giugno proſſimo paſſato*. Itàq; concludendum eſt nullam adeſſe legem generalem pro impoſitione Gabellarum à Principe emanatam, vt ſupponitur, ſed illas fuiſſe impoſitas à Communitate, quæ facultatem habet eas imponendi, cum aſſenſu Principis, vt per *text. in d. l. 1.* tradit *Capyc. deciſ. 138.* Atq; ideò circa prætenſam derogationem Priuilegij, *l. ſi quis Decurio*, non eſt diſſerendum de voluntate Principis, ſed de voluntate, & poteſtate Communitatis, ſiuè Populi.

16 Quo circà meminiſſe iuuabit, immunitatem à Iure conceſſam ob numerum duodecim filiorum eſſe adeò priuilegiatam, vt neq; per Communitatem, ſiuè per ſtatutum tolli, & abrogari poſsit, quemadmodum iiſdem verbis ſcriptum reliquit, *Reg. Conſtant. in d. l. ſi quis Decurio, C. de Decurion. lib. 10. num. 39. Theſ. dec. 267. num. 10. & ibi Theſ. Iun.* qui ſecundum hanc opinionem deciſum referunt,

runt, (adde latè *Iul.Cæſ. Caluin. de æquitat. lib.2.cap.128.à num.117.& 163.& ſeqq.Reg. Sanfelic.dec.391.num.8.*) Ergò qualis qualis fuerit voluntas circa derogationem dicti Priuilegij, ſufficit, illud ex defectu poteſtatis illæſum manere.

17 Et parum refert, Principem aſſentiſſe huic impoſitioni Gabellarum, & omnibus contentis in concluſione, & memoriali inſerto in volumine *Pragmaticarum*, in quo fuit ſupplicatum, vt tolleretur vſus omnibus priuilegiatis, cum enim in Populi ſupplicatione quatuordecim capita contineantur, vt eſt videre; hinc fit, vt confirmatio generalis deindè ſequuta, quamuis de certa ſcientia, non extendatur ad ea, quæ ſunt Iuri contraria, vt tradit *Roland.lib.1.conſ.29.nu.42.* & *Gratian.cap.586.num.23.* per *text. in cap. dudum, de decim.* ibi: *Non igitur cum donatores prædicti conferre non potuerint alijs, quæ ipſi de Iure non poterant poſſidere, & per confirmationem prædicti Clementis Papæ ſuper Eccleſia Sancti Stephani Hoſpitali, cum decimis, & alijs pertinentibus ad ſe facta, etiam ſi authenticum appareret, Iuri Epiſcopali nullatenùs derogaretur, ſententialitèr prohibemus, ne fratres Hoſpitalis præſumant vlterius impedire, quominùs decimas percipiat, &c.*

18 Accedit, quod confirmatio Principis in dubio præſumitur facta in forma communi, vt tradit *Montanus in §.Imperialem, num.54. de probib.feud.alienat.* Et proinde tollit tantummodò obſtaculum prohibitionis, iuxtà *Gloſſ.in conſtit. Conſtitutionem Diuæ memoriæ verbo confirmetur.* Nec operatur vltra quàm actus confirmatus, iuxtà *Baldi* doctrinam in *l.nominatis in fine, C.de appellationibus.* Ergò per confirmationem, ſiuè aſſenſum Principis non poteſt ſuppleri defectus poteſtatis, quæ reſidet in Communitate ſupplicante circa derogationem Priuilegij, *l. ſi quis Decurio*; Et inconcuſſa remanet concluſio ex defectu poteſtatis nullam poſſe prætendi derogationem immunitatis, de qua agitur, non obſtantibus verbis in ſupplicatione adiectis, & non obſtante confirmatione Principis, ſiuè aſſenſu.

19 Sed eſto Princeps ipſe per modum legis Gabellarum impoſitionem ordinaſſet (vt prætenditur) iiſdem verbis adiectis, quæ leguntur in Populi ſupplicatione, adhuc demonſtratur, neque P[illegible] fuiſſe ſupplicare pro derogatione Priuilegij, *l. ſi quis Decurio*; Neque verba ſupplicationis transfuſa in ordinatione Principis importare derogationem d[illegible] Priuilegij, neque ex verbis ipſis poſſe colligi voluntatem aliquam Principis ad derogationem Priuilegij prædicti.

20 Quod enim intentio Populi ſupplicantis non ſe extendat ad derogationem Priuilegij, *l.ſi quis Decurio*, probatur, quia talis mẽs præſumitur, qualis demonſtratur ex verbis, ad *text.in l.labeo, §.idem Tubero, ff.de ſuppell. leg.* at verba ſupplicationis demonſtrant, Populi voluntatem fuiſſe, vt vſus tantùm tolleretur, ibi: *E coſi anche ſi ſupplica V.E. che ſi leui l'vſo*, qui vſus ſatis differt ab immunitate conceſſa ratione Priuilegij; Immunitas enim ratione vſus ſtatuta reperitur ab Imperatore per viam legis generalis, dùm generaliter mandat Stationarijs, nè exigant Gabellas pro rebus, quæ ad vſum proprium inferuntur, vt in *l.vniuerſi, C.de vectig.* Immunitas verò ob numerum filiorum conceſſa reperitur in vim Priuilegij, ſunt enim conceſſa perſonis certæ qualitatis, ibi, *Si quis Decurio Pater ſit duodecim liberorum.* Et quoties aliquid ſtatuitur in beneficium certæ perſonæ, & certæ qualitatis Priuilegium appellatur, ſecùs ſi ſtatuatur ad beneficium omnium, quia tunc dicitur lex, vt benè diſtinguit *Ruin. lib.1.conſ.226.nu.12.* Atque ideò petitio Populi ſupplicantis tolli vſum, hoc eſt corrigi legem ordinantem, nihil eſſe ſoluendum pro rebus, quæ ad vſum proprium inferuntur, nõ debet extendi ad immunitatem conceſſam per modum Priuilegij ob numerum filiorum, tanquam quid diuerſum, ex regula, quod ex diuerſis nulla fit illatio, per *text. in l. Papinianus exuli, ff. de minor.*

21 Et licet in contrarium vrgere videantur verba ſequentia in *eod.cap.11.* ibi, *Che ſi leui l'vſo à tutte le perſone di qualſiuoglia ſtato, grado, e conditione ſi ſiano, anche priuilegiate, e non ſuddite alla Regia Giuriditione*, obſeruãdum eſt, quod verbum illud, *anche priuilegiate*, neceſſariò debet referri ad perſonas Eccleſiaſticas tantùm, quæ immunitatis priuilegium habent in Gabellis, idq; probatur ex verbis in eadem ſupplicatione poſitis in *cap.10.* præcedenti, in quo declaratur: *Che ſe li non ſudditi alla Regia Giuriditione, & eſenti di qualſiuoglia modo non vorranno concorrere al peſo, non poſſano pretendere entrare à parte del frutto, e beneficio, nè ſe li debbia fare aſſignamento alcuno, poiche queſta fedeliſſima Piazza non intende renunziare in queſta parte, e deſiſtere dalle Gratie gia confirmate da Sua Maeſtà, e ponere ſopra di ſe il peſo di pagare li creditori non ſudditi, ſe eſſi vorranno eſſere eſenti.* In quo capite clarum eſt, ſupplicantes intellexiſſe de non ſubditis Regiæ Iuriſdictioni, & ab ea exemptis, hoc eſt de Clericis, & alijs Eccleſiaſtico priuilegio fruentibus, ad quorũ beneficiũ non intendebat Platea renunciare gratijs populo cõceſsis, ſi onera ſubire nõ intendebant, ſequitur deindè ea-

D 2 dem

dem ſupplicatio per verba continuatiua, ibi; *E coſſi anche ſi ſupplica V.E. che ſi leui l'vſo à tutte le perſone,&c.* quæ dictio, *& ſic etiam*, veluti continuatiua repetit formam, & qualitatem vocationis præcedentis, & oſtendit, quod diſpoſitio loquitur de his, quæ neceſſariò ſequuntur ex proximè dictis, ſecundum *Grat.in d.dictione, & ſic 61*, ergo verbum, *anche priuilegiate*, refertur ad perſonas non ſubditas Regiæ Iuriſdictioni, de quibus in *cap.præcedenti*; Et parum refert dictio ſequēs, ibi, *E non ſuddite alla Regia Giuriſdittione*, quę dictio, *&*, ſolet quandoque diſiungere, & poni inter diuerſa, vt in *rubr. ff. de iur, & fact. ignor.* Etenim dictio prædicta quoties reperitur poſita inter ea, quæ licet nomine videātur diuerſa, tamen in effectu idem important, vel vnum ineſt alteri, prout eſt priuilegium Clericale, quod in ſe continet priuilegium immunitatis conceſſum perſonis Eccleſiaſticis, tùnc ſtat expoſitiuè, vt tradit *Cepoll, conſ.crim.17. n.4.* per *text.* & ibi *Gloſ. in l.decernimus, C.de Epiſc.& Cler.* & *in l.1.ff. de pact.* vbi *gloſ.in verb.pactum*, & ibi *Bart.* Ac proindè ſenſus eſt, vt tollatur vſus etiam perſonis priuilegiatis tanquàm non ſubditis Regiæ Iuriſdictioni; eoq; magis, quia tractatur de ſolutione Gabellarum, quæ dicitur materia odioſa, vt per *Ruin.lib.5.conſ.122. n.14.* & in odioſis dictio, *&*, ſtat copulatiuè, ità quod requiratur concurſus vtriuſque, ad finem, vt petitio populi in iſtis priuilegiatis verificari poſsit: Nempè priuilegium immunitatis à ſolutione Gabellarum, & exemptionis à Regia Iuriſdictione copulatiuè, iuxta tradita per *Alex.vol.3.conſ.110.nu.14.& 15.* Ergo ex verbis prædictis ſecundum Iuris terminos interpretatis apparet, voluntatem populi in ſupplicando fuiſſe, vt tolleretur vſus perſonis priuilegiatis tanquàm Eccleſiaſticis, ac generaliter omnibus alijs cuiuſcumque gradus, qui ratione vſus erant immunes. per *text.in d.l.vniuerſi, C.de vectigal.* Et nihil ſupplicaſſe ad derogationem immunitatis conceſſæ patribus onuſtis ratione eorum particularis priuilegij, dùm de ipſorum priuilegio, neque expreſsè fit mentio in ſupplicatione, neque ipſi comprehendantur ſub illo verbo, *anche priuilegiate*, tanquàm relato ad perſonas Eccleſiaſticas tantùm, neque continentur ſub illa generalitate, *di qualſiuoglia ſtato, grado, e conditione*. Siquidèm de eorum priuilegio tanquàm inſerto in corpore Iuris facienda erat expreſſa mentio, vt infrà, & ideò ſub illa generalitate non veniunt, ex traditis per *Ruin.vol.1. d.conſ.226.n.8.* Et hæc quoad voluntatem populi in ſupplicatione declaratam.

22 Quod verò verba ſuperiùs exarata quantumuis transfuſa, vt ſupponitur in ordine Principis non ſint habilia ad derogationem priuilegij, *l. ſi quis Decurio*, illo principio probatur, quia priuilegium illud clauſum reperitur in corpore Iuris, vt legitur in *tit.C. de Decur.* Item dicitur conceſſum ex cauſa oneroſa, & propter onera, quæ ſuſtinet Pater in alimentando tot liberos, vt tradit *Præſ. de Franch.deciſ.259.num.17.* quibus præmiſſis, indubia exiſtimatur concluſio, quod generalis derogatio omnium priuilegiorum non comprehendit priuilegia clauſa in corpore Iuris, vt docent *gloſ.in Auth.quæ in Prouincia, verb. illic. C.vbi de crim. ag. opor.in l. de Decur. C.de ſilent.lib.12.* & alij pleno calamo adducti à *Præſ. S.C. Merlin.tom.2. contr.64.à num.13.* Inſuper generalis derogatio nō tollit priuilegium conceſſum ex cauſa oneroſa, iuxtà *Bar.* ſententiam *conſ. 146. lib.3. nu.46.* At in ſpecie, de qua agitur, non legitur expreſſa derogatio dicti priuilegij clauſi in corpore Iuris; Etenim verba poſita in ſupplicatione populi, quæ prætenduntur transfuſa in ordinatione Principis aliud importare non poſſent, niſi ordinem, quod omnes ſoluant Gabellas, non obſtante quouis priuilegio, nec verbum aliquod appoſitum reperitur ad derogationem priuilegij inſerti in corpore Iuris, & conceſsi ex cauſa oneroſa. Imò neque ſaltèm generaliter fuit dictum, vt omnes ſoluerent; non obſtante aliqua lege; Ità quod redderetur applicabilis opinio relata ab *Alex.in alleg.conſ.187.num.21. vol.5.* & *Vrſin.* ex aduerſo adductis, ergo ſi neq; expreſsè, neque ſub generalitate derogationis omnium legum in contrarium faciētium reperitur huic priuilegio derogatum à Principe, nihil eſt cur prætendi poſsit, Patres onuſtos eorum priuilegio non gaudere ex vi verborum, quibus reordinata fuit Gabellarum repoſitio.

23 Et parum officit replicatio, & prætenſio, quod omnia fuerint ordinata per modum legis Generalis, quo caſu exiſtimant abſurdum videri, voluiſſe Principem leges præcedentes incorrectas manere, ſiquidem concluſio, quod generalis derogatio omnium priuilegiorum non ſufficiat, locum obtinet, etiā ſi per modum legis derogatio fiat, vt patet expreſsè apud *Præſ. Merlin. tom.2. d.contro.64.n.12.in fin.verſ.nec rurſus.*

24 Vel ſaltim prætenſio aliquo modo ſubſiſteret, quando lex noua generalis ità eſſet contraria priuilegio, vt ſimùl conſiſtere non poſſent; nam ſi ſecus, ſufficit, vt lex noua in aliquo, licet minimo operetur, ità *Soccin.iun. conſ.131.num.48.vol.1.* Et diſtinguendo declarat in proprijs terminis priuilegij, *Barboſ. in 1.par.l.1.ff.ſolut.matrim.num.8.& 9.* at in

pro-

propoſito poſset lex noua per verba prædicta operare contra alios Priuilegiatos reſpectu immunitatis, prout ſunt immunes ratione priuilegij conceſſi à Principe; Item ab ipſa Ciuitate, quæ poteſt Immunitatem concedere cum aſsenſu, iuxtà tradita per *Capiblanc. de Baron.tom.2.cap.42,num.7.* Inſuper contra Immunes ratione præſcriptionis triginta annorum, quæ pariter Immunitatem non ſoluendi tribuit, vt per *Gramm.deciſ.100.num.25.* contrà Capuanos,qui prætendunt Immunitatem à Gabellis in hoc Regno, iuxtà tradita à *Reg. Reuerter. deciſ.95.* vbi *Reg. de Marinis in obſeruat.* & contra alios huiuſmodi, qui non gaudent ratione priuilegij ex cauſa oneroſa, & inſerti in corpore Iuris, vt gaudent Patres ob numerum filiorum, ergo fruſtra prætenditur iſtorum priuilegium ex verbis expreſsis, & ſuprà enarratis cenſeri ſublatum.

25 Sin autem attendatur præſumpta Principis voluntas, neque præſumptio aliqua colligitur, qua ſubſtineri poſsit, voluntatem habuiſse dicto priuilegio derogandi, idque ex tribus Iuris concluſionibus demonſtratur.

26 Prima concluſio eſt, priuilegium *l. ſi quis Decurio* eſse adeò potens, vt neque à Principe tolli poſsit de poteſtate ordinaria, & ſine euidenti publica neceſsitate, vt admonet *cit. Reg. Conſtant.in ead.l. nu.40. Caluin.d.cap. 128.num.182.& 183.*

27 Secunda concluſio eſt, Principem in dubio non videri velle vti plenitudine poteſtatis, niſi expreſserit, vt tradit *Alexand.lib.7. conſ. 11. nu. 6.* etiam ſi actus non valeret: nam ſi ſecus,factum Principis iniuſtum ſemper ſubſtineretur, quod eſset abſurdum, vt aduertit *Tuſch.lit.P.concl.670.n.3.* qui de veriori opinione teſtatur, vel ſaltim indubia redditur concluſio, quando actus in aliquo ſubſtineri poteſt, vt aduertit *Reg.Conſtant.in l.1.C.pœn. fiſcal.lib.10.num.93. circa finem.*

28 Tertia concluſio eſt, Principi non licere vti plenitudine poteſtatis, niſi concurrente cauſa, quæ concernat principaliter vtilitatem publicam, vt ex *Caſtr. Felin.* & alijs, fundat *Crauetta tom.1.conſ.5.n.4.*

29 Quibus præmiſſis,in propoſito patet, Principem non fuiſſe vſum plenitudine poteſtatis expreſsè, quia non dixit hac poteſtate velle vti. Non aderat cauſa vtendi, quia cauſa reponendi Gabellas, quæ declaratur in ſupplicatione populi, licet appelletur publica; non tamen concernit principaliter vtilitatem publicam, ſed priuatam, vt infrà demonſtrabitur; & vtilitas publica, quę priuatam in ſe continet, iudicatur veluti priuata, iuxtà doctrinam *Andr. in cap. Imperialem, §.nec Dominus ſub num. 41, de prohib. feud. alien. per Feder.* Ergo ſi non legitur declaratio Principis volentis vti plenitudine poteſtatis, imò nec aderat cauſa vtendi, & derogatio omniũ priuilegiorum poſset effectum ſortiri quoad alia non inſerta in corpore Iuris, vt ſuperius oſtenſum eſt; concludendum eſt ex his, Principem non præſumi dicto priuilegio voluiſſe in aliquo derogare, ex regula, quod non videtur quis plus velle, quam quod de Iure poteſt,vt ex *Bald.in cap.1.de iuram.calum.* tradit *Alex. lib.4. conſ.132. num.6.*

30 Defectus verò cauſæ vtendi plenitudine poteſtatis ex eo probatur, quia non poteſt dici,gabellarum repoſitionem proceſſiſſe pro bono pacis, & publicæ quietis, vt aſſeritur; iam quod de menſe Iunij 1649.quo tempore fuit præſtitus aſſenſus ſuper concluſioné, & ſupplicatione Populi,vt legitur *in. d.Prag.22. de vectigal.* Omnes quietè viuebant ſub dominio Inuictiſſimi Noſtri Regis, quem Deus incolumem ſeruet; Imò ex verbis in eadem ſupplicatione expreſſis apparet, gabellarum repoſitionem pro medietate fuiſſe deſideratam, & concluſam principaliter pro intereſſe Conſignatariorum, & in conſequentiam pro communi vtilitate, ibi: *Non trouandoſi eſpediente alcuno da poterſi applicare à qualche conueniente ſodisfattione della perdita così graue,che nell'eſentione di dette gabelle hanno fatto li Conſignatarij, che le teneuano comprate dalla Regia Corte, e dalla Città, gran parte de quali ſono Cittadini; Senza la cui commodità non ſi può incontrare l'vtile commune;* & ſequitur: *Mentre non tenendo li Nobili, & il Popolo Ciuile commodità, vengono impoſſibilitati à ſpendere, e dare al Popolo minuto in che guadagnare il Pane &c.* Et in *Pragm.22.de vectigal. in princ.* ibi: *In conformità di quel che la Piazza di queſto Fedeliſſimo Popolo ſupplicò, e concluſe per beneficio vniuerſale di tutti l'intereſſati.* Cauſa igitur expreſsè fuit, vt conſuleretur Conſignatarijs,& hæc licet afferre videatur vtilitatem reſpectu vniuerſi; hoc tamen, quia euenit ſecundariò, proindè dicitur propriè vtilitas priuata, vt docet *Bart.in.l.1. ff. ſolut.matrim.nu.25.* Qui declarando plures ſpecies publicæ vtilitatis ſubdit: *Quarto modo ſumitur vtilitas publica, quæ principaliter eſt priuata, ſed ideò dicitur publica, quia affert vtilitatem ſuam reſpectu vniuerſi, ſed in particulari affert ſuam vtilitatem cuilibet ſeparatim per ſe, ità quod vni, & non alteri, nec eſt apta afferre in quolibet particulari vniuerſaliter: exemplum, quod homines ſint diuites,* (vt eſt caſus de quo agitur) *quia hoc Reipublicæ intereſt,&c. Et hæc propriè dicitur priuata.* Hactenus *Bart.* quem ſequitur *Alex.in eadem l.1. in lectura nouiſſima,* Si igitur ex verbis eiuſ-

eiuſdem ſupplicationis apparet, gabellas fuiſſe repoſitas, vt conſuleretur ex parte Conſignatarijs, ad finem, vt iſti poſſent alijs ſubuenire, quæ cauſa eſt apta afferre vtilitatem cuilibet ſeparatim, ità quod vni, & non alteri, concludendum eſt, verſari in terminis, de quibus loquitur *Bart.* vt homines ſint diuites; quo caſu propriè dicitur cauſa continens vtilitatem priuatam, & ceſſat cauſa reſpiciens principaliter vtilitatem publicam, & conſequentèr cauſa, propter quam Princeps poterat vti plenitudine poteſtatis, atq; ideò illa non videtur vſus, dùm non poterat: Et ex præmiſſis excluditur præſumptio voluntatis in Principe circa derogationem Priuilegij, *leg. ſi quis Decurio.*

31 Supereſt, vt huius præſumptæ voluntatis coniecturas in contrarium adductas confutemus, & cum illam deduci contendant ex eo, quia ſupponitur, Principem in hac repoſitione gabellarum præiudicaſſe Conſignatarijs, quibus erat quæſitum ius, vigore contractus; ceſſat præſumptio; ſi attendatur, illos non modo præiudicium aliquod, ſed inexpectatum beneficium recepiſſe; Etenim omnes gabellæ iàm erant ſublatæ inſtante Populo, & pro bono pacis, ac poſtmodùm repoſitæ pro medietate fuerunt aſſignatæ illis met, qui nihil habebant.

32 Nec poterit aliqua præſumptio deſumi ex eo, quia vnica loqutione legitur expreſsè derogatum immunitati generalitèr conceſſæ omnibus pro vſu in *l. vniuerſi, C. de vectig.* Etenim immunitas gabellarum generalitèr à Iure ſtatuta pro rebus, quæ ad vſum propriũ inſeruiunt, ſatis differt ab immunitate conceſſa ob numerum filiorum vigore Priuilegij, vt ſuperiùs oſtenſum fuit, ex *Riuiu.d. lib. 1. conſ. 226. nu. 12.* & ideò poterat hæc immunitas pro vſu generalitèr à lege conceſſa tolli de poteſtate ordinaria, imo per generalem derogationem cenſetur diſpoſitioni dictæ *l.* derogatum ex traditis *per Socc. Iun. lib. 2. conſ. 82. num. 21.* at non ità corrigi poterat, *text. in l. ſi quis Decurio.*

33 Quibus adijcitur, quod quando exemptio fundatur duplici Iure, generalis derogatio non trahitur ad exemptionem prædictam, vt aduertit *Tuſc. lit. D. concl. 810. num. 2.* ex regula *tex. in §. affinitatis, Inſtit. de nuptijs,* & traditis *per Iaſ. in l. fin. num. 4. C. ſi contra Ius.* Ergò dùm immunitas pro vſu competebat patribus onuſtis in gabellis, tàm vigore *l. vniuerſi*, quam vigore eorum priuilegij, ſequitur, vt derogatio generalis reſpectu vſus non comprehendat exemptos à ſolutione etiam vigore Priuilegij.

34 Nec minus ad derogationem dicti Priuilegij inſurget præſumptio voluntatis Principis ex eo, quia videtur voluiſſe derogare Priuilegio immunitatis conceſſæ perſonis Eccleſiaſticis, quod eſt paritèr inſertum in corpore Iuris; Etenim derogatio Priuilegiorum non inducitur, etiam ſi aliqui exempti expreſsè fuerint nominati, vt ex *Calder. conſ. 526. alias 11. de Priuil.* aduertit *Tuſch. lit. D. concl. 216. n. 143.* Et ex his abſolutus videtur articulus, quod neque ex verbis, neque ex præſumpta voluntate, ſiuè Principis, ſiuè Populi ſupplicantis poſsit induci prætenſa derogatio Priuilegij, *l. ſi quis Decurio.*

35 Poſt hæc contra Patres onuſtos cauſam defendentes ad aliud motiuum confugiunt, prætendunt enim in repoſitione dictarum gabellarum cauſas particulares concurriſſe, propter quas iſti gaudere non debent, & cauſæ ex aduerſo perpenſæ duæ ſunt; altera, quia ſupponentes, repoſitionem gabellarum proceſsiſſe pro bono publico in exceſſu, & ad ſtatus Regni firmitatem, exiſtimant, hoc caſu gabellarum indictionem eſſe appellandam onera Patrimoniorum, à quibus non excuſari Patres ob numerum filiorum concludunt, per *text. in l. ſunt munera, ff. de vacat. muner.* ad quod probandum adducunt *Bald. in d. l. ſi quis Decurio, Fachin. lib. 3. variar. c. 49.* & *Præſ. Ganauere. dec. 41. n. 30.*

36 Altera cauſa eſt, quia ſupponitur, omnes Conſignatarios ſublatis gabellis remanſiſſe Creditores Regiæ Curiæ, & Ciuitatis, ac proindè cum fuerint repoſitæ pro ſatisfaciendo dictis Creditoribus, in nihilo prodeſſe exiſtimant Priuilegium, *l. ſi quis Decurio*, iam quod Priuilegium non excuſat à contributione in ſolutione æris alieni antè Priuilegiũ contracti iuxtà *deciſionem* relatam à *Regente Reuert. 438.*

37 Verùm pro reſolutione motiui negatur omninò ſuppoſitum in principio argumenti, cum ſupra demonſtratum fuerit in repoſitione dictarum gabellarum non poſſe conſiderari vtilitatem publicam pro bono pacis, ſiuè Regni ſtatus firmitate, vt aſſeritur, ſed priuatam vtilitatem principaliter, & ſecundariò publicam de qua iudicatur, vt de priuata ex traditis per *Bart.* & *Andr.* ſuprà adductos.

38 Cæterum magis recepta eſt ſententia, quod numerus duodecim liberorum excuſet etiam ab oneribus Patrimonialibus, vt contra *Bald.* & *Fachin.* opinionem deciſum refert citatus *Ganauerr. deciſ. 41.* Et quod magis eſt, immunitatem tribuit etiam ab oneribus, quæ cauſa belli imponuntur; licet in illis publica verſetur vtilitas, vt decıſum refert *Theſaur. addit. ad Genitorem deciſ. 2.7. lit. A.* (adde *Steph. Garon. ad Conſt. Mediol. lib. 4 tit. 13. fol. 96. Caluin. de æquit. d. c. 128. num. 114. cum ſeq.* & ità etiam practicatum in hoc Regno

in

in anno 1634.refert *Capon.de iur.adob. q.15. n.38.*) Cum enim Priuilegium hoc reperiatur conceſſum propter educationem tot liberorum , in qua publica verſatur vtilitas , iuxtà tradita per *Theſ. deciſ.267. num.15. verſ. ſed iſta*, ex regula, quod Reipublicæ intereſt hominibus repleri, vt in *l.final. §.penultimo,ff.de bon.damnatorum*, & *l.2.C.de indict.vid.tollen.* Hinc fit, vt conquaſſari debeat aliud Priuilegium publicæ vtilitatis, quæ conſiderari poteſt in oneribus belli cauſa impoſitis, per tex. *in Auth.quas actiones , C.de Sacroſ.Eccleſ.* Et ideò, vel hac ratione à nobis penſitata, vel ex alijs adductis à *Roland.vol.2.conſ.52. à n.26.* & alijs, firmatur concluſio pro immunitate ab oneribus prædictis etiam impoſitis occaſione belli; quæ tantùm limitari poteſt, quando talis concurrit neceſsitas , vt non poſsit commodè ab alijs ſubſtineri iuxtà ſententiã eiuſdem *Rolandi d.conſ.52. num.38.* Et hoc etiam inapplicabile conſpicitur .

39 Neque Gabellarum impoſitio poteſt appellari onus Patrimoniorum, vt contenditur, & à quo concedimus numerum liberorum non excuſare , ſiquidem Patrimonij onus eſt illud , quod inducitur poſſeſsionibus , vt eſt *text.in l.munerum , §.Patrimoniorum autem , ff.de mun. & honor.* Et ad hoc vt dici poſsit onus Patrimonij neceſsè eſt vt rei , ſiuè prædijs proprijs cohæreat, vt in *l.ſunt munera , ff. de vacat. mun.* At Gabellarum impoſitio non cohæret prædijs , ſed omnes reſpiciunt, vel fructus , vel alterius rei mobilis contractationem, & præſertim gabella Farinæ, quæ eatenùs ſoluenda eſt , quatenùs ipſum triticum molitur ; ergò patrimoniale onus dici poteſt pro quanto per ſolutionem faciendam minuitur patrimonium ſoluentis; non autem onus patrimonij ; & ceſſat argumentum ex aduerſo adductum , tàm ex diuerſitate terminorum, quæ viget inter onera patrimonialia, & patrimonij , quam etiam quia impoſitio non proceſsit cauſa publicæ vtilitatis , & ità neceſſaria , vt ab alijs ſubſtineri non poſſet .

40 Negatur etiam ſecundum ſuppoſitum in eodem motiuo, pro quanto exiſtimant Conſignatarios ſublatis gabellis remanſiſse Creditores Regiæ Curiæ , & Ciuitatis , cum recepta ſit concluſio debitorem in aliquo non teneri , ſi annui introitus ceſsi ſuo debitori facto Principis ad minorem quantitatem fuerint reducti, etiam ſi ceſsio fiat cum promiſsione exigibilitatis , quæ propriè dicitur aſsignatio , vt in terminis tradit *Olea de Ceſsione Iur.tit.7.qu.3.à num.3.* & *Leotard.de vſur. qu.80. num.40.* Qui pro ratione adducunt, factum Principis excludi ab omni promiſsione, iuxtà *text. in l. Lucius , ff. de euict.*

Igitùr ſi Conſignatarijs nulla remanſit actio, gabellis pro bono publico ſublatis , ſequitur non poſse dici illas fuiſse repoſitas pro ſoluendo ære alieno contracto antè priuilegij expeditionem , & conſequenter ceſsat motiuum deſumptum ex prætenſa contributione, à qua liberorum numerus non excuſat .

41 Quibus ſuperadditur ad præſens non tractari de Collectis imponendis pro dimittendis Creditoribus , in quarum impoſitione poterant fortaſsè Patres onuſti collectari , ſed diſcutiendum remanet , an prædicti gaudere debeat immunitate in gabellis de nouo impoſitis nulla facta derogatione eorum Priuilegij , quæ diſtant inter ſe ſatis , & primò , quantum differt potentia ab actu; aliud enim eſt poſſe aliquid fieri , aliud vero an cenſeatur factum, *vt per Menoch. conſ.97. num.126.* Secundò, quia in Collectarum impoſitione Pater contribueret pro vno foculari, in gabellis verò impoſitis excluderetur ab immunitate competenti non ſolùm pro ſe ; ſed etiam pro filijs , & tota familia , qui non faciunt foculare , & ſucceſſiuè ad contributionem in collectis non tenerentur ; atque ideò etiam diſparitatis ratio inter vtrumq; prætenſionem euertit ,

42 Nec ſubſtineri poteſt , quod huiuſmodi Priuilegiati per non vſum eorum Priuilegij ſpatio quindecim annorum videantur ſibi ipſis in aliquo præiudicaſſe , vana enim redditur oppoſitio ex pluribus , Primò , quia immunitas hæc ortum habet à diſpoſitione Iuris communis, non autem à Priuilegio particulari, & ità immunis nullum ſibi parat præiudicium per alias ſolutiones ſecundum diſtinctionem adductam à *Ruin. vol.5. conſ.107. num. 12.* quem ſequitur *Gabr. de Iur. immunit.concl. 1. num.2.* Inſupèr, quia certum eſt, ſolutionem gabellarum fuiſſe coactam , quo caſu ſoluens ſibi non præiudicat, etiam ſi non fuerit proteſtatus, vt tradit *Menoch. de præſumpt. lib. 1, præſumpt.41. num. 15.* & demùm, quia cum eorum Priuilegium recipiat reiterationem , ità immunis non præiudicat ſibi in futurum per ſolutiones anteà factas , vt aduertit *Capiblanc. de Baron. tom. 1. ſing. 80. num. 137. ex Guid. Papa deciſ. 387.* Cum enim Priuilegium iſtud habens tractum ſucceſſiuum contineat aliquid non faciendi; Nõ tollitur per contrarium actum , niſi concurrente ſpatio triginta annorum , vt de communi teſtatur *Medic. conſ.63.*

43 Et concluſionem prædictam non tantùm in petitorio , ſed etiam in poſſeſſorio locum obtinere patet , ex deciſione relata per *Reg. Capyc. Latr. tom.2. deciſ. 191.* in qua cum fuiſſet tractatum , an Mercatores in nundinis Salerni tenerentur ſoluere impoſitionem ratio-

tione ponderis impoſiti in Regia Dohana non obſtantibus Priuilegijs à retro Regibus conceſſis, vt negotiatores in nundinis prædictis tractentur immunes, licet contra negotiatores fuiſſet oppoſitum de ſolutione alias facta, *vt num.*12. hoc tamen non obſtante fuit in cauſa impartitus terminus, & ordinatum interim non eſſe exigendos directus ratione dictæ nouæ impoſitionis, *vt num.*31. quemadmodum etiam in proprijs terminis immunitatis nouiſſimè fundat *Queſada diſſert.* 22, *à num.* 124. *verſ. ſupereſt*, & ratio eſt, quia cum appareat de iniuſtitia exactionis ſtante Priuilegio immunitatis clauſo in corpore Iuris nullo modo derogato, vt ſuperius fuit demonſtratum, non poteſt concedi manutentio iuxtà tradita *per Andreol. tom. 2. contr.* 191. *num.* 18. & præſertim in hac cauſa, cuius deciſio pendet à ſimplici Iuris articulo, & tractatur in Supremo Tribunali, in quo nulla ratio poſſeſſionis haberi debet, niſi aliqualiter de Iuſtitia proprietatis cognoſcatur, prout de obſeruantia S. C. teſtatur *Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 364. *in fine*.

Ex quibus ſatis conſtare de Iuſtitia Decreti Collateralis Conſilij arbitramur; cætera ſupplebit doctrina Spectabilium Regentium etiam pro tuitione eorum voti. Neap. die 2. Iulij 1664.

Franciſcus Antoninus Andreaſſus.

Sequens Quæſtio cum fuerit prætermiſſa in editione anni 1670. & legatur in Codice noſtro manuſcripto, ideò hic per Nos fuit typis demandata.

QVÆST. X.

Quid ſi vnus ex iſtis duodecim filijs eſſet monachus, an debeat Pater gaudere immunitate.

SVMMARIVM.

Monachus mundo mortuus, an proſit patri pro immunitate 12. filiorum, n. 1.

Hæc quæſtio non eſt deciſa per Regiam Cameram, & cur, n. 2.

Pater, ſi petit immunitatem tempore, quo filius non eſt Monachus, gaudet ea, etiam poſt monachatum filij, & rationes, à n. 3. *ad* 5.

Quid ſi petit immunitatem tempore monachatus filij? Quæſtio eſt dubitabilis ſuper hoc, n. 6. *&* Author *eſt opinionis, quod pater gaudeat immunitate, etiam ſi petierit tempore monachatus filij, n.* 7.

Monachus non eſt ſemper reputandus vti mortuus, & ratio, num. 8.

Communis opinio Doct. quod pater gaudeat immunitate 12. *filiorum, etiam ſi vnus ex eis ſit monachus, & ratio, n.* 9.

Secunda ratio Authoris, *cur debeat pater gaudere immunitate, etiam exiſtente monacho filio, n.* 10.

Honor eſt patris habere plures filios, ex prærogatiua data illi à lege, n. 11.

Tertia ratio Authoris, *cur debeat pater gaudere hac immunitate, n.* 12.

Religionis fauore multa ſunt diſpoſita à lege, etiam in tertij præiudicium, n. 13. *&* 14.

1 Sed quid ſi vnus ex his duodecim filijs eſſet monachus, an debeat gaudere pater immunitate, ſeù Priuilegio duodecim filiorum? Et dubium oritur ex eo, quia monachus mortuus eſt mundo, *vulgatis iuribus*; vnde videtur dicendum, patrem non debere gaudere, ac ſi pater eſſet tantummodò vndecim filiorum.

2 Hæc quæſtio non eſt deciſa, quia eo tempore non accidit, ſed quoniam caſus poteſt euenire ſub hac quæſtione; Ideò arbitratus ſui non infructuoſum hic ponere, vt quæſtio ex quolibet parte videatur completa.

3 Et ſic primò dico, quod diſtinguendum eſt; Nam, aut pater petit immunitatem tempore, quo non eſt effectus monachus filius, aut petit tunc temporis, cum iàm reperitur monachus filius; Et primo caſu, videtur mihi quæſtio abſque dubietate, & ſic indubitatè teneas, quod poſt nactam immunitatem, ſi efficiatur monachus vnus ex duodecim filijs, remanebit eadem immunitas patri, per rationes allegatas in *quæſt.* 1. *&* 2. nam ſi (vt 4 ibi diximus) durat immunitas patri poſt mortem aliquorum ex filijs, multò magis durare debebit ob monachatum, cum illa ſit mors vera, hæc autem ficta, cum moriatur homo 5 mundo; Ratio etiam, hic verè licet mundo mortuus ſit, Religioni autem viuit, & ſi durat immunitas patri eidem, etiã poſt nuptias filiæ dotatæ, & viuentis ſeorſum à patre, multò magis durare licitum erit poſt monachatum, cum illic tradatur, & dedicetur filia alteri homini, hic verò dedicatur, & conſecratur Ieſu Chriſto ſponſo, & traditur filius ad ſeruiendum, & miniſtrandum Deo viuenti.

6 Secundo caſu videtur eſſe quæſtio de puncto dubitabili, nàm, vt diximus in *qu.* 3. & præſupponitur *in qu.* 4. immunitas ſi petatur à patre poſt mortem aliquorum ex filijs, ceſſat, nàm petitionis tempore debent eſſe ſuperſtites omnes duodecim filij, vt etiam tetigimus in *d. quæſt.* 4. per iura ibi allegata, & ſic cum filius ingreſſus Monaſterium ſit mun-

do

do mortuns, ſi petitionis tempore reperiatur monachus, videtur, quod pater gaudere non valeat huiuſmodi priuilegio duodecim filiorum, ac ſi numerus à lege requiſitus, complerus non eſſet.

7 Ego his non obſtantibus dicerem etiam in hoc ſecundo caſu admittendam immunitatem, & ratio,quæ me mouet ad hoc firmãdum,eſt, quod monachus habeatur pro mortuo eſt iurisfictio, non ipſa veritas, cum verè viuat, vt ſuprà dixi; hæc autem fictio introducta fuit in beneficium animæ ipſius monachi, vt ſit ab omnibus mundi cupiditatibus (ob bona ſolitis excitari) ſpoliatus,vt expeditiùs poſsit, & pleniùs Religioni, cui mancipatus eſt, famulari; cum non agamus de aliquo Monachi illius corporali beneficio, quod poſſet ſpirituali offendere, non eſt decidendum, quod pro mortuo debeat reputari, & hoc eſt, quod dixit *Alex. in l.ſub condit.col.1.D.de liber.& poſthum.* ſcilicèt, quod
8 monachus nõ in omnibus fingatur mortuus, ſed in quibuſdam, & ſic nõ in fauorabilibus vt refert *Roland.à Valle conſ.52.vol.2.à nu.7.* Et tantò magis in caſu præſenti, cum non tractemus de aliquo ipſius monachi beneficio, ſed de immunitate patris, qui verè habet duodecim viuos filios, & non inuenio profectò rationem, cur debeat filij monachatus patri nocere, ſed potiùs illum iuuare.

9 Et ſic pro hac affirmatiua communis eſt *DD.*opinio, filium monachum, patrem iuuare reſpectu immunitatis obtinendæ à poteſtate.ex cauſa duodecim filiorum, & adducitur à *Mynſing. in §. 1. Inſtit. de excuſ. tut.* qui cæteros refert, ratio, qua inducuntur inter alias, *DD.* præfati ad hoc firmandum eſt, quod ſi filius in bello extinctus patri prodeſt, cum etiam fingatur viuere ob gloriam, *§.filij, Inſt.de excuſ.tut.* cur non filius mundo mortuus ob religionis ingreſſum patri prodeſſe debet, cum viuere præſumendum ſit ob eandem gloriam, & tantò magis, quantò illa gloria mundana eſt, hæc autem cæleſtis, illa mendax gloria; hæc autem vera, illa vana,& inſtabilis; hæc autem ſolida, felix, & perpetua,quæ nunquàm aufertur ab eo.

10 Alia ratio, etiam me mouet ad hoc idem firmandum, eaquè hæc eſt,quod hæc immunitas introducta fuit, vt diximus ſuperiùs,ob deductionem filiorum in eſſe, ſed eſſe reſpectu benè eſſe, quare non eſt eſſe? dicimus priuandum immunitate patrem, qui verè duodecim habet filios viuos, ex quo aliàs fingitur mortuus filius effectus monachus, ſi is monachus glorioſè viuit? non equidem, ſed eo potiùs faciendum, & ſuccurrendum eſt ei, quia ne dum deduxit in eſſe duodecim filios, verùm deduxit in optimum eſſe, & ſi ſola productio filiorum reputata eſt à lege fauor publicus, & dignus remuneratione in perſona patris, quia Ciuitas repletur Ciuibus, tantò magis, ſi Ciuitas repletur bonis Ciui-
11 bus; Et ſi honor eſt patris plures habere filios, vt in *l.in albo,C.decur.lib.10.* maior erit honor, plures habere booos filios, & ſi ob hunc honotem plurium filiorum datur prærogatiua in *d.l.in albo,* & in *l. ſpurij §.vlt. D. eod.* debet etiam dari prærogatiua à fortiori, ob huoc bonorem plurium bonorum filiorum, & hæc eſt eadem ratio, ob quam, vt diximus ſuperiùs, lex voluit, filium in bello mortuum, viuum reputari; indignum enim putauit lex, mortuum dicere illum, qui pro patriæ defenſione mortuus fuit, & indignum etiam, vt pater, qui ne dum genuerat filium, ſed illum met inſtituerat bonis moribus,& illi ſuaſerat, vt glorioſè viueret, & glorioſus moreretur, poſteà immunitate priuaretur, & ſic non videretur proſpectum beneficio illius, qui Reip.beneficio proſpexit.

12 Et vltima ratio, quæ me mouet ad hoc tenendum, eſt Religionis fauor, & ſic dico, quod poteſt, & debet eſſe caſus, qui vnus ex illis plurimis,maximè cum non proueniat ex hac alicui præiudicium; Nec dicas, quod Fiſco, nam pater hic verè 12. habet filios, ſed ex fictione ſit, vt mortuus reputetur, quæ fictio ceſſat nunc, præiudicium verè tunc fieret, cum illa induceretur.

13 Imò ſi dicerem eſſe fauendum patri, in hoc caſu, etiam dato præiudicio,non mirum eſſet,cum fauore Religionis,multa diſpoſita videantur à legibus eſse in tertij præiudiciũ, inter quæ in ſpecie eſt, vt filius hic idem ef-
14 fectus monachus, ſi naturalis baſtardus, ſiuè ſpurius ſit, legitimus reputetur, non modò quoad honorem, ſed etiam quoad bona in præiudicium tertij, de quibus videas *Alex. in conſ.35.vol.3. Bald. in l.1. C.de Sacr.Sãct. Eccleſ.col.3.Felin.in cap.cum deputati,nu.2.de Iud.& in cap.extrà n.3.de Simonia.*

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Filij, ſiuè monachi, ſiuè moniales patri proſunt pro immunitate duodecim liberorum,n.1. & 5. & quid in filio naturali religionem ingreſſo,n.6.

Religio eſt perfectionis ſtatus, n.2.

Filij, qui munera publica ſubire non poſſunt, vt ſunt minores, animo, aut corpore infirmi, abſentes,& ſimiles, an proſint patri ad conſequendam immunitatem, num.3.

E *Et*

Digitized by Google

Et quid in filijs monſtroſis, contrà formam humani generis procreatis, n.4.
Filij Presbyterorum latinorū, Albanenſium, vel Græcorum, quando proſint patri pro priuilegio duodecim liberorum obtinendo, n.7.& ſeq.
Græcorum ritus tolerat Eccleſia latina, ſeù Romana, circà baptiſmum, matrimonium, & alia, n.12.
Clerici,& Presbyteri Græci, eorumq; fi'ij,& vxores, an teneantur ſoluere fiſcales functiones, aliaq; onera, n.13. & 14.
Et quid in Clerico latino more græcorum ordinato, n.15.

1 QVæſtionem hanc per eaſdem noſtri *Auth.* rationes expendit *Helif. Danza ad Gramm.deciſ.1.n.27.& 28.* qui tamen ad omnes alias *Authorem* noſtrum laudat, præterquàm in iſta, & duabus alijs recenſitis *ibid.n.35.& 36.* & rationes reaſſumpſit; nempè, quia ſicut filij mortui in bello, qui pro temporali patria viuere intelliguntur, patrem excuſant, multò magis hi religionem ingreſſi, qui ob cęleſtem gloriam viuere reputantur, imò gloria mortuis pro ſeruitio Dei, eſt cęleſtis, vera, firma, felix,& perpetua, quæ nunquàm auſertur ab eis; gloria verò mortui in bello eſt mundana,& vana, inſtabilis, tranſitoria, quæ tanquàm tinea demolitur; Inſupèr monachus non ſimplicitèr, ſed per ſimilitudinem tantùm mortuus dicitur, interim Ciuis manēs, & iura ciuilia retinens, vt pluribus oſtendit *Georg. Acac. de priuil.parentum, & liberor.priu.2.cap.9. n.13. & priu.14. par.1.cap.10.n.48.& priu.20.n.54.* Prętereà licet non admittatur ad partem, facit tamen partem, & ſic numerum, *Praſ.de Franch.dec.549.Reg.de Marin. lib.2.reſol.245.*

2 Aliam rationem tradit noſter *Auth.* hìc, & ex eo *Danza d.loc.num.28.* quia hæc immunitas fuit conceſſa vni homini, qui tanquàm vnum inſtrumentū deduxit hos duodecim filios in eſſe; triplex autem eſt eſſe, bonum, melius, optimum; pater enim deduxit hos duodecim filios ad bonum eſſe, & ad religionem, hoc eſt optimum eſſe; cum Religio ſit perfectionis ſtatus, quippè non ſolum præceptorum diuinorum obſeruationem, qua charitatem Dei cuſtodiat,& proximi, ſed conſilia quoque amplectitur, quibus perfectam obtineat charitatem, præcæteris enim pondero teſtimonium Ieſu Chriſti Domini noſtri, ex *S. Matthæo cap. 19.* qui ſcribit, D. Petrum Apoſtolorum omniū nomine (ecce Ordinem Seculārem primum) quæſiuiſſe aliquandò ab ipſo: *Ecce nos reliquimus omnia,& ſequuti ſumus te, quid ergò erit nobis*; Ieſus autem dixit illis; *Amen dico vobis, quod vos ſedebitis ſupèr ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Iſraël*: Deinde de ijs, qui Apoſtolos imitarentur (ecce ordinem regularem) ſubdit: *Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit*, videndus *Hieron. Dandinus Soc. Ieſu in Ethica Sacra, hoc eſt de Virtut. & Vitijs lib. 44. de Religione*.

3 Nec officit, quod iſti filij religionem ingreſſi, vti fictè mortui, nequeunt munera publica neceſsitatesvè ſubire; cū hæc non ſit immunitatis cauſa vniuerſalis, & finalis ſobolis procreandæ, ſed impulſiua, vt in *l.2. C. de his, qui num. lib. ſe excuſ.lib.10.* vt inde minùs placeat ſimplex ratio, quam reddidit *Cuiacius in d.l.2.* quia & incolumem, & Ciuem eſſe oportet, qui patri profuturus eſt; Nàm & aliàs de liberorum, qui parentibus prodeſſe debent, ſtatu non ambigi debet, *l.1.C.qui num. lib. ſe excuſ.* Sequeretur enim, omnes liberos, qui munera publica ſubire non poſſunt, vt ſunt minores, animo, aut corpore infirmi, abſentes, & ſimiles, ad excuſationem non prodeſſe, quòd leges nolle exiſtimamus, quæ ſine tali diſcrimine liberorum ſimplicitèr numerum certum requirunt, & licet nulli filij ſint habiles ad munera ſubeunda, nihilominùs patri præſtant excuſationem, vt ex *Io: de Platea* notat *cit. Acaçius d.priu.20.num.56.* Et leges, quæ de filijs

filijs incolumibus, loquuntur, de filijs viuis, ac ſuperſtitibus tempore priuilegij accipi debent.

4 De monſtroſis tamen contrà formam humani generis procreatis, aliter dicẽdum eſt, quia pro legitimis non habentur, ſecundùm *l. non ſunt liberi 14. D. de ſtatu hom. Ildefonſus Perez Delara in compend. vitæ hominis cap. 10. à nu. 46.* Legitimè autem progenitis Rempublicam augeri, volunt leges, *l. 2. in fin. C. de ind. viduit.* Aliud verò ſi agatur de damno vitando, putà de *lege Papia* orbas mulctante, tunc enim parentibus proſunt, *l. quæret aliquis 135. D. de verb. ſignif. Pacius 1. antin. 25. Merillius 1. obſeru. 33. Io: Iac. Vviſſenbach. in Emblem. Tribon. par. 8.* & *in d. l. 135. diſp. 32. de V. S.* Vel ſi prætèr ordinem naturæ aliquid deſit, vel ſuperſit, *l. 2. §. 10. D. de edil. edict.* Cum pars integralis hominis, non ſit ad eiuſdem eſſentiam, iuxtà *Philoſophorum* axioma.

5 Et ità ſe habet communis opinio, vt monachus, vel monialis proſit patri quoad immunitatem, *Roland. conſ. 52. n. 6. lib. 2. Raudenſis de Analog. cap. 2. à num. 148. Carena var. reſol. c. 189. nu. 1. Præſ. de Franchis deciſ. 532.* ità deciſum referens in moniali, ibiq; *Addent.* meminitq; *Thor. in comp. dec. ver. moniales, Reg. de Ponte conſ. 16. per tot. vol. 1. Reg. Conſtant. ſuper lib. 10. Cod. de Decur. l. 24. num. 38. Conſ. Paſchal. de patria poteſt. par. 4. cap. 4. nu. 12. de Luca ad Præſ. de Franch. deciſ. 259. in fin. & in d. deciſ. 532. num. 2. P. Merolla tom. 3. Theolo moral. diſp. 6. de priuileg. cap. 3. num. 109.* & ità ſeruari in Regia Camera ſubdit eius *Præſ. de Ganauerro deciſ. 41. num. 46.* quem ſequitur *Capon. diſcept. 398. num. 3. tom. 5.*

6 Quod extenditur in filio naturali in religionem ingreſſo; nàm & ſi filius naturalis non proſit patri, ſecundùm aliquos, tamen quia legitimatur per ingreſſum religionis, & per oblationẽ cæleſtis Curiæ, & Summi Pontificis reſcriptum, ideò prodeſt pro immunitate, *Auth.* noſter hìc *num. 14. Conſ. Hodierna ad Surd. deciſ. 123. Reg. Sanfelic. deciſ. 391. num. 24. de Luca in d. deciſ. 532. num. 3.*

7 Notandum deniq; eſt id, quod controuerſum fuit de filijs Presbyterorum in Regia Camera Sũmariæ, penès *Acta Dominici Tramaglia*, in cauſa *Reu. D. Io: Baptiſtæ Bellizzi* Archipresbyteri Albanenſis in Caſali *S. Baſilij* Ciuitatis *Caſtrouillari* in Prouincia Calabriç Citerioris, qui cum ex matrimonio cum *Dominica Tamburro* contracto duodecim filios legitimos, & naturales procreaſſet, inſtitit pro expeditione priuilegij Patris onuſti numero 12. filiorum viuentium: Et per *Dom. Præſid. de Simone Commiſſ.* ſeruatis ſeruandis expeditæ fuere literæ commiſſionales pro audientia teſtium, productisq; probationibus matrimonij, ac Baptiſmi.

8 Fiſci patronus ſe oppoſuit, Presbyterorum filios iuxtà S. R. E. ritum non eſſe legitimos, ex *cap. 1. & ſeq. de filijs Presbyter.* Cum dictum matrimonium fuerit à Clerico in minoribus conſtituto contractum; At is *textus* loquitur de filijs Presbyterorum latinorum, qui triplici modo conſiderari poſſunt. Primò, ſuſcepti antè Clericatum ex legitimo matrimonio, qui legitimi ſunt. Secundò, legitimi nati ex copula illicita, cum pater poſt conuerſionem vxoris ad religionem, Presbyter ordinatur. Tertiò, ſuſcepti extrà matrimonium, poſt ordines receptos, qui illegitimi ſunt, ſiuè ſpurij.

9 Verùm quoad Presbyteros Albanenſes ſciendum eſt, hanc nationem Albanenſium ex Albania Prouincia orientali Græciæ cum Illyricis, alijsq; Græcis hùc aduenisse, cum filio illius famigerati Principis *Georgij de Scãderberg*, vt meminimus ſup. *p. 1. ad § 1. de Collect. n. 97.* & præſertim in Calabria Citeriori, vbi exiſtunt multa Caſalia horũ græcorũ, inter quæ dictũ Caſale *S. Baſilij* intùs Diœceſim Epiſcopatus Caſſanenſis; Imò olim dicta Prouincia ex frequenti Græcorum numero ibi degentium *Magna Græcia* vocabatur, & frons Italiæ, ac prima pars Europæ habitata, vt oſtendit *Taſſon. de antefat.*

E 2 *verſ.*

verſ. 14. *obſeru.* 1. *à. num.* 39. deindè à recentioribus Græcis ex fertilitate *Calabria* dicta, teſte *Mazzella in deſcript. huius Regni lib.* 1. *fol.* 135. vnde *Ouid. lib.* 4. *Faſtor.*

Nec tibi ſit mirũ, Graia rem nomine dici;
Itala nam tellus Græcia maior erat.

10 Hi verò Preſbyteri Albanenſis Eccleſiæ Orientalis, qui Græci ſunt, & Græcorum more viuunt, poſſunt vxorem duxere, ex *cap. quæſitum* 7. *de pænit. & remiſſ. cap. aliter, diſt.* 31. & ex alijs illuſtrat *D. Emanuel Gonzalez in comm. ad lib.* 3. *Decr. de Cleric. coniug. cap.* 1. *nu.* 4. *&* 5. Vnde Græci Clerici, qui continentiam latinorum non acceptarunt, ſi in minoribus, contrahunt matrimoniũ, in ſacris vtuntur iàm contracto, *c. cum olim* 6. *de Cleric. Coniug.* vbi *Innocentius III.* reſcribit *Archiepiſc. Acheruntino,* ibiq; *cit. Gonzalez in notis lit.* A. inquit, quod *Acheruntia* eſt in Regno Apuliæ, quod & Calabria, & Græcia magna dicebatur, in quibus dominium exercuerunt Imperatores Orientis, idemq; exponit in *cap. fin. de filijs Preſbyteror. num.* 3. *lib.* 1. *Decret.* Eorumq; filij ſunt legitimi, & naturales, *Squillant. de priuil. Cler. cap.* 7. *nu.* 3. *Sanchez de matrim. lib.* 7. *diſp.* 28. *Laganar. in add. ad Reg. Rouit. ſupèr Pragm.* 1. *de Cler. ſeù Diac. ſalu. lit. B.* vbi loquitur de dictis Clericis Albanenſibus, & Græcis; licet

11 græci mariti ritum, non ſequatur vxor latina, nec è contrà, ſed ſequitur ritum mariti latini, ſi autem hoc fieri non poſſit, quilibet ſequatur ſuum ritum, *Clemens VIII. Conſtit.* 34. *Sanctiſſimus,*

12 §. 5. Etenim Græcorum ritus per Eccleſiam latinam, ſeù Romanam tolerãtur, circà baptiſmum, matrimonium, & alia, *cap. fin. de baptiſm. Innocent. IV. Conſt.* 4. *ſub Catholicæ,* diſtinctè *per cap.* 26. vbi latè,

13 Prætereà confirmatur, ex decreto generali eiuſdemmet Regiæ Cameræ ſub die 2. Octobris 1554. 156. *ſiuè* 157. *in ord.* inter *Arreſta* collecta per *Reg. de Marin. verſ. Quoad X. fuit prouiſum, & decretum, quod filij dictorum Preſbyterorum Græcorum, eorumq; vxores, defunctis iàm ipſis Preſbyteris, durante viduitate circà contributionem functionum fiſcalium, tractentur immunes, proùt tractabantur tempore, quo prædicti Preſbyteri eorum viri, & patres reſpectiuè viuebant:* quorum immunitas à functionibus fiſcalibus, aliiſquè oneribus *ibidem* declaratur.

14 Et *Præſ. eiuſdem R.C. Petrus Maſturtius in ſuo Repertorio m. ſ. ver. Clerici, pag.* 129. recenſet literas *Regis Ferdinandi I.* expeditas die 9. Maij 1466. quibus cauetur, quod Clerici, & Preſbyteri Græci, ſtante conſuetudine ſoluendi functiones fiſcales, contribuant, vti cæteri Ciues, præterquàm de rebus, & bonis Eccleſiæ, & patrimonialibus; ac pro perſonis, & induſtria eorũ, ac eorundem liberorum, & nepotum ſoluant, proùt alij Ciues Vniuerſitatis; ſed cogitandum relinquit *ibidem*. Et in *eod. ver. pag.* 130. *àt.* ità ait: *Clerici latini promoti ad ſacròs ordines more græcorum per Epiſcopum græcum, & è contrà græci promoti per Epiſcopum latinum, more græcorum, ſtante conſuetudine, quod vtriq; poſſint promoueri, an gaudeant immunitate, qua gaudent cæteri Clerici græci è Clericus quidam latinus vxoratus, per Epiſcopum latinum promotus ad ſacros ordines more græcorum, prætendebat gaudere illa immunitate, qua gaudent cæteri Clerici græci, die* 10. *Iulij* 1550. *in cauſa Ioannis Franciſci de Georgio cum Vniuerſitate Turſi, fuit decreto Cameræ prouiſum, quod non obſtante conſuetudine allegata, Epiſcopus latinus poteſt promouere more græcorum, non obſtante, quod dictus Ioannes erat promotus ad ſacros ordines more græcorum, quod contribuat, ſicut cæteri Ciues cum dicta Vniuerſitate Turſi.*

15 Itidemq; ibi; *Die* 3. *Iunij* 1557. *per decretum Cameræ, referente Dom. Ogeda, fuit prouiſum, quod Clericus Io: Tumulus latinus promotus in clericatu more græcorum, non obſtante conſuetudine allegata, ſimilitèr ſoluat functiones fiſcales.*

Digitized by Google

AD §. VIII.

De Ciuilitate Neapolitana acquirenda.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Ciues apud Romanos, qui nàm erant, n. 1. & qui ſint honorarij, n. 2.

Neapolitanæ Vrbis augmentum per Ser. Reges factum, enarratur, à n. 3. ad 7.

Studium publicum in hac Ciuitate, quando fuit reformatum, n. 4.

Studentes ſunt immunes à collectis, n. 5.

Ciuitatis Neapolis ampliatio, an expediat, vel poſſit prohiberi? Recenſentur nonnulla expedientia tempore Exc. Ducis de Alcalà ponderata, ac notatur Thor. *à num. 8. ad 12.*

Focularia abſentia, an contribuere debeant cum Terris, in quibus ſunt numerata, num. 10.

1 Ciues Romani à principio non alij erant, quàm qui vel in Vrbe Romana, vel eius agro habitabant, quiq; inibi oriundi erant; at Romulus conditor, vt Vrbem amplificaret, deuictos populos in Ciuitatem recepit, quo tẽpore Ciues Romani facti *Corinenſes, Caſtuminij, Antemnates*, & ex fædere *Albani*, teſte *Liu. lib.* 1. Et ſicuti variæ conditionis externæ gentes in Romani populi amicitiam admiſſæ, ità & varij generis apud Romanos Ciues fuere, alij nempè coloni, alij municipes, alij ex Præfectura aliqua, alij Ciues verè Romani; Deinceps factum eſt, vt ex omni genere, omniq; natione terrarum Ciues adſciſcerentur, *Cic. in orat. pro l. Corn. Balb.* Ità Iulius Cæſar Hiſpanos, & Græcos in Ciuitatem Romanam adſciuit, teſte *eod. Liu. lib.* 34. Et Claudius Imperator ex *Tacit. lib.* 2. omnes Græcos, Hiſpanos, Gallos, Britannos, Sauromatas, Ciuitate donauit; & Antoninus Pius omnes, qui ſub ditione Romana eſſent, Ciues Romanos eſſe iuſſit, vt ſcribit *Vlpianus I.C. in l. in Orbe, D. de ſtatu hom.*

2 Quidam verò Ciues dicuntur honorarij, Ciuitate quidem donati, ſed nomine-tenùs, præter quod nihil datum eſt, *Arniſæus d. m. de Rep lib.* 1. *c.* 5. *ſect.* 9. *à num.* 56. Tales ſunt, qui hodiè elogio Ciuium Romanorum decorantur: Ità Regi Galliæ Heluetij ius Ciuitatis dederunt: Ferdinandum Caſtiliæ, & Aragoniæ Regem Veneti ciuem, & patritium ſuæ Reip. fecerunt, *Samuel Rachel. Inſtitut. Iuriſprudent. lib.* 1. *tit.* 41. *aphor.* 5.

3 Nec minori cura pro Neapolitanæ vrbis augmento Ser. noſtri Reges ſe geſſerunt, dum Rex Carolus Andegauenſis, eiusq; ſucceſſores exteras nationes alliciendo, eas ad tempus immunitate à Collectarum ſolutione donarunt, vndè factum eſt, vt ex harum nationum habitatoribus, varia Ciuitatis loca hactenùs nomenclaturam ſeruent; Omiſſo enim, quod dixit *Pontan. lib.* 6. *de bello Neap.* à *Baia* habitatoribus, denominari regionem *Baianam*; adſunt viæ dictæ *Scaphati, Scaleſia, Ruga Gallorum, Florentinorum*, aliorumq; vt apud *Franc. de Petris lib.* 1. *hiſt. Neap. cap.* 8. quare meritò Rex Robertus hanc Ciuitatem appellauit *amœnum pomarium Regni*, in *Reg. anni* 1309 *fol.* 87.

4 Et Ser. Regina Ioanna II. vltimum illius Regiæ ſtirpis germen, animaduertens, ab antiquo ſplendore deficere Collegium Medicinæ Ciuitatis Salerni, de quo ità priùs dixerat *Franc. Petrarcha in Itineraria Soria* (*fama eſt, fuiſſe hic medicinæ fontem, ſed nihil eſt, quod non ſenio exareſcat*) erexit in hac Ciuitate nedùm Collegium Medicinæ, ſed etiam illud Profeſſionis legalis,

Digitized by Google

lis, ſummis prærogatiuis dotãdo, quod ſatis teſtatur eius Priuilegium, vnà cũ ſuis Gloſis à *Mutio Recchi* in lucem editum, & *Reg. Tap. lib. 2. Iur. Regni tit. de Off. Magni Cancellarij, Conſil. Prat. reſp. 43. lib 3.* vt viuorum perfectione ſcientium poſſet hæc Ciuitas fœcundari, augendo antiquum, & vniuerſale ſtudium in hac Ciuitate Neapolis, à Federico II. Imp. reformatum, teſte *Petro de Vineis lib. 3. epiſt. cap. 10. 11. & 12.* legiturq; etiam apud *Topium p. 2. de orig. Tribun. Neap. à pag. 434.* &
5 Scholares immunes erant à Collectarum ſolutione, vt patet ex *Regeſtis anni 1274. lit. B. pag. 204. àt. et anni 1275. lit. A. pag. 32.* Et ex *d. epiſt. 11.* vbi mandatur, vt ſcholares securè veniant, ac tàm in perſonis, quàm in rebus, nullam ſentientes in aliquo læſionem.

6 Sed viæ iſtæ Neapolim augendi admodùm anguſtæ fuere, ſi Hiſpanam inſpicias magnificẽtiã, putà Ser. Regis Alphonſi Aragonenſis, eiuſq; ſucceſſorum, non ſolùm inſtituendo Sacrum Conſilium dictum S. *Claræ*, & ſecum ex Iberia nobiliſsimas ducendo familias, ſed induſtria eius filij Ferdinandi I. introducta nobili Serici arte, ſecundùm *Summont. par. 3. hiſtor. Neap. lib. 5. pag. 110.* imò in anno 1479. ſanciuit, vt exteri ducentes vxorem Neapolitanã, ac domum ementes, vel ædificantes, ſint Ciues Neap. vti oriundi, vt in *Prag. 1. de immun. Neap.* vbi ità legitur: *Eamq; magis inde repleri liberis hominibus, ac fieri populoſam turbis diuerſorum hominum ſuas Prouincias, & Ciuitates relinquentium, ad habitandum hanc noſtram inde concurrentium Ciuitatem.*

7 Imò ſub felicibus auſpicijs Auguſtiſſimæ Domus Auſtriacæ Regnantis, adeò creuit, vt intrà capaciſſimum Corpus recipiat innumeros habitatores, & iuxtà *Amat. deciſ. Ancon. 60. n. 4.* inter Ciuitates populoſas principem locum obtineat; ac dilatari cæperunt eius Suburbia, quæ ſub titulo SS. Reginæ Cœlorum tria denominãtur, *Laureti, Conſtantinopolis, & Virginum*, alia *S. Antonij, Plagæ, &c.* Cumq; Ciuita-
8 tes potiùs, quàm Suburbia etiam nùm videantur, motiuum dedere Excell. Dom. Duci de Alcalà tunc Proregi proponere ſummæ prudentiæ Catholici Regis Philippi II. in anno 1561. nũ ampliationem hanc prohiberi, expediſſet, & quomodò ea prohibitio fieri potuiſſet? Quò circà non ſolùm *Spect. Regentes Reuerterius, Velaſquez, Albertinus, Villanus, & Patiño*, ſed etiam *Ill. Marchio Triuici, D. Alonſus Sanchez Marchio Gruptularum*, alijq; Collaterales Conſiliarij, varia, ac digna expedientia Exc. Proregi propoſuerunt, vt S. Cath. Maieſt. certiorem redderet, quorum aliqua notata habemus in *noſtris manuſcriptis intit. Rer. diuerſar. vol. 2. à pag. 110. ad* 128. Et inter cætera conſiderata fuit prohibitio ampliùs de nouo extrà mœnia ædificandi, proùt inde ſtatutum legitur in *rubr. Pragm. de ædificijs prohibitis*: Itidemq; animaduerſa fuit releuatio, quoad fieri poſſet, vexationum, & angariarum, quas Regnicolæ patiuntur, veluti cauſam præbentes, vt ij potiùs Neapolim petant pro libertate.

9 Prętereà idem *Reg. Reuerter.* exiſtimauit, bannum emanari, vt nemo ad hanc Ciuitatem cum familia commorandi cauſa accederet, & accedentes non eximerentur ab oneribus ſuæ Patriæ, & nouæ numerationis tempore, pro foculari ad Regiæ Curiæ beneficium deſcriberentur, vt patet ex ſua *deciſ. 218. lib. 1.* iuxtà editionem *Reg. de Marin.* qui in *illius obſeru.* id apud Nos benè procedere tradit ex *Authore* noſtro in *ſuperiori §. 3. quæſt. 8. num. 51.*
10 vbi teſtatur, in dies per Reg. Cam. prouiſiones expediri, Prouinciarum Perceptoribus directas, vt à focularibus abſentibus, datia per ipſos Vniuerſitatibus debita exigant, ac ſi non receſſiſſent: Idquè etiam in anno 1616. per Reg. Cam. deciſum fuit, vt focularia numerata in alijs Regni Terris, quę Neapoli commorantur, debeant in omnibus contribuere cum Terris, in quibus ſunt numerata, ſicut olim ante promulgationem *Pragm. 8. §. E tenendo*

noi,

noi, de Commiſſar. vt patet ex *Arreſt. 576. in 5. cap.* apud *Reg. de Marin.* & memorat *Thor. in comp.deciſ.par.1.ver. focularia.fol.238.*

21 Licet idem *Io: Bapt. de Thor.in add. ad Reg.de Ponte de poteſt.Proreg.tit.2.de abund.Ciuit. §.3. num.25.pag.22.* latè fundet, non eſſe inconueniens, hanc Ciuitatem multiplicari; nam reſpectu Regis magna vtilitas emanat ex gentium multiplicatione, quæ ſi non haberent hìc edificia, faciliùs alibi ſe conferrent, & ſic regalia iura, præſertim gabellæ, & Arrendamenta diminuerentur; Reſpectu autem Baronum, ijs licitum eſt, ſuos vaſallos angarios, & perangarios ad eorum Terras reuocare: Quoad Vniuerſitates, vt paulò ante diximus, focularia, etiam ſi Neapoli habitarent, compellerentur ad onera. Præterquamquod in Regno adſunt innumeræ lites, pro quibus dirimendis tot Regia Tribunalia ſunt cōſtituta, ad quæ pro eorum defenſione Regnicolæ accedere compelluntur: amitteretur item commercium, dùm mercatores non poſſent ibi perpetuò conſtituere perſonas pro negotijs peragendis, nec adeſſent tot Regnicolæ armis, literisq; præſtantes, qui ad hanc Ciuitatem veniunt, ibiq; perfectiores euadunt: Derogaretur denique Regni *Conſtitutionibus*, ac Neapolitanorum priuilegio, de quo in *d.Pragm.1.de immun.Neap.*

22 Non tamen præuidit *Thor.* quod ſuprà modum excreſcente, & multiplicato Ciuium numero, non ſufficiente in eo ſubſtinendo annona, Reſpubl. deſtitui poteſt, quod ſanè Regij muneris, ac politicæ prouidentiæ eſt, *l.3. §.Præſes 15.in fin.D.de muner.& honor. l.vlt. C.de annon.& trib.l.1.C.de frument.Vrbis Conſtantinop. lib. 11.* Debent verò optimi viri præfici, ne inopia, non tàm à ſterilitate temporis, quàm à negligētia matre, nata eſſe videatur, *Caſſiod. lib.1.epiſt.35.* & vbi confunditur adminiſtrationis ordo, annonæ caritas augetur, *d.l.1.* Cumq; omnis Ciuitas cōſtat in quali, & in quanto, ad inſtar nauis, ſi proceſſerit ad aliquam magnitudinem, quandoquè propter paruitatem malè faciet nauigationem, quandoq; propter exceſſum, *Ariſtot.7. Polit. cap. 4.* Et Babylonem captam fuiſſe triduo antè, quàm ab habitatoribus omnibus ſentiretur, ſcribit *idem 3.polit.c.2.* quia muri proptèr amplitudinem circumquàq; defendi non poterant. Inſupèr difficile, & forsàn impoſſibile, vt quæ nimium populoſa ſit Ciuitas, optimè gubernetur, imò *Liu.lib.30 ad fin. Nullæ,* inquit, *magna Ciuitas diù quieſcere poteſt; ſi foris hoſtem non habet, domi inuenit,* latè *d. m. Henning. Arniſæus de Republ.lib.1.cap.5.ſect.6.*

AD QVÆST. I.

Qualitèr quis dicatur Ciuis Neapolitanus ad finem gaudendi immunitatibus.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Ciuilitas, ſeù Ciuitatis ius quantiuis pretij æſtimatur, nu. 1. & quot modis acquiratur, n.2.

Ciuis quomodò fiat, origine propria, paterna, materna, vel auita, à n.3. ad 7.

Eiuſq; effectus, à n.8. ad 10.

Ciuilitas originis, an amittatur per domicilij translationem alibi, à n.11. ad 14.

Et quid in Ciuibus per Pragm. *vel per incolatum, n.15.*

Vel in Nobilibus Sedilium huius Ciuitatis, n.16.

Nouar. *hanc* decis. *tranſcripſit, n.13.*

Ciuitatis ius acquiritur manumiſſione, adoptione, ac priuilegio Principis, à num. 17. ad 21.

Ciues quomodò fiant ex allectione Ciuitatum, n.22. Et quid in hac Ciuitate, nu. 23. & 24.

Et an gaudeant immunitate à dirictibus Regijs, à num.25. ad 27. ac memoratur R.Cam.praxis, n.28.

Et quid ſi fiat per priuilegiū Regis, n.29.

Ci-

Ciues allecti, an gaudeant vſu paſcendi, lignandi, & alijs, nu. 30. & 31.

Barones, an efficiantur Ciues ratione feudalis dominij, & quibus rebus fruantur, à num. 32. ad 34.

Ciuilitas acquiritur per incolatum, n. 35.

Domicilium triplex, naturale, commune, & accidentale, quid ſit, & quot pariat effectus, à num. 36. ad 44. & à num. 53. ad 55.

Ciues quomodò per domicilium fiant Scholares, Milites, Doctores legentes, & Officiales Academiæ, Aduocati, Magiſtratus, Clericus, Monachus, Epiſcopus, à n. 45. ad 50.

Ciuis, an poſſit eſſe duarum Ciuitatum, vel in pluribus conſtituere domicilium, n. 51. & 62.

Mercatores exteri, an per habitationem ſaltèm per triennium in hoc Regno tractentur, vti Ciues, n. 56. & 57.

Exteri in hac Ciuitate, quantumcumq; habitent, non gaudent, niſi ibi domum poſſideant, & vxorem ducant Neapolitanam, nu. 58. & quid ſi alterum ex his deficiat, n. 59.

Ciues allecti, vt gaudeant, habitare debent in Ciuitate, ſaltem maiore anni parte, vel habeant ibi familiam, à nu. 60. ad 62. ac traditur R. Cameræ praxis, ac ſtylus, n. 63. & 64 & an ſit de iure, num. 65. Et num debeant in hoc interpellari, n. 66.

Ciues de Coſta Amalphiæ gaudent, vti Neapolitani, quouſq; inibi habitauerint, n. 67. & 68.

Officia, ac beneficia Regnicolis conferenda, quibus Ciuium generibus conferri poſſint, à num. 69.

Oriundorum appellatione, qui veniant, num. 70.

Feudatarij, ac ciues allecti, an poſſint admitti ad officia naturalibus debita, à n. 71. ad 73.

Officium Prothomedicale, an exteris, vel ciuilitatem aſſequentibus committi poſſit, nu. 74. ac enarratur alius caſus nouiter diſputatus in perſona Medici Siculi, à n. 75. ad 79.

Officia Regnicolis conferenda, an Lectoribus, Officialibus, Militibus, &c. eorumquè filijs, extra Regnum natis concedi poſſint, n. 80. & 81.

Naturalitatis ius, an à Principe concedi ſoleat exteris, vt poſſint obtinere officia, quæ ſolis naturalibus dari debent, nu. 82. & an ſit de Regalibus, n. 84.

Declarantur Reg. de Marin. & R. Tap. num. 83.

Pendente quæſtione, an quis ſit Ciuis, vel naturalis, an ad officia admitti debeat, n. 85.

1 CVm *Author* noſter hìc agat de Iure Ciuilitatis, ſeù Ciuitatis, quæ hominum denotat communionem, & *nihil tantum eſt*, monente *Cicer. lib. 2. de legib. quantum ius Ciuitatis*; imò Claudius Imperator, ciuitatem Rom. iniuria vſurpantes in Campo Eſquilino ſecuti percuſſit, *Sueton. in Claud. c. 25.* Requirit noſtræ annotationis ordo, vt quot modis quis in Ciuitatem aſpirare queat, breuitèr de ſingulis agendo, ſubijciamus.

2 Vlpianus equidem tres modos expoſuit in *l. 1. D. ad Municip.* Natiuitatem, Manumiſſionem, Adoptionem: Diocletianus, & Maximianus Imp. addunt allectionem, quam vulgò cum adoptione confundunt, & domicilium incolas conſtituere in *l. Ciues 7. C. de incol. lib. 10.* declarant, ac vtiliter exornant *Oſuuald. ad Donell. lib. 17. cap. 12. Schifordegh ad Ant Fabr. lib. 3 tract. 25. qu. 8. Pancirol. lib. 2. var. cap. 147. et 244. & lib. 1. cap. 32. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſ. 30. & 42. et de arbitr. caſ. 584. Cuiac. lib. 24. quæſt. ad Paul. in l. 20. D. ad Municip. Thom. Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 23. Conſil. Carleu. de iud. t. 1. lib. 1. diſp. 2. q. 1. & 2. Narbona in l. 20. gloſ. 2. tit. 1. lib. 4. Recop. D. Frãc. Amaya in comment. ad cit. l. ciues, C. de incol. lib. 10. d. m. Hĕning. Arniſçus de Repub. lib. 1. c. 5. ſect. 10. Reg. Sanfel. deciſ. 74. lib. 1.* vbi *Mucci, Reg. Rouit. in prag. 1. de immun. Neapol. & t. 1. conſ. 48.* vbi *Conſil. Altimar. & Rosa.*

3 Et in primis, Ciuem conſtituit origo propria, vt ex *text. in l. 1. in princ. D. ad municip. d. l. ciues, C. de incol. lib. 10. &*

l. ori-

l. origine propria; *C. de municip. lib.* 10. *Conſil.Carleu. d.q.2.n.1. Conſ. Altim.in obſ.ad Reg.Rouit.lib.1.conſ.48.n.2. Author* noſter hìc *n.3.*

4 Vel origine paterna ciuis intelligēdus eſt, & ſic, qui campano patre natus eſt (vt inquit *Vlp. in d.l.1.ad municip.*) campanus eſt, *l. 3. C. de municip. lib.10.l. aſſumptio 6. §.1. D.ad munic.l. municipes,D.de verb.ſign. Carleual. d.q. 2.num.50.Amaya in d.l.ciues,n.5. Altim. in d.conſ.48.num.3. Author* noſter hìc *n. 4. Antunez de Portugal. in tract. de Donat. Reg.Coron.tom.1.lib.2.cap.15.n.13. & 14.* Patria enim à patre denominatur, & eius ratio, tanquàm originis eſt perpetua; Vndè rectè notauit *Cuiac.in lib.1.ad Reſp.Papin. ad l. libertus 17. §. patr.D.ad municip.* quod quotieſcumq; fit mentio loci in iure noſtro, intelligi debet de loco originis paternæ, *d. l.aſſumptio, l.pen.D.ad municip. l pen.de Senat.l.relegatorum 7.§.interdicere,D.de interd.& relegat.l.Diuus 34.D.de tutor. & curat.*

5 Vel origine auita, nam aui originem ſequitur nepos, *l.libertus 17. §. in adoptiua 9. D.ad municip.d.l.aſſumptio, §.libertini*, ibi: *Item qui ex his naſcuntur*, poſt alios *Author* noſter hìc *nu.5.Conſ. Carleu.d.qu.2.n.51.cum ſeq.Amaya in d. l.ciues,n.21. & ſeq.*

6 Non autem attendi originem vlteriorum atauorum, & parentum, poſt *gloſ.in d l.aſſumptio,§.filius, verb.ſequitur*, tenent cōmunitèr *DD.* quia oporteret nos quærere agrum Damaſcenū (vbi exiſtimatur creatus *Adam* noſter primus parens, teſte *Auguſtin. Torniel. in Annal.ſacris prima mundi ætat. die 6. num.12.*) *Author* noſter hìc *nu. 6. Carleual.d.loc.nu.52. Amaya ibid. Reg. Rouit. tom.1.conſ.83. n.3.*

7 Non idem de materna origine dicendum eſt, cum eam filij non ſequantur, *l.1.§.qui ex duobus, D.ad municip. l. filios,C.de municip.lib.10.Carleu.d.qu.2. n.101. Portugal.d.cap.15. num.16.* niſi in caſibus, quos annotabimus infrà in *quæſt.5.*

8 Effectus autem, qui ex origine reſultant, ſunt primò, vt origo ſemper attendatur, quoad honores, & munera, ad quæ ſubeunda compellendus eſt originarius, etiā ſi à loco originis abſit, & domicilium mutauerit, *l.1. l.filios, l. fin.de municip.* ſiuè ſint perſonalia, ſiuè realia, *l.libertus 17. §.ſed eodem, & §. postliminio, D. ad municip.* Et munera cenſentur tutelæ, refectiones viarum, adminiſtratio Reip. exactio tributorū, defenſio Ciuitatis, legatio, & alia, *l. 1.§. honor, l.fin.D.de mun. Azeued. in rubric. tit.14.lib.6.recop.n.22.Conſil.Altimar.in obſ.ad cit.conſ.48.num.28.*

9 Alter effectus eſt, vt poſſit conueniri in loco originis, *l. incola 29.* vbi *gl. D. ad municip. Altimar.d.obſ.38.n.29. Carleu.d.qu.2. n.116.*

10 Tertius effectus eſt, vt quamuis in alium locum domicilium transferat, poteſt tamen admitti ad honores originis, & alia, ad quæ ſolùm inuitantur originarij, & excluduntur forenſes, *Amaya in d. l. ciues, num.27.* niſi repugnent ſtatuta, *Carleu.d.qu.2.nu.117.& 128.* Et in hoc Regno Neapolis habentur multa Capitula, & Priuilegia, vt officia concedantur Regnicolis, hoc eſt naturalibus, & oriundis Regni, de quibus adeundi ſunt latè *Reg.Tap.lib. 2.Iur.Regn.tit.de Official. in Regn. Conſtit.à fol.109.Conſil.Roce. de offic. rubric. 2. per tot.* & infrà.

11 Hæc autem ciuilitas originis, non amittitur, etiam ſi quis recedat à patria, & alibi domicilium transferat, ex *l.aſſumptio 6.D.ad municip.* ibi: *Neque recuſando quis patriam, ex qua oriundus eſt, neque mentiendo de ea, quam non habeat; veritatem mutare poteſt, l.4.& l. ſeq.C.de municip. l.Senatores 11. D. de Senator.Conſ.Carleual.d.qu.2.à nu.124. Præſ.Ganauerr.deciſ.41.& ſeq. Sadarin. reſponſ.1.num.2.& 3.* (licet amitti, per

12 translationem domicilij, ſeù loci ſub diuerſo dominio poſiti, quoad effectus ciuiles probent *D.Io:Dexart deciſ. Sardin.67.* ac *D.Franc.de Amaya d.loc.à nu. 32.*) & quidquid fuerit dubitatum in S.C. apud *Afflict. deciſ.384.* in Regia Camera ità practicari tradit *Author*

noſter hìc *nu.7.* cuius verba refert *Reg. Sanfel.deciſ.74.num.6.& 7.Nouar. in tract.de elect.fort ſect.2.qu.39.* vbi hanc
13 *Authoris* noſtri *deciſ.* integrè tranſcripſit, ſequuntur idem *Nouar. in prag. 1. num.5.de immun.Neapol.Didac.de Mari ad Gramm.dec.87.num.4. Reg. Marcian.diſp.43.n.8.& 9.lib.1.P.Merolla tom.3.Theol.moral diſp.6. de priuil. cap. 5. num.178. & cap.8.num.45. Conſ.Altimar.in obſ.ad Reg.Rouit. d.conſ.48.nu. 81.& ad conſ.62.n.8.t.2.Io: Bapt.Mucci in dilucid.ad cit.dec.74. Reg.Sanfel.n.2. Reg.Galeota lib.2.controu.17.n.17. verſic.quibus non obeſt deciſio doctiſſimi, & nunquàm ſatis laudati Dom.Reg. Moles, vbi latè hoc declarat.*

14 Et cum quidam Ciuis *Manfredoniæ*, ſeù *Syponti* vxorem duxiſſet in Ciuitate *Trani*, ibiq; habitaret, dicta Ciuitas Sypontina renuebat ei immunitatem ſeruare, ſed quia ciuilitas ratione originis amitti non poteſt, per Reg. Cam. prouiſum fuit, quod tanquàm ciuis originarius Manfredoniæ, in omnibus, & per omnia haberetur in Dohana, & functionibus fiſcalibus, vti alij Ciues, non obſtante, quod effectus fuerit Ciuis Trani, nec habitauerat Manfredoniæ, vt ex literis Reg. Cam, ſub die 26. Decembris 1485. in *Reg. par.30.fol.167.* obſeruat *Præſ.Maſturtius in ſuo Repertorio manuſcripto lit. C. pag.158.àt.*

15 Vnde ſubdit ipſe *Author* noſter hìc *num.8. & 9.* quod cum in anno 1541. fuiſſet prouiſum per Excell. D.Petrum de Toleto huius Regni Proregem, quod Neapolitani alibi commorantes non gauderent, id fuit declaratum, non procedere in oriundis, ſed reſpectu aliorum, qui ſunt Ciues per *Pragmaticam*, vel per incolatum, ex prouiſ. in *Capitulis Ciuit. Neap. fol.143.& àt.* Et *Authorem* noſtrum ſequuntur *Merolla d.loc.Nouar.in d.pragm.1.nu.10. & 11. de immun. Neapol.* Hæc autem prouiſio relata per *Dom Reg.* noſtrum, eſt *Pragm. 4. de immun. Neapol.* vbi *Reg. Rouit.* & *Nouar.* paritèr aduertunt, illam non loqui de Ciuibus originarijs Neapolitanis, ſed de iis, qui Neapolitani Ciues effecti ſunt; & ſic per allectionem, idq; ſatis probari, ex primordio illius Reg.Sanctionis, ibi: *Molti, che ſi fanno Cittadini Napolitani*, & poſt *Auth.* noſtrum ſequuntur *Reg. de Marin. in obſ. ad Reg.Reuert.deciſ.267. n.1. Conſ. Altimar.ad Reg.Rouit.conſ.62.num.7.t.2.& t.1.de nullit.rubr.9.qu.30.num.23.* & *in nouiſſ. obſeru.ad dec.Rou.obſeru.75. n.1. cit. Mucci ad Sanfelic. deciſ.74. num.8. Piſan.ſuper Rit.Reg.Cam.rub.1. nu.256. & rub.10. num.23.*

16 Quæ concluſio non militat in Nobilibus Sedilium huius fideliſſimæ Ciuitatis, cum iſti, & ſi domiciliū conſtituerent extrà Regnum non ſubditum noſtro Regi, non amitterent originariam naturalitatem, vt defendit *Reg. Marcian. diſp. 43. num. 7.* quem ſequuntur *Conſil. Altimar.in obſ.ad R.Rouit. tom.1. conſ.83. num.4. Vincent. Brilla ad Conſuet.Neap.tit. 19.cap.vn. n.5.* Et quamuis contrarium tenere videantur *Amaya in d.l.Ciues 7.à n.32.Reg.Galeot.reſp. fiſcal.9.per tot.* attamen ipſe *Reg. Marcian.* reſpondet, illos non loqui, in Ciuilitate acquiſita per allectionem ad Sedilia, ſed per allectionem factam ab Electis huius Ciuitatis, vel vigore *Pragmaticæ 1. de immunit. Neap.* quos certum eſt non gaudere, niſi habitent.

17 Sequitur alius modus acquirendæ Ciuitatis, qui eſt manumiſſio, vt ſi aliquis ſeruus à Domino manumittatur, origo manumittentis propria, manumiſſi quoque cenſetur, *l. 1. l. aſſumptio 6. §.fin. cum l.ſeq. l.filij 22. & ſeq. l.eius 27.D.ad municip.l.3.§ liberti,D.de mun. l.2. de municip. Scialoya de for. compet. cap.2.num.50.& cap.3.num.6. Montan. contr.30.n.17.Amaya in d.l.Ciues, n.54. & ſeq. Conſ. Altimar.in d. conſ.48. nu.4.* Manumiſſio enim eſt veluti quædam imago natiuitatis, cum ſeruus de non eſſe ſeruitutis, producatur ad eſſe libertatis, qui ſolùm in Ciuitate Romana peregrinabatur, vt ait *Sydonius lib. 1. epiſt.6.* latè *damn. mem. Arniſæus de Republic. d.lib.1.c.5.ſect.10.à n.17.*

18 Inſupèr acquiritur Ciuitas adoptione,

ne, nam qui adoptatur, vel arrogatur, ſequitur originem adoptantis, *l.1.l.ordine 15.§.fin.cum ſeq.l.libertus 17.§.in adoptiua, D.ad municip.l.in adoptionem 7.C.de adoption.Conſ.Carleu.d.qu.2.nu.110.Amaya in d.l.ciues,n.66.Caren.qu.239.num.9.Montan.d.contr.30.nu.22.* vbi ex *Auth.* noſtro dicit, hoc procedere quoad onera, & honores in hac Ciuitate, non quoad immunitates Dohanæ Regiæ, *Conſ.Altimar.in d.conſ.48.num.5.*

19 Ciuis etiam fieri poteſt priuilegio Principis, cum alicui concedit, vt ſi exterus ſit, pro naturali habeatur, *l.1.D.ad munic.*ibi: *Niſi fortè priuilegio aliquo*, qui propriè dici debet ciuis non minus, ac originarius, vt ex pluribus firmant *Amaya in d.l.ciues 7.nu.65.Giron.de priuil & exempt.qu.151.nu.823.& ſeq.Annaſing.365.Reg.Rouit.conſ.62 lib.2.& in pragm.1.de immun.Neap.num.9.Landulf.de Aquino in alleg.102.num.5.* apud *Reg.de Marin.to.3.diuerſ.Nouar.de elect.for.ſect.vlt.qu.63.nu.9.& ſeq.Carena reſol.239.num.6.Conſil.Roſa conſult.9.n.33.Conſil.Staiban.in obſ.ad reſol.92.à n.51.& ſeq.* Reg. *de Marin.reſol.326.n.6.* doctiſſimus *Aloyſ.Manſi conſult.236.num.6.Caſtald.conſult.15.à n.16.ad ſeqq.* & latiùs *conſult.53.per tot.Reg.Sanfel.dec.75.nu.5.Præſ.Ganauerr.dec.36.num.29.Epiſc.Rocca, diſput.iur.ſelect.lib.1.c.83.ex n.1.*

20 Ratio eſt, quia paria ſunt,ineſſe alicui qualitatem per naturam, aut per priuilegium, vt ex *Bald.*& *Gothofr.* ait *Amaya in l.2.n.65.C.ſi ſeruus,aut libert.ad Decur.aſpir.lib.* 10. Principi enim propriè competit, quem natalibus reſtituere, *tot.tit.D.de natal.reſtit.*& *D.de iur.aur.anul.* Vnde Princeps, & ſic lex poſitiua, per priuilegium efficere poteſt, non vt priuilegiatus alius homo credatur, ſed vt afficiatur illa noua qualitate, vt optimè fundat *cit. Amaya in d.l.2.C.ſi ſeruus, aut libert.num.69.in fin.& ſeq.*

21 Et ſic naturales effecti admittuntur ad officia, beneficia, & honores, ac ſi verè eſſent naturales, & originarij, *Petrus Barboſa in l.hæres abſens,art.de foro originis, à n.62.* latè *Antunez de Portugal in eleganti tract. de Donat.iur.& bon.Reg.Coron.t.1.lib.2.c.15.à nu.31.& ſeqq.* quibus priuilegia, & literæ naturalitatis concedi ſolent,*Conſil.Carleual.lib.1.de iudic.diſp.2.qu.2.num.84.Exc.D.Chriſtoph.Creſpi de Valdaura par.1.obſeruat.6.§.3.à num.91.& ſeq.* quas Hiſpani vocant, *Carta de naturaleza, l.14.15.& 16.tit.3.lib.1.recopil.* Et de literis naturalitatis iuxtà Conſuetudines Galliæ agit *Rebuffus in Conſtit.Reg.tom.2.tract.de literis naturalitatis.*

22 Alius modus eſt allectio, qua quis efficitur Ciuis illius Ciuitatis, quæ illum in Ciuem recipit, ex *d.l.ciues, C.de incol.lib.10.l.1.*ibi:*Recepti in Ciuitatem, D.ad municip.* Allegere verò, eſt in Ciuium ordinem cooptare, ob quam aggregationem, ſiuè aſſumptionem in Ciuem alicuius Ciuitatis, pro vero Ciue, nõ pro ficto haberi debet, adeòquè omnibus iuribus, ac beneficijs, proùt originarius Ciuis, gaudere debet, vt poſt alios firmant *Amaya in d.l.ciues, à num.57.Nouar.de grau.Vaſall.to.3.grau.64.Conſ.Staiban in obſ.ad reſol.92.à num.25.ad 57.lib.1.Reg.Galeota reſp.fiſc.9.n.11.& ſeq.Reg.Reuerter.dec.297.num.2.* vbi *Reg de Marin.n.4.& 5.Reg.Rouit.lib.2.conſ.62.* vbi *Conſ.Altimar.in obſeru.ex num.1.R.Sanfelic.deciſ.75.num.4.* vbi *Mucci in dilucid.n.2.& 3.Piſanus in add.ad Goffr.de Gaeta ſupèr Rit.R.C.rubr.10.à n.6.*

23 Hæc autem allectio, ſiuè modus faciendi Ciues per allectionem vetuſtioribus temporibus in hac Ciuitate, & Regno in vſu fuit, vt ex *Cicerone in Oration.pro Archia Poeta,*in illis verbis: *Itàq; hunc & Tarentini, & Rhegini, & Neapolitani Ciuitate cæteris præmys donarunt,* inquit *Laganar.in add.ad Reg.Rouit.ſup.rubr.pragm.Vbi de delict.quis conuen.num.19.& 20.* Ciuitate autem donare, eſt Ciuem efficere, lex enim Gellia à L.Gellio,& Gn.Cornelio Lẽtulo Coſſ.ann.Vrb.IↃCXXCI.lata eſt, vt Ciues Rom.eſſent ij, quos Gn.Pompeius de Conſilij ſententia ſigillatim

Digitized by Google

Ciuitate donaret, vt inquit *Cicero in orat. pro L. Cornelio Balbo*, vbi etiam ità ait: *Nã & ſtipẽdiarios, ex Africa, Sicilia, Sardinia, cæteris Prouincijs multos Ciuitate donatos vidimus, &c. Roſin. antiqu. Rom. lib. 8. cap. 2. Carol. Sigon. de antiqu. iur. Ital. lib. 3. cap. 1. 2. & 3.*

24 Electi autem, ſiuè Decuriones huius inclytæ, ac fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis, ex antiqua conſuetudine facultatem habent exteros Ciuitate donandi, eoſq; in aliorum Ciuium albo adſcribere; quæ approbata fuit in anno 1495. à Ser. Rege Ferdinando II. qui etiam facultatem præbuit, eos ciuilitate priuandi cum clauſula: *dummodò fiat ex iuſta cauſa, quæ quidem debeat S. Maieſt. notificari*, vt legitur *in cap. 12. eiuſdem Regis in libro Capit. & Priuil. d. Ciuit. fol. 21. àt.* Verùm in ſequenti anno 1496. per Ser. Regem Federicum de Aragonia fuit id conceſſum ſimplicitèr abſque illa clauſula, vt in *c. 15. eiuſd. fol. 23. àt.* & patet etiã ex *cap. 4. Caſ. Maieſt. f. 148. & Cath. Maieſt. cap. 1. fol. 158. & cap. 2. fol. 165. in verſ. Placet*, ibi: *dummodò fuerint iuxtà priuilegium fideliſſ. Ciuitatis Neap. facti Ciues Neapolitani per Magn. Electos*, & memorant *Author* noſter hic *n. 11. Reg. Rouit. in pragm. 1. n. 10. de immun. Neap.* & ibi *Nouar. num. 6. Reg. Sanfelic. deciſ.* 324. & in *praxi ſect. 14. n. 2. Reg. Marcian. d. diſput. 43. num. 4. Piſan. d. loc. nu. 19. Conſil. Rocc. de offic. rub. 16. §. 6. de offic. & poteſt. elect. n. 21. 22. & 23.* ſubdit tamen idem *Reg. Rouit. n. 7.* quod in huiuſmodi priuilegijs ſempèr apponitur clauſula: *dummodò venerint ad habitãdum cum familia in hac Ciuitate.*

25 Verùm, vt allecti gaudere valeant immunitate diritũum Reg. Dohanarum, & aliorũ Regalium Iurium, proùt cæteri originarij Ciues, allectio per Ciuitates facta, debet eſſe Regio aſſenſu roborata, quia carent facultate concedendi à iuribus regalibus immunitatem, cum ad Regem ſpectent ipſa iura, vt poſt alios in ſimili fundat *D. Laurent. Matthæu de regimin. Regn. Valent. cap. 5. §. 3. à num. 53. Auth.* hic *n. 13. Nouar. in d. pragm. 1. nu. 7.* & maximum eſſet inconueniens, quod exteri mercatores poſſent ſine Regis aſſenſu ad ciuilitatem allici, & gaudere immunitate à diritibus Regijs, quia ex hoc deſtruerentur introitus Reg. Dohanarum, vt prudentèr conſiderauit *Author* noſter hic *num. 13. & 14.* Et ità huic

26 Ciuitati vſque ab anno 1503. per Magnum Capitaneum conceſſum reperitur, vt poſſit Ciues allicere etiam quoad fruitionẽ huius immunitatis, Regio tamen beneplacito, ſiuè aſſenſu interueniente, vt in *Capit. dicti Magni Capitan. cap. 23. fol. mihi* 35. poſt *Reg.* noſtrũ hic *Reg. Marcian. d. diſp. 43. num. 4. 5. & 6. Nouar. de elect. for. ſect. 22. qu. 39. nu. 20. & 21. Thor. in comp. par. 2. ver. ciuis allectus, fol. 76. P. Merolla tom. 3. Theol. moral. diſp. 6. de priuil. cap. 6. num.* 183. *Conſil. Altimar. in obſ. ad Rouit. conſ.* 48. *nu. 21. & 23. in med. lib. 1. Cæſar Nicol. Piſan. in d. rub. 10. num. 24.* (vide *Thor. in ſupplem. comp. deciſ. ver. Ciuis allectus per Electos, an ſit exemptus à tertia parte introituum ab exteris debita ſupèr Arrendamentis, Regiæ Curiæ ſoluenda, Conſ. Rocc. lib. 1. reſp. 1. per tot.*)

27 Imò generalitèr per Sereniſſ. Reges Regni huius, & preſertìm per Reginam Ioannam I. & Ludouicum eius virum, fuit in anno 1356. expreſsè cautum, quod Ciues non fierent per Ciuitates, ad finem gaudendi diritibus Regijs abſq; Regis aſſenſu, vt patet ex procemio in *Pragm. 1. de immun. Neap.* noſter *Author* hic *num. 15. Reg. Marcian. d. diſput. 43. num. 4. in medio, Goffred. de Gaeta ſuper Ritib. Reg. Cam. rubr. 26. nu. 66.* vbi *n.* 80. præfatas Regias literas tranſcribit.

28 Hinc Ciuitates immunes, *Liparis* nempè, *Tropea*, aliaq; Oppida priuilegiata, nequeunt allicere mercatores in Ciues, ex eo, quia eſt maximũ damnũ Regiæ Curiæ, & exindè oriuntur multæ barattariæ, & iuxtà ritum antiquum tales Ciues creare non poſſunt, abſque ſpeciali mandato Regio, ijsq; non ſeruentur immunitates ipſarum Ciuitatum, niſi aliud ſub his priuilegijs cauea-

ueatur, & vbi emerſerit in hoc dubitatio, recepta idonea cautione de ſoluẽdo, ſi per Regiam Cameram prouiſum fuerit, & ſtatuatur terminus, infrà quem in Cam. ipſa cum ſuis iuribus compareant, & oſtendant prouiſionem per Cameram factam, alioquin ſoluãt, non obſtante dicta allegata ciuilitate, proùt habetur inter cætera Capitula, quæ fuerunt decretata in cauſa Ciuitatis Trani in d. Regia Camera Summariæ die 29. Auguſti 1458. in *Reg. Cur.5 fol.15. & 16.*ex notatis in *Repertorio m.ſ. Præſ. Maſturtij ver. Ciuilità, fol.* 155.

29 Ciuis tamèn effectus per priuilegium Regis, etiam reſpectu regiorum diri-ctuum gaudet, vt iudicatum teſtatur ipſo referente *Auth.*noſter hìc *num.* 19. in perſona *Gaſparis de Cordes*, ſequuntur *Nouar.collect.2.n.9. d.pragm.1. de immun.Neap.& d.quæſt.39.n.23. Thor. d.p.2.ver.Ciuis allectus,Taſſon.de anteſ. verſ.2. obſeru.4.ſub num. 46. Conſil.Altim.in d.conſ.48.num.21.in fin. Merolla d.loc.n.185.in fine.*

30 Gaudent etiam Ciues allecti vſu paſcendi, lignandi, & alia faciendi, ad inſtàr Ciuium naturalium, abſq; fidæ ſolutione, vt fundat *Surd.conſ.313.lib.3.* qui ſcripſit contrà R*oland.conſ.79.* licet in tertij pręiudicium, puta Baronis, quoad prædictum fidæ ius, quia de eius intereſſe non eſt curandum, tanquàm adueniente ſecundariò, & in cõſequentiam, ex *l.fluminum 24. §.item videamus,l.Proculus ait 26. D. de damn. infect.l.ſi in meo 21. D.de aqua pluu.arc.* latè probãt *P.Molfeſ.ad Conſuet. Neap. tit.de perſon.lib.2.p.2.in add. ad qu.1. n. 5.Capibl.in pragm.11.de Baron.nu.108. & 109.* Reg. *Sanfelic. deciſ.* 75. vbi *Io: Bapt.Mucci, Conſil.Altimar.ad Rouit.d. conſ.48.num 22.lib.1.& d.conſ.62.nu.3. lib.2.Piſan.d.loc.à n.10. ad ſeqq.* Et va-
31 lent etiam frui lignandi, atq; paſcendi vſu in conuicinis, alieniſq; territorijs, in quibus ciues originarij tale ius habent, vt fundant *Io: Bapt. Mucci in dilucid.ad Reg.Sanfel.d.dec.75.num.4.* ac *Piſanus d.loc.num.11. & 12.* Et in caſibus, quos referunt R*eg.Galeot. controu. 67. num.25. verſ. nouiſſimè parum lib.2.* & *Io: Bapt. Thor. in ſupplem. ver. Ciues aggregati*, apud *cit.Conſ.Altimar d.conſ. 62.num.13.* aliqua facti circumſtantia forsàn concurrebat, ad allectorum excluſionem, vt probat *cit.Piſan.ibid.*

32 Barones autem ciuilitatem acquirunt, ex impropria allectione, ratione dominij feudalis, *Præſ.Ganauerr.deciſ.38.num.12.*quod latè declarat Reg. *Galeota lib.2. controuerſ.67.per tot.* Vndè Baronem poſſe ordinari ab Epiſcopo loci, vbi tenet feudum, fundat *Iul. Capon.lib.1.diſcept.for.55 à n.1.ad ſeqq.* & eorùm fruitio extenditur in ijs, quæ vniuerſali iure Vniuerſitatibus competunt, & in ipſarum territorio exiſtũt, in quibus pro primis ciuibus habentur, ſecùs in illis, quæ ex aliquo particulari iure ipſis Vniuerſitatibus acquiſita ſunt, vel in paſcendi, & ſimili iure, in alienis territorijs competente, quia in talibus locis, extrà ipſius Baronis iuriſdictionem, pro primis Ciuibus non habentur, *Præſ de Franch.dec.197. Reg.Rouit.in pragm.12. de Baron. nu.5.* vbi etiam *Nouar. num. 12. de Luca ad cit.deciſ.num.3. cit.*Reg. *Galeot. d.contr. 67.Piſan.in d.rub.10.nu 18.* rectè *Conſ. de Roſa conſult.9.à num.23.lib.1.* qui illa ciuilitas naſcitur, ac fundatur in iuriſdictione, ac dignitate, quæ non debet vltrà limites eius feudi operari, *Capiblanc.de Baron.tom.2.cap.84. à n.2.*

33 Imò ſicuti primis ciuibus datur largior vſus vtendi paſcuis, & alijs iuribus, ità Baronem poſſe tenere quantitatem animalium, vti duo ex ciuibus ditioribus ex *Freccia* (aliàs ad hæc ſuſpecto vti Barone, & ſic in cauſis proprijs ſcribente) tradit *Capiblanc.de Baron. pragm.12. num.28.* Intelligendum tamen eſt cum temperamento, ne abſorbeat Baro totum tenimentum paſcuorum; facienda enim eſt repartitio, vt Baro ſit melioris conditionis, & ciues non excludantur, *Capiblanc. ibidem num.29.& tom.2.cap.84. num.14.* Non
34 poteſt tamen Baro impedire locationem paſcuorum faciendam per Vniuer-

uerſitatem concurrente maiori parte Ciuium ob redimendam ſe ab ære alieno legitimè contracto, *Præſ. de Franch.d.dec.197.cit.Capibl. to.1.c.81.nu.10. Maſtrill.deciſ.49.*& deciſum refert *Præſ.Ganauerr.dec.37.de Luca in d.dec.197. Cōſ.Altim.in d.cōſ.62.n.18.t.2.*

35 Ciuilitas quoque acquiritur per incolatum, ſiuè domicilium in aliqua Ciuitate, *d.l. Ciues, C.de incol. lib.10. Conſ.Carleual.de iudic.d.diſp.2.q.2.num.80.& 81. Amaya in d.l.Ciues à n.69.& ſeq. Conſil.Altimar. ad Rouit. d.conſ.48.n.7.Piſan.ſup.Rit.R.Cam.d.rub.10.n.25.*

36 Quod ſanè domicilium, à *DD.* tripliciter conſideratur, ex *Gayll.2.obſer.36.num.3. Menoch. de præſumpt. lib.6.præſ.42.nu.3. Farinac. in fragm. ver.domicilium, num.194.* Naturale ſcilicèt, Commune,& Accidentale.

37 Naturale eſt illud, quod à natura prouenit natiuitate propria, vel paterna, vt ſuprà annotauimus; Dicitur naturale, quia naturalia ſunt immutabilia,& ideò hoc domicilium mutari non poteſt, vt ſuprà, *Amaya d.loc.n.72.Conſ. Altimar.in d.conſ.48.n.27.*

38 Domicilium commune dicitur caput regionis, quia, vbi Princeps degit, cenſetur eſſe patria communis, *l.Roma 33. D.ad municip. l.ſi duas 6. §. Roma 11.D.de excuſat. l.fin.D.de interd.& releg.l eos 9. D. de vac.mun. l.tempore 21. C.Th.de Prætor. & quæſt.* Etenim Conſtitutione Imp.Antonini, omnibus, qui in Orbe Romano ſunt (ideſt ſub Imperio populi Romani, quod totius Orbis eſſe dicebatur, *l. deprecatio, D. ad l. Rhod. de iactu*) Ciuitatis Romanæ ius tributum eſt, vt *Vlpianus* teſtatur in *l. in Orbe Romano 17. D. de ſtatu homin.* iuxtà lectionem Florentinam reſtitutam ab *Alciato lib.2.diſpunct.c.21. Ant. Auguſtin. libr.ſing. ad Modeſtin. pag. 320.* hodiè tamen literam *d.l.17.* eſſe legendam, *in Vrbe Romana*, iuxtà vulgatos *Codices*, ait *Barboſa in l.2. §.legatis, n.30.D.de iudic* cum Roma in Pontifices tranſlata ſit; ſed hoc elegantèr exornant *Iuſt Lipſ. de magnit. Rom. lib.1.cap.7. Iuret. ad Symmach. lib.1.ep.94. Sauar.ad Sydon.Apollin.lib.1. ep.6. Dorleans ad Tacit.lib.3. Annal.pag.384.& lib.11.pag.592. Gaſp. Barthi in notis ad Rutil.lib.1.Itinerar.verſ.63. Donell. lib.17. Comm. cap. 13.* vbi *Oſuual. lit.A.& ſeq.Barboſa in d.l.2. §.legatis, nu.10.& ſeq.D.de iudic. Pereyra deciſ. 2. num.13. Solorzan.de Iur.Indiar. lib.2.cap.21.n.21.& ſeq. D.Franc.Amaya lib.1.obſeru.cap.1.ex num.81.& in d l.Ciues à n.78.& ſeq. D.Melch de Valentia lib.1. tract.3.c.7.num.3.& 4.D.Franciſc.Ramos del Manzano de vſufr.municip. legat. n.41.& 42 poſt lib.3.comm.ad leg.I.& P.*

39 Effectus verò huius ciuilitatis maximos fuiſſe conſtat ex traditis ab *Alciato d.cap.21.in fin. Briſſon.lib.1 antiquit. cap.13.* quilibet enim ibi conueniri poterat, tāquàm in ſua Ciuitate, quod domicilium ceſſaſſe aiunt per tranſlationem Imperij ad Orientem, & collocatum in Bizantio, *Barboſ. in l.2. §. legentis, D.de iudic. Farinac.de inquiſ.qu.7. num.12.* Hodiè quoad Eccleſiaſticos, dicitur Curia Romana, vbi reſidet Summus Pontifex, *cap.fin.de for. comp.* vbi *Fermoſin. in quæſt. 18. tom.2.* quod latè diſſerunt duo Eminentiſſimi I.C. hoc eſt *Cardin.de Luca de iuriſd.diſcurſ. 89.& 90.* & *Canonic. de Luca in animaduerſ.ad Gratian.tom.3.cap.569.per*
40 *tot.* Apud nos verò Curia Regis, *Matritum* ſcilicet, vbi Princeps reſidet communis patria huius magnæ Monarchiæ cenſetur, ità vt ibi quilibet ſubditus Siculus, Neapolitanus, &c. poſſit conueniri, vt contrà *Pereyr.d.dec.2.* fundat *Amaya d. l.Ciues à nu.93. ad*
41 *ſeqq.* Et in Vrbe Neapolis quoad Regnicolas ob ſedem Proregis, *D. Conſil. Petra in rit.M.C.275. num.39. verſ.ad confirmandum t.3.* poſt alios *Piſan.ibid. n.26.& ſeqq.* & notauimus ſuprà *ad q. vnic.poſt §.5.à n.8.*

42 Domicilium deniquè accidentale, ſeù habitationis eſt illud, quod conſtituitur, vbi quis velit, *l.nihil, D.ad municip.* Et ſtatim,ac quis habitationem ſuam in aliquo loco fixit cum animo, & volnntate expreſſa in eo permanendi, *l.domicilium 20.D.ad municip. l.in*

lege

lege 203.verſ.igitur, D. de V.S. l. ſi eum 28.in fin, D. de fideic. liber. Menoch.lib. 6.præſumpt.42.& de arbitr.caſ.86.ex n. 2.Sanchez de matrim.lib.3.diſp.23.Gratian.1.for.cap.181.& 569. Amaya d.loc. n.98. Etiam in primo momẽto temporis, *Viu. opin.89.lib.2.de Petris conſ.15. n.10.R.Rouit.ſup.prag.12.n.4.de Baron. & Capibl.t.2.de Baron.c.60.n.14.& 15.*

43 Requiritur tamen animus, & habitatio, quæ duo copulatiuè concurrere debẽt, ea quæ, ſi expreſsè nõ appareãt, ex præſumptionibus, & coniecturis verificari poſſunt, vt ſi familiam ſecum tranſtulerit, vel maiorem bonorum partem, aut ſi in eodem met loco ad bonorum ſtabilium emptionem proceſſerit, *Conſil.Carleual.d.qu.2.num.11. & 12. Conſil.Staiban.in obſ. ad reſol.92. nu.14.& ſeq.lib.1. cit. Fermoſin. in cap. fin.de for.compet.t.2. qu.1. à num.9. Andreol controu.428. num.6.7. & 9. Benedict. Carpzou.de fin. for. par.3. conſt.38. defin.28.to.2.& deciſ.Germ.1.num.7. & 24.Aloyſ.Manſus conſult.60. nu.20. t.1. & conſult.353.n.92.& ſeq. tom.2.* poſt alios *Conſil. Altimar. ad Rouit. cit. conſ. 48.à num.33. de Luca in animaduerſ.ad Gratian.d.cap.181.num.9.& cap.569. n. 6.Piſan.d.loc.num.31.Franciſc.Sadarin. reſponſ.1. à n.10.*

44 Aut etiam ex longo tempore tranſacto, puta decem annorum, animus præſumitur, ità vt pro vero Ciue exiſtimari debeat, *l. nec ipſi 2. C. de incol. lib.10.Amaya in d.l.Ciues nu.104. Conſ. Staiban.d.loc.n.17.33. & 34. Fermoſin. in d.cap. fin. num.27. Andreol. d.contr. 428.à num.8. Oter. de paſcuis cap.4. nu. 11.Matthеu de regim.Regni Valent.cap. 5.§.3.num.9.de Luca ad Gratian. d.cap. 181.n.5.& 8. Conſil. Altimar. in d.conſ. 48.n.37.Piſan.cit.loc.nu.32.33.& 34.*

45 Quod procedere etiam in ſcholari, ſi poſt quinquennium ſtudij, per aliud quinquennium in Ciuitate habitauerit, probat *Amaya in d. l. Ciues nu.107.* Niſi per illud vltimum quinquennium habitauerit, recipiendi cauſa praxim ab Aduocatis, *n.106.* ſequitur *Scialoya de for.compet.c.2.num.40. Nouar. in d.l. nec ſi, C. de incol. lib. 10. Conſ. Altimar. d.conſ.48. num. 38.* Contrarium tamen fundat *Conſil.Staiban.in obſ.ad cit.reſol. 92.à num. 66.* ex *textu* expreſſo in *l. 2. C.de incol. lib. 10.* quia non dicitur habitare ibi animo perſeuerandi, ſed recedendi finito ſtudio, proùt eſt in mercatoribus, & ſimilibus, *Staiban.d.loc. n. 67.* & latè etiam probat *P. Andreas Mendo Soc.Ieſu in tract.de Iure Academico lib.1.qu.42.per tot.* contrà *Rebuff. de priuil.Scholaſtic. priuil. 125. & 126.* Contrahere tamen quaſi domicilium concedit, quod ad plures effectus eadem vi pollet, ac domicilium, à *num. 464.* Intellige verò cum declarationibus, de quibus *Menoch. de arbitr. caſ. 86.num.24.& ſeq.* vel quando Scholaris habitauerit vltrà decennium in loco, vbi ſtudet, *Conſil.Staiban.d.loc.num. 69.* vel per alias coniecturas id ſignificauerit, de quibus ſuprà, vt poſt alios Theologos tradit *cit. P. Mendo d. q.42. num.474.*

46 Et Miles, qui in aliqua Ciuitate ſtipendia meret, cenſetur ciuis illius loci, *l.municeps 2.D.ad municip. Barboſ. in l.exigere 65.num.34. & ſeq. D.de iudic. Georg. Acac. de priuil. Milit. lib. 2. cap.29. per tot.* Proùt in Ciuitate Neapolis Milites Hiſpani gaudent illius Ciuilitate, *Carauit.ſup. rit.301. nu.22. Taſſon.de anteſ.verſ.3. obſ.3. num.37.* vbi ex *Soccin.* intelligit quoad forum, & militare negotium tantùm, *Reg Sanfelic.dec.74.num.3.*

47 Et *Bart. in d. l.municeps*, ampliauit etiam in Milite legalis militiæ, & ſic Doctor, qui publicè alicubi profitetur, einſdem loci Ciuis eſſe iudicatur, *Iac. Bennius de priuil.I.C par.1.c.6. P. Andr. Mendo d.tract.lib.1.qu.13. nu.308. Rodoer.ad Reg. de Marin. reſol.220. nu.1.* adeòq; Doctor externus conductus ad legendum in ſtudio Neapolitano, gaudet Neapolitana ciuilitate, *Carauit. d. loc. Anna ſing.365.Sanfel.d.n.3. R.Tap. deciſ.Supr.Sen.Ital.14.num.4.* & in Aduocatis, *Narbona in l. 20. gloſ. 2. tit.1. lib.4.rec.num.194.* Idem in Officialibus Academiæ, & Tribunalis Studij publi-

ci

Digitized by Google

ci admittit *P. Mendo d. q. 42. num. 481. vſq; ad fin.*

48 Iudices, & Magiſtratus cenſentur Ciues illius Ciuitatis, quam regunt, *l. Senatores, C. de incol. lib. 10. l. pen. D. de Senat. l. municeps 23. D. ad municip.* poſt alios *Narbona d. gloſ. 2. n. 25. 26. et 57. Maſtrill. de magiſtr. lib. 5. cap. 3. num. 49. Gratian. diſcep. 184. n. 51. Otero de paſc. cap. 7. Amaya in d. l. ciues, n. 62. Montan. controu. 30. num. 16. Rota, ad Reg. Rouit. conſ. 48. n. 9. lib. 1.*

49 Similitèr idē in Clerico habente beneficiū in aliqua Ciuitate, *Amaya d. loc. num. 62. Reg. Galeota d. contr. 67. num. 8. Rodoer. ad Reg. de Marin. d. reſol. 220. n. 1. lib. 1.* qua ratione poteſt ordinari ab Epiſcopo loci beneficij, licet exigui, *Reg. de Marin. lib. 2. reſol. 152. Conſ. Altimar. ad Rouit. d. conſ. 48. num. 39. in fin.*

50 Item in Monacho, vt ciuis efficiatur illius loci, in quo adeſt Monaſterium, *Narbona vbi ſupr. n. 216. et ſeq.* latè *Oter. de paſcuis cap. 8. per tot.* & de Epiſcopo, *Anna d. ſing. 365.*

51 Poteſt autem quis duobus in locis, vel tribus conſtituere domicilium ſimùl, & eodem tempore, *l. Labeo, l. aſſumptio, §. viris, D. ad municip. c. 2. & 3. extra de ſepultur. in 6.* dummodò concurrat habitatio, & animi declaratio, vt ſuprà, *Amaya in d. l. ciues, n. 111. Reg. Rouit. conſ. 48. num. 4. lib. 1.* vbi *Conſ. Altimar. in obſeru. num. 40.* Et in vtroq; loco poteſt munera ſubire, *Reg. Rouit. d. conſ. 48. num. 7. Montan. controu. 68. Andreol. controu. 239. num 44.* ſed vno electo non poteſt ad aliud redire domicilium, *Conſ. Roec. d. rubr. 2. num. 61. & 62.*

52 Ità etiam ciuis, vel municeps duarum Ciuitatum eſſe poteſt, per *text. in l eius 27. D. ad municip. Luc. de Penn. col. 2. & Plat. num. 4. in l. ciues 7. C. de incol. lib. 10. Menoch. conſ. 1129. num. 55. & de arbitr. Iud. quaſt. cent. 6. caſ. 584. per tot. Mager. de Aduoc. arm. cap. 10. num. 221.* licet apud Politicos id negetur, cum fieri non poſſit, quin altera lædatur in caſu diſcordiæ, docetq; *Cic. in orat. pro P. Sextio, & pro l. Corn. Balbo, Mager. d. tract. 13. n. 435.* quod latè declarat *d. m. Arniſ. lib. 1. de Rep. cap. 5. de Ciuit. & Ciuib. ſect. 7. per tot.* Præfertur tamen ad munera, originis domicilium, tanquàm potentiùs, *Reg. de Marin. lib. 1. reſol. 63. num. 5. Manr. alleg. 4. n. 3. Capibl. de Baron pragm. 10. n. 75. Montanar. de adminiſtr. Vniu. pragm. 2. n. 334 et ſeq Nouar. ſup. l. originem, C. de municip. lib. 10. de Luca in tract. de pluralitate legali cap. 70. num. 4.* Sed quoad collectas in Regno ſoluendas, ſi quis habitet in alio loco, annotauimus ſuprà *in par. 1. §. 2. quæſt. 8.*

53 Effectus huius domicilij ſunt plures, quos enumerat *Amaya in d. l. ciues à num. 112. Conſil. Altimar. in d. conſ. 48. num. 41.* Primò, vt non poſſit conueniri in loco primi domicilij, ſed tantùm in loco vltimi, *Scialoya de for. compet. cap. 2. nu. 31.* niſi in primo domicilio contraxerit, *Capiblanc. de Baron pragm. 8. n. 245. P. Mendo de Iur. Academ. d. qu. 42. num. 475.*

54 Secundus effectus eſt, vt ad matrimonium contrahendum, ſufficiat Parochus habitationis, *Barboſa in rem. ſſ. ad Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 1. de Reform. num. 5. et 6.* Item ad Sacramenta miniſtranda, ad ſepulturam eligendam, &c. *P. Sanchez de matrim. lib. 3. diſp. 23. nu. 13. P. Suarez de pœnit. diſp. 23. ſect. 2. et diſp. 25. ſect. 2.* & poſt alios docet *cit. P. Mendo d. loc. n. 470.*

55 Tertius effectus eſt, quod ſi quis recipiatur in vicinum in aliquo populo, qui habet communionem paſcuorum, admittitur ad paſcenda paſcua, non obſtante, quod in duobus locis vicinus exiſtat, *Conſil. Staiban. d. reſol 92. Oter. de paſc. cap. 4. nu. 19.* Vndè Comitatenſes, ſiuè Caſalia, paſcuorum Ciuitatis, cui ſubſunt, vtilitate frui debent, vt latè probant *Narbona in d. gloſ. 2. num. 86. & ſeq. Ant. de Otero d. tract. cap. 10. per tot.* quos ſequitur *Amaya in d. l. ciues, n. 134.*

56 Prætereà in hoc Regno obſeruatum fuiſſe teſtatur noſter *Author hìc nu. 21.* quod mercatores exteri, eò ipſo, quod habitauerint, ſaltem per triennium, & præſtiterint cautionem de continuā-

do

do habitationem, & de reſtituendo dirictus in caſu diſceſſus, tractentur, vti ciues, ex diſpoſitione *Ritus* R.C. *ſub rubric.27.de mercator.qui faciunt ſe Ciues*, vbi *Piſanus in add.à num.6.* poſt *Reg.de Marin. reſol.* 326. *lib.* 1. & *Arreſt.*2. & poſt *cit. Auth.* noſtrum, *P.Merolla tom. 3.Theol.moral.diſp.6.de priuil.cap.6. nu.* 195. Idq; cum ſit etiam de iure communi, non corrigitur *d. Ritus* per dictas literas Seren. Regum Ludouici, & Ioannæ vt *ſuprà n.*27. mandantes, nullum recipi in Ciuem gauiſurum Regijs dirictibus, abſque ſpeciali regio permiſſu, vt tradit *Goffr. de Gaeta in Rit.R.C.rubr.*26.*à n.*69.

57

58 In hac tamen fideliſſima Ciuitate Neapolis, quantumcumq; habitent exteri, non gaudent, niſi etiam congruam ibi domum poſſideant, & ducãt vxorem Neapolitanam, vt diſponitur in *Pragm.1.de immun.Neap.* quoniam per ductionem vxoris, & domus poſſeſſionem, deſumitur, animus permanendi, ac domicilium habendi, cuius ope etiam de iure communi pro ciue habetur, *Gramm.dec.*103.*n.*111. *R.Rouit. in d pragm.*1.*n.*5. & gaudẽt immunitate etiam à dirictibus Regijs, *Author* noſter hic *n.*23. quem refert *P.Merolla tom.3.Theol.moral. d.diſp.6. de priuileg. cap.6.num.*185.

59 Cum igitur illa ſint requiſita copulatiuè, aliquo ex eis deficiente ad allectionis actum deueniri minimè poterit, vt fuit prouiſum *Authore* noſtro referente die 12. Iulij 1570. in perſona *Nicaſij Valleſe* mercatoris Veneti, qui habuerat domum propriam, & habitauerat per 20. annos, & tamen R.C. cenſuit non gaudere, ex quo non habebat vxorem Neapolitanam, vt in *Arreſt.*340. apud *R. de Marin.* qui in eius calce refert noſtrum *Auth.* hic. Et ſimilitèr in illis, qui habẽt vxorẽ Neap. & non habent domum propriam, idem prouiſum fuit die 22. Martij 1508. teſte eodem *Authore* noſtro hic *nu.*17. & 18. *Nouar.in d.pragm.*1. *nu.*8. *Thor.in eomp.dec.p.2.ver.Ciuis Neap.*

60 Imò iſti allecti in tantum gaudent, in quantùm habitent, *Auth.* noſter hìc *num.*25. quem ſequuntur *Nouar. in d. pragm.*1.*num.*11. *Reg. Galeot.reſp.fiſcal. 9.num.*35.& 36. *Reg. Marcian. d.diſp.* 43.*n.*7.*in fin. Reg.Reuert.deciſ.*297. vbi *Reg.de Marin. Conſ.* Altimar. *in obſeru. ad Rouit.conſ.*62.*num.*5.*lib.*2. *Mucci ad Reg.Sanfel.dec.*74.*n.*5. *Piſan. in d.rubr.* 10.*num.*23.*Epiſc.Rocca diſp.iur.t.*1.*cap.* 83.*num.*5.

61 Itá tamen intelliguntur Neapoli habitare, quoad effectum immunitatis gabellarum, ſi habitent plus in Ciuitate, quàm extrà, hoc eſt maiore anni parte, licet in poſſeſſionibus, quas colunt extrà Neapolim, vel cauſa fructuum colligendorum aliquando morentur, vt determinauit Reg.Cam. in *Arreſt.*7. apud *Reg.de Marin.* traduntq; *Montan.controu.*30.*n.*18.*circà fin. Reg. Galeot.d.reſp.*9.*à nu.*36. *Reg.de Marin. ad Reg.Reuert.dec.*297.*num.*6.*in nouiſſ. edit. Mucci in cit.deciſ.*74. *nu.*9. confert *Caſſiodor.var.lib.8.epiſt.*31. ibi: *Promittant anni parte maiore ſe in Ciuitatibus manere, quas habitare delegerunt: ſic fiat, vt eis nec ornatus deſit Ciuium, nec voluptas denegetur agrorum;* licet non

62 ſit ei neceſſe habitare maiore anni parte perſonalitèr, ſed ſufficiat habere ibi familiam, ſecundùm *Amayam in d. l.ciues, n.*122.& 130.

63 Vnde in inſtructionibus Numeratorum expreſsè cauetur, quod tales Neapolitani, quantumcumque ſint Ciues per pragm. vel per allectionem, ſi reperiuntur habitare in aliquibus Regni Ciuitatibus tempore numerationis, ibi numerentur tanquàm ciues, & incolæ illorum locorum, vbi habitant, vt refert *Author* noſter hìc *nu.* 26. quem ſequuntur *Nouar. in d. pragm.*1. *num.*11.*Reg.Marcian.d.diſp.*43. *num.*8. *verſ.quinimò.*

64 Et tandèm ex inueterato Regię Cameræ ſtylo in decretis, in quibus declarantur Ciues virtute *R.Pragm.* ſemper apponuntur clauſulæ: *Donec, & quouſq; habitauerit Neap.cum vxore, & familia*, de qua obſeruantia teſtis eſt *Dom.Reg.* noſter hìc *num.*27. quem ſequun-

G

quuntur *Nouar. in d.pragm.1. num.12. Reg.Galeot.d.reſp.9.num.39.Piſan.d.loc.* Inſupèr debeât præcedere prouiſiones R. Cam. cum productione fidei Capitanei de Platea, vulgò *Ottina*, de domicilio in hac Ciuitate, proùt determinauit R.C. referente *Authore* noſtro die 21. Martij 1576. in *Arreſt.389.* apud *Reg.de Marin.* & teſtatur idem *Author* hìc *num.28.ſupracit. DD. ibid. P.Merolla d.tom.3.Theol.moral. diſp.6. de priuil.cap.6.n.193.*

65 Quod fundari etiam ait *Dom.Reg.* hìc *num.29.* ex iuris diſpoſitione, quia de eſſentia Ciuis eſt, vt ſuſtineat onera, vndè ſi eſt abſens,iuxtà regulas iuris, gaudere non debet, ex *Soccin. in rub. D.ſolut.matrim.* & *Afflict.dec.384. n.9.& 10.* ſequitur idem *Reg.Galeot.d. reſp.9.num.40.* comprobant *Surd. conſ. 313.num.56.& 437.nu.17. Redenaſch. conſ.91.n.20.Merlin.de legit.dec.24.nu. 6.Card.Cerrus dec.8.n.51.Epiſc.Rocca d.cap.83. n.5.* licet contrarium dicat *n.*

66 *6.* Imò interpellari debere, vt adimpleat, ideſt veniat ad habitādū,probat *Alciat.conſ.210. & ſeq.* & poſt alios *de Luca ad Gratian.cap.44.num.7.& 8.* & *Caſtald.conſultat.15.num.21.* & *conſult. 53.num.9.*

67 Et ex his notat *Piſan. d.loc. ex n.36.* illos de Coſta Amalphiæ,gaudere tanquàm Ciues Neapolitanos, quandiù in hac Ciuitate Neap.habitauerint,nō verò ſi per tres ſaltèm habitauerint dies ſecundùm *Goffred. ibi.* Idq; oſtendit ex Priuilegio Amalphitanis conceſſo, inibiq; tranſcripto, & ex literis R.Cam.& *Arreſt.169. 176. 178. 179. 185.* ex recollectis per *Reg. de Marin. in ord.* iuxtà primam editionem, vbi præfara apponitur clauſula, *quouſque*, ſcilicèt,*habitauerint in dicta Ciuitate*:

68 Et patet etiam ex alio decreto in anno 1541.die 20. Iulij lato, in *Repertorio m.ſ. Petri Maſturtij olim Fiſcalis Proc. deindè Præſid. breuioris togæ, vulgò idiota,ver.Coſta, pag.171.àt.* tenoris ſequentis, v3.

In cauſa nobilis Andreæ,& Petri de Mezzacapo, cum Mag. Petro Maſturtio Procuratore Regij Fiſci,et Mag.Io: Paulo Marato arrendatore iurium Reg. Dohana, et maioris fundici Ciuitatis Neap. ſupèr ciuilitate Ciuitatis Neap. qua gaudere prætendunt,et alijs, vt in *proceſſu*.

Viſis actis per Dominum V.I.D. Frāciſcum Reuerterium dictæ R.Cam. Præſidentem, et cauſæ huiuſmodi Commiſſarium, et de his facta relatione in banca dictæ Regiæ Cameræ coram Excellenti Dom. Hieronymo Seuerino Locumtenente, et alijs Dominis Præſidentibus, fuit per eandem Reg. Cam. prouiſum, dictos Andream, et Petrum de Mezzacapo cōſeruandos eſſe, et conſeruari debere, proùt præſenti decreto conſeruantur in eorum quaſi poſſeſſione ciuilitatis Neap. quandiù in eadem Ciuitate Neap. habitauerint. Hoc ſuum, &c.

69 Ex quibus corollariè infertur ad quotidianas quæſtiones circà officia, & beneficia, quæ vt plurimum in Regno Neapolis, & Siciliæ nequeunt alijs, quàm Regnicolis conferri, qui nàm Ciues in ijs admittantur.

70 Et primò, licet ex Inuictiſſ.Imp.Caroli V. largitione, ſub data in oppido Bruxellarum die 12.Martij 1550.vt in *cap.4.Caſ.Mai. inter Cap. et Priu. Ciuit. Neap.pag.148.* & *in libro 2.Iuris Regni Neap. Reg.Tapia ſub rubr.de Official. in Regno conſtit.pag.110.* & geminata illius confirmatione Catholici Regis Philippi II. eius glorioſiſſimi filij ſub data in eodem oppido die 25. Ianuarij 1557.& Matriti ſub die 10.Septembr. 1561. vt in *cap.1.fol.158. et cap.2. Cathol.Mai.fol.165.inter d.cap.et Priu. et cit.Tap.fol. 111. et ſeq.* expreſsè mandatum ſit, quod *officia, quæ vacauerint in dicto Regno, conferantur Regnicolis oriundis (modis tamen, et formis infraſcriptis) intelligendo oriundos, omnes etiam natos extrà Regnum, dummodò fuerint iuxtà priuilegium fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis facti ciues Neapolitani per Magn. Electos, et pariformitèr altos Ciues factos per alias Ciuitates demaniales d. Regni, quæ ex Priuilegijs Regijs eis conceſſis habent facultatem creandi Ciues, dùm tamen duxerint vxores Re-*

gni-

gnicolas, et habeant domos proprias in dictis Ciuitatibus, in quibus fuerint facti ciues, et habitauerint in Regno ſaltèm per quinquennium, et etiam omnes tenentes Baroniam, vel alia feuda, et omnes, qui habitauerint per annos decem cum vxoribus, poſſidentes bona ſtabilia, etc. Cuius etiam meminere *Taſſon. de anteſ. verſ. 3. obſ. 3. num. 269. verſ. oriundus, Iul. Ceſ. Imbrian. de Iudice Regni part. poſter. num. 12. Reg. Tapia deciſ. Suprem. Ital. Sen. 14. num. 9. Conſ. Rocc. de officijs rubr. 2. n. 42. Reg. de Marin. in obſeru. ad Reg. Reuert. deciſ. 297. n. 9. in 2. editione, Lugd. anni 1674.*

71 Attamen dicta declaratio, nunquàm fuit à Regnicolis recepta, nec à Seren. Regibus practicata, quoad exteros, feuda in Regno poſſidentes, vel ciuilitatem aſſequentes, vt fundat Reg. *Tapia d. loc. fol. 111. à n. 5.* quem ſequitur *cit. Conſ. Rocc. d. rubr. 2. à n. 47. ad 51.* & confert *cit. Taſſon. d. num. 269. verſ. ſed quidquid ſit.*

72 Etenim ciuilitas ſolùm prodeſt in his, quæ competunt Ciuibus ex conſtitutione ipſius Ciuitatis, non verò in his, quæ competunt aliundè, puta ex Principis priuilegio, vt in caſu propoſito, dùm hoc priuilegium manauit à S.M. in fauorem Regnicolarum, vt rectè enucleant *Bart. in l. ſi maritus 2. §. legis Italia, D. de adult. Rol. à Valle conſ. 79. n. 16. lib. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 30. n. 22. Cephal. conſ. 451. n. 7. et 71. Decian. reſp. 44. nu. 7. ad fin. lib. 4.* qui nihil boni affert contrà hoc *n. 32. Reg. Tap. d. dec. 14. n. 11. verſ. item quia, Reg. Galeota lib. 2. controu. 67. nu. 15. et ſeqq.* vbi loquitur etiam contrà feudatarios; quia huiuſmodi Ciues non debent admitti ad honores, quibus gaudere ſolent naturales, *Bald. in l. in Vrbe, D. de ſtatu hom.* ſecundùm *cit. DD.*

73 Hinc exteri aggregati in Sedilibus huius Ciuitatis, licet priuilegio Neap. Ciuilitatis potiantur, nō tamen admitti ad Collegium Doct. Neap. ſi ipſi, vel eorum patres non ſint nati in hac Ciuitate, annotabimus *infrà ad quæſt. 9. num. 16.*

74 Et cum fuiſſet in Supremo Italiæ Senatu diſceptatum circà officium Prothomedicatus Regni Neap. quod ex *Cap. 34. Cæſ. Maieſt.* conceſſo in anno 1564. *fol.* 136. concedendum eſt ſempèr naturalibus Regni, an potuiſſet prouideri in perſona Hiſpani medici Exc. Proregis, qui allegabat, fuiſſe allectum in Ciuem in Baruli Ciuitate, & actu docere in Cathedra Medicinæ publici Gymnaſij Neap. negatiuè diſcuſſo negotio determinatum fuiſſe teſtatur *Reg. Tapia deciſ. 14. Supr. Ital. Sen.* licet dictus Medicus non fuerit amotus, quia Ciuitas non conquerebatur; Imò poſteà in Comitijs Regni de anno 1617. conceſſum fuit, vt officium prædictum conferretur in perſonam Ciuis orti in Regno, & non ex priuilegio declarati, vt poſt *Reg. Tap. ibid.* memorat *cit. Conſ. Rocc. d. rubric. 2. num.* 87.

75 Idemq; accidit diſputandum in aduentu Excell. Dom. Comitis S. Stephani huius Regni Proregis, qui è Sicilia accerſito *Dom. D. Dominico Bottono* in medicinali facultate, alijsq; bonis artibus præſtantiſſimo, ac in Siciliæ Regno tot Regijs ſeruitijs benemerito, obtulendo eidem Prothomedicatum huius Regni, eoquè in Regium Palatium familiaritèr accepto, ex reſcripto Scrinij bellici mandatum fuit *Dom. Carolo Pignataro* primario, ac doctiſſimo Medicinæ Cathedræ lectori, vt à Prothomedicatus exercitio deſiſteret.

76 Verùm huic ordini ſe oppoſuerunt, tàm dictus *Pignatarus*, quàm hæc fideliſſ. Ciuitas, primò, quia cum hoc officium quolibet triennio prouideatur, illudq; per triennium exercuiſſet, fuit ei per aliud triennium confirmatum, quo non exacto amoueri non poterat, ex *Pragm. 11. §. 17. de Official. & his quæ eis prohib.* Deindè inſiſtendo præfatæ Cæſ. Maieſt *Capitulo*, quo naturali Regnicolæ hoc demandat munus, & ſic dictus *Bottonus*, tanquàm Siculus, excludebatur.

77 Quibus rationibus reſpondebatur, quod ſtante ſuppoſita inhabilitate præ-

fati *Pignatari* ſenis, non militabat *d. Pragm.* ex eiuſdem verbis, ibi: *Sino fueſſe por falta de mala adminiſtracion*. Secundò, quod ciuis Siciliæ vltrà pharum videbatur ferè naturalis cum ciue Siciliæ citrà pharum, ſiuè Neapolis, quorum ſanitas eadem methodo, ac medicamentis curatur, imò dicebatur, Prothomedici officium regi eadem Conſtitutione Imp. Federici, quæ eſt illa Siciliæ, ac *Philippum Ingraſſia* Siculum Prothomedicum feciſſe Inſtitutum Prothomedicale, quod & Neapoli viget; Exempla itidem afferendo,
78 dum Exc. Dom. Proreges vt plurimum vſi fuere opera Medicorum exterorum, alterius etiam nationis, qui ſunt patriæ conſuetudinis expertes, prout tempore Exc. Dom. Marchionis de Aſtorga, exiſtēte Prothomedico doctiſſ. *Vincētio Prothoſpataro*, nec finito triennio, fuit interim electus *D. Andreas Gomez* Luſitanus; Et ab Excellentiſſimo Domino Velenſium Marchione fuit certiorata S.M. fuitq; confirmatus: ac tempore Excell. D. Comitis Caſtri fuit electus Prothomedicus *Vnzuetta* med. Hiſp. qui à S.M. fuit confirmatus, de quo loquitur *R. Tap d. deciſ.* 14.

79 His tamen haud refragantibus, prædictus *D. Dominicus*, vti exterus (& ſi merītiſſimus) hoc munus conſequi nequiuit; verumtamen renunciante deinde eodem *Pignataro*, fuit in Prothomedicum electus *Domin. Comus* optimus medicus Regnicola, dicti *D. Dominici* collega.

80 Præterea ex *cit. deciſ.* 14. *Reg. Tap.* colligitur, quod Lector, ſiuè Profeſſor, & ſi de iure dicatur ciuis illius loci, in quo legit, vt ſuprà, non eſt admittendus ad prædicta officia, vt ait *num.* 11. *in fine*, quia hoc priuilegium non modò conſiderationem habet ad domicilium, ob quod ſolum excludūtur exteri, ſed non procedit indiſtinctè, quoad omnes effectus, cum ciuium priuilegio gaudeat, quoad bona, quæ ſecum fuerunt, vt declarat *Gallia ad Conſuetud. Alex. in ver. maritus, quæſt.* 5. *num.* 9.

81 Idemquè dicendum de Officialibus, Militibus, alijsq; per Nos ſuprà enumeratis, à *num.* 45. *ad* 50. cum non abſolutè ſint Ciues, ſed ſolùm quoad aliqua, vt ſuprà, *Reg. Tap. d. dec.* 14. *nu.* 12. *Reg. Galeota d. controu.* 67. *nu.* 10. Proùt eò magis de eorū filijs extrà Regnum natis, qui dici nequeunt oriundi, niſi nati ex patre Regnicola, *Reg. Rouitus conſ.* 83. *n.* 2. *lib.* 1. *Seſſe deciſ.* 167. *par.* 2. *Piſanus ad Goffred. de Gaeta ſuper Rit. Reg. Cam. rubr.* 1. *num.* 278. ſecùs darentur duo ſpecialia cum concurſu duplicis fictionis, veluti de feudatariorum filijs, extrà Regnum natis, in Supremo Italiæ Senatu in anno 1663. in prouiſione Archiepiſcopatus Salernitani determinatum, teſtatur *Reg. de Marin. ad Reg. Reuert. d. deciſ.* 297. *n.* 9. *& ſeqq.* & de filijs Officialium, *Taſſon. de antefat. verſ.* 3. *obſeru.* 3. *nu.* 88. *Montan. controu.* 30. *nu.* 16. *Reccb. ad priuileg. Doct. Collegij Neap.* §. 2. *n.* 59. *fol.* 52.

82 Poteſt tamen à Principe naturalitatis ius exteris concedi, vt diximus ſuprà *à nu.* 19. *ad* 21. cum originis Conſtitutio, licet ſit iuxtà naturam, non tamen eſt à natura, ſed à iure ciuili, vnde ait *Barboſa in l. hæres abſens art. de foro orig. num.* 69. quod Princeps ſæpiùs literas naturalitatis concedere ſolet exteris, vt poſſint obtinere beneficia, & officia, quæ ſolis naturalibus concedi debent; & licet *Reg. de Marin. lib.* 1. *re-*
83 *ſol. ca.* 326. *à num.* 1. *ad* 6. fundet, quod Ciuis ex priuilegio declaratus, excludatur à ſtatuto requirente qualitatem illam natiuitatis; intelligendus tamen eſt de Ciue non per priuilegium Principis, ſed per priuilegium allectionis effecto, & ſic etiam *Reg. Tapia d. deciſ.* 14. *in fine*, ait, quod poſteà fuit conceſſum, vt illud officium non prouideretur in ciuem ex priuilegio declaratum, dum in illo *deciſ.* caſu allegatum fuerat priuilegium allectionis in Ciuitate Baruli, quod prodeſſe poterat quoad competentia Ciuibus ex conſtitutione ipſius Ciuitatis, non verò
84 ex priuilegio Principis, cui ſoli hoc naturalizandi ius competit, tanquàm de Regalibus inſeparabilibus à Regia

Co-

Corona, vt probat *Antunez de Portugal de Donat.Reg.to.1.lib.2.cap.15.num.* 34. Et hoc eſt, quod Romani maximũ duxerunt, Ciuitatem dare pleno iure, teſte *Liuio lib.* 23. quod munus poſteà Imperatores in ſe ipſos tranſtulere, & hoc ius tanquàm quid magnum *Archagaio* Medico cum taberna in compito Acilio datum, primum tradit *Plin. lib.39.cap.* 1. Cæſar medicinam profeſſos, & liberalium artium Doctores præcipui muneris loco, Ciuitate pleno iure donauit, teſte *Sueton. in illo cap.*42. quod exornat *Marcell.Donatus in dilucidat.in C.Suet.Tranqu. in Augusto cap.40.in tom.6.Theſ.Critici fol.*413, *&* 414.

85 Notandum deniquè, quod pendente quæſtione, an ſit Ciuis, vel naturalis, non poteſt ad officia admitti, ſed debet expectari deciſio ſupèr cauſa ſtatus, argum. eorum, quæ tradit *Bald. in l. ſi vt proponis, n.2. C.quando prouoc. non eſt neceſſe*.

AD QVÆST. II.

Ortus Neapoli, matre tamen in fraudem parturiente intùs Ciuitatem, an gaudeat immunitate, qua gaudent Ciues Neapolitani.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

1 N*Atus in aliqua Ciuitate in fraudem, nũm gaudeat illius ciuilitate, num.* 1.

Nouar. *hanc* deciſ. *exarauit, n.*2.

Habitatio fraudulenta, non facit quem abſentem à Ciuitate derelicta, n. 3.

1 INdubium eſt, quod natiuitate efficitur Ciuis, vt ſuprà in *antecedenti quaeſt.* fallit tamen, ſi quis naſcitur in aliqua Ciuitate in fraudem, puta maritus duxit vxorem prægnantem Neapoli, ad finem, vt ibi pareret, & gauderet illius ciuilitate, & ſtatim receſſit; tunc enim illius ciuilitate non gaudere, tanquàm in fraudem Fiſci, & Baronis, deciſum refert in anno 1571. ad inſtantiam Baronis Iuliani, *Author* noſter hìc *num.*2. & in anno 1597. die 3. Martij, vt in *Arreſt.* 504. & die 26. Octobris 1651. ità generalitèr determinauit Reg. Cam. Summ. referente *Spect.Reg.Io:Camillo Cacacio*, tunc Reg. Cam. Præſidente, vt ex *Arreſt.general.* 657. apud Reg. *de Marin.* & *Authorem*
2 noſtrum referunt, ac ſequuntur *Nouar. de elect. fori ſect.2.quaeſt.39.nu.*27. vbi hanc *deciſ.* exarauit, & in *pragm.1.n.13. de immun.Neap. Thor. in comp. dec. par. 3.ver ortus*, & *ver. natus, Recchus in gl. ad priuileg.Colleg. Doct. Neap. num.99. de Mari ad Gramm. deciſ.103. num.94. Montan.controu.30.num.25, Franc.de Petris conſ.15.Conſil.Hodierna ad Surd. deciſ.329. num. 5. Laganar. in addit.ad Reg.Rouit.in pragm.1. de immun. Neap. lit.B. Praeſ.Merlin.lib.2. controu.32. nu. 21.Reg.de Marin.lib.2.reſol.cap.118. n. 11. Praeſ.D.Gregor.de Gamauerr.deciſ.6.* & propriè *n.10. in fin.Cõſil. Altimar.ad Reg.Rouit. deciſ.4. num. 37. & ad conſ. 48.num.15.lib.1.* vbi & *Rota in annot. num.2, Io: Bapt. Mucci in dilucidat. ad deciſ.74. Reg.Sanfel.num.12. P.Merolla tom.3.Theol moral. diſp.6. de priuil.cap. 6.num.179.de Luca ad Gratian. diſcept. 75.num.*8.

3 Etenim natiuitas conſultò habita, ex doloſa habitationis mutatione, ad defraudanda iura regalia non ſufficit, vt in puncto ait *Vlpianus in l.* 1. §. *qui in fraudem, D. de vacat. & excuſ. mun.* ibi: *Qui in fraudem ordinis, in honoribus gerendis, cum inter eos ad primos honores creari poſſent, qui in Ciuitate numerabantur, euitandorum maiorum onerum gratia, ad colonos prædiorum ſe tranſtulerunt; hanc excuſationem ſibi non parauerunt*; & ex *text.in l. fin.* §. *antepenult. D. ad municip.* & ibi *gl. ver. conſultò, Faber in Cod.lib.9.tit 29.defin. 10.num.2. text.in l.fin.* ibi: *Vel qualibet fraude niti, vt originem propria Ciuitatis eludas, C.de municip. & orig.* Itàquè illa fraudulenta Neapolis habitatio,

non

non facit abſentem à Ciuitate dereli-ctã, *l.huiuſmodi*, *§. legatum*, *D. de leg.1.* ibi: *Et licet fugitiua erat, perindè habetur, ac ſi in eo fundo fuiſſet*; Facit *text. in l.Titius ſeruum, D. de ſeru.expor.* nec *qui in fuga eſt, ibi moratur*, & ex alijs concludit *cit. Ganauerro in cit. deciſ.6. n.3.& à nu.17.& ſeq.*

AD QVÆST. III.

An infidelis baptizatus gaudeat, vt Ciuis ortus in loco baptiſmi.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Baptizatus in Ciuitate gaudet, vti Ciuis ortus, *num.1.*

Deciſ. *iſtam tranſcripſerunt* Nouar. *ac* Thor. *n.2.*

Baptiſmus quid operatur, n.3.& 4.

Baptizati in fraudem in Ciuitate, non gaudent illius ciuilitate, n.5.

Et quid in eorum filijs, n.6.

Mulier, cum nubit, an ſortiatur originem loci ſui viri, n.7.

Vxorem ducere,cur ſignificet matrimonium, num.8.

Nuptiæ, vnde dictæ, & quomodò antiquitùs celebratæ, n.9.& 10.

1 REctè deciſum refert hìc *Author* noſter *n.2.* referente *Præſ. Ioanne Andrea Maiorica*, quod infidelis baptizatus in Ciuitate gaudeat, vt ciuis ortus, proùt ità aliàs decreuit Reg. Cam.in anno 1587. *Arreſt.457.Reg.de Marin. Conſil. Altimar. ad Reg. Rouit. conſ.48. num. 13. lib. 1.* quia in baptiſmo renaſcitur homo, & membrum corporis Chriſti efficitur, *cap. quia paſſus,circà fin.de conſecr.diſt.2.& c.ad hoc,*
2 *diſt.4.* & hanc Authoris noſtri *deciſ.* tranſcripſerunt *Nouar.de elect.for.ſect. 2.qu.39.nu.28.ad 30.* ac *Thor.in comp. deciſ.p.2. verb. ciuilitate, fol.73.* vbi & alias corroborationes affert, ac ſequitur idem *Nouar.in Pragm.1. de immun. Neap.num.14.Montan.contr.30.nu.20. Mut.Recchi in gloſ.ad priu.Colleg.Neap. num.56.fol.52.cit Altimar.ad Reg.Rouit.d.conſ.48.num.11.lib.1.* & *to.1.de nullit.qu.30.num.31. Io:Bapt. Mucci in dilucidat.ad Reg.Sanfel.deciſ.74.nu.11. D.Carol.Ant. de Luca in animaduerſ. ad Gratian. for. c. 75. num. 5.& 6. lib.1. P.Merolla tom.3. Theol.moral.diſput.6. de priuil.cap.6.n.180.*

3 Quod non ſolùm obtinet, quoad ſpiritualia, verùm etiam quoad temporalia, quia licet baptiſmus ſit natiuitas ſpiritualis, æquiparatur temporali ex *cap.debitũ 4.extrà de baptiſm.* poſt alios *Gratian.in d.cap.75.num.16. D. Franc. Amaya in comm.ad l.ciues, nu.47.C.de incol.lib.10.Conſil.Carleual. de iudic. lib. 1.tit.1.diſp 2.q.2.n.111. Oter de paſcuis cap.4.num.9. Caſtald.conſult.53. num.3. Ciarlin.contr.149.nu.12.Conſil.Paſchal. de patr.poteſt.par.3.cap.2.num.34.in fin.* poſt alios *Epiſc.Rocca diſput.iur.lib.1. c. 83.num.4. M.Anton.Sabell.in ſumma diuerſ. §.baptiſmus 3. n.3.*

4 Confirmatur etiam ex eo, quia Sancti, die, quo moriuntur, intelliguntur naſci, vt ex *gloſ.& Abb.in c.licet, n.1.de ferijs*, tradit *Author* noſter hìc *num. 5.* Et infidelis baptizatus dicitur Ciuis Sanctorum, & Dei domeſticus, quia priùs in culpa vetus, fit nouus homo in gratia, *cap.non dubito,de conſecr. diſt. 4. Thor.d.ver.ciuilitate, in med.* Et baptiſmi peculiaris effectus,eſt characteris impreſſio in anima, *cap. ad abolendam, de hæretic.cap.maiores 3.§.verum, de baptiſmo*, vbi *Gonzalez Tellez in notis num.3.in comment. lib.3. Decretal.* quia per hoc Sacramentum efficitur nouus homo diſtinctus ab alijs non baptizatis, accipit nouam poteſtatem, & deputatur nouo miniſterio, *S.C.Trid. ſeſſ.7.cap.7.*vnde *P.Mendo in Statera diſſert.9.q.1. n.17.* optimè refellit *Sotũ in 4.diſt.4.art.2.verſ.prima opinio*, aſſerentem, characterem hunc eſſe merum ens rationis, neque eſſe entitatem ab anima quoquo pacto diſtinctam.

5 Aduertendum tamen eſt, quod præfatæ deciſiones pro Infidelibus emanarunt,

runt,in quibus nulla cõſideratur fraus,
nulla ſuſpicio; Si autem baptiſma ſit
collatum in fraudem, puta, ſi quis poſt
natum puerum, illum ducat Neapolim
baptizandum, non vtiquè Ciuilitate
Neapolitana gauderet,*Recchus d.loc.n.*
57.Thor.d.loc.in fin. Gratian. d.cap.75.
num.17. Præſ.Merlin. controu.32. num.
22.Conſil.Altimar.vbi ſupr.n.12. Mucci
6 *cit.l.in fin.* Nec in eorum filijs militant,
propter duplicatam fictionem,*Recchus*
d loc. num.57. proùt de Expoſitorum
filijs dicemus infrà ad *qu.5. n.9.& 10.*
ſed contrarium decretum fuit in anno
1601. pro filio Hebræi baptizati, vt in
Arreſt.538.

7 Inſupèr,quia mulier,cum nubit,nan-
ciſcitur nouam originem illius loci,
vbi & maritus habet, ex *gloſ.in l.origi-*
ne 4.C.de munic. lib.10. Author noſter
hìc *num. 3.* & propria origine per ma-
trimonium ſuſpenſa, domicilium, ſeù
incolatum mariti ſequetur, *l.vnic. C.de*
mulier.& in quo loco lib.10. l fin. § item
3. D.ad municip.l.pen.D.de iuriſd. l.mu-
lieres 13. C. de dignit. lib.10. l.exigere
65. D.de iudic. Tiraquell. in ll. Connub.
gloſ.1.par.1.ex num.28. Briſſon. de ritu
nupt. verſ. atque ex hoc pag.180. & ſeq.
Conſil.Carleual. d.qu.2. num. 65.& 66.
Amaya d loc. nu.26. & ſeq. Cyriac. to.
controu.273.à num.17. & ſeqq. Præſ. de
Franch.deciſ.363.& deciſ.416. vbi ple-
nè *Addent.Theſaur.dec.123. Boer.deciſ.*
160.Nouar.de elect.for.lect.2. quæſt.47.
Mar. Giurba ad Conſuet. Meſſan. cap.1.
gloſ.1.num.48.Reg.Galeot.lib.1.controu.
13.à num 6.ad ſeqq. Antunez de Portu-
gal.de Donat. iur. Reg.Coron. to.1. lib.2.
cap.15.à num.18. Conſil.Altimar. in obſ.
ad Reg.Rouit.deciſ.75.in princ. Et quid
ſi vxor ſuam domum duceret virum,
edifferit idem *Tiraquell.d.tract.gloſ.2.*
ex num.46. notat *Cuiacius lib. 4. differ.*
Modeſt. in l. 14. de ſponſal. qui illud
Virgilij *lib. 3. Æneid. verſ. 297.*

Et patrio Andromachem iterum ceſſiſſe
marito.

cum *Seruio* accipit, ex hoc iuris princi-
pio, quod vxor ſequatur viri domici-
8 lium; Et ſub verbo illo, *vxorem ducere,*
ſubintelligitur, *domum, l.5. D. de ritu*
nupt. Solemnis enim fuit mos, vt in ma-
riti domum, tanquam coniugij man-
ſionem, nuptæ traducerentur, vt pro-
bat idem *Briſſon.ibid.& lib.1. antiquit.*
cap.18. & domicilium viri, eſt domici-
lium matrimonij, *l.mulierem 5.D.de rit.*
nupt.l.cum in te 6. C.de donat. ante nupt.
l.cæterum 4. §.mulieri, D de vſu, & hab.
quia per matrimonium, & ſacramenti
vnionem, vxor ità vnitur viro, vt vnam
domum conſtituant, *l.4. C. de crim ex-*
pil. her. & vnam carnem, iùxtà illud
Geneſ.1. erunt duo in carne vna, c.debi-
tum,de bigamis, c.idonei 4.qu.3. & dici-
tur de familia viri, *l.quicumq; 10. C.de*
re milit. lib.10. ità vt vxor huius Ciui-
tatis, vnde eſt vir, Ciuis appellatione
veniat, *Tiraquell.d.loc.nu.39. Reg.Ga-*
9 *leot.d.contr.13.n.9.* Et *innubere* poſitum
pro *tranſire*, quod hæ, quæ nubunt, ad
maritorum tranſeant domos, *Nonius*
Marcell. grammaticus cap. 2. num.431.
Vnde *Deus Domiducus* adhibebatur,
cuius numine, virgo putabatur matro-
na eſſe, & patriæ poteſtatis iugo ſolu-
to, in mariti ius migrare, *Thom. Demp-*
ſter.ad Roſin.lib.2.antiquit.Rom.cap.19.
Et cum obtenebraret, in mariti domũ
velatæ ducebantur, *Tertullian. de Vir-*
gin.velandis, vnde nuptiarum nomen
deductum eſt, *Iſidor. lib.9. Æthimolog.*
cap.8.Gerhard.Voſſ. æthimol.lingu.latin.
ver.nuptæ. Nubere enim, & obnubere
priſcis velare, & operire ſignificabat;
Velum autem id, quo nuptæ caput
operiebatur, Flammeum ad ruboris,
pudoriſq; cuſtodiam vocabatur, *Feſt.*
lib.6.& lib.13.L. Flor.lib.4.c.2. Et quin-
que pueri faces præferebant, vel in
honorem Cereris, vel quia noctu nu-
bebant puellæ; Hinc *Martial. lib.12.*
epigr.42.

Præluxere faces, velarunt flammea
vultus,
Nec tua defuerint verba, Thalaſſe,
tibi.

Pueriq; cõcinebant, *Hymen, ò Hymenæe:*
Catullus in Argonautis, & *Ouid.2.faſtor.*

Conde tuas Hymenæe faces, & ab igni-
bus atris.

Au-

Digitized by Google

Aufer, habent alias mæſta ſepulchra faces.

10 Et cum ad limen veniſſent, poſtes ornabant laneis vittis, ac oleo vngebant, vnde vxores, quaſi *vnxores* dictæ, & Iuno *Vnxia Dea*, *Voſſ. d.loc. verb. vxores*, ſed & aqua, & igne, mariti vxores accipiebant. Et *Feſt.Pompeius lib.*1.ait: *Aqua dicitur, à qua iuuamur, aqua, & ignis interdici ſolet, quam accipiunt nuptæ, videlicet, quia hæ duæ res humanam vitam maximè continent*, idem *Faſt.lib.6.Plutarch.Romanor.problem.cap.*1. *Lactant.Firmian.lib.*2.*cap.*10.*Scæuola I.C. in l,66.D.de donat.inter vir.& vxor.accipere coniugem aqua, & igni*, dixit, hoc eſt domum ſuam, ſponſam ducere, notatur à *Iacobo* Cuiac.*obſeru.lib.*11.*cap.*2. elegantèr, & plenè explicant *Alexander ab Alex.dier.genial. lib.*2.*cap.*5. *Carol. Sigon. de antiquit. Ciu. Rom. lib.* 1, *cap.*9. *Ioannes Roſin. antiqu. Rom.lib.*5. *cap.*37. & ibi *cit.Thom.Dempſterus in Paralipom. Henric. Kipping. antiquitat. Rom.lib.*4.*cap.*2.

AD QVÆST. IV.

Qui non habet domum propriam, ſed dotalem, an gaudeat ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

C*Uius effectus per* Pragmaticam, *qua requirit domum, ac vxorem Neap. qualem domum habere debeat*, *n.*1.

An ſufficiat domuncula, vel fictè empta, aut in emphyteuſim recepta, vel cum pacto de retrouendendo, *à n.*2.*ad* 4.

Et quid ſi habeat domum dotalem, *n.*5.

Nouar. *hanc* deciſionem *tranſumpſit*, *num.*6.

Maritus, an ſit dominus dotis, *n.*7.*&* 8.

Reprobatur diſtinctio Fabri, *quod mulier ſit domina quiritaria, maritus verò dominus bonitarius*, *n.*9.

1 AD hoc, vt quis gaudeat Neapolitana Ciuitate, debet ibi vxorem ducere, ac domum emere, aut ædificare, ex *Reg.Pragmat.* 1. *de immun. Neap.* quæ domus debet eſſe congrua ad habitandum, inſpecta qualitate perſonarum, vt deciſum referunt per R. C. *Mari ad Gramm.deciſ.*87.*nu.*1.& *Thor. in comp.dec.to.*1. *ver.Ciuis Neapolitanus*
2 *fol.*85. vnde illum, qui domunculam emerat, non gaudere deciſum tradit *Nouar.in d.pragm.*1. *nu.*1. *cit.Thor.d.l.* nec gaudent ementes, & conducentes domum fictè, imò in pœnam, vendentes priuantur dominio domus, & ipſi emptores ſoluunt pretium Fiſco, vt in
3 *Arreſt.* R. C. 54. Sufficit tamen domus recepta in emphyteuſim, *Author* noſter hìc *n.*6. quem refert *Nouar.in d.pragm.*1.*n.*3. & ibi *Reg. Rouit. nu.*3. quia per contractum emphyteuticum transfertur vtile dominium, *l.* 1. *C. de iur. emphyt.* & ità deciſum fuit per Reg.Cam. ſecùs deuoluta, aut alienata domo,
4 *Arreſt.* 292. Gaudet etiam ſi habeat domum cum pacto de retrouendendo (quod poteſt à venditore quandocũq; exerceri, & ſic habet reuocabiliter, *Author* noſter hìc *n.*4.) referente *Præſ. Ganauerro* die 9. Iulij 1642. vt in *Arreſt.*626. apud *Reg.de Marin.* & ſic tenet *Merolla tom.*3.*Theol.moral. diſp.*6. *de priuil.cap.*6. *num.*187.

5 Dubitatur autem hìc, an poſſit gaudere is, qui habet quidem vxorem ortam Neapoli, ſed tantùm domum dotalem? Et videbatur dicendum, quod non, quia *Pragm.* requirit domum propriam, & licet vir ſit dominus dotis, durante matrimonio, ex *l. doce ancillam, C.de rei vind.* eſt tamen reuocabiliter, propter caſum reſtitutionis ſoluto matrimonio; ſufficere verò domum dotalem deciſum tradit *Author* noſter hìc *num.* 5. de qua *deciſ.* adeſt *Arreſt.* 354. & paritèr in anno 1635. ad relationem Spect. Reg. D.Antonij Caraccioli tunc R. C. Præſid. vt ex *Arreſt.*
6 619. memorat *Nouar.de elect.for.ſect.*2.*qu.*39. *num.*31. vbi *deciſ.* hanc integram tranſcripſit, & *in pragm.*1.*nu.*2.

Io:

Io:Bapt.Thor.in comp.deciſ. par. 2. verb. Ciuilitate, fol. 74. vbi *in fin.* aliam deciſionem refert, *Montan.contr.* 30.*num.* 18.*in medio, Merolla d.loco, Conſil. Altimar.ad Reg.Rouit.conſ.*48.*nu.*24.*lib.*1. *Io:Bapt.Mueti in dilucidat.deciſ.*74.*nu.* 10.*Reg.Sanfel.lib.*1.

7 Nec mirum, quia conſtitutio dotalis, præſertim rerum ſtabilium, operatur translationem dominij in maritum; Cum iura expreſsè maritum dominum dotis appellent, *l.ſi prædium, C.de iur.dot.l.dotale,§.dotale,D.de fund. dotali, d.l.doce ancillam, C. de rei vind. l.quamuis in fin.D.de iur.dot l.dotis fructus, §.ſi in dotem, D. eod. Inſtit. quibus alien.licet,vel non,in princ.* vbi *Commẽt.* omnes. Sed quia eadem iura vxorem etiam nominãt dominam dotis, *l.in rebus, de iur.dot. l.*3.*§.ſed vtrũ, D.de min. d. l.quamuis*, ideò *DD.* varia dixerunt.

8 Nonnulli autem putant,vxorem eſſe veram dominam, maritum verò quaſi dominum, & vſufructuarium, *Petr.de Gregor.p.*1.*ſyntagm.lib.*1.*cap.*12.*num.*7. *Ludouic.dec.Peruſ.*89.*num.*17. *& ſeq. p.* 2. & alij; Sed quoad ſpem, ob reſtitutionem ſoluto matrimonio videntur eſſe vxoris, maritus tamen eſt dominus, *Garzia de benefic.* 1. *temp.*5.*cap.*9. *num.*165.*Surd.deciſ.*278. *num.*16. imò res dotalis non alio modo conſtituitur, quàm per traditionem *l. de diuiſione,§.fin. D. de rer. diuiſ.* traditione autem rerum dominium trãsfertur, *l.traditionibus,C.de pact.§ per traditionem, Inſtit.de rer.diuiſ.*

9 Inſupèr ſubtilis I.C. *Anton.Faber in ſuo Cod lib.*4.*tit.*22.*de non numer. pecun. defin.*6.*num.*8.*& eod.lib.tit.*27. *defin.*7. *num.*2. noua vocabula finxit, per quæ meliùs rem explicari exiſtimauit, dicendo, quod mulier in dote eſt domina quiritaria, maritus autem dominus bonitarius, hoc eſt(vt arbitramur)illa nudum nomen, hic vtilitatem habet, dùm iure Quiritum domini in quibuſdam ſeruis plenum, in quibuſdam ſemiplenum, in aliquibus nudum, id eſt ſine vtilitate habebant dominium; Hoc verò ſubtilitatis ludibrium expellendo, Iuſtinianus Imp. tollit hoc nudum nomen, vti vacuum, & ſuperfluum verbum, ſed eſſe pleniſſimu nunquemq; dominum ſtatuit in *l.vnic. C. de nudo iure Quirit. toll.* & *l.vn. C.de vſucap. transfer.* Quare concludimus, quod maritus eſt verè, & propriè dominus rerum dotalium, vt de communi docet *gloſ.in d.l.in rebus,ver.naturali,* & in *d. l. doce ancillam, Bald. nouell. de dote p.*8.*priu.*16. *Surd.d.dec.*278.*nu.* 16.*Garzia d.loc.cap.*4. *n.*150. latè fundat *Iul. Capon. in tract. de dote, ſiuè ad rub.D.ſol.matr. quæſt.*5. *nu.*22. *& ſeqq.* vbi à *n.*25. probat, poſſeſſionem dotis eſſe apud maritum.

AD QVÆST. V.

Expoſiti, an gaudeant, proùt orti in loco, vbi exponuntur.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Exponendi filios mos, ac pœna enucleatur, à n. 1.*ad* 8.

*Expoſitorum cura maxima adhibita fuit, num.*9.*&* 10.

Sãcta Domus *SS. Mariæ Annunciatæ Neapol.celebratur, à n.* 11. *ad* 14.

Bartolus, *an fuerit expoſitus, & quando ius Ciu. diſcere cæperit,n.*15.

*Expoſitionis loca multum ad pietatem conferunt, & quid ſi ea deficiant, nu.*16. *&* 17.

*Expoſiti, an legitimi cenſeantur, ijsq; ſuccedant Hoſpitalia, n.*18. *&* 19.

*Expoſiti liberorum loco habendi, ac fiunt Ciues illius loci, in quo exponuntur, à num.*20.*ad* 22.

Deciſ. *hanc tranſcripſere* Nouar. *ac* Thor.*n.*23.

*Filij expoſitorum, an gaudeant, vti oriundi, n.*24.*&* 25.

*Filius, quando ſequatur originem matris, à num.*26. *ad* 28.

DE partu expoſito iucundam diſputationem ducit *Dom.Reg.* noſter hic, an in expoſitionis loco, vt Cines orti, gaudeat, qua de re aliqua annotanda in præſentiarum occurrunt.

1 Eſt enim antiquiſſimus exponendi mos; nulli quippè ignota eſt apud Hebręos, Moſis coacta ab Edicto Pharaonis expoſitio, eiuſq; abſoluta enarratio in ſacro textu *Exodi cap. 2.* & latè in *Philone de Vita Moſis lib. 1.* & *Ioſepho lib. 2. Antiqu. Iudaic. cap. 5.* & ab Ezechiele Propheta apud *Clementem Alexandr. lib. 1. Stromat.* decantata. Apud Græcos etiam frequentèr fieri ſolitas *Oedipi* exemplo in *Diodoro Siculo lib. 5. Bibliotb. cap. 6.* & *Seneca in Thebaid. act. 1. circà fin.* apud *Ariſtophanem in* βατρά᾽χ *actu 5. ſc. 1.* Atheniẽſibus non tàm moribus, quàm lege receptum fuiſſe filios exponere ex *Ariſtot. lib. 7. Polit. cap.* 16. tradit *Samuel Petit. ad leg. Attic. lib. 2. tit. 4.* Apud Romanos, quorum primi Romulus, & Remus expoſiti fuere, ex *Liuio decad. 1. lib. 1. Plin. 15. cap. 18. Plutarcho de fortuna Romanor.* expoſitiones, quæ initio ex lege Romuli prohibitæ fuerunt, poſteà vſitatiſſimæ eſſe cæperunt; inſigni illa obſeruantia, & more (vt nihil natum exponerent, ſed omnia tollerent, atq; educarent, Romuli caſum, vt ait *Plutarchus*, & ſimilitudinem venerantes) antiquato, *Iuſtin. lib. 1. & 41. Valer. Maximus lib. 1. cap. 7. Ælianus lib. 12. variar. biſtor. cap. 42. Varro lib. 2. de re ruſtic. verbo ruminalis*, *Manil. lib. 4. Aſtron. Dionyſ. Halicarnaſſæus lib. 1.* Et demùm vſque ad noſtra tempora humana conſeruauit iniquitas.

2 Exponere filios idem eſt, quod deponere, & alienæ miſericordiæ committere, quia in vaſis fictilibus filios exponere ſolebant, *Ariſtoph. d. act. 5. ſc. 1.* de *Oedipo* expoſito.

—— *Qui ſimul, ac lucem vidit, ac editus eſt,*
Vaſe fictili hyemis duro tempore exponitur.

Licet *Thomas Dempſterus ad Roſin. lib. 1. antiqu. Rom. cap. 1.* dicat, hoc fieri cõſueuiſſe in vaſculo ex papyro confecto, ac bitumine illito, attamẽ hoc propriũ expoſitionis Moſis fuiſſe docet, periciſſimus *D. Alph. à Caranza in tract. de partu cap. 4. n. 4.*

3 Apud nos, expoſitos dici pueros paruulos, *l. 3. C. de infant. expoſitis*, vix ex vtero progreſſos, *Nouell. 153. de infant. expoſ.* Grãdiores verò (vt Iſmael à matre Agar, *Geneſ. c. 21.*) non propriè exponi, ſed pro derelicto haberi, *l. quod ſeruus 36. D. de ſtipulat. ſeru. l. vlt. D. pro derelict. l. 2. D. qui ſine manumiſſ. ad libert. proclam. l. vnica, § ſed ſcimus, C. de latina libert. toll. d. Nouell. 153.* aliàs *l. 4. C. de infant. expoſ.* ità diſtinguunt *Cuiacius in comm. ad tit. C. de infant. expoſ.* & *Rodulphus Fornerius lib. 1. rer. quotid. cap. 20. ad fin.* & poſt *cit. Caranz. D. Carol. de Luca in animaduerſ. ad Gratian. diſcept. 267. n. 6.*

4 Inſupèr languidorum expoſitionem antiquiſſimam etiam fuiſſe conſtat ex *Ariſtophane in Pluto act. 2. ſcen. 3. ad fin. Plauto in Curculione actu 2. ſcen. 1. Strabon. lib. 8. Geograph.* qui loquuntur de Templo Epidauri, Æſculapio ſacrato, ægrotantium multitudine referto, & fortè languentium ibi derelictorum ſeruorum; vti eueniebat in ſimili Romæ constructo in Inſula Tiberina, in quo ægroti, & languidi ſerui exponi conſueuerant, cuius meminere *Sueton. in Claudio c. 25.* & *Ouid. lib. 15. Metamorph.* quod etiam approbauit Gregorius IX. *in c. vnic. de infant. & languid. expoſ.* vbi primò filios, & ſeruos expoſitos æquè liberos fecit, ac Iuſtinianus in *l. 3. C. de infant. expoſ.*

5 Hinc recèns natorum conſtitutio *Statinæ* Deæ dicata eſt, ex *Tertulliano lib. de anima cap. 39.* apud *Cuiac. lib. 11. obſeru. c. 39.* quæ inde nomen ſumpſit, quod natus infans ſimùl, ac ſublatus erat ab obſtetrice, *ſtatuebatur in Terra, vt auſpicaretur rectus eſſe, ex M. Varron. lib. 2. de Vita Pop. Roman.* apud *Marcell. cap. 12.* meminit *D. Auguſt. l. 4. de Ciuit. Dei, c. 13. Forcatulus in Cupidine Iuriſperit. cap. 21. n. 7. Gothofred. in ſchol. ad l. 3. C. de poſth. hered. inſtit.* Edmun-

mundus Merillius in expoſit. ad 50. deciſiones Iuſtiniani ſuper d.l.3. Turnebus lib.4. Aduerſar.cap.15. Thom. Dempſter. ad Roſin. Antiqu. Rom. lib.2.cap.19. Lal. Biſciola tom. 2. horar. ſubceſiuar. lib.15. cap.17. Iul. Cęſar Bulenger. de Imp. Rom. lib.3.cap.18. Sed paternus amor efficit, vt parentes liberos omnes terra impoſitos ſuſciperent, fouerent, & ſinu ſuo ſuper imponerent, vt illud *Statij lib.2. ſylu. 1.*

——————Captum, ſed protinùs aluo
Suſtulit exultans, ac prima lucida voce
Aſtra ſalutatum dominus ſibi mente dicauit,
Amplexusq; ſinu tulit, & genuiſſe putauit.

Idem *lib.1.ſylu.2. lib.5.ſylu. vlt. & lib.1. Thebaid. v.60.* notatus apud *Dempſter. ad Roſin. d.cap.19.* quam ſublationem Deæ Leuanæ antiqui dicabant, quod media leuatione, terra expoſiti fierent ſalui, *Bulenger. d.cap.18.*

6 Immane tamen, & crudele ſcelus (vt declamat *Seneca lib.4. controu.26.*) patratur à parentibus, qui filios exponunt; hæc enim filij miſſio ignominioſa eſt, & propriæ ſobolis cura in ipſis vitæ primordijs, aliorum pietati relicta, *l.4.C.de infant.expoſ. d.Nou.153. §. 1.* Et *Lactant. lib.6. diuin. Inſtit. cap.20. tàm nefarium,* inquit, *eſt exponere, quàm necari*: & ſenſit *Athenagoras in Apologia pro Chriſtian.* dicens; *Vt necnon exponere infantem, tanquàm omnes, qui exponunt, parricidæ (aut, ſi ità dicere licet, infanticidæ) ſint; iam verò educatum occidere*; Et clariùs Paulus I.C. in *l.4. D. de liber. agnoſc.* dùm ait: *Necare videtur, non tantùm is, qui partum perfocat,* ſed *& is, qui abijcit, & qui alimonia denegat, & is, qui publicis locis miſericordiæ cauſa exponit, quam ipſe non habet*; & Iuſtinianus Imper. *d. Nou. 153.* eò peiores homicidis exponentes iudicat, quò hi miſeriores ſunt, in quos crudelitatem exercent, quare *tit. C. de infant. expoſitis* in media homicidiorum diſputatione collocatum dixit *Forner. lib.1. rer. quotid. d.cap.20.* declarant poſt alios *Adam Cotzen lib.5. Politic. cap.4. Petr. Gregor. lib.15. ſyntagm. c. 28. & de Republ. lib.14. cap.3. Card. Palæot. de notbis cap.63. in princ. Iul. Clar. lib.5. ſentent. §. fin. qu.83. Gratian. diſcept.267. D. Io: Vela de delictis cap.9. n. 3. & 7. Caranza d.cap.4. ſect.1.n.59. & 60. D. Gabriel Velaſcus in tract. de priuil. pauper. & miſerab. perſ. p.1. qu.65. §.2. à n.180. Solorzan. de parricid. lib.2.cap.5. Ant. Matthæus de crimin. ad lib.47. tit. vlt. cap.2. D. Io: Ramos de pęna parricid. lib.7. in princ. & lib.8 pag.476. D. Emm. Gonzalez in comm lib.5. Decretal. tit.11. de infant. expoſ. c.vn. Matthias Berlieb. tom.4. concluſ.7.* vbi alias ciuiles pęnas ad id exponunt; Eiſdem pœnis ſubiacebunt matres, & quilibet extranei exponentes, *cit. Caranz. d.l.nu.119. & ſeq.* Proùt in foro poli patres exponentes grauitèr peccant, ſi commodè eos alere poſſint, *d. cap. vnic.* ibi: *Relegato pietatis officio, de infant. & languid. expoſ. Azor. Inſt. Moral. lib.2. cap.26. qu.2. Henriqu. in ſumm p.2. lib.11. cap.19. §.3.* quos refert *Barboſa de offic. & poteſt. Epiſc. 3.p. alleg.51. num.147. Fragoſo p. 3. de regim. lib.1. diſp.2. §.2.* expoſitionemq; vnum eſſe ex caſibus, Epiſcopo reſeruatis aſſerit idem *Barboſ. ibid.*

7 In huiuſmodi verò pęnis irrogandis modus attendi debet, habita ratione euentus, modi, & cauſæ, vt optimè conſulit *Petr. Gregor. de Republ. lib.14. c.3. n. 6.* inquiens: *Verendum eſt, ſi ſeueriùs inhibeatur, ne partus potiùs ſuffocentur, quàm patiantur venire in publicum metu pœnæ: Et ideò, ne id accidat, detrahendum eſt ſeueritati pœnarum, & quandocumque inueniantur expoſiti infantes, procurandi erunt, relicta pœna in exponentes arbitrio Iudicis.* Lenioris pœnæ exemplum ponunt, cum expoſitio eſt facta detegendæ propriæ turpitudinis cauſa ab ea, quæ virgo reputabatur, vt colligitur ex *Plauto in Ciſtellaria act.1. ſcen.3. & actu 2. ſcen. vlt.*

Et ego (namq; adhùc eram virgo, nec licebat mihi parere)
Expoſui fetum.

Et ex hoc quandam puellam nobilem

H 2 abſo-

Digitized by Google

abſolutam aſſerit *Clar.d.qu.*83, & probant *Menoch.de arbitr.Iud.caſ.*396.*nu.*6.*Vela de delict. d.cap.*9.*nu.*10. *de Luca ad Gratian.d.cap.*267.*n.*10. Erit etiam excuſationi, inopia eorum, qui liberis neceſſaria ſuppeditare non poſſunt, vt ait *Plutarch. in lib. de amore prolis*, ibi: *Paupertatem vltimum malorum cenſent, tanquàm grauem, & magnum morbum, non ſuſtinent ſua proli tradere*, ex traditis per *Card.Paleot.d.cap.*63.*n.*4. maximè ſi expoſitiones iſtæ fiant in loco apto, & tuto, vt in aliquo Xenodochio *Velaſc.de priuil.pauper.d.qu.*65.*nu.*207, *&* 208.*de Luca d.loc. n.*8. *&* 9. Idem dicendum videtur, ſi fortè fames, bellum, timor mortis, & ſimilia, quæ matrem Moſis impulerũt, *Exodi d.cap.*2.& Iſmaelis ab Agar in ſolitudine, *Geneſ. d.cap.*21.

8 Nulli verò ob inopiam, vel infamiã vitandam permiſſum filium exponere, quamuis cauto modo id fecerit, probat *P. Hieronym. de Llamas in ſua methodo ſpirit.*3.*p.* Attamen præfatas, & ſimiles cauſas, non in totum à pena iudiciali exponentes liberare, ſed mitiùs eſſe puniendos dicimus cum *Caranza d. cap.*4.*à num.*97.*& ſeqq.*

9 Maxima inſupèr vbiq; gentium cura infantum expoſitorum adhibita fuit, Dum Athenis locus erat, vbi infantes exponebantur, vt refert *Suidas* apud *Laurent.Beyerlinck in Theatr. Vitæ human to.*3.*verb.Expoſitity infantes*; Et Romæ fuit Fiſcus Ruminalis in Comitio, quoniam ſub ea inuenta eſt Lupa infantibus præbens rumen, de qua *Plin.lib.*14.*cap.*18.*Tacit.lib.*13.*in fin.*& Rumam, priſco vocabulo mammam exponit *Roſin.lib.*2.*antiqu.Rom. cap.*19. *verſ.Rumina*; Et Columna Lactearia in Foro Olitorio, teſte *Feſto Pompeio lib.*10. vbi infantes lacte alendos deferebant, *Alex.ab Alex.lib.*21. *dier. genial. cap.* 12, notarunt *Reuardus lib.* 1. *coniectur.c.*17. *Solorzan.de parricid.d.c.*5.*Eſcobar.de ratiocin.cap.*25.*num.*46. & Pium Traianum, refert *Sabellicus in eius Vita*, domum ampliſſimam in Mõte Cælio fabricari iuſſiſſe, & inſigni donatione ditaſſe, vbi expoſiti cum nutricibus integro quadriennio alerẽtur.

10 Et à tẽpore IESVS CHRISTI Saluatoris noſtri, exẽplo piorũ Imperatorũ, pio catholico ſtudio, varia Brephotrophia in Ciuitatibus fuerunt inſtituta, & dotata, infantibus nupèr natis, præſertim expoſitis alendis, vt deprehenditur ex *l.illud* 19. *l.ſancimus* 22.*C. de ſacroſ. Eccleſ.* & *ex rubr. tit. ſeqq.* & *Nouell.*7. notant *Petr. Gregor. lib.* 15. *ſyntagm.c.*28.*Gothofred.in ſchol.ad rubr. C.de Epiſc.& Cler.* Et temporibus noſtris ampliſſimæ exiſtunt domus (quæ vulgò *Hoſpitalia* nuncupantur) vt de Gallia teſtatur *Choppin. de morib. Pariſior.lib.*2.*tit.*7. *num.*19. & de Italia *Paleot.d cap.*63.*num.*2. *Pontan.to.*4. *lib.*1. *de liberalitate cap.* 19. & in Ciuitate Toletana Hoſpitale S. Crucis, *cit. Caranza d.cap.*4.*ſect.*2.*num.*133. Et Matriti in Hoſpitali vulgò, *De la Soledad, y Ninnos expueſtos*, *Perez de Lara de Anniuerſ.cap.*21.*n.*72.

11 In hac inclyta, & fideliſſima Ciuitate Neapolis, quæ in operibus caritatis religioſiſſima, præ cæteris ſemper exiſtit, adeſt ampliſſimum Brephotrophium in ſacratiſſimo Templo ſub inuocatione S. MARIÆ Annunciatæ, quod hodiè eſt vnum ex celebrioribus, & ditioribus Chriſtiani Orbis, habens ſub eius dominio plura feuda, poſſeſſiones, & ingentes introitus, cuius ſanctiſſimæ, ac celeberrimæ Domus gubernio, quotannis deputantur quinque Viri prudentia, ac pietate inſignes, quorum vnus è nobilium Capuano Sedili, cæteri ex primis Ciuibus eliguntur; Nec enim ſolùm panem, ac fruges, ſed etiam omnis generis alimenta, Miniſtros, & quidquid aliud ad humanam vitam commodè ducendam ſpectat, pauperibus, orphanis, virginibus, ægrotis, hoſpitibus, innumeræ propè hominum multitudini munificè, magnificèq; ſuppeditat, vbi noningentos expoſitos vno tempore educari vidiſſe
12 aſſerit *Pontan. d.lib.*1. *de liberalit. cap.* 19.& ſexdecim mille ducatos ibidem quotannis erogari in enutriendis pue-

ris

ris teſtatur *P.Molfeſ. ad Conſuet. Neap. tom.1.par.5.qu.3.num.25.* meminit *Caranza d.cap.4. num.* 133. at hodiè maiores ſunt ſumptus, & numerus expoſitorum, & plùſquam centies millia aureorum piè impenduntur; Sed cum repertus eſſet quidam infans expoſitus ante ianuam Congregationis (vulgò *de Repentiti*) cum cartula in pectore

13 dictante, illum propter paupertatem exponi; fuit inde erectum foramen cũ rota conſpectu viæ publicæ, vbi diù, noctuq; inuigilat Rotarius cum ſua vxore, & quibuſdam nutricibus, vt commodè pueri vſque ad quinque annos apponi poſſent, quos iſta Sancta Domus recipit, nutricibus lacte alendos tradit, quæ ſunt tres mille plùs, minùsvè, cum mercede nouem carol. ſingulis menſibus, & multas Indulgen-

14 tias lucrantur; Et cum infantes ad ſeptennium perueniunt, pueri educantur, inſtruuntur, & diriguntur pro cuiuſq; ingenij capacitate, alij ad artes mechanicas, alij ad liberales, humanas literas, alij nutritoribus conceduntur, & alij fiunt Sacerdotes (quod etiam ex ſpeciali priuilegio permiſſum eſt); Puellæ verò in Clauſtro ſeparato ſub diſciplina Abbatiſſæ, & magno magiſtrarum numero inſtruuntur, quarum aliæ moniales fiunt, aliæ nubunt, & dotantur, vt optimè enarrat *D.Cæſar de Eugenio Caracciolus in Neapoli Sacra fol.*402.*& ſeq.* Vnde cum *Seneca lib.5. controu.* 33. dici valet: *Quanti ex his fortes Viri? quanti Tyrannicidæ? quanti futuri Sacerdotes? Ecce ex hac turba, origo humana gentis apparuit.* Et de Expoſitorum ſumma fortuna illuſtribus familijs inſertorum notat *Petr.Gregor.lib.*14.*de Republ.cap.*1.*n.*8.*& cap.ſeq. nu.*2. *P. Adam Contzen lib.*4. *Politic.c.*3.*§.*8. tàm in pace, quàm in bello, *Palgot. d.c.* 63.*num.*4.*&* 8. *Royas de ſucceſſ. cap.*15. *num.*18. & *Perez de Lara lib.*1.*de anniuerſ.d. cap.*21. *num.*70. *Bartolum* ſine

15 cauſa expoſitum fuiſſe ait, malè percipiens, quæ iſte Iur. Ciuilis Anteſignanus dixerat in *l. quidam cum filiũ* 132. *num.*8. *D.de verb.oblig.* vbi faſſus eſt ſe habuiſſe vnum magiſtrum ipſum primas literas (hoc eſt Grammaticam, Rhetoricam, & Dialecticam, teſte *Forſtero lib.*3.*de Hiſtor.Iur. Ciu.Rom c.*27.) docentem, qui vocabatur *Fr. Petrus de Aſſiſio*, & poſteà Venetijs ſuis ſumptibus Domum Pietatis (ex quo *Petrus Pietatis* dictus) ad expoſitorum enutritionem piè erexit, *Caranza d. l.n.*135. Deinde in 14. anno in Ciuitate Peruſij ſub *Cyno de Piſtorio* Ius Ciuile audire cæpiſſe, & in 20. anno Bononiæ repetendo publicè de iure reſpondiſſe, ac demùm in 21. doctoratũ eſſe fatetur *ibid.* & in *ſuo conſ. poſtb.* 7. *num.*13. teſtatur, quod *Imper. Carolus IV.* fuit primus, qui ipſum appellauit iuris lucernam, ac in ſuum Conſiliarium elegit.

16 Nec ſubſtineri poteſt opinio *P. Llamas in ſua methodo d.*3. *part.* vbi indicat ab his Hoſpitalibus cauſam, & licentiam peccandi, & exponendi ſubminiſtrari; Non enim ob id *pauciores erunt, qui exponent filios*, vt ait *Seneca d.contr.*33. Et experientia magiſtra docemur frequentes contigiſſe, & contingere expoſitiones in Oppidis, vbi non ſunt iſta Hoſpitalia, & plerumquè in locis parum tutis magno illorum periculo, vt aduertit *Caranza d. cap.*4. *num.*135.*verſ.ad ea verò*, imò ſtrangulari, vel in mare, aut fluuium obijci, ex *Ouid.lib.*3.*Faſtor.*

Amne iubet mergi geminos, ſcelus, inde refugit:
In ſicca pueri deſtituuntur humo.

Aut in deſerta loca, idem *Ouid.epiſt.*11.

Iamq; dari paruum, canibuſq; auibuſq; nepotem
Iuſſerat, in ſolis deſtituiq; locis.

Alia conſimilia apud *Iuſtin. lib.* 43. & *Strabon.lib.*5.*Geograph.*

17 Quod ſi tanto operi pio Brephotrophia deficiant, expoſitus, à Republica, cui partus naſcitur, *l.*1. *§. generaliter, D.de ventr.in poſſ.mitt.* & honori eſt, *l. ciuitatibus* 112. *D. de leg.* 1. ali debet *Capoll. cautel.* 2. *Bouadill. lib.*5. *Politic.cap.*4.*num.*58. Vel à Principe, & ditionis Domino, *Bald.in l. ſi qua illuſtris*,

Digitized by Google

luſtris, *C. ad Orphic.* aut ab omnibus, *Theſaur. deciſ.* 118. vel ab Eccleſia, vt ſenſit *Iacobin. de S. Georg.* & alij apud *Surd. de alim. tit.* 1. *qu.* 81. *num.* 1. *Conſil. Paſchal. de patr. poteſt. par.* 2. *c.* 3. *num.* 56. quos refert *Caranza d. loc. n.* 136. Apud Catholicos, infantes ad valuas Eccleſiæ exponuntur, *Concil. Mariſcon.* apud *Burchardum lib.* 3. *c.* 200. & apud Græcos in Eccleſiarum atrijs, *Balſamon. in can.* 33. *epiſt. D. Baſilij ad Amphiloch. Gonzalez in comm. ad d. c. vnic. nu.* 6. *col.* 2. *in fin.*

18 Expoſitorum conditioni fauens cõmunior, & pia eſt opinio, vt legitimi cenſeantur, quoad dignitates, & ſacros ordines; Ità docent *Palæotus de nothis, & ſpur. cap.* 63. *Maiol. de irregul. lib.* 1. *c.* 11. *Barboſa de poteſt. Epiſc. d. alleg.* 51. *n.* 149. poſt alios *Caranza d. cap.* 4. *à nu.* 49. *Ricciull. de iur. perſon. de Neophytis cap.* 7. *Frances de Eccleſ. Cathed. cap.* 28. *à n.* 105. *P. Diana moral. reſol. tract.* 1. *miſcell. reſol.* 22. *Velaſc. de priuil. paup. qu.* 69. *num.* 198. *Gonzalez d. loc. nu.* 8. quidquid in *Naſſouij* Terris, contrarium exiſtimari ſcribat *Io. Iacob. Vviſſenbach. exercit. ad* 50. *libr. Pandect. diſp.* 5. *libr.* 1. *tit.* 2. *th.* 26. Eſſe tamen incapaces officiorum Sanctæ Inquiſitionis, Eccleſiarum, & Collegiarum, vbi adſunt ſtatuta requirentia qualitatem puri ſanguinis, ſeù nobilitatis, probant *Lara de Capellan. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 37. *Eſcobar. de purit. ſangu. qu.* 8. §. 3. *per tot.* licet contrarium probet *Diana tract.* 16. *reſol.* 96. *per tot.* quam ſententiam tenet etiam *Caranza d. loc. n.* 53.

19 Iſtis autem Expoſitis Hoſpitalia, in quibus educantur, ſuccedere contrà nonnullos tenent *Bald. in l. ſi qua illuſtris, n.* 1. *C. ad Orphic.* *Peregr. de iur. fiſc. lib.* 4. *tit.* 6. *num.* 17. *Borrell. de Reg. Cath. praſt. cap.* 14. *num.* 35. & ità deciſum in M.C. tradit *Tartaglia*, quem refert *Paſchal. de patr. poteſt. p.* 2. *cap.* 1. *nu.* 72. *Capriol. de ſucceſſ. ab inteſt. lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 17. *Saminiati controu.* 73. *per tot.* & hanc opinionem amplexandam pro bono publico, vt inuitentur ad ſubminiſtrãda puerulis neceſſaria tradit *Montan. de regal. rubr. bona vacantia, n.* 2. quem ſequitur *de Luca ad Præſ. de Francb. deciſ.* 198. *num.* 2.

20 Habebant enim antiqui expoſitos liberorum loco, vt apertè colligitur ex *Seneca lib.* 5. *contr.* 33. & ex *Quintiliano declamat.* 358. vbi nutritor *pater* appellatur, & expoſitus, filij loco habetur; & inde erat, quod alumni iſti, vel expoſiti nutritoris nomine condecorarentur, vt ex *l. Lucius* 88. §. *Lucius, D. de legat.* 2. notat *Cuiac. lib.* 5. *tit.* 6. *ſentent. Pauli*, quem refert *Caranza d. cap.* 4. *n.* 40. & inde quoque dicuntur filij Hoſpitalis, vbi exponuntur, & nutriuntur, *Præſ. de Francb. deciſ.* 198. *nu.* 9. Imò filij Terræ dicuntur, vbi exponuntur, quia adhuc infans nudus illi omnium matri, & altrici relinquuntur; conſonant *Plinij* verba *lib.* 2. *cap.* 63. *Sequitur* (ait) *Terra, cui vni rerum naturæ partium, eximia propter merita, cognomen indidimus maternæ venerationis, ſic hominum illa, vt Cœlum Dei, quæ nos naſcentes excipit, natos alit, ſemelq; editos ſuſtinet ſemper: nouiſſimè complexa gremio iam à reliqua natura abdicatos, tum maximè, vt mater, operient.*

21 Quapropter (vt ad ſpecialiora *Auctoris* noſtri deueniamus) expoſiti cenſentur Ciues illius loci, in quo expoſiti ſunt, ex *l.* 1. §. *fin.* vbi *Bart. n.* 21. *D. ad municip.* & alijs *Boer. deciſ.* 13. *n.* 41. *Gratian. tom.* 1. *forenſ. diſcept.* 75. *nu.* 12. *Girond. de priuil. qu.* 258. *nu.* 1443. *Narbona in l.* 20. *tit.* 1. *lib.* 4. *Recop. gloſ.* 2. *nu.* 156. *Anna ſing.* 185. *Amaya in comm. ad l. Ciues, n.* 20. *C. de incol. lib.* 10. *Fab. in C. defin.* 20. *de verb. ſign.* *Præſ. Ganauerr. deciſ.* 36. *num.* 1. *Capon. for. to.* 1. *diſcept.* 55. *num.* 27. *Saminiati d. contron* 73. *nu.* 24. & dicuntur de foro, vbi eſt Hoſpitale, *Palæot. de nothis d. cap.* 63. *num.* 9. quod ſi aliquod legatum relinquatur, vel priuilegium concedatur virginibus, vel puellis naturalibus, ſeù Ciuibus alicuius Ciuitatis, expoſitæ etiam cõprehenduntur, *Perez de Lara de Anniuerſ. & Capell. lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 78. *Girond. d. loc. num.* 1501. *Caranza d. cap.* 4. *num.* 53. *P. Merolla loco infrà laudando n.* 181.

*n.*181.& indicandos vti naturales illorum Regnorum, qui tantùm ad beneficia admittuntur, fundat *cit. Caranza, num.*52.

22 Et ità per Reg.Cam.Summ. iudicatum refert *Author* noſter hìc *num.*1. in
Expoſitis in Hoſpitali Diuæ Mariæ
Annunciatæ, quod gaudeant, vt Ciues
orti, licet nunquàm habitent in hac
Ciuitate, & deducuntur à foculari,
proùt legitur etiã in *Arr.*261.509.578.
23 *&* 672.quã deciſionem tranſcripſerunt
Nouar. de elect. for. ſect. 2. qu.39. num.
32.& 33. ac *Thor. in comp.deciſ. par.2.*
*verb.Ciuilitate, fol.*74. referuntq; idem
*Nouar. in Pragm.*1. *nu.* 15. *de immunit.*
*Neap.Montan. contr.*30. *num.*19. *Mut.*
Recch. ad gloſ. priuileg. Doctor. Colleg.
*Neap.§.2.n.*54.*Conſil. Altimar.in obſeru.*
*ad conſ.*48.*Reg.Rouit.n.*14.*lib.*1. *&* *t.*1.
*de nullit.rubr.*9.*qu.*30. *n.*32. *P.A. olla*
*tom.*3. *Theol.moral.diſp.*6. *de priuil.cap.*
6.*num.*180. *in fine*, *Io: Bapt. Mucci ad*
*Reg. Sanfel. in dilucid. dec.*74. *num.*13.
de Luca in animadu.ad Gratian. for.cap.
75.*num.*7.*lib.*1.

24 Illorum tamen filij non gaudere, vti oriundos, ne duo ſpecialia inſimùl cõcurrant, decíſum refert *Author* noſter hìc *n.*1. ac memorant *cit.DD.* cum origo ficta expoſiti, ſuſtineatur apud Ciuitatem Hoſpitalis, quia non habet aliud domicilium certum, ſecùs eſſe debet quoad filium, qui habet certum domicilium, cuius munera eſt ſubiturus, vt latè diſſerit, & decíſum tradit *Praeſ.Ganauerr.d.dec.*36. *per tot. Capon. d.diſcept.*55.*num.*28.*&* 29.Et licet hos etiam gaudere fuerit decretum per R. Cam. die 13. Februarij 1598. vt ex *Arreſt.* 569. & aliàs ſub die 31. Augu-
ſti 1616. *Arreſt.* 578. Contrarium ta-
25 men, re benè diſcuſſa, fuit deindè determinatum, & ſic in praxi receptum teſtatur *Reg.de Marin.in calce d. Arreſt.* 509.*&* 578. Et ità in anno 1655. die 14. Aprilis iudicatum ad inſtantiam Regij Fiſci, *Arreſt.* 672. confirmatum in gradu reclamationis die 6. Martij 1656.vt ibi in calce refert *Reg.de Marin.*dicendo etiam, quod omnes votantes fuerunt concordes, tranſeundo cum *deciſione* relata per *Dom. Regentem* noſtrum hìc, idemq; poſteà decíſum in anno 1656.die 24. Ianuarij, quod pater tantùm gaudeat, & nullatenùs eius filij, *Mucci d.loc.n.*14.

26 Cõfirmatur præfata concluſio, dùm aliàs vulgò quæſitus, ſequitur originem matris, quoniam aliam habere nõ potuit, vt argumentatur *Vlpian. in l.*1. *§.fin. D. ad municip.* ibi: *Quam enim aliam originem hic habet?* Vulgò concepti dicuntur, qui patrem demonſtrare non poſſunt; Et qui poſſunt, ſed eum habent, quem habere non licet, ſpurij appellantur *l.vulgò* 23. *D. de ſtat. hom.* vt ſcitè ait *Calpurnius Flaccus declamat.*30.*de ſuſcept.ex meretricio: Neſcias, quid ſit indignius, vtrum patris origo, quòd eſt dubia, an matris origo, quòd certa eſt.*

27 Idcircò, quamuis, quoad originem, dignitatem, familiam, & reliqua ciuilia, filij ex iuſtis nuptijs ſuſcepti ſequantur patrem, tamen filij non iuſti, ſiuè extrà iuſtas nuptias quæſiti, matrem prorsùs ſequuntur, *l.cum legitimæ* 19.*l.lex natura* 24. *D.de ſtat.hom. l.eius* 9.*D.ad municip.l.ſi quis* 5. *§. ergò, &* 4. *D.de agnoſc.lib. l.vlt. C. de natur. lib. & paſſim in titul. de S.C.Tertyll. & Orphyc. & de ſucceſſ. Cogn.* quod exornant *D. Alphonſ. Carauza de partu legit. & nat. cap.*3.*§.*3. *D. Franc. Amaya in comm. ad l nati, & ſeq.C de Decur.lib.*10.*D.Franciſc.Ramos del Manzan.ad leges Iul. & Pap.lib.*2.*cap.*31. *à nu.*2. *& ſeq.* Vnde ſpurios ciues fuiſſe, & inſtitui potuiſſe contrà *A. Fabr.* probat *Oſſuual. ad Donell.lib.*6.*cap.*17.*lit.Q.*

28 Idem ſi mater ſit murilegula, vel adſcriptitia, *l.ei qui* 12.*C.de murileg lib.* 10.*d.l.nati, C.de Decur. l. ne diutiùs* 20. *C.de agric. & cenſ. eod. lib.* vel ſi mater ſit priuilegiata, vt in *d.l.*1. *D. ad municip.* Attenditur etiam materna origo, conſuetudine quorundam locorum, poſt *Hieron.Gonzalez, Amaya in l.ciues, nu.*19.*C.de incol.lib.*10.

AD QVÆST. VI.

An ille, qui eſt ortus extrà Ciuitatem Neapolis, in aliqua parte, in qua parentes non conſtituerunt domicilium, ſed erant tranſeuntes, vel ad tempus trahebant ibi moram, an gaudeat, vti Neapolitanus.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Breuitas in cauſis agendis, vel ſcribendis, qua gaudent moderni, neruosè exprobatur, à n. 1. ad 3.

Ortus extrà Neapolim, tranſeuntèr, vel ad tempus ibi moram trahendo, an gaudeat, vti Neapolitanus, n. 4. & 5.

Deciſ. *iſtam tranſcripſerunt* Nouar. *ad* Thor. *d. n. 4.*

Ciuis, an quis efficiatur natiuitate caſuali, vel origine propria, ex natiuitate filij in loco, in quo pater domicilium habebat?

Recenſetur ſententia pro natiuitate caſuali, à n. 6. ad 8.

Contraria ſententia latè comprobatur, à num. 9. ad 17. Obiectiſq; occurritur, à n. 23. ad 25.

Reprobantur quatuor aliæ DD. ſententiæ, à n. 18. ad 22.

Natus in aliquo loco per tranſitum accidentalitèr ex fuga genitorum, timore peſtis, belli, tumultus, vel cauſa deliciarum, pietatis, &c. gaudet Ciuilitate Neapolis, n. 17.

1 Silentio haud tranſeundus eſt locus iſte, verùm ſupèr eo aliquantiſpèr immorari lubet, quippè quod arduum continet certamen; videtur enim alter *Gordij* nodus, cui ſoluendo non ſatis eſſet vnius *Alexandri* gladius, & in vtramq; partem ſunt ſcribentium agmina, ſunt & firmiſſimæ rationes, quibus ſe fortitèr muniuntur: Quapropter propoſitis omnium argumentis, velut diſtrictis gladijs, aditum ad veritatem ipſam patefaciendum ducimus, quæ ſæpiùs exagitata magis ſplendeſcit in luce, *cap. graue* 35. *q.* 9. & hoc eſt, quod de *Herennio Modeſtino*, *Arcadius I.C.* tradit *in l. munerum* 18. §. *mixta munera*, *D. de mun. & honor.* diſputando ſcilicet, ità benè, ac optima ratione decreuiſſe; quod & *Paulus de Scæuola* innuit *in l. cum quidam* 19. *D. de liber. & poſth.* Et *Eleutherius* Pontifex Max. Iudicibus iuſſit, in *cap. iudicantem* 30. *qu.* 5. *Oportere iudicantem cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere, interrogandi, & reſpondendi, obijciendiq; prabita patientia.* Rimari autem cuncta non poteſt, qui vult eſſe breuis, vt rectè ſubdit *Iac. Menoch. conſ.* 134. *num.* 1. Deciſionis enim nomen

2 non meretur, quæ non fuit diſcuſſa, ſed rem deciſam tantùm, & non cauſas, ac rationes explicat, *Bart. in l. receptitia*, *D. de conſt. pec. Vinc. de Anna alleg.* 102. *n.* 2. *Bertaz. conſ. ciu.* 31. *n.* 17. *Card. Mãtic. deciſ.* 66. *n.* 2. *Manent. deciſ. Mantua* 27. *num.* 8. *Reg. Lanar. conſ.* 83. *à nu.* 11. *Anton. Amat. var. lib.* 2. *reſol.* 80. *num.* 13. *Praſ. de Franch. deciſ.* 278. *num.* 6. *& deciſ.* 367. *num.* 14. *Conſil. Prat. pract. obſer.* 17. *num.* 52. *& obſ.* 81. *n.* 19. & *Conſ. Gizzarell. deciſ.* 36. *num.* 5. vbi *num.* 6. ſcitè

3 ait: *Delicatum prætereà guſtum, & ſtomachum non benè digerentem ſcio habere eos Momi diſcipulos, qui, deciſionis articulos accuratè diſcutientes arguunt, mordentq; dicentes, debere gaudere breuitate modernos, meliùs ſi dicerent confuſione; quãdoq; & obſcuritate.* Iuxtà illud *Lyrici Poetæ de arte Poet. breuis eſſe laboro, obſcurus fio;* Et ſi adhùc in ſuſpẽſo manes, animo legito *Epiſtolam Plinij iunioris* ad *Cor. Tacitum lib.* 1. *epiſt.* 20. vbi latè, ac elegantèr breuitatem in cauſis agẽdis damnat, aitq; in fine: *At eſt gratior multis actio breuis. Eſt quidem, ſed inertibus, quorum delicias, & deſidiamq; quaſi iudicium reſpicere, ridiculum eſt: Nam ſi hos in Conſilio habeas, non ſolùm ſatiùs eſt breuitèr, ſed omninò non dicere.*

4 Deueniendo igitùr ad hanc *Authoris*

ris noſtri quæſtionem, quam referunt Danza ad Gramm.dec.34.n.69.Hieron. de Roſis ſelect.obſ.par.2. cap.55.num.17. eamq; integrè tranſcripſerunt Nouar. de elect.fori ſect.2.qu.39.n.34. ac Thor. in comp. deciſ. par. 2. ver. Ciuilitate, fol. 74. an quis extrà Neapolim ortus, trãſeuntèr, vel ad tempus ibi moram trahendo, gaudeat, vti Neapolitanus?

5 Quæſtio hæc pendet ab alia, an ſcilicèt quis Ciuis efficiatur natiuitate caſuali; nam ſi talis origo non prodeſt, per conſequens non amittit priuilegiũ originis loci, in quo naſciturus erat, Auth. hìc num. 1. Ideò varias DD. ſententias annotabimus, vt inde veriorem eligamus.

6 Prima ſententia eſt, quem dici Ciuem alicuius loci, & originem propriã contrahi natiuitate quomodocumquè contingat, ſiuè ea ſit quieta, ſiuè per tranſitum, & caſualis, Imol. & Alex. in l.huiuſmodi, §.legatum, D.de legat.1. nu. 9. & alij cum Paul.de Caſtr.num.4. Iaſ. num.14.& ſeqq. Narbona in l.20. tit.1. l.4. Recop.gloſ.2.num.32.& 33. & num. 138. Barboſa in l.hæres abſens, §.proindè in art.de for.orig.num. 3. 12.22. & 23. Cald.in reſponſ. pro Dom. Ioanne de Taſſis poſt tract.de in integr.reſtit.num.6. & ſeqq. Gratian.for.tom.1. cap.75. Gramm. vot.10.num.14. quam ſententiam neruosè defendunt Amaya in l. Ciues 7. C. de incol.lib.10. à num.43. & ſeqq. Altograd.conſ.28.lib.2. Carena reſol.239.

7 Ad opinionis huiuſce confirmationem, adducitur text.in l.Ciues, C. de incol.lib.10. & l.1. D. ad municip. vbi generalitèr origo facit ciuem, & ciuilitas originis immutabilis eſt, l.aſſumptio, l. fin. §.pen.D.ad municip.l.origine, C.de munic.& orig.lib.10. Sicut enim iura ſangninis diminui non poſſunt, neque mutari, l. iura ſanguinis, D.de reg.iur. l. ius cognationis, D.de pact. ità etiam neque naturalis origo, Gayll.lib.2. obſeru. 36. num.5.

8 Prætereà ſecundò argumentatur Amaya d.loc.num.47. quod ſi baptiſmus inducit originem illius loci, in quo quis baptizatus eſt, etiam naturalis natiuitas eam inducit, quia de natiuitate ſpirituali ad temporalem validum eſt argumentum, cap. debitum 4. de baptiſm. cap. inter corporalia, de translat. Epiſc.

Inſupèr non leuitèr comprobare videntur, quia licet ceſſet animus parentum permanendi in loco, vbi naſcitur, tamen attenditur naturalis veritas, non deſtinatio, vel animus, ex eo, quod aſſumptio originis ſit à natura, Gratian.d.cap.75.n.2.6.& 7.

9 Contrariam ſententiam (& eſt ſecunda) nempè natiuitate caſuali non effici, quem originarium Ciuem, ſed contrahi originem propriam ex natiuitate filij in loco, in quo pater domicilium habebat, tuentur Bart.in l. filios num.4. C.de municip. & orig. vbi Io: de Plat.num.2.Bald.in l.huiuſmodi, §.legatum, num.1.D.de leg.1. vbi & alij Abbas in cap.Rodulphus n.9.de reſcript. Barbat. num.97.Felin.num.14. Gregor.Lopez in l.2.tit.24.par.4.gloſ.vlt.Syluan.conſ.1.n. 90.& 91. Hond conſ.5.nu.5.vol.1. Salzed.ad pract. Bernard. Diaz cap.54. nu. 27. Boer. deciſ.13. num. 50. & 51. Afflict.deciſ.384. Guttier.conſ.7. nu.7. Cæuall. quæſt. 458. num.17. & ſeq. Viuius comm. opin.804. Vaſqu. de ſucceſſ. lib.1. §.2.num.9. Sanch. de matrim. lib.3.diſp. 23.nu.3. Anton.Faber in C. lib.6. tit.19. diffin.20.num.4.& lib.5.tit.29. diff. 24. num. 27. poſt alios Andreol. contr.239. num.46. Reg.Valenz.conſ. 37. num.41. acritèr defendit Conſil. Carleual. lib.1. de iudic.tit.1.diſput.2.qu.2. nu.92. Mutius Recch. in gl.ad priuileg. DD. Colleg. Neap.§ 2.num.68.& 69. P. Merolla to. 3.Theol.moral.diſp.6.de priuil.cap.8. nu. 46.& 47. & communem, & ſequẽdam dixit D. Chriſtoph. Creſpi lib.1.obſeru.6. num.98.Giurba obſeru.75.nu.11. & obſeru.76. num.2.Conſil. Altimar. ad Reg. Rouit.lib.1.conſ.48.num.17.& tom.1. de nullit.rubr.9.qu.30.num.34.& 46. Hieron. de Roſis obſ.ſelect. par.2. d. cap.55. num.10. & ſeq. de Luca ad Gratian. d. cap.75. nu.2. validiſſimè quoque comprobat Præſ.Ganauerr.deciſ.Reg.Cam.6. à nu.10. ad ſeqq. & in hanc opinionem vi-

videtur inclinare *D. Dominicus Antunez Portugal in tract. de Donat. iur. & bonor. Reg. Coron. tom. 1. lib. 2. cap. 15. nu. 6. & 7.* vbi *nu. 8.* inquit, de Iure etiam Regio tenendum ex diſpoſitione *Ordin. lib. 2. tit. 55. §. 1.* Quod idem diſponit apud Caſtellanos *l. 19. tit. 3. lib. 1. Recop. Carleual. d. loc. nu. 98.*

10 Quæ opinio non ſolùm magis communis demonſtratur, ſed etiam magis vera probatur ex *text. in d. l. filios, C. de municip. & orig. lib. 10.* ibi: *Filios apud originem patris, non in materna Ciuitate, & ſi ibi nati ſint (ſi modò non domicilijs retineantur) ad honores, ſeù munera poſſe compelli, explorati iuris eſt*, Ex quo *textu* clarè apparet, quod filius natus in materna Ciuitate, non eſt originarius illius Ciuitatis, niſi ibi domicilium habeat; nam quiuis originarius compelli poteſt in loco originis ad honores, & munera, *l. 1. & vlt. C. de municip. & orig. lib. 10. l. & qui originem 3. D. de mun. & honor.* cum alijs apud citat. *Carleual. d. loc. num. 93.* vbi reprobat ſolutionem *gloſ.* ibi in *ver. non in materna*, & *Barboſa*.

11 Facit etiam *gloſ. in l. aſſumptio, §. filius, ver. domicilium, D. ad municip verſ. tu dic*, vbi tradit, quod ad hoc, vt quis originarius loci dicatur ad onera, & honores, non ſufficit ſola natiuitas, ſed etiam requiritur, quod in loco illius domicilium habeat: Ergò ratione originis tantùm non poteſt filius cenſeri naturalis loci, in quo natus eſt.

12 Quemadmodùm pro hac opinione firmiſſimum oritur argumentum ex *textu in l. huiuſmodi, §. legatum, D. de leg 1.* vbi legato fundo Corneliano, & mācipia, quæ in eo fundo, dùm moriar, mea erunt; ſi ancilla, quæ in eo fundo eſſe conſueuerat, mortis tempore, cum in fuga eſſet, enixa ſit, perindè habetur, ac ſi in eo fundo eſſet, moriente patrefamilias: Ex quo *textu* euidentèr probantur duo; vnum quod locus ad parturiendum quæſitus fuga, caſu, vel dolo, debeat interpretari ſecundum iuris regulas; alterum, quod non attēdatur artificialis veritas naſcendi in aliquo loco, ſed deſtinatio permanendi, & ſolita aſſiſtentia matris, ità poſt *Bar. Bald. Alberic.* & omnes *ibid.* ratiocinatur *Praeſ. Ganauerr. d. dec. 6. nu. 17. & ſeq.*

13 Quod ſimilitèr concedendum eſt ex *text. in l ſeruus 82. D. de leg. 3.* vbi ait *Modeſtinus*: *Seruus, qui in fundo morari ſolitus erat, ſi fugerit, licet poſt mortem teſtatoris apprehēdatur, &c. etiā ipſe legato cedit*: Ea potiſſima ratione (*qui in fundo morari ſolitus erat*) nam ſolita aſſiſtentia, & permanendi deſtinatio attenditur, *nec qui in fuga eſt, ibi moratur*, ait *Vlp. in l. Titius ſeruum, D. de ſeru. expor.* Concordat *text. in l. quaeſitum, §. fin. D. de leg. 3.*

14 Corroborant inſupèr præcognitas rationes in aſſiſtentia caſuali captiuitatis cauſa contingente *text. in l. Diuus 26. D. de Captiu. & poſtl. l. 1. C. eod. expreſsè in l. nihil intereſt 25. D. de capt. & poſtlim.* melior *text. in l. poſtliminij 5. §. Captiuus, eod tit.* ibi: *Reſponſum eſt, non eſſe poſtliminio reuerſum, quia iurauerat, Carthaginem ſe reuerſurum, & non habebat animum Romæ remanendi*; Vndè aſſumptio originis filij ab animo, & deſtinatione habitationis parentum dependet.

15 Quod procedit in habitatione, etiam caſu habita, quia qui caſualitèr abeſt, non videtur abeſſe, nec qui caſualiter adeſt, videtur adeſſe, *l. ſi ità legatum eſt, D. de leg 3. l. prædia, §. 1. D. de fund. inſt. l. quaeſitum, §. fin. D. de leg. 3.* latè *Præſ. Ganauerr. d. deciſ. 6. num. 29. 30. & ſeqq. Franc. de Petris conſ. 15. nu. 4. Reg. Valenz. conſ. 37. n. 40.*

16 Deindè pulchrè arrident, quæ *Vlpianus in l ex facto 15. §. rerū autem, D. de hæred. inſtit.* ità protulit: *Alioquin, ſi aliquo tempore, quid tranſtulit in alium locum, non vt perpetuò ibi haberet, ſed, vt denuò id ad priſtinum locum reuocaret, neque augebit quò tranſtulit, neque minuet, vnde tranſtulit*; Ergò mulier, quæ reuerſura receſſit à propria Ciuitate, & caſu alibi peperit, neque augebit alienam, neque minuet ſuam Ciuitatem.

17 Ap-

17 Applaudit conſimilitèr præmiſſis, quod natus in aliquo loco per tranſitum accidentalitèr ex fuga genitorum timore peſtis, gaudet ciuilitate Neapolis,ex deciſis per Reg.Cam. in anno 1463. vt in *Arreſt.* 282. vel timore tumultus in anno 1572.orti,ob prætenſã inſtitutionem Tribunalis S.Inquiſitionis, *Arreſt.* 360. *&* 363. vel belli, *Arreſt.*423. vel ex quauis alia cauſa, puta deliciarum, pietatis, acceſſus ad aliquem locum ſalubriorem &c.ea ratione, quia attenditur animi deſtinatio Neapolim redeundi,& non illa cauſa accidentalis, *Io:Bapt.Mucci ad R.Sanfel.in dilucid.dec.*74.*n.*15.*lib.*1.aliamq; deciſ. refert *Hieron. de Roſis ſelect.obſeru.d.cap.*55.*num.*24.*&* 25.

18 Tertia ſententia eſt *Ripæ in tract. de peſte* 2.*p.tit.de priuil. contract. priuil.*18. *ſub num.*183.*verſ.quid tenendum*,quam ſequuntur *Rebuff.de priuil. Scholar. priuil.*65.*&ſeq.verſ.idem in nat. Maſcard. de probat.lib.*2.*concluſ.*1146. *num.*7. tenentis, præfatam controuerſiam conciliari poſſe, ſi intelligamus hanc ſecundam opinionem ſubſtineri, quando filius conceptus ſit in domicilio, & alibi caſu, & fortuna editus,quia conceptus pro nato habetur; Contraria verò opinio procedat, quotieſcumq; filius extrà domicilium conceptus,& natus ſit.

19 Sed hæc diſtinctio ab vtraq; parte reprobatur, & ideò eam reiecerunt *Barboſ.in l.hæres abſens,§.proindè art.de foro orig.num.*15.*D.de iudic.Praſ.Ganauerr.d.dec.*6.*n.*42.

20 Quarta eſt conciliatio *Marzar.conſ.* 43.*n.*9. dicentis compatibilia eſſe, habere filium originem propriam,vbicũquè naſcatur, & habere originem paternam in domicilio patris; Quem reprehendunt *Petrus Barboſa d.loc.nu.*16. *&* 17.*Praſ.Ganauerr. d.l.num.*47. quia quæſtio non vertitur inter originem propriam,& paternam, ſed inter domicilium parentum,& caſualem natiuitatem filij.

21 Quinta eſt, diſtinctio *Petri Barboſæ vbi ſupr.n.*18.19.*&* 22.docentis, ſecũdam opinionem, tunc demùm locum habere, vt filius natus, properante matre in redeundo ad domicilium habeatur pro nato in domicilio per *text. in d.l.nihil intereſt*; Quam opinionem intolerabilem eſſe probat *cit. Ganauerr. d.l.num.*43. tanquàm nimis reſtringentem effectum rationis animi redeundi ad domicilium, & alibi non permanendi.

22 Sexta eſt ſententia *Franc. de Petris d.conſ.*15.*n.*18.quem refert *Conſ.Altim. d.conſ.*48.*num.*17. diſtinguentis, quod vbi tertij præiudicium, & formatum intereſſe non verſatur, tunc ſimplicem ortum etiam ex accidenti ſufficere;aut verò agitur de tertij præiudicio, puta ſi quis Neapoli vxorem transferat quãdiù pariat, in præiudicium Baronis ob exemptionem à publicis oneribus, & illius iuriſdictione; Et tunc æquius eſſe, veritatis etiam rigore attento, contrà ciuilitatem decernere: Sed hæc opinio procedit in filio orto ex matre in fraudem parturiente,quem ciuilitate non gaudere firmauimus ſuprà in *quæſt.*2.

23 Sed cum iam ſatis ſit decertatum, concludendum eſt, ſecundam ſententiam, tanquàm magis communem, ac vti veriorem comprobatam, tenendam eſſe; reliquum eſt,vt breuitèr calamum ad confutanda prioris ſententiæ obiecta dirigamus.

Et quidem primò *d.l.Ciues*, & *l.*1.*D. ad municip.* dùm dicunt, Ciuem effici origine, intelligendæ ſunt de origine non caſuali, & fortuita, ſed vbi pater domicilium habet, *Conſil.Carleu.d.qu.*2.*nu.*96. & latiſſimè reſpondet *cit.Ganauerr.d.dec.*6.*num.*11.*&ſeq.& nu.*38.

24 Minùs dimouet nos à firmata concluſione argumentum *Amaya* à baptiſmo; Nàm baptiſmo efficitur Ciuis loci, in quo baptizatur, ſi ibi animo permanendi remaneat, velut in Infidelibus, ſecùs ſi poſt natum puerum illum ducat Neapolim baptizandum, vt diximus ad *quæſt.*3.

25 Nec tertiæ obiectioni deeſt quoque reſponſio, memorando, quod mox latè firmauimus, nempè non attendi caſua-

I 2 lem

lem aſſiſtentiam in aſumptione originis, ſed ſolitam habitationem, & permanens parẽtum domicilium, & quidquid in caſuali aſſiſtentia, & mora contigerit, perindè eſſe, ac ſi in ſua ſolita habitatione contigiſſet, ex *ſupracit. DD.*

AD QVÆST. VII.

Si quis in Ciuitate non naſcitur, nec eſt filius orti, ſed eſt filius Ciuis allecti, vel eius, qui eſt Ciuis per Pragmaticam, an debeat gaudere?

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Filÿ paterni corporis pars, eademq; perſona exiſtimantur, num. 1. & 2.

Ciuilitas ex allectionis priuilegio per patrem acquiſita, an tranſeat in filios, num. 3. & 4. & quid in filÿs Officialium, n. 5.

Auth. *noſtri* deciſ. *tranſcripſerunt* Nouar. Thor. *ac* Reg. de Marin. *d. nu. 4. in med.*

Ciuilitas ex conuentione contracta, an tranſeat ad filios heredes, n. 6.

1 Filijs veniunt nunc patrum priuilegia communicanda, qui paterni corporis pars, quodammodò exiſtimãtur, *Ariſtot. lib. 5. Ethic. cap. 5. & lib. 1. magn. moral. cap. 34. l. 22. §. fin. C. de agric. & cenſ. lib. 11.* Hinc Dido ad Æneam, apud *Ouid. in Epiſt. 7.*

Forſitan, & grauidam, Dido, ſcelerate relinquis,
Parsq; tui latitat corpore clauſa meo.

2 Quinimò caro filij, eſt quaſi caro patris aucta, vt ex *Paulo de Caſtro conſil. 164. vol. 2.* recitat *Tiraquell. de primog. qu. 40. Chriſtoph. Cruſius in diſp. Inſt. diſput. 16. th. 31.* Vnde ſui participem, pater filium nuncupabat, apud *Terẽtium,* quem refert *Ianus Langl. in Ocio ſemeſtr. lib. 7. cap. 2. pag. 290.* ac patris ſanguinem *Maximus* I.C. in *l. non eſt enim 4. D. de inoff. teſtam.* & viſcera, *Diuus Hieronymus in cap. afferte mihi gladium 2. de præſumpt. Io: de Pined. in Iob. c. 27. verſ. 13. Merillus lib. 3. obſ. cap. 4. Amaya lib. 3. obſ. cap. 1. §. 3. num. 20.* Et candem perſonam patrem, ac filium natura penè cenſendos, *Iuſtinianus* inquit in *l. fin. circà fin. C. de inſtit. & ſubſtit.* notarunt *Tiraquell. in repet. l. ſi vnquam in præfat. num. 15. de reuoc. donat. Ant. Fab. Iuriſpr. Papin. tit. 8. p. 7. in pr. damn. mem. Henning. Arniſ. de Republ. lib. 1. cap. 4. ſect. 2. n. 27. & 28.*

3 Quapropter ciuilitas acquiſita per patrem, allectionis priuilegio, tranſit in filios alibi natos, licet de illis in conceſsione haud mentio facta fuerit, *l. aſſumptio, §. filius, D. ad municip.* & *l. libertis, §. patris,* vbi *Bart. D. ad municip. l. filius, C. de municip. & orig. lib. 10. l. ſed ſi accepto, D. de iur. fiſc. Luc. de Penna in l. Ciues, num. 1. C. de incol. lib. 10. Menoch. conſ. 165. num. 6. lib. 2. Peregr. conſil. 126. num. 2. lib. 5. Honded. conſ. 5. num. 6. lib. 1. Macerat. var. lib. 2. reſol. 4. num. 9. Carena reſol. 239. num. 7. Anna allegat. 74. num. 6. Carpan. ad Conſtit. Mediol. §. collegÿs, num. 228. Ciarlin. controu. 37. n. 16. Aloyſ. Manſ. conſult. 236. nu. 8. Thomat. deciſ. 7. num. 10. & 11.* & poſt *Auth.* noſtrum hìc *num. 3.* & alios *Epiſc. Rocca diſp. iur. vol. 1. cap. 83. n. 3.*

4 Etenim legitimus Ciuis eſt, & non ad inſtar Ciuium, allectus priuilegio, vel per *Pragmaticam*, vt annotauimus ſuprà in *queſt. 1.* & ità deciſum refert *Author* noſter hìc *num. 1.* debere gaudere Ciuilitate Neapolitana *Sigiſmundum Palaganum* in anno 1553. Et in anno 1583. in perſona *Dom. D. Aloyſÿ de Toleto*, tanquàm filij *Excell. D. Petri* olim Regni huius Proregis aggregari ad Sedile Montaneæ huius fideliſſ. Ciuitatis, vt in *Arreſt. 439.* apud *Reg. de Marin.* Et hanc noſtri *Authoris* deciſionem tranſcripſerunt *Nouar. de elect. for. ſect. 2. queſt. 39. nu. 35. Io: Bapt. Thor. in comp. deciſ. par. 2. ver. Ciuilitate, fol. 74. col. 2. Reg. de Marin. ad Reg. Reuert. deciſ. 297. num. 3.* ſiuè 8. *in 2. edit.* & me-

memorāt idem *Nouar.in pragm.* 1.*n.*17. *de immun.Neap.Montan.controu.*30.*nu.*18.*circà med.Mut.Reccb. in gloſ. ad priuil.DD.Colleg.Neap.*§.2.*num.*59.*fol.*52. *P.Merolla tom.*3.*Theol.moral. diſp.*6.*de priuil.cap.*6.*num.*188. *Reg. Capyc. Latro conſult.*50.*nu.*70. *Reg.Rouit. lib.*2. *conſ.*62.*num.*3. *in fin.* vbi *Conſil. Altimar. in obſeru.num.*9. *& in obſeru.ad conſ.*48. *n.*19.*lib.*1. *Mucc. ad Reg.Sanfel. in diluc. dec.*74.*num.*7.

5 Et quoniam Officiales, propter dignitatem adeptam efficiuntur Ciues illius Ciuitatis, in qua exercent dignitatem, vt diximus ſup.in *d.q.*1.*n.*48. Fuit inde in anno 1578. controuerſum, nùm filius Regij Conſiliarij admitti debeat ad Collegium Neapolitanum? Et votata cauſa in Collegio prædicto, fuiſſe ſeptem vota pro parte affirmatiua, & ſex pro negatiua, refert *Anna in collect.obſ.*7.*fol.*127.*Taſſon.in pragm.de antef.verſ.*3. *obſeru.*3. *num.*269. Et in anno 1641. fuiſſe admiſſum filium Præſidis S. R. C. *Iordani Vrſini* teſtatur *Montan.controu.*30. *n.*16. licet contrarium probent *Reccb. d.loc. num.*59. *in fin.* & *Montan. ibid.* vigore ſpecialis Priuilegij Reginæ Ioannæ II. ibi: *Si oriundi Ciues noſtræ Ciuitatis Neapolis fuerint*, confert *Reg.de Marin.d.loc.nu.*9. *& ſeq.*

6 Ciuilitatem verò contractam ex cōuentione non tranſire ad filios hæredes probat *Franciſc.Clapper. cauſ.*81. *quæſt. vnic.* cum ciuilitas non ſit originis, ſed aduētitia, & cōuētionalis; ſed vide *Io:Bapt.Coſt. de retrotract.c.*19. *caſ.*15. *num.*12. licet Ciuis tali modo creatus ſit verè Ciuis ſecundùm *Mandell. conſ.*141. *num.*8.

AD QVÆST. VIII.

Exterus, qui habuit vxorem Neapolitanam, & domum propriam, an poterit petere immunitatem, poſt mortem vxoris.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

E*Xterus habens vxorem Neapolitanam, & domum propriam, ſi nunquàm petierit, ſe declarari Ciuem vigore* Reg. Pragm. *an poſt mortem vxoris id conſequi valeat? Negatiuè arguitur, à n.* 1.*ad* 6. *ſed contrarium firmatur, à n.* 7. *ad* 11.

Quæſtion. *hanc reſtripſerunt* Nouar. ac Thor. *n.*8.

Verba, ſint, & eſſe debeant, *cuius ſint ponderis, ibidem dilucidatur.*

*Ciuilitatem cōſequutus, dummodò emat, vel ædificet domum, non ædificando, vel emendo, an deſinat eſſe Ciuis, n.*12.

Ciuis creatus, dummodò ſoluat gabellam, ſi non ſoluit, an reſoluatur Ciuilitas, num. 13.

1 NEceſſaria videtur petitio, quando opportunè aliquid impetrari poteſt, ne audiat vulgatum illud, *Poſt factum veniſti*, de quo *damn.mem. Eraſmus in Adagijs Chiliad.* 1. *cent.*1. *adag.*22. Et fortè ignauis hæc in re dicatur.

Non tibi per ventos aſſa columba venit.

2 Siquidem in tempore venire, omnium rerum eſt primum, teſte *Comico*. Quæritur itàq; hìc, ſi exterus, habens vxorem Neapolitanam, & domum propriam, & nūquàm petierit ſe declarari Ciuem virtute *Regiæ Pragm.* an id petens poſt mortem vxoris, ſibi debeat concedi.

3 Qua in re affirmandum ſanè videtur, ciuilitate gaudere non poſſe, quia regulare eſt, quod vbi lex, aut ſtatutum aliquid mandat fieri, id intelligitur, ſi

pe-

petatur, ex *l.2.§.quod ait prætor*, & *l.ſi quis filium*, *§.ſtipulatio*, *D.de collat.bon.* *l.1.D.vt leg.nom. eau.l.4. §. hoc autem iudicium*, *D.de damn. infect.* & alijs tradiderunt *Daniel Moller. par.1. ad Conſtit.Saxon.art.19.num.15. Monter. dec. 35.num.81.Sebrad.de feud.par.10.ſect. 9.nu.7.& 12. Gratian.for.t.5.cap.947. num.35. Surd.deciſ.57. num.2. Hering. de fideiuſſ.cap.28.num.1.Ant. de Freundebergh de reſtript.morat.tit.8. concl.49. num.126.& 127.*

4 Et licet in *Reg.Pragm.* dicatur, *Sint, & eſſe debeant Ciues*, ex quo intelligitur ipſo iure, *Bald.in cap.1.col.vlt.*& ibi *Barbat. extrà de lit. conteſt.* idem *Barbat.conſ.53.col.pen.lib.2.* quia verbum *ſit*, ſolum, ac per ſe, eſt præcisè ſignificatiuum ſubſtantiæ veritatis, *Bald.conſ. 274.col.2.lib.1. Corn. conſ. 104.col.2. verſ.licet ego, lib.1.* Vnde aliud eſt haberi pro Ciue, aliud eſſe Ciuem, primum fictionem,hoc veritatem dicit, vt poſt alios notat *Tiraquell.in l.ſi vnquã, gloſ.reuertatur,num.221.C.de reuoc.don. & Reg.Rouit. in d. pragm.1. num.1. de immun.Neap.& conſ.62.n.2.lib.2.*& in ſpecie *Bart.conſ.62.vol.1.* in eiue allecto vigore ſtatuti, quod quicumq; habuerit domum, ſit ciuis; tantò magis, quia in *ead.Pragm.* ſunt verba geminata, *Tiraquell.d.loc n.46.*

5 Attamen præfata doctrina, ſibi locum vendicat,etiam ſi dictum ſit,quod ipſo iure aliquid intelligatur, cum eo quoque caſu requiratur petitio, quia omnis diſpoſitio, vel iure communi, vel ex forma ſtatuti, mandans aliquid fieri ipſo iure, intelligitur, ſi petatur, *gloſ.in l.ſcimus,ver.repletionem*, vbi *Iaſ. n.2.C.de inoff.teſtam. Ruin.conſ.10.n.4. & 5.& conſ.35. num.31.lib.1.* latè *Tiraquell.d.loc.à num.10. & ſeqq. Afin. de execut.§.3.c.3.Mantica de tacit. & ambig.lib.22.tit.29.nu.18.Surd.d.deciſ.57. num.3.* Sic ſupplementum legitimæ licet fiat ipſo iure per *d.l.ſcimus, C. de inoff.teſtam.* intelligitur tamen ſi petatur,aliàs ſecùs,vt poſt *gloſ.* ibiq; *Bart.*& alios *Tiraquell.d.gloſ.reuertatur, nu.14.* Item licet actiones ipſo iure tranſeant in fideicommiſſarium, ex *text. in l.pen. §.fin. C.ad Trebell.* id intelligitur,ſi velit, & petat fideicommiſſarius, ex *text. in l.1.§.ſed & quoties, & l.cogi, §. Metianus, D.eod.* vbi *DD.*

6 Inſuper confirmatur, quia priuilegium immunitatis ob numerum duodecim liberorum, non competit, niſi petenti, & non ſatis eſt, aliquo tempore ante habuiſſe numerum ſufficientem, niſi tempore petitionis ſint ſuperſtites filij, vt annotauimus ſuprà ad *quæſt.4.§.7.* Cum igitur *Reg. Pragmat.* det priuilegium habenti vxorem, intelligi debet de ſuperſtite tempore petitionis priuilegij,& ità referente *Præſ. Dauid* ſemèl decretum fuiſſe contrà *Ill.Marchionem Lauelli* teſtatur *Author* noſter hìc *n.2.*

7 Contrarium tamen tenendum cenſet idem noſter *Author* hìc *n.5.& ſeq.* vbi ità deciſum refert die 9. Decembris 1579.ipſo referente, de quo adeſt *Arreſt.368.* & in anno 1614. idem deciſum per Reg.Cam. vt ex *Arreſt. 570.* apud *Reg. de Marin.* & hanc quæſtionem reſcripſerunt *Nouar. de elect.for.*

8 *ſect.2.qu.39. num.36. & 37. Tbor. in compend.deciſ.par.2. ver. Ciuis, an ipſo iure,fol.76.* vbi etiam plura ad confirmationem addit, meminerunt *Montan.controu.30.n.18. circà med. Conſil. Prat.forenſ.to.4.cap.29. num.90. Conſil. Altimar.in obſeru.ad Reg.Rouit.conſ.48. num.23.in med. lib.1. P. Merolla tom.3. Theol.moral.diſp.6.de priuil.cap.6. num. 189.& 190.*

9 Etenim, dùm Sereniſſ. Rex Ferdinandus in *d.Pragm.1.* dixit, *ſit, & eſſe debeat*, ipſo iure ſtatim gratia ex ore Principis fuit perfecta, adimpletis requiſitis, nec aliud ſcripturæ documentum, aut priuilegij expeditio requiritur, nam lex eſt, quæ dat priuilegium, & non Iudex, *l.fin.C.de his, qui num. liber.ſe excuſ. lib.10. Author* noſter hìc *num.6.Pratus d.cap.29. num.79. & ſeq.* Et ſic non requiritur petitio, dũ expeditio priuilegij,aliàs à *Prag.* non requiſita,eò tẽdit,vt R.Cam. declaret, interueniſſe requiſita à *Reg. Pragm.* ſed inſta-

ſtatur pro expeditione Priuilegij, vt gaudere poſsit immunitatibus à ſolutione paſſuum, Dohanarum, &c. nec Tribunal Reg. Cam. dat gratiam, ſed declarat; Motus enim proprius Regis, qui lex dicitur, ſemper loquitur, *l. Arriani, C. de haretic. Prat. d. loc. num.* 84. *&* 85.

10 Imò requiſitum, vt vxorem habeat, eſt neceſſarium ad priuilegij acquiſitionem, non autem ad illius conſeruationem, vt dicimus de liberorum numero, *Ripa in l. ex facto n.* 13. *& ſeq. D. de vulg. & pupill. Reg. Conſtant. in l. ſi quis Decurio, nu.* 22. *C. de Decur. lib.* 10. ideòq; ſufficit vxorem habuiſſe, [illegible] ſic adimpleuiſſe requiſita *d. R* [illegible]

11 magis, quia *d. Pragm.* [illegible] vxorem, & domum, etiam [illegible] per mille annos, in hoc eſt od[illegible] de cum exterus, qui aliàs per habitationem quæſiuerat ciuilitatem de iure communi, & ampliùs adimpleuerat diſpoſita per *Pragm.* poteſt etiam dici ciuilitatem iure communi quæſiuiſſe, *Author* noſter hic *nu.* 9. *&* 10. quo caſu non eſt neceſſaria petitio.

12 Inſupèr notandum eſt, Ciues declaratos per *d. Pragm.* videri in conditione poſitos, *ſi nempè vxorem Neapolitanam duxerint, & in ipſa Ciuitate domum emerint, aut ædificauerint; ſint, & eſſe debeât Ciues Neap.* Vnde ſi quis ab initio non petierit ſe declarari Ciuem, inde ſuccedente cauſa defectus conditionis impletæ, non impeditur ex tractu temporis, impleta conditione ab initio, ſuum ciuilitatis ius conſequi, *Thor. in d. p. 2. ver. Ciuis in fin.* poſt *Gratian, diſcept. for.* 124. *num.* 11. ex mente *Iac. Menochij in conſ.* 131. 132. *& ſeq.* necnon *Io: Franc. Andreol. controu.* 358. *per tot.* aliorumq; *cit. à Cyriaco controu.* 153. *à n.* 55. *ad* 59. qui in fortioribus terminis conſuluerunt, quod admiſſus ad Ciuilitatem, dummodò emat, vel ædificet domum, non ædificando, vel non emendo, non deſinit eſſe Ciuis, vt priùs requiratur interpellatio, & terminus ad præſtandum prædicta.

13 Sic etiam Ciuis creatus, dummodò ſoluat gabellam, ſi non ſoluit, non reſoluitur ciuilitas, ſed cogitur ad ſolutionem, *Maur. in alleg.* 55. *n.* 7. *Gratian. diſcept. for.* 44. *num.* 12 *lib.* 1. vbi *de Luca in animaduerſ. num.* 6. *& ſeq.* & *n.* 13. ait, quod admiſſus ad Religionem Hieroſolymitanam cum onere faciendi *Carauanas*, ſi iſtæ non ſequantur, nõ deſinit eſſe miles, licet non currat antianitas, ex *Card. de Luca de præeminent. diſc.* 38. *n.* 4.

AD QVÆST. IX.

Qualitèr, & quomodò debeat Ciuilitas Neapolitana probari.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Ciuilitas, quibus modis probetur, nu. 1. *&* 2.

Fides Electorum, vel Deputatorum Sedilium huius Ciuitatis, an ſufficiat pro ciuilitate probanda; Arguitur negatiuè pro Fiſco, à nu. 3. *ad* 6. *ſed contrarium firmatur, num.* 7. *& recenſetur praxis n.* 13.

Sedilia in hac Ciuitate Neap. qualitèr ſint à Regibus approbata, poſsintq; fidem facere de attinentibus ad ipſa, à nu. 8. *ad* 12.

Exterus aggregatus in Sedili, an gaudeat Ciuilitate Neap. & admittatur ad Collegium Doct. Neap. à n. 14. *ad* 16.

Conſuetudines huius Ciuitatis, an ſint à Rege approbatæ, n. 17.

Deputati quinque, vel ſex Platearum nobilium, an cognoſcant differentias inter illarum nobiles, n. 18.

Nobiles Sedilium Neap. an poſſint ad honores eorum, concurrente maiore parte nobilium aggregare, & quid ſtantibus ordinibus S. Cath. Mateſt. à n. 19. *ad* 22. *ac notatur* Cenſal. *n.* 23. *&* 24.

Nobiles extrà Sedilia, an poſſint excludi ab aggregatione ad Sedilium honores, num. 25.

Cauſa reintegrationum ad Sedilia, quomodò,

dò, & vbi agitentur, num.26.& 27.

Et quid in cauſis manutentionis, ex nouiſſimis ordinibus, n.28.

Familiæ nobilitas, quomodò probetur, remiſſiuè, num.29.

Officiales Regij, eorumq; coniuncti, an poſſint litem inſtituere, vel motam proſequi, pro reintegratione ad Sedilia, inconſulta S.Cath.M. n.30. ac transcribitur quoddam Reaſſumptum *pro Sedile Portæ nouæ in cauſa familiæ* de Anna, *à n.31. ad 41.*

1 Ciuilitas quemadmodùm multis modis acquiri poteſt ex prænotatis, ità & eius probatio varia quoq; & multiplex eſt, ex traditis per *Maſcard. de probat. concl.* 1146. *Calà de modo artic. §.2. gloſ. vn. à num.* 1167. *Gratian tom.5. for. cap.559. à num.* 19. vel ſcilicèt Priuilegio Principis, aut inſtrumentis, in quibus quis Ciuis alicuius Vrbis appellatur, vel libro æſtimi, in quo inter Ciues enumeratur, & apparet, maiores ſuos onera ſubijſſe, vel honoribus gauiſum eſſe, vel ex communi opinione, vel ex libro Parochi, in quo baptizatorum nomina deſcribuntur.

2 Quæ probatio exigitur quoque in probanda Ciuilitate Neapolitana, adhibitis paritèr teſtibus de viſu deponentibus de ortu Ciuis, vt ſeruatum refert *Thor. par.2. comp. verb. Ciuilitas, fol.72. in fin.* Quo verò ad Ciuem effectum ſeruata forma *Reg. Pragmaticæ,* docto de requiſitis in ea, hoc eſt de emptione, vel ædificatione domus, ac matrimonio contracto cum muliere Neapolitana, interponitur decretum ciuilitatis per Reg. Cam. eiuſq; priuilegium expeditur ad hoc, vt immunitatibus, gabellis, & alijs iuribus Neapolitanis Ciuibus conceſsis, gaudere poſſit, *Thor. ibid. Conſil. Prat. for. t. 4. cap.29. num.83.*

3 Quæſtio autem hìc examinatur, an ad probandam ciuilitatem, ſufficiat ſola fides Electorum, vel Deputatorum in Sedili, qui dicuntur quinque, vel ſex de Sedili? Ad quam ſanè decidendam congregatos fuiſſe omnes Regios Conſiliarios cum Regia Camera in Collaterali Conſilio anno 1572. teſtatur *Author* hìc *n.5. & 6.*

4 Et pro Fiſco oppoſitum fuit, quod priuilegium Regis Federici expeditum in anno 1496. *in libro Capit. Ciuit. Neap. Cap.15. fol.23. àt.* in quo cautum eſt, quod ſufficiat ſola fides Electorum, loquitur de Electis, quibus deficientibus, oporteret ſecundùm Capitula Ciuitatis, quod ad minùs eſſent quatuor Plateæ, vt facerēt actum Vniuerſitatis, vt in *lib. Capitul. d. Ciuit. de anno* 1554. *Cap.33. fol. 15. àt. Author* noſter hìc *n.7.*

5 Imò quod Sedile faciat fidem de Ciuilitate, hoc non eſt de pertinentibus ad Sedile, & conſequentèr non probat, *Auth.* noſter hìc *n.*8. Sed cum tractetur de præiudicio iurium fiſcalium ob immunitates Ciuium; & Fiſcus habeat ſuum Iudicem competentem, ſiuè actor fuerit, ſiuè reus, ſcilicèt Regiam Cameram Summ. hinc inter cæteras cauſarum cognitiones in diuiſione habita cū Tribunali S.R.C. adeſt cognitio prærogatiuarum, & immunitatum, quas prætendunt perſonæ priuilegiatæ, & particulares, vt in *pragm. 62. de Offic. Proc. Cæſ. §.12.* & confirmatur *per Pragm.63. §. in primis,* & ſic conſpicitur, dictum Tribunal R.C. ſolere declarare Ciuilitates prædictas audito Regio Fiſco, & Regijs Dohanerijs maioris Fundici Neap. Inde Ciuilitatis acta geſta in R.C. non prodeſſe in Almo Collegio Neap. circà admiſſionem illius, tradit *Thor. d. loc.* quod etiã ſeruari dixit *Epiſc. Iſern. in praxi Cur. Archiep. cap.47. num.2.* quoad Clericos exteros, quomodò Ciues declarentur in ea Curia.

6 Similitèr, licet Sedile poſſit aggregare nobilem exterum ad illud Sedile, non per hoc poterit aggregare in Ciuem; imò cum in anno 1508. fuiſſet petitum ab Illuſtr. *Comite Ripæ Curtiæ* Prorege, quod illi, qui erant aggregati in Sedile, dicerentur etiam Ciues, fuit denegatum, vt in *Capit. Ciuit. Neapol.*

Cap.

Cap. 3. de anno 1508. *fol. 67. àter. Author noſter* hic *n. 9. & 10.*

7 At contrarium fuit iudicatum, contradictione Fiſci non obſtante, quod ad Ciuilitatem probandam ſufficiat ſola fides Electorum, eademq; fides adhibenda eſſet quinque, vel ſex Nobilibus de Sedili, qui teſtarentur, aliquem in Sedili gaudere; Et ſic in anno 1564. iudicatum in cauſa *Mag. Berardini Minutoli Baronis Spinuzij*, quod ſtante fide ſex Nobilium Sedilis Capuanæ, illum eſſe nobilem de illo Sedili, gauderet, prout cæteri Ciues, teſte *Auth.* noſtro hic *num.* 28. de qua obſeruantia, poſt ipſum, etiam teſtantur *Mutius Surgens in add. ad fratrem de Neapoli Illuſtr. fol.* 410. *Reg. Rouit. conſ.* 83. *num.* 4. *lib.* 1. *Reg. Sanfelic. in praxi iudic. ſect.* 14. *nu.* 4. *Reg. Capyc. Latr. conſult.* 50. *num.* 73. *& ſeq. Reg. Marcian. to.* 1. *diſp.* 43. *num.* 10. *Nouar. de elect. for. ſect.* 2. *quæſt.* 39. *num.* 38. *& in pragm.* 1. *n.* 20. *de immun. Neap. Landulf. de Aquino in ſua alleg.* 102. *num.* 2. *&* 3. apud *Reg. de Marin. to.* 3. *alleg. diuerſ.* & apud *Thor. in comp. deciſ. par.* 2. *ver. Ciuis alicuius Ciuitatis fol.* 77. *Conſil. Rocc. de offic rub.* 17. §. 1. *num.* 22. Et ex poſſeſſione fundat *Reg. Lanar. in conſ.* 14. *per tot.* qui ſcripſit pro hac fideliſſima Ciuitate contrà Regium Fiſcum.

8 Etenim Sedile in hac Ciuitate Neapolis, eſt quoddam Collegium approbatum per retrò Reges, & in ſpecie per Regem Catholicum de anno 1505. vt in *libro Capit. Ciuit. Neap. cap.* 5. *fol.* 39. *àt. Author* noſter hic *nu.* 12. Vrbs namq; Neapolis in toto Orbe celeberrima, diſtincta conſpicitur in ſex quarterijs, quæ vocantur *Platea*, ſiuè *Sedilia*, quorum quinque ſunt Nobilium, ſcilicèt *Capuana*, *Nidi*, *Montanea*, *Portus*, & *Portanoua*, quibus certæ nobiles familiæ ſunt adſcriptæ, & aliud eſt Populare, dictum, *la Sellaria*, *Franc. de Petris conſ.* 46. & *lib.* 1. *hiſt. Neap. Taſſon. in pragm. de anteſ. verſ.* 3. *obſeru.* 3. *num.* 12. *Præſ. de Franch. deciſ.* 207. ad inſtar Romanæ Ciuitatis, quæ in tres partes di-
9 uiſa extitit *Liu. lib.* 1. *Pomp. Letus ad Fenestellam de magiſtrat. in princ. Sabell. decad.* 2. *lib.* 6. *fol.* 86. Quæ diſtinctio exordium ſumpſit tempore Regis Caroli I. & eam approbauit Rex Ladiſlaus, *M. Anton. Surg. de Neap. Illuſtr. cap.* 12. *num.* 66. *Reg. Reuert. dec.* 102. *in fin. Camill. Tutinus de origin. & fundat. Sedilium Neap. P. Carolus Borrellus in libello*, cui *tit. Vindex Neap. Nobilit. in Franc. Ælij Marcheſij librum*; Eorun-
10 dem autem Sedilium nullum ſe alteri nobilitate anteferri, ſed vnam, & parem eſſe omnium nobilitatem aſſerunt *Surg. d. cap.* 12. *num.* 61. *Anton. Termin. in ſua Apologia trium Sedilium in proem. D. Conſil. Petra ſuper rit. M. C.* 160. *n.* 2. *&* 3. *de Luca ad Præſ. de Franch. deciſ.* 207. *num.* 5.

11 Licet autem ità diuiſa ſit per quarteria hæc Ciuitas, vnica tamen dicitur, vt in Collegio, quod vnum iudicatur, quamuis diuerſæ ſint ſectæ Collegiatorum, *Bart. in l. fin. D. de Colleg. Præſ. de Franch. deciſ* 2. *num.* 9. *&* 10. *Surg. de Neap. Illuſtr. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 61. *Conſil. Petra ſup. d. rit.* 160. *nu.* 13. *in fin. Conſil. Rocc. d. tract. rubr.* 17. *nu.* 9. *&* 10. & Collegium poteſt facere fidem de his, quæ attinēt ad ipsū Collegiū, etiā negatiuè, poſt *Bald. Author* noſter hic *n.* 17. Et ſic videtur, quod poſſit Sedile fidem facere de his, qui ſunt Nobiles illius Sedilis, eò magis, quia nemo eſt, qui meliùs poſſit hoc teſtificari, & probare, tāquàm de pertinētibus ad ipſum, idem *Author* noſter hic *num.* 15. *&* 16.

12 Imò ſemper, ac Ciuitas eſt diuiſa in quarteria, id, quod facit vna pars de attinentibus ad illud quarterium, eſt ratum, ac ſi eſſet factum ab Vniuerſitate reſpectu Vniuerſitatis, eadem enim eſt ratio de toto quoad totum, ac de parte quoad partem, poſt *Florian. Dom. Reg.* hic *num.* 18. & in terminis horum Sedilium *Bolognet. in l. omnes Populi num.* 55. *D. de iuſt. & iur. Marc. Sol. de Pace in l.* 3. *Tauri num.* 150. *Fab. de Anna conſ.* 92. *vol.* 2. *Landulf. de Aquino in d. alleg.* 102. *num.* 3. *apud Reg. de Marin. Fed. Viuald. in reſponſ. ſing. Nobilit. Sedil. num.* 46.

K 13 Et

13 Et licet *cit. Thor. in d.p.2. comp. verb. Ciuilitas*, & *in add. ad Reg. Salern. deciſ. 12. num. 7.* dicat, non ſufficere fidem Electorum, niſi interueniat decretum R. Cam. id intelligi debet, quod imò ſufficiat illa fides, qua ſtante, fit decretum pro Ciuilitate, & expeditur priuilegium per Reg. Cam. vt poſsit immunitatibus gaudere.

14 Nec dici poteſt, exterum aggregatum in Sedili non eſſe Ciuem; Siquidem Nobiles Sedilium nulla indigent probatione, ortos fuiſſe Neapoli, ſed cum ſimplici fide quinque, vel ſex nobilium de Sedili atteſtantium, illos honoribus Sedilis gaudere, hoc priuilegio Neap. Ciuilitatis potiuntur, & habentur, vti orti in Ciuitate, quamuis alibi nati fuerint, poſt alios *Reg. Marcian. d. diſp. 43. num. 11. & 12. Conſil. Altimar. in obſ. ad Rouit. conſ. 83. Author* noſter hìc *num. 22.* vbi obſeruatum vidiſſe refert cum *Illuſtr. D. Garſia de Toleto*, qui cum eſſet Hiſpanus, fuit aggregatus in Sedili Montaneæ, & ſtatim effectus fuit Syndicus Ciuitatis, & Regni; & in *Magn. Lopez de Cardona ibid.* Et ità anno 1621. iudicatum fuit per Reg. Cam. quod *Ill. Ruiz Gomez de Sylua, & Mendozza Princeps Mileti* gauderet Neapolitana Ciuilitate, licet non eſſet ortus in Ciuitate, neque originarius, ſed ex eo, quod gauderet honoribus Sedilis Mõtaneæ, vt in *Arreſt.* 588. apud *Reg. de Marin. Io: Bapt. Mucci ad Sanfel. deciſ. 74. n. 8.*

15 Et anno 1625. determinatum fuit, quod *D. Petrus Altemps* tãquàm Eques Neap. etiam quod eſſet natus extrà Ciuitatem, non ſolueret duc. 25. pro centenario ab exteris ſoluendos ex *Prag.* lata pridiè Kal. Iunij 1622. teſte *citat. Thor. d. ver. Ciuis alicuius Ciuitatis in fine, fol.* 81. iuxtà fundata per *cit. de Aquino in allegatione* per eum transcripta, & 102. *in ord.* apud *cit. Reg. de Marin.* & vide *Conſ. Roccum lib. 1. reſponſ.* 1. vbi ſcripſit pro Seren. Magno Duce Hetruriæ.

16 Licet non admitti ad Collegium Neap. in quo ſumitur Doctoratus laurea, ſi ipſi, vel eorum patres non ſint nati in hac Ciuitate, fundent *Montan. controu. 30. num. 24. Reg. de Ponte conſ. 33. num. 13.* quem ſequitur *Conſil. Rocc. d. rubric. 17. §. 1. num. 26. & 27.* contrarium probante *R. Sanfel. d. ſect. 14. num. 7. & 8.* aduerſus quem ſentit *Vincent. Brilla ad Conſuetud. Neap. tit. 19 cap. vn. n. 6. & ſeq.*

17 Et hæc prouenisſe ex Conſuetudinibus huius Ciuitatis, quæ cum ſint approbatæ per *d. Cap. Regis Cathol. fol. 39. àt. in libro Capit. Ciuit.* tribuere ius, ait *Author* noſter hìc *num. 23. & 24. Præſ. de Franch. deciſ. 2. num. 29. Theodor. d. alleg. 90. num. 28.* Plateæ autem ſupradictæ poſſunt etiam condere leges, & conſuetudines introducere in concernentibus tantùm propria negotia, vt de Plateis Capuanæ, & Nidi circà modum viuendi recenſet *Camill. Salern. in Conſuet. Neap.* Verùm ſi legẽ vniuerſalem inducere velint, aſſenſus Regius requiritur, *Taſſon. de antefat. verſ. 4. obſeru. 5. num. 2.* quod obſeruatum fuit etiam in Conſuetudinibus Neap. quæ fuerunt confirmatæ à Carolo II. & conſeruatæ in *Archiuo Reg. Curiæ*, vt in *Proœm. d. Conſuet.* & poſt *Taſſon.* tradit *Conſ. Rocc. d. rub. 17. §. 1. à num. 1. & ſeqq.*

18 Deputati verò, qui eliguntur ſex, ex qualibet Platea, & quinque ex Platea Nidi, diſcordias, differentiaſvè inter nobiles illius Plateę cognoſcunt, dummodò effuſio ſanguinis non euenerit, vt diſponitur in *Capit. 48. Regis Ferdinandi I. de anno 1486. in Priuil. Neap. fol. 18. àt. & Cæſ. Maieſt. in anno* 1540. *Cap. 5. fol.* 124, & *Regiæ Maieſt. in anno* 1557. *Cap. 18. f.* 162. & poſt *Regentem* noſtrum hìc *num. 14.* obſeruant *Taſſon. d. pragm. de anteſ. verſ. 3. obſeru. 3. n. 235. Conſil. Rocc. d. loc. §. 4. n. 4.*

19 Poterant etiam alios allicere, ſeù aggregare ad honores eorundem Sedilium, concurrente maiore parte Nobilium, vt teſtantur *Præſ. de Franch. deciſ. 2. Reg. Sanfel. deciſ. 376. num. 1. Reg. Marcian. d. diſp. 43. num. 13.* & conſtare hanc facultatem ex multis aggregatio-

tionum exemplaribus, oſtendit *Cenſal. in add. ad Peregrin. de fideicomm. artic. 21. in allegationibus impreſſis pro D. Berardino Montaluo Marchione Sancti Iuliani, verſ.Prima ergò,fol.73.& ſeq.*

20 Et conſenſum maioris partis ſufficere,& Capitulationem à Nobilibus Sedilium conditam, quæ in aliquo cooptando quatuor partium Nobilium conſenſum exigit, non valere,latè fundat *Fed.Viuald.in reſp.ſing.de nobilit.per tot.* qui ſcripſit in cauſa *Reg. Camilli Villani*, vbi *in fine* tranſcribit ſententiam, quod concluſio maioris partis Nobilium Sedilis Montaneę aggregādi d. Camillum fuit valida, & proindè gaudere illius honoribus,vt in *d.dec.2. Praſ.de Franch.*

21 Sed poſteà in anno 1585. hoc ius alliciendi fuit illis ſublatum per litteras Sacræ Cath. Maieſt.ſità vt, vbi de alliciendo aliquem ad Sedile ageretur, ſit meritò recurrendum ad Clemētiſs. Regem noſtrum, & ex eiſdem Reg. litteris interdicitur reintegratio, aut litis incæptæ per Sedile renūciatio, abſq; ordine S.M. quarum tenor refertur per *Reg. Sanfel. in prax. iudic. ſect. 14.num.3.in fin. Capan.de iur. adoh. qu.35.num.39.Conſil.Rocc.de offic. d.rubric.17.§.1.num.49.& 50.* Et ſuperuenit ordo S. M. per quem fuit deſtinata Iuncta quinque Miniſtrorum Hiſpanorum, qui iudicarent ſuper his cauſis,vt meminit *Reg. Sanfel.dec.376. num.6. in fin. Reg. Rouit.in fin.conſ.83.lib.1.*

22 Quod ſanè exordium cæpit anno 1553. tempore Gubernij *Ill. Cardin. Granuelæ* huius Regni Proregis, qui ex relatione Præſidentis R.Cameræ *Marcelli de Mauro* Patricij Auerſani, tunc Aduocati Fiſcalis,mandatum fecit Sedilibus, vt non aggregarent abſq; eius ordine,& conſultationem fecit S.M. & *d.Marcellus* fuit patrocinatus,hanc aggregandi facultatem in Sedilibus ſoli Regi competere, ex quo nobilitare ſoli Regi eſt reſeruatum, vt fundauit in *ſua allegat.7.* & in eadem cauſa ſcripſit *Io:Vincētius de Anna alleg.130.* (in odiū quidem Plateæ Portænouæ, quæ noluit ipſum ad honorem illius Sedilis admittere, teſte *Reg. Marcian.to.1.diſp. 43.n.13.verſ.& ideò.*)

23 Et licet contrà *Maur.*& *Ann.* inſurgat *Cenſal. vbi ſuprà, verſ. Quibus tandem*, inquiens, non veritati illos conſuluiſſe, nec pro Regis ſeruitio operam nauaſſe, ſed,vt tunc propriam iniuriam vlciſcerentur, vbi repulſam à Sedilibus tulerunt, vt *in fine eorum alleg.* patet; Et motiua per ipſos ponderata benè procedere, vt non valeant Sedilia aggregare Ciues ignobiles, quia hoc eſſet nobilitare, quod ad ſolum Principem ſpectat, ſed minimè obtinere, vbi aliundè Nobiles aggregarent ſuo cætui, vt honoribus gaudeant, quibus cæteri Nobiles fruuntur, ſequitur *de Luca ad Franch.deciſ.2.num.7.*

24 Attamen *cit. Cenſal.* cōtētioſo ſpiritu potiùs, quàm viua ratione id aſſerentē, neruosè refellit maxim. I.C. *D. Franc. Ramos del Manzano in cōment. ad leges Iuliam,& Papiam lib.2. cap 26. à nu.6. ad 9.*rectè probans,hanc allectionis facultatem non competere Sedilibus priuatiuè,nec independentèr à permiſſu Regis, ad quem tranſlatum eſt Reipubl. regimen, populiq; imperium *l.1.D.de Conſt.Princ.l.vn.D.de Off.Praef. Pretor.*nā qualiacumq; Collegia abſq; Regio placito ſubſtineri non poſſunt, *l.1.& 2.D.de Colleg.& Corp. illicit.* Vn-
25 dè etiam Nobiles extrà Sedilia,non poſſe excludi ab aggregatione iſta, acerrimè tuetur *Conſ. Scipio Theodor. alleg.90.*vbi & de modo,& conſiderandis circà illam, *in fine.*

26 Deindè S.M. ex particularibus litteris expeditis ſub die 12. Nouembris *1646.* directis *Exc.Duci Arcos* tūc Proregi,mandauit,vt antequàm lis moueatur, vel quis peteret allici ad Sedile, certioretur priùs S. M. & cauſæ allectionis, ſeu reintegrationis tàm motæ, quàm mouendæ tractarentur in vna Aula S. R.C. cum interuentu, & voto Regentium Reg.Cancellariam, & in quacumq; ex dictis cauſis D. Prorex deſtinaret Fiſcalem, *R. Sanfelic. d.ſect. 14.num.37.& deciſ.376.nu.6.* vbi inſe-

rit d, literas; Vndè Fiſcus debet aſſiſtere tantùm propter colluſionem vitandam, quæ poteſt eſſe cum Sedile, & prætendente reintegrationem, ideò nō poteſt petere beneficia, nec Iudices recuſare, poſt alios *Conſ. Altimar. in obſ. ad Reg. Rouit. conſ. 3 1. n. 3. & 4. lib. 1.*

27 Hodiè tamen hæ cauſæ tractantur iunctis duabus plenis Aulis S. C. cum interuentu Fiſcalis, & relatio illius fit in Reg. Coll. Conſ. proùt in cauſa reintegrationis ad Sedile Portænouæ petitæ per *Dom. Fratres de Ponte* obſeruatum teſtatur *Gizz. ad Reg. Capyc. Latr. dec. 100. in fin.* & *Reg. de Marin. ad Reuert. deciſ.* 428. & in reintegratione petita ad Sedile Ciuitatis Surrenti, per *Marchionem Piſcopiæ* de familia *della Porta, Conſil. Altimar. in d. obſeru. 3 1. nu. 9.* ſtante quod Ciuitas Surrenti, poſſe vti iiſdem Regijs ordinibus Ciuitati Neapolis elargitis in cauſis aggregationis, & reintegrationis à C.M. obtinuit. Et nos vidimus etiam obſeruari in cauſa Domin. de *Gallucijs* ad Sedile Nidi, & in pluribus alijs cauſis.

Nupèr verò ſuperuenerunt Regiæ literæ, mandantes, vt cauſæ manutentionis ad Sedilia, in vna Aula agitentur, vt ex infraſcripto Exc. Dom. Proregis reſcripto, Spect. S.R.C. Præſidenti directo.

28 *Su Mageſtad (Dios guarde) con ſu Real Deſpacho de 11. de Abril de eſte año en villa del informe, que S. E. hà hecho ſobre la iſtançia, que los Deputados de los Pleytos de eſta fideliſſima Ciudad heçieron, paraque ordinaſe, que todas las cauſas aſſi de reintegraçion, como de manutençion en los Seyos ſe deuon expedire en dos Ruedas con interuençion de vn Fiſcal en todos los actos, como parte formal. Hà reſuelto, que en orden à la reintegraçion ſe mantengan los ordines dados de dos Ruedas, y el Fiſcal, y que ſe trate en Colateral con interuençion de los Signores Regentes. Però que quando ſe trata de manutençion à las familias, que eſtan poſeyendo ſu Nobleza, aunque incida articulo de feliaçion legitima, y que ſe puiſſiere diſputar de la perſona, que ſuccede para azer vn Iuiçio muy breue, y facil à determinar, nō ſe neceſſita de tātas circuſtançias, de que me mande S. Exc. auiſar à V. S. paraque lo tenga entendido, y lo preuenga al S.C. paraque ſe halle en eſta intelligençia en los caſos, que occurerieren. Dios guarde à V. S. Palaçio de 5. de Iunio 1690.* & ità obſeruatum in cauſa Dom. de Carrafa.

29 Quomodò autem probetur Nobilitas familiæ, per illum efflagitantem allectionem, aut reintegrationem ad honores Sedilium, videndi ſunt, poſt alios *Praſ. de Franch. deciſ. 357. Viuald. in d. reſponſo vn. nobil. per tot. Reg. Reuert. deciſ.* 428. vbi *Reg. de Marin. in obſeru. & lib. 2. reſol. 146. Reg. Capyc. Latro conſult. 12. & 50. tom. 1. & conſult. 120. & 128. tom. 2. Thor. in comp. deciſ. verb. Nobilis, & ver. Nobilitas, Epiſc. Ricc. collect. 3986. Franc. de Petris conſ. 14. 20. 30. & 53. Reg. de Ponte conſ. 107. vol. 2. Cenſal. ad Peregr. de fideic. art. 21. Caput. de regim. Reip. cap. 1. §. 2. Conſil. Altimar. in obſeru. ad Rouit. conſ. 83. nu. 7. & ſeqq. lib. 1.*

30 Annotare deniq; non prætermittimus, quod in prænominata cauſa reintegrationis ad Sedile Portænouæ nobiliſſimæ familiæ *de Anna* petitæ per *Io: Dominicū de Anna* Epiſcopum Bouinenſem (ſummoperè carum tunc Proregi *Ill. Card. Granuelæ*, vt patet ex *Epiſt. in princ. alleg. Io: Vincentij I.C.*) fratrem *Ferdinandi de Anna* Archiepiſcopi Amalphitani, pluries ad Imp. Carolum V. Legati Apoſtolici, qui in Cōcilio Tridentino, ob eius doctrinam, & probitatem interfuit; & *Io: Vincentij de Anna* I.C. celeberrimi, cuius laudes exæquauit *Fabius* eius filius, poſteà meritiſſimus Reg. Conſiliarius, teſte *Scipion. Mazzell. in deſcript. Regni Neapol. lib. 2. fol. mihi* 782. Fuit controuerſum, an *d. Fabius de Anna*, tanquàm Officialis poſſet proſequi litem per Epiſcopum Bouinenſem eius patruum motam? In quo puncto infraſcriptum reperimus *Reaſſumptū pro Sedili Portænouæ* inter diuerſorum manuſcripta, v3.

REAS.

REASSVMPTVM PRO SEDILE PORTÆNOVÆ.

31 PRętendit forſan Pars, in foro cõſcientię poſſe doctiſſimos Iudices in cauſis nobilitatum aliqua de iuris diſpoſitione relaxare, dum non agitur de auferendis bonis alterius, ſed audiat *Cardin.Caiet. Ientaculo 11. ſuper illo Diui Pauli ad Philipp.2.*ibi: *Qui cùm in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, ſe eſſe æqualem Deo, plus eſt, inquit, facere ſe alteri æqualem in dignitate, cum non ſit, quã eidem auferre bona, cùm verè per rapinam arbitretur, & lędat perſonas aliorum.*
Sed ad rem.

32 Ordo Regis noſtri Cathol. *in proc. fol.*207. ad literam, Quòd cauſę prętendentium nobilitatem in Sedilibus, non incipiantur de nouo abſque licentia Suę Maieſtatis, ſed cæptæ, & pendentes proſequantur; verùm in Officialibus, & eorum coniunctis non ſolùm nouæ, ſed etiam pendentes non proſequantur, inconſulta Sua Maieſtate: vnica, & finalis ratio huius reſcripti eſt ambitus, & potentia Officialium; Quæ facit, vt non ſolùm in cauſis proprijs, vbi habent intereſſe principale; ſed etiam alterius coniuncti de familia, vbi habent intereſſe ſecundarium; imò etiam in cauſis coniunctorum per cognationem, vbi habent intereſſe remotum; prohibeantur cauſæ retrò cæptæ proſequi, vt euitetur non ſolùm crimen, ſed ſuſpicio; Princeps enim, qui Spectaculum mundi eſt, & ſatagit ſuos vaſallos in pace quieſcere, non vult, quietem perturbari, dum nos ſubditi, qui velut ſpectatores ſumus, tàm Principis, quàm etiam actionum Sacri Conſilij, videmus illos, eiuſquè coniunctos, tàm varijs, diuerſiſq; modis emergere. Quæ ratio, cùm ſit vnica, & alia reddi non poteſt, habetur non ſolùm pro expreſſa in reſcripto, *gl. ſing.* communiter recepta in *l. quàmuis, C. de fideicomm.* imò ex ea videtur dari forma procedendi cum annullatione actus, *Dom. Ann. alleg.*72. *ſub n.*2. *&* 4. mens concedentis ſola attenditur, & ad eius limites reſcriptũ reſtringitur, vt colligit *Felyn. c. eam te ante num.*7. *verſ. ſecunda declaratio, de reſcript.*

33 At dicet pars, reſcriptum ſtricti Iuris eſt, & dum videtur loqui de cauſis motis, & mouendis, non includit cauſam reclamationis, vel appellationis incæptam per Reu. Antiſtitem *de Bouino* eius Patruum ante reſcriptum, tùm quia alterius priuati eſt, in quadum officialis ſuccedit, vtitur iure priuato, & ius priuatum continuat, tùm quia cauſa quòad quædam poteſt haberi pro mota, & quòad quędam non; ſic & mouenda quò ad quædam; vnde ſub ſimplicibus non continetur caſus mixtus, *Bar. & alij in l.*2. *in pr. de verb. oblig.* quia poſt ſententiam non dicitur lis pendere, *Zabarell. in Clem. fin. n.*14. *vt lit. pẽd.*

Primò reſpõdeo, quod reclamatio ſucceſſit loco appellationis, *de Ponte conſ.*78. *nu.* 14. & appellatio eſt acceſſoria, & eadem cum cauſa principali, & in omnibus ſortitur eius naturam, *Dom. de Franch. dec.* 370. *nu.* 18. vbi allegat *Decium.*

34 Secũdò reſpõdeo, quod in cauſis nobilitatis, quàuis ſentẽtia cõtrà patrem, non noceat filio, quia quæ ex genere perueniunt liberis, manẽt incolumia, *l.*3. *de interd. & releg.* tamẽ lata pro fratre iuuat fratrẽ, de omnibus *Dom. Fab. de Ann. conſ.*80. *per tot. & n.*16. & nepos ex fratre carnali habet Iura fraternitatis, *Bal. in Auth. poſt fratres, C. de legit. hær. Nicol. de Vbal. de ſucc. abint.* 3. *p. n.* 6. quia ſententia plus afficit iuuando, quàm nocendo, *Conar. pract. q. c.* 13. quo fit, vt reclamatio patrui, non ſolùm ratione connexitatis, & in conſequentiam, ſed etiam principalitèr proſit nepoti.

35 Vndè, aut Epiſcopus Bouinenſis initiauit iudicium reclamationis pro ſe tantùm, aut pro ſe, & familia, ſi pro eius perſona tantùm, ergò reclamatio, quam proſequitur pars, non eſt mera reclamatio, quia miſcuit iudicium ſententiæ obtentæ pro declaratione familiæ, & petijt admitti ad Sedile, & ſic continet duo, & proſequutionem reclamationis, & iudicium principale admiſſionis ex propria perſona, & ſic motiuum non obſtat; aut reclamauit pro ſe, & familia, & cauſa reclamationis eſt propria, & fundatur in eius perſona, & ex alio obiectum tollitur.

36 Prætereà literæ Suæ Maieſtatis non loquuntur ſimplicitèr de cauſis motis, & mouendis, ſed de cauſis pendentibus proprijs ipſorum Officialium, & coniunctorum, & quia appellatio, vel reclamatio interpoſita à ſententia facit litem pendere, idem *Zabarella d. n.*14. tunc dico, ſi eſſet vnus priuatus, qui interpoſuit reclamationem, vti coniunctus Officiali, non poſſet proſequi vti litem pendentem; ergo dum reperitur in priuato ſimilis prohibitio, fruſtrà agitur de ſuccedẽdo in inſtantia appellationis cæpta per priuatum.

37 Sed, quod cauſa reclamationis interpoſitæ per Patruum, ſit tranſlata, & effecta propria partis, quia ad proprium commodum, & intereſſe, dixit velle proſequi, cum ea radicatur, cum ea datus eſt terminus *fol.*197. reſpectu enim Patrui Epiſcopi, per mortem finita eſt, & pars pro ſuo intereſſe potuit inhærere etiam extra tempus: ſi intra, alius reclamauit, ex quo per reclamationem ei, qui habebat Ius connexum, de nouo eſt quæſitum,

Dom.

Digitized by Google

Dom.de Ponte conſ.7.ſub num.11.& ſeq.& taliter poſteà ius radicatur in perſona propria, quod per renunciationem reclamantis, non fit ei præiudicium, *idem n.6.& 7.* & ſententia proferenda ipſum inhærentem, & proſequentem pro proprio intereſſe, afficiet principaliter; Septem enim modis negotium poteſt eſſe proprium, quorum quatuor ponit *gloſ.in l.ſi pupilli,§.item quæritur,de negot.geſt.* & inter cæteros, quando negotium ipſo geſtu pro parte ad me ſpectat, & ſoluens non communi nomine, ſed pro ſe facit, tres alios addit *Bar.ibidem*, & inter alios, quando negotium ſpectat alicui principaliter, & ad me in conſequentiam, nam reſpectu conſequentiæ, meum erit, & ſequitur prædicta *Aretin. in §.actionum cl.2.inſt.de act.*

38 Et confirmantur prædicta, nam Fiſcus poſtquàm ſucceſsit priuato in geſtis tempore priuati, habet Ius priuatum, ſed in geſtis poſt translationem bonorum, & iurium in ipſum, vtitur iure priuilegiato proprio, *l. cum quidam, §. Fiſcus, verſ.ſi debitores, de vſur.* ſic, & minor ſuccedens maiori, *l.apud Iulianum, §. Marcellus*, vbi *Alberic.ex quib.cauſ.maior.* & ſi Clericus ſuccedens laico effecto Domino inſtantiæ, ſecundùm comm. opin. Ciuiliſtarum, non vtitur Priuilegio fori, etiam in continuandis per ipſum, procedit, quia reſpectu illius vnicæ inſtantiæ, effectus eſt conſumatus reſpectu dominij, & iuriſdictionis ſecularis, ſed in gerendis cum ipſo, ſecus; At in caſu noſtro tota inſtantia ſecunda transfuſa eſt in partem, & reclamans, qui ſolùm cæpit, ablatus eſt de medio.

39 Ex quibus patet, quod in caſu noſtro, non eſt mera reclamatio, ſed admixtũ Iudicium principale.

Et quatenùs vera reclamatio, reclamans ratione connexitatis, & conſequentiæ, in his, quæ ſibi proſunt, eſt incluſus, & dicitur cauſa propria.

Item eſt verè cauſa propria reclamationis, non alterius.

40 Ex alio ſumus extrà omnem difficultatem, reſcriptum non loquitur de cauſis motis, & mouendis, ſed vetat proſequi cauſas, vel lites pendentes, quo caſu de proprietate verbi, veniunt etiam cauſæ appellationis. *Zabar. d. c.fin.n.14.vt lit.pend.*poſt *Paul. de Leazar.*

41 Item non ſolùm cauſas proprias, ſed coniunctorum, etiam non de familia, vbi Officiales habent ſolùm intereſſe affectionis, vel remotum, & ipſimet non poſsent proſequi propter impedimentum perſonæ Officialis; Quantò magis ipſe Officialis? Hæc non habent reſponſionem. Inſtatur conſuli, ſuſpenſo decreto, Suam Maieſtatem.

Et ità noſtro tempore, occaſione cauſæ reintegrationis ad Sedile Nidi prætenſæ per Dominos nobilis Familiæ de Bonito, dùm ad id inſiſteret Reg. Conſ. Dux Inſulæ Dom. Iulius Cæſar Bonitus, olim R. Cam. Præſidens, cui cum ſe oppoſuiſſet fideliſſima Ciuitas, petieritq; in integrum audiri; eadem tandem à Clementiſſ. noſtro Cath. Rege obtinuit literas, ne in his reintegrationum cauſis poſſet aliquo modo viuentibus Regijs Miniſtris intereſſe habentibus agi, & ſic meritò obſeruatum.

AD §. IX.

De Iure Baiulationum.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Scientia à verborum cognitione incipit, num.1.

Baiuli ethymologia, ac ſignificatio pro operarijs, executoribus, pædagogis, præpoſitis, alijsq; à n.2.ad 7.defenditurq; Dom. Reg. *hic à morſu* Laganarij, *n.8.*

Danza *exarauit hunc §. n.5.in fine.*

Sermonis conſuetudo attenditur, n.10.& 15.

Baiuli officium quid ſit in hoc Regno, alijsq; regionibus, à n.9.ad 14.

Officia Magiſtri Camerarij, Magiſtri Secreti, ac Baiulorum, in quo conſiſtant, à n.16.ad 21.

Baiulationes, quæ nàm ſub ipſis includant, & cur etiam à nonnullis retineantur, à n.22.ad 24.

Iuriſdictio baiulationis, an priuatiuè ſit ad Barones, eorumq; Officiales, & ad quos ap-

appellatur, à n. 25. *ad* 27.
Curia Baiuli, quæ facere valeat, à num. 28. *ad* 30.
Baiulorum pœna, quomodò regulentur, num. 31. & 32.
Baiuli nonnulli in Regno magnam habent iuriſdictionem, n. 33.
Baiuli Tribunal in hac Ciuitate, quid ſit, num. 34.

1 OMnis ſcientia, vt rectà eius traditio ſit, à cognitione verborum, & vocabulorum incipit, ſecundùm *Philoſophum primo Phyſic. text. comm.* 4. Fit enim ex verbis, vt res intelligantur, *c. quemodò in ſin.* 31. *qu.* 1. quibus ignoratis, facilè quiſq; decipitur, & crebriùs accidit, vt ſint in nominibus magis, quàm rebus poſitæ altercationes, *Rebuff. in proœm. D. de V. S.* De Baiuli nomine (vulgò apud nos *Bagliuo*) hic agendum, quod apud varios, variam habet ſignificationem.

2 Apud Auctores linguæ latinæ, Baiulus eſt operarius, nam deriuatur *à baiulando*, quod eſt humeris portare, *Ambroſ. Calepin. Sext. Pomp. Feſtus in Dictiõn. Gerhard. Io. Voſſ. etymol. lingu. latin. ver. baiulus, Ioſeph. Laurent. in Amalthea Onomaſtica, verb. Baiulus, Rebuff. in l. ferri, ver. baiulat, D. de V. ſign.* licet *A. Gell. noct. Att. lib.* 1. *cap.* 3. eos tantùm appellari Baiulos, propriè velit, qui pacta mercede aliquid baiulant, vt ſunt apud nos vulgò, *Baſtaſi, Surgẽs de Neapol. illuſtr. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 18. Et Baſtagarij, qui neceſſaria militibus portant, *Alciatus in Cod. de metall. lib.* 12.

3 Significat etiam infimæ militiæ genus, *Bart. in l. colonos, C. de agric. & cenſit. lib.* 11. ibi: *Seruus non poteſt eſſe Baiulus*, licet hæc militia ſit infima, & nuntij, ſiuè executoris officium, idem *Bart. in l. pen. C. de execution. & exact. lib.* 12.

4 Baiulos etiam, ſeù Balliuos media ætas vocauit iuniorum Principum pædagogos, ſcù educatores, & geſtatores, vt ex varijs *Authoribus* obſeruat *D. Emanuel Gonzalez Tellez in comment. ad lib.* 2. *Decret. cap.* 7. *de confirmat. vtil. &c. num.* 2.

5 Balliuos, non verò inſciè Baiulos dicendos, eſſe vult *M. Ant. Surg. de Neap. Illuſt. d. cap.* 10. *num.* 16. & fuiſſe id nomen à Gallis inditum, cum hoc potiebantur Regno; Eſt enim Balliuus vox Gallica; ipſi *Baillifz* proferunt, & idem ſonat, ac Præpoſitus, *gl.* 1. *in c.* 1. §. *poteſtas de pœn.* Et apertè legitur in *Conſtit. Galliæ* 12. *art.* 72. quam gloſſauit *Rebuff. tract. de ſentent. exec. art.* 15. *gl.* 1. *in d. Conſt.* vbi hoc verbum ab Hebræo, *Balli*, originem trahere dixit, quod ſignificat *Dominus*, *Reg. Tap. lib.* 2. *Iur. Regn. tit. de Off. Baiuli, nu.* 1. & 2. *Chaſſan. in Cathal. glor. mundi p.* 7. *conſid.* 20. *Heliſ. Danza de priuil. Montisfuſcoli, tit. de officio Baiuli, obſeru.* 21. *cap.* 1. *num.* 1. vbi *n.* 4. tradita ab *Auth.* noſtro hîc, integrè tranſcribit.

6 Corruptè Baiulos dici, ſed Balios appellandos arbitratur *Dom. Reg.* noſter hîc *num.* 28. ex eo, quia Balij nomen authoritatem, & poteſtatem quãdam ſignificet, ſicut Balius, qui datur feudatarijs minoribus in Regno ex *Conſt. Regni, minoribus*, & vulgò etiam

7 hodiè Cõmẽdatarios S. Religionis Hieroſolymitanæ *Balliuos* vocari, idem *Author* noſter *num.* 31. quam ſignificationem tribuit etiam *Sebaſtian. Couarruuias in ſuo Theſauro lingua Betica, verb. Bayle*, vbi dicit importare idem, ac poteſtas, & id deducit à nomine *Baylia*, quo, iuxtà *Conſtitutiones Ordinis D. Ioannis Hieroſolymitani tit. de Verbor. ſignif. Baylij antiqua Gallorum, lingua dicebantur, domorum aut aliorum præfecti prædiorum, ſiuè adminiſtratores*:

8 Quidquid dicat *Laganar. ad Reg. Rouit. ſup. rubr. pragm. de off. Baiul. num.* 1. cuius dicta obſeruat *D. Carol. Ant. de Luca ad Franch. deciſ.* 397. *num.* 1. ſcilicèt *Authorem* noſtrum contradicere omnibus *Conſtitutionibus*, in quibus Baiulus vocatur; cum petat principiũ quæſtionis; etenim hæc eſt contentio, an ità rectè denominetur.

9 At nec impropriùs ſignificationem ab *Auctoribus linguæ latinæ* traditam, *à baiulando* nomen ipſius deriuando, ci conuenire dicendum videtur, ſi ipſius Ba-

Baiuli officium conſideremus, qui de-
putabatur per Magiſtrum Camerariũ,
ſeù Secretos ad exigendum pœnas
damnorum datorum ab animalibus, ac
pœnas fraudantium aſsiſias, pœnas
falſorum ponderum, & menſurarum,
pœnas contrauentionis bannorum, &
alia ſimilia, vnde Baiulus vti opera-
rius, publicum onus baiulare videtur,
vt in terminis docet *D. Laurent. Mat-
thaù de regim. Regni Valent. lib. 1. cap. 2.
§. 4. num.* 8.

10 Cæterùm, ſi tibi tradita ſignificatio
non placet, non recedendum eſt à cõ-
muni vſu, & conſuetudine vocandi
Baiulos, vt in multis *Conſtit. ſub tit. de
offic. & numer. Baiul.* proùt apùd varias
quoque Prouincias appellantur; Qui
vſus in quacumq; materia proprietati
quoque verborum præualet, *l. in vſu,
D. de V. ſign. l. librorum. §. quod tamen, D.
de leg. 3. l. legatis ſeruis in fin. D. eod. cum
concord. Rebuff. in proœm. D. de V. ſign. 2.
regul. Alciat. lib. 1. de V. ſignif. num.* 27.
Vnde *Quintilian. lib. 1. cap. 5. authorita-
tem*, inquit, *ſermonis conſuetudo ſuperat*,
Et *Horat. de arte Poet.*

Multa renaſcentur, quæ iàm cecidere,
cadentq;
Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi
volet vſus,
Quem penès arbitrium eſt, & ius, &
forma loquendi.

11 Baiulus Generalis in Regno Catha-
loniæ, eſt idem, ac Procurator Cæſaris,
& Iudex ordinarius Regij Patrimonij,
*Olib. de iur. fiſc. cap. 19. nu. 123. Berart.
in ſpec. Viſit cap. 15. n. 5. Cancer. p. 2. var.
cap. 16. Fontanell. de pact. clauſ. 4. gl. 10.
p. 2. à n. 66. & deciſ. 366. t. 2. & dec. 185.
t. 1. Boſch. dels titols de honor lib. 2. c. 36.
§. 20. Deſputol ad Mieres verbo, Baiulo
generali Cathaloniæ fol. 18. Xammar de
off. Iud. p. 2. quæſt. 7.* nobiliſs. ac meritiſſi-
mus *Regens Cathal. D. Michael de Cor-
tiada to. 1. deciſ. Cathal. 10. à num. 143.
ad ſeqq.*

12 Idem de Baiulo Regni Valentiæ,
*Eſcolano in hiſtor. Valen. to. 1. lib. 5. cap.
25. Leon. deciſ. 87. & 105. lib. 1. & deciſ.
187. lib. 2. Cerdan. in arbor. iuriſdict. ver.
El Bayle, Dom. Creſpi obſ. 62. ex num. 3.
Matthaù de regim. Regni Valent. d. §. 4.
per tot.*

13 De Regno Aragonum, *Ramirez de
lege Regia, §. 15. num. 11. & 12. Seſſe de-
ciſ. 177. lib. 2. Molinus in repertor. foror.
Aragon. verb. Baiulus, & ibi Portoles,
Bardaxi foro vnic. tit. quod de cætero of-
fic. Baiul. Ximenez de Araguez in tract.
de Officio Baiuli General. §. 1. per tot.*

14 De Regno Maioricarum, *Dametus
lib. 1. hiſt. Maioric. §. 17.*

De Regno Sardiniæ, *Vico ad prag-
mat. tit. 1. cap. 47. D. Anton. Canales in
diſcurſ. Parlament. ad fin. in Cathalog.
Offic. Curiæ, Dexart. in rub. de Regio Pro-
curat.* videndus latiſſimè *Ximenez de
Araguez in d. tract. de Off. Baiul. Gener.
per tot.*

15 Verùm, quia quæſtio nominum, &
ethymologiæ, eſt pertinacibus relin-
quenda, *l. 2. §. fin. C. de conſtit. pecun.* &
M. Tull. Cic. in Topic. ait: *Cum res intel-
ligitur, minùs de nomine laborandum
eſt*; ideò de Baiulatione, & Baiuli offi-
cio in noſtro Regno agẽdum eſt: quod,
vt meliùs cognoſcatur.

16 Sciendum eſt, quod antiquitùs, tẽ-
pore Regum Nortmannorum, duo erãt
officia per Regni Prouincias conſtitu-
ta, quæ Regij Patrimonij, aliorumquè
iurium regalium, & ad Regiam Cu-
riam pertinentium curam gerebant:
Primum nẽpè officium Magiſtri Came-
rarij, de quo habemus *Conſtitutiones*
Regis Gulielmi *incip. Officiorum peri-
culoſa confuſio, &c. Magiſtros Camera-
rios, Magiſtri Camerarij, &c. Et quæſtio-*
17 *nes, &c.* Alterum verò tempore eiuſ-
dem Regis erat officium Secreti, ſiuè
Magiſtri Quæſtoris, de quo *in Conſtit.*
Regni, *Dohanæ de Secretis*; Et licet hęc
officia, eadẽ eſſe dicat *Dom. Reg.* noſter
hìc *num.* 11. quod eſſe falſum ex *Af-
flict.* probat *Conſil. de Roſa tom. 2. con-
ſult. in prælud feud lect. 4. num.* 53. intel-
18 ligendus tamen eſt, quod poſteà ſuc-
cedentibus temporibus officium ma-
giſtri Camerarij in Prouincijs, abijt in
deſuetudinem, & eius loco ſubrogatus
eſt Secretus, vt ſcribunt, poſt *Iſern.*

Frecc.

*Frecc.de ſubfeud: tit. de offic. Magn. Camer.num.*8. *Balzaran.in rubr. Conſt. Regni Dohanæ de Secretis* , *Foller. in Conſt. cauſas,n.*5.de quibus latiùs inf.ad §.27.

19 Officium autem huius Camerarij, ſeù Secreti, non ſolùm erat iura Regia exigere, & tueri, vendere, locare, & gubernare,& de alijs,ſed etiam conſtituere Baiulos in omnibus locis,& Vniuerſitatibus Regni, vt in *Conſt.* Regni, *Magiſtri Camerarij*, qui Baiuli in locis per Secretum deputatis exigebant pœnas damnorum datorum ab animalibus, vt in *Conſt.Animalia in vineis, &c. & Conſtit. cum per partes Apuliæ*, ac pœnas fraudantium aſſiſias, falſorum ponderum,& menſurarum, pœnas contrauentionis bannorum, & ſimilia, vt in *Conſt.ad officium Baiulorum*, *Author* noſter hìc *n.*23.*& ſeq. Io: Laganar.in add. ad Reg.Rouit.ſup.rubr. pragm. de off. Baiuli, nu.*3. *de Luca ad Præſ.de Franch. d. dec.*397.*num.*2. latiſsimè vid. *Alderiſ.de aſſiſtentia quæſt.*26.*&* 27.

20 Inſupèr per *Conſt. Locorum Baiuli*, conceſſa eſt Baiulis cognitio cauſarum ciuilium,& criminalium,& mixtarum leuium, quarum pœna non eſt membri abſciſſio, ſed hæc iuriſdictio non erat propria ipſorum, ſed ex commiſſione Camerariorum,in quorum perſona reſidebat, idem *D.Reg.*noſter hìc *n.*27.quē laudat *Conſ.de Roſa d.lect.*4.*n.*55.*in fin.*

21 Poterat etiam Baiulorum Curia iuxtà *Conſt. Authoritatem*, ſummaria præmiſſa cognitione, reſtitui facere exactiones, rapinas, quas gabelloti, foreſtarij, platearij contrà traditam formam faciebant. Quæ Baiulationes cōcedebantur per Camerarium, quandoquè in credentiam, ideſt nomine Curiæ per Baiulos exercendæ, quandoq; locabantur, vt in *Conſt. locorum Baiuli*, *Auctor* noſter hìc *n.*35. & *infrà in §.* 27. *num.*16.*&* 17. *Conſil. Ioſeph de Roſa d. lect.*4.*n.*52.*in fin.*

22 Sub iſtis Baiulationibus continebātur paſſagia,foreſtagia,plateatica, & ſimilia,quæ iura Dohanæ dicebantur, vt ex *Conſt.Magni Camerarij,in fin.* Dohana enim,vt diximus etiam ſuprà *de Iur. Doban.*cumulationem quandam omniū iurium regalium denotat, *Author* noſter hìc *nu.* 38. quem ſequuntur *Laganar.d.loc.n.*4.*&* 5.*de Luca in d.dec.*397. *num.*3. Et ſub conceſſione baiulationis venire ius Dohanæ tradit *Præſ. de Frāchis dec.*397.*n.*1. vbi *Riccius* poſt alios. Hinc Baro quamuis habeat conceſſionem Ciuitatis cum iuribus Dohanæ, ſi Vniuerſitas habet prius conceſſionem Baiulationis, & plateæ, & ſit in quaſi poſſeſſione exigendi, manutenenda eſt in dicta quaſi poſſeſſione, quia Baiulatio, & Platea ſunt membra Dohanæ, *de Luca d.loc.num.*3. poſt *Laganar.in d. rubr.de off.Baiul.n.*6.vbi deciſum refert in cauſa Comitis Policaſtri cum Vniuerſitate *Bonatorum*

23 Sed ex quo Reges Regni cœperunt Terras, & Baronias concedere cum mero, mixtoq; imperio,ſolitæ ſunt etiā Baiulationes prædictæ venire ſub illa conceſſione, & omnes reditus regales ſub vno Baiulationis nomine, *Author* noſter hìc *num.*46.*& ſeq.Capiblanc.de Baron.t.*1.*pragm.*8.*n.*352. *Laganar.in d.rubr.n.*7. *Conſil.de Roſa d.lect.*4. *n.*72.

24 An autem conceſſio exigendi aliquod ius ex Baiulatione, quod conſiſtit in exactione iuris Scannagij, & iuris Dohanæ, ſi in Ciuitate ſolitum ſit ea exigi, & in Caſali adiacenti vnum ipſorum tantùm, an poterit adſtringi Caſale omnia dicta iura exigi facere; Deciſum fuit negatiuè,& Caſale abſolutum fuit, *Præſ.de Franch.d.deciſ.*397. ſequitur poſt alios *de Luca ibid. num.*5. ſed in hoc conſuetudinem attendendam eſſe tradidimus ſuprà *ad* §. 6. *de Iure Doban.membr.*1. *ex n.*34. ac exponit *Alderiſ.d.qu.*27.*à n.*30.

25 Iuriſdictionem Baiulationis, quam omnes ferè huius Regni Vniuerſitates ſolent ex Priuilegio habere pro cognitione damnorum, aliarumq; cauſarum ciuilium parui momenti, priuatiuam eſſe ad Barones, eiuſq; Officiales concludit *Capiblanc.in d.pragm.*8. *num.*361. *Vincent.Brilla ad Conſuet. Neapol. tit.*16.*cap.*2.*num.*37.*&* 38. poſt *Reg.de Marin.lib.*1. *reſol.*213. vbi *Rodoer. in*

L ad-

addit.n.5. de Luca d.n.4. A decretis tamen Baiulorum appellari ad Curiam Baronalem, ex Freccia concludſit Thor. vot.87.n.3.p.1. Danza d.l. cap.2. nu.25. Camill.de Medic. conſ.151. ſub num.30. Rendell.de paſcuis c.9. verſ.à ſententia Baiuli, Reg.de Marin.t.2 reſ.39. num.2. & lib.3.alleg.74.n.11.& 12. Rodoer.in add.ad cit.reſol.213.nu.6. Conſil.Petra ſuper rit. M.Cur. 250. num. 13. tom.2. de Luca ad Præſ.de Franch.dec.511.n.4. Conſil.Altimar.t.1. de nullit. rubr. 3. qu. 31.num.31.

26 Si verò Baro non habeat iuriſdictionem ſecundarum cauſarum, debere appellari ad Iuſtitiarios Prouinciales fundat Borrell.de magiſtr. edict. lib.4. c. 12.num.30. licet ob modicitatem cauſarum Baiuli ſoleant adire Curiam Baronalem, poſt Frecciam, Nouar. de grau. Vaſall.t.2. grau.89. per tot. Altimar.d.l.

27 A Curia autem Baiulorum Vniuerſitatis Demanialis, appellari ad Regium Secretum probat Rendell.d.cap.12. in fin. Nouar.d.loc.in fin.

28 Præambulum expeditum per Curiam Baiuli, valere probat Nouar. deciſ. 204. & in pragm. de off. Baiuli collect.1. num.5. cum in ſimili liceat Baiulis dare tutorem, Iſern. in Conſt. locorum Baiuli, Carauit.in comm.ad Pragm.ad Macedon.§.12.n.39.& ſeqq. Vincent. Brilla ad Conſuetud.Neap.d.tit.17.cap.2. num. 23. aliaq; facere poteſt, vt per Danz.d. tract.c.2.& ſeq.

29 An verò in Curia Baiuli poſſit liquidari inſtrumentum via Ritus? accidit quæſtio inter Ciuitatem Cathanzarij, & eiuſdem Baiulum, pro quo ſcripſit Reg. Rouitus, vt in eius allegat. in comm. ad prag. 1.de Off.Baiuli, n.32. & ſeq. quem referunt Nouar.d.deciſ.204. Conſ.Petra ſupèr Rit. M.C. 54. nu.4. Pro Ciuitate verò reſpondit Reg Camill.Villanus, cuius allegationem tranſcripſit Reg.Tap. lib.3. Iur.Regn. tit. de inſtrum. liquidat. fol.239. à num.6. ad 30. vbi deciſum refert per Reg. Cam. quod non liceat liquidare inſtrumenta in Curia Baiuli, Nouar.de grauam.Vaſall. t.1. grau.376. Poſſe tamen ibi incuſari obligationes penès acta concludit Capiblanc. d.prag. 8.num.355.& ſeq.

30 An Baiulus poſſit habere carcerem? affirmatiuè reſpondent Reg.Rouit. ſuper d.pragm.1.num. 19. Nouar.d.tract.grau. 377. Brilla d.cap.2.num.27. Danza in d.tract.cap.2. ex num. 2. quia eſt ad cuſtodiam, non ad pœnam: An autem qui fecit bannire eius territoria, poſſit remittere bannum abſq; conſenſu Baiuli, & non poſſe dicit Reg.Rouit.d.l. n. 22. Sicuti Baiuli nequeunt ſe componere cum Dominis animalium damna inferentium, ex Pragm.2. de off. Baiul. vbi Nouar.num.1.& 2. Reg. Rouit. in d. pragm.1. num. 28. Baiulus non tenetur habere aſſeſſorem, ſed ſufficit, cauſas expedire cum voto conſultoris, Nouar. d.tract. t.2. grau.88. Thor. in comp. t.2. verb.Baiulus. Alia videnda ſunt apud Rouit.Nouar.& Tap.in d.rub.de off.Baiul. & Nouar.de grau.Vaſall.to.1.gr.18. 43. 44. 47. 48.49.52.55.57.244.283. & tom.2.grau.87.88. 90. & cit.Danz.

31 Pœna Baiulorum non poteſt excedere vnum Auguſtale, ideſt ducatum vnum cum dimidio, ſiuè carol.15. quod procedit, etiam ſi damnum ſit vltra auguſtale, Niger in c. Regni grauamina num.93. Capiblanc.de Baron.t.1. prag.8. num.381.& t.2.cap.41.n.2. Nouar. de grau.Vaſ. lib.1. grau.56. num.3. & in d. pragm.1. num. 2. Nec Baro poterit in Banno dictam pœnam alterare, Lanar. conſ.98. Anna ſing.138. Reg.Rouit. in d. pragm.1.num.10. Epiſc.Ricc.collect.103. Thor.in comp. t.1. ver. damnum, & de animalibus damnificantibus, vel fidantibus, vide cit.Danz.cap.5. & ſeq.

32 At regulari pœnas Baiulationum ſecundùm Capitula, & Conſuetudines loci, poſt alios probant Reg. de Ponte conſ.53.per tot.t.2. Reg.Capyc.Latr. conſult.65.& d.Pragm. obſeruari, vbi non eſt receptus contrarius vſus, ibid. Sic vſu, & conſuetudine nonnulla ſunt abrogata, & nonnulla remanſerunt, vt teſtatur Præſ.de Franch.deciſ.397.num. 10. vbi de Luca n.3. in medio, poſt Capiblanc.de Baron.d.pragm.8.n.353. Rendell.de paſc.c.10. Laganar.in d.rub.nu.7.

33 Vi-

33 Videmus enim in Regno nonnullos Baiulos magnam habere iuriſdictionẽ, vt ſunt Baiuli Litij, Conſentiæ, Cathanzarij, Caietæ, & Neapolis, *Reg. Tap.in d.rubr.de off.Baiul.num.3.* & *in lib.2.Iur.Regn.tit.de off.Procur.Cæſ. in notis ad cap.cum inquirere, de Luca d.loc. Conſil. de Roſa in prælud.feud. lect. 5. num. 17.*

34 In hac Ciuitatẽ Neapolis adeſt Tribunal Baiuli cum Actuario, & quinque Iudicibus datis à quinque Sedilibus, cum carcere, & Dominus Baiulationis creat ſubſtitutum, de quo *Taſson.de anteſ.verſ.3.obſ.3.Tribun.11. n.292.R.Tap.in d.rub. de off.Baiul.n.3.* A cuius Baiuli ſententijs appellatur ad Magiſtros Rationales Regiæ Siclæ, & ab illis ad Reg. Cameram, *Conſ. Altimar.d.qu.31.n.32.*

AD QVÆST. I.

An pœnæ damnorum datorum, vel contrauentionis bannorum, eò ipſo, quod exiguntur, debeant reputari, tanquàm iura Baiulationis, vel tanquàm prouentus generalis iuriſdictionis.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

POEna damnorum, & contrauentionis bannorum, quæ à Baiulis tantùm exigi ſolent, an debeant liquidari, tanquàm reditus ſub baiulatione comprehenſi, vel vti fructus iuriſdictionis, n. 1. & 2.

Caſtro conceſſo, an intelligatur conceſſa iuriſdictio, n.3.

Iuriſdictionis ſpecies infima, quæ per Baiulos exercebatur, conceſſa olim cenſebatur Baronibus, n.4. & 5. & quid hodiè n.6.

1 POEnæ damnorum tantùm, & contrauentionis Bannorum, quę iuxtà totius Regni conſuetudinem à Baiulis tantùm exigi ſolent per ea, quæ latè *ſuprà* annotauimus, ſi reperiantur exigi per Officiales ordinarios Baronis, an debeant liquidari, & calculari, tanquã reditus Baroniæ, & ſub Baiulatione comprehenſi, vel iudicari tanquàm fructus, & prouentus iuriſdictionis, quo caſu nunquàm liquidantur, nec computantur inter introitus baronales, quia verè fructus non ſunt, ſed ex iuriſdictione commoditates, vt latiùs infrà annotabimus ad *qu. 10. §. 27. de Iur. Releu.*

2 Et ſanè reſoluit *Author* noſter hìc *n.4.* quod hoc ius Baiulationis, vbi non reperitur erectum, non debeat de nouo erigi, quia omnes reditus ad Baronias ſpectantes, iàm ſunt liquidati, & ſi ſub illis iuribus non eſſet iſtud ius baiulationis liquidatum, forsàn fuit, quia primarum conceſsionum tempore non erat in eſſe, deindè verò poteſt Baro pœnas percipere, vti fructus iuriſdictionis non ſpecialitèr conceſſæ, ſed iure communi ex generali iuriſdictione ſibi indulta, & ità deciſum refert *hic in fin.* quem refert, & ſequitur *D. Carol. Ant.de Luca in obſer.ad Præſ. de Francl. deciſ.397.n.2.circà fin.*

3 Etenim in celebri illa quæſtione, an conceſſo Caſtro, cenſeatur etiam conceſſa iuriſdictio, quam Dominus concedens habebat in Caſtro, licet de ea nihil exprimatur: communis *DD.* diſtinctio eſt, quod, aut iuriſdictio cohæret Caſtro, vel non: Primo caſu, dicitur conceſſa iuriſdictio, tanquàm quid Caſtro cohærens, quando ſcilicèt in illo ſolita eſt exerceri per proprios magiſtratus in eo deſtinatos à Domino concedente, non verò per magiſtratus alterius loci ſuperioris, cui illud Caſtrũ ſubditum ſit: Secundo verò caſu minimè conceſſa intelligitur, niſi expreſſim dicatur, *Andr.in cap.1. num.3. de Capit. qui Cur. vend.* & *alij ibidem, Roman. conſ.444.nu.9.& ſeq. Hieremias Setſerus in arbitr feud diſput. 4. propoſ.9. C.M. damn. mem. ad Conſuetud. Pariſ. tit. 1. §.1.gloſ.5.n.45.& ſeq. Couarr pract.c.1.*

num. 10. *Menoch.de præſumpt.lib.3.præſumpt.97.num.1.Zaſius de feud.par.4.n.20.Vult,lib.1.de feud.cap.5.nu.5.Schrader.de feud.par.3.cap.4.num.22.& ſeq.Roſentb.de feud.cap.5.concl.6.Laratha in theatr.feud.par.3. diluc.21.Reg. de Ponte deciſ.2.num.12.& ſeq.Reg.Tap.in l fin.de Conſt.Princ.par.1.cap.2.nu.27.& dec.S.C.10. num.13. Reg. Galeota contr.8.lib.1.& reſp.fiſc.28.nu.4.& ſeq.& nu.*48. poſt alios *D.Conſil.Altimar.in obſer.ad Reg.Rouit.conſ.25.num.1.ad 9.lib.2.Epiſc.Rocca lib.1.diſp.iur.cap.57.nu.39.& 40.* vbi laudat etiam *Nos in Viſion.feudal.rubr.4.viſ.4.fol.187.in fin.*

4 Quoniam autem in quocumq; Caſtro ineſſe ſolet quædam iuriſdictionis ſpecies, quam infimam dicimus, quæ olim de iure cõmuni per minores magiſtratus, qui Baiuli dicebantur, exercebatur, conſiſtens in cognitione cauſarum ciuilium, cum aliqua participatione mixti Imperij, vt ſuprà; Quæ iuriſdictionis ſpecies in Caſtri, vel Oppidi conceſſione ſempèr incluſa cenſetur, quia ſemper Caſtro neceſſariò cohæret, & ab eo videtur inſeparabilis, vt poſt *Frecc. Bammacar.* & alios exponit *Conſil.Ioſeph de Roſa in prælud.feud.lect.2.num.12.* adde *Franc.de Amic.de feud.fol.47.n.4.* Inde fit, quod in Regno an-
5 tiquitùs ſola ciuilis iuriſdictio, quæ Baiulis locorum competebat, Baronibus conceſſa intelligebatur, cum in his per proprios, & peculiares Magiſtratus in eo loco deſtinatos exercebatur, *cit. Conſil.de Roſa d.l.n.13.& 14.* Non autem iuriſdictio criminalis cum mero imperio, quæ ad totius Prouinciæ Præſidem, ſiuè Iuſtitiarium pertinebat, cenſebatur tunc conceſſa, ſed reſeruata, ex *Affſict.in Conſtit.ea quæ ad decus, num.17.& 19. Bammacar. in cap. in generali, ſi de feud. defunct. mil. content. fuer.&c. n.111.* Conſiſtit enim Suprema Principis iuriſdictio in mero Imperio, quæ nunquàm intelligitur conceſſa, vt latè tradit *Antunez de Portugal in tract.de Donat. Reg.Coron. tom.1. lib.2. cap.8. per tot.*

6 Sed poſtquàm communicata fuit Baronibus iuriſdictio criminalis cum mero Imperio, & quatuor literis arbitrarijs, ſolet etiam in quolibet Caſtro exerceri, & illo conceſſo, vtraq; iuriſdictio conceſſa intelligitur, vt ex *Loffred.conſ.24.Vrſill.ad Affſict. deciſ.122. Reg.Galeot.controu.53.num.26.Reg.de Ponte d.dec.2. num.12.* & alijs declarat *cit.de Roſa d.l.num.16.& 17.& ſeq.* poſt alios *Conſil. Altimar. in obſ. ad Reg.Rouit.conſ.25.n.4.& 5.tom.2.Alderiſ.d.qu.27.n.30.& ſeq.*

AD QVÆST. II.

Nundinę, & Mercatus, an fieri poſsint, etiam citrà immunitatem, ſine ordine Regio.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Nundinæ, unde dictæ, & quare introductæ, à n.1.ad 5.

Feriæ, cur vulgò nundinas ſignificent, n.3.

Nundinæ variæ recenſentur, n. 6.

Mercatores ad nundinas venientes ſunt à gabellis immunes, nec in ijs arreſtari queunt, n.7.

Immunitas nundinarum, an extendatur ad augmentum, vel ſeruetur in omnibus, num.8.& 9.

Barones, vel Vniuerſitates priuilegium habentes faciendi mercatum, an poſſint aliquid exigere ex animalibus, alijsq; rebus inibi venditurìs? affirmatiuè ſubſtinet Capon. *ſed affertur contrarium Reſponſum* Conſ.de Georgio, *à num.10.ad 19.*

Ius nundinarum, an ſit de Regalibus *conceſſibilibus, n.20.& 21.*

Nundinarum magiſtri ſententiæ appellatio, ad quem fiat, n.22.& 23.

Mercatus, an ſine Principis licentia inſtitui poſſint? affirmat Bald. *num.24.& 25. ſed contrà illum, ac ſequaces concluditur, n.26.*

Et quid in mercatibus paruis, n.27.

Mercatus, & nundinas faciendi ius in Regno eſt prohibitum, n.28. at recenſetur praxis pro illius impetratione, n.29.

Nun-

Nundina, & mercatus, an in diebus feſtiuis fieri poſſint, n.30.

Nundinarum tempus, vel locus abſq; Principis licentia mutari an valeat, à nu. 31. ad 34.

Nundina Ciuitatis Salerni, an debeant fieri in Platea S. Laurentij, vel extrà eam liceat mercatoribus ad alia loca accedere?

Tranſcribuntur Allegationes pro vtraq; parte elucubratæ, à nu.35.ad 70.

1 VTilitas Societatis humanæ in eo ſanè verſatur, vt rerum omnium ad viuendum neceſſariarum abunda, & ſufficiens ſit copia, quod *Calliſtratus I.C.lib.3.de cognit.*notatus *in l.2.D.de nundin.* doctrina *Platonis* confirmat, & pluribus exponit ciuilis prudentiæ magiſter *Ariſtoteles 1. Polit. 2. & 3. Pol.9. Indiget enim Ciuitas (ait diuinus Plato) pluribus vtiquè ruſticis, & alijs conductoribus, & alijs miniſtrantibus, inuehentibus, & euehentibus ſingula: Hi autem ſunt negotiatores;* Tantæ verò Romanis agriculturæ cura erat, vt ipſorum tunc manibus Imperatorum colerentur agri, teſte *Plin.lib.18.c.3.& 6.* eiusq; maximus fauor Reipublicæ neruus erat, *Ariſtot.lib.6.Polit cap.4. & lib.7.cap.8. Adam Cotzen.lib.8.Polit.cap. 11. Tiraquell. de nobil. cap.32. Collantes in toto tract. de re frumentar. cap. 1. & lib.3.cap.16. Amaya in l.nati n.17. C. de Decur. lib. 10.* Vacabant enim diebus
2 octo in agris ruſticæ rei, & nono die Vrbem proprijs negotijs, & mercibus prouiſuri ad mercatum conueniebant, vt inquit *Macrobius Saturn. lib.1. c.16. Franc.Syluius in orat. Cic. pro. L.Flacco;* Idcircò Nundinæ appellatæ fuere, quia Nono die fiebant, *Dionyſ. Halicarnaſſ. lib. 2.* & poſt *Columellam Franc. Patricius de Republ.lib.1.tit.7.* cuius meminit *Camill.Borrell.de præſt.Reg.Cathol.c.36. num.7. Antunez de Portugal de Donat. Reg.tom.1.cap.23.num.2. Iul.Capon.for. t.2.diſcept.91.art.1. nu.9.* Quemadmodùm verò Nundinæ dictæ, quaſi Nouendinæ, ità, *nundinalem* dixere pro *nouendialem*, vt apud *Plaut.act.11.ſc.4.*

Cocus ille nundinalis eſt, in nonum diem
Solet ire coctum ——————

Vbi ſignificatur coquens cœnam feralem, quæ nono die fiebat, vt exponit *Gerhard.Voſſ.Ethymol.lingu.latin. verb.*
3 *Nundinæ.* Eadem nomenclatura ijſdem Romanis fuit Nundina Dea, à nono die naſcentium dicta, *P.Ioſeph Gibalin. de vniuerſ.negotiat.cap.3. de foro, & nũdin.art.2.num.1.* Et *Feſtus Pompeius* ait, nundinas, feriarum diem ab antiquis vocari, vt ruſtici ex agris ad Vrbem conuenirent, mercandi, vendendiquè cauſa; vnde apud nos nundinæ vulgò vocantur *Fiere;* Feriæ verò à ferendo dictæ, quia quilibet illùc venit cauſa aliquid deferendi, poſt *Theſaur. deciſ. 264.cit.Capon.d.art.1. n.13. Conſil. Petra ſup.Rit.M.C.116.n.8.*

4 Conſtat itàq; mercimonij ſolius cauſa celebratas eſſe nundinas, quare Ciuitates, ad quas frequentiùs conueniebant ruſtici ad vendendas ſuas fruges, nundinas nominarunt, idem *P.Gibalin.d.art.2.num.4.* ex *Cicerone de lege Agrar.* contrà *Rullum*, vbi ait deuictam *Capuam*, non penitùs deletam eſſe, ſed ſeruatam ad nundinas, illudq; fuiſſe maiorum Conſilium, ne contra Rom. Imperium aliquandò rebellaret, quam ob cauſam *Carthaginem*, & *Corinthum* deleuerant funditùs, ibi: *Videte quantum interuallum ſit interiectum inter maiorum noſtrorum conſilia, & inter iſtorum hominum dementiam. Illi Capuam receptaculum aratorum, nundinas ruſticorum, cellam, atq; horreum Campani agri eſſe voluerunt. Hi expulſis aratoribus, effuſis, atq; diſſipatis fructibus veſtris, eandem Capuam ſedem nouæ Reip. conſtituunt, molem contrà veterem Remp. comparant.* Hinc nundinari eſt negotiari, vel emere, *Gibalin.d.art.2.num.4. in fin. Scaccia de commerc.§.2.gloſ.4.n.3.* & habetur apud linguæ Latinæ Authores.

5 Nundinis proptereà Reipublicæ, ac mortalium neceſsitati ſubuenitur; in ijs enim cæteræ quoque gentes, nationesq; accedunt, & à diuerſis Regionibus diuerſæ mercium ſpecies circumferun-

feruntur. Et licet *Theodoſius*, & *Hono-*
rius ſtatuerint, non licere mercatori
vnius Regni facere nundinas in alie-
nis Regnis in *l.mercatores in princ. C.de*
commerc.& mercat. Contrarium tamen
quotidiè ſeruatur, & ab alienis Regnis
bona, & merces habemus, *Borrell. d.c.*
36.n.46.& 47. Capon.d.diſcept.91. art.
3.n.24. Et omiſſis Nundinis apud Nu-
6 midas, in Regione *Nea*, in Ciuitate
Feſſæ, Meſſana, Genua, & alijs, de qui-
bus *Borrell. ibid.* adſunt in hoc floren-
tiſſimo noſtro Regno celeberrima Fo-
ra, in quibus eſt commerciorum con-
curſus, vt ſunt Nundinæ in Ciuitate
Salerni, Lanciani, Foggiæ, Luceriæ,
Auerſæ, Conſentiæ, & aliæ, *Author* no-
ſter hic *n.1. Borrell.d.l.n.55. Nouar. in*
collect.1.pragm.de Nundin. nu.2. Conſil.
Petra d.rit.116.n.9.

7 Vtq; faciliùs, ſecuriùsq; mercato-
res in his Nundinis concurrerent, &
merces, quæ ad huius vitæ conſerua-
tionem neceſſariæ ſunt, liberiùs, ac ma-
iore copia inueherentur, & euehere-
tur, Imperatores immunitatem à vecti-
galibus, pedagijs, & gabellis, euntı-
bus ad nundinas, moram trahentibus,
& recedentibus conceſſerunt, nec in
illo loco poterunt conueniri, vel arre-
ſtari, etiam pro debito antea contracto,
vt ex *l. vnic. C. de nundinis, & mercat.*
& l.1. D eod. latè, & vtilitèr declarant
Ripoll.de regal.cap.42. nu.26. Borrell.d.
cap.36.à n.35. Reiger. in Theſaur.iuris,
ver. nundina, Fauſt. in conſ. pro Ærar,
claſſ.4. ord.393. Antonell.de loco legal.
lib.2.cap.35.n.6.& ſeq.Petra d.loc.n.19.
Card.de Luca de Regal.diſcurſ.131. n.5.
& 9.Capon.d.diſcept.91.art.1, & 2. do-
ctiſsimus I. C. *Dominic. Manfrella*
ad Reg.Capyc.Latro deciſ. 191. Antunez
de Portugal.d.cap.23.à n.13. cui ſecuri-
tati, vt durantibus nundinis non poſ-
ſint conueniri, aut capi, contrahentes
non poſſunt renunciare in præiudiciũ
Vniuerſitatis, vt poſt *Fontanell. Mier.*
& alios tradit *Capon.d.art.2.n.5.Ripoll.*
d.cap.42.n.29.& ſeq.

8 Quæ immunitas extenditur etiam
ad augmentum, ſiuè ſuperindictum, vt
probat *Menoch. conſ. 1105.lib.12.* &
agit *Reg.Capyc.Latro dec.191.lib.2.* vbi
num.9. quid in Nundinis huius Regni,
de quo etiam noſter *Author infrà de*
Iurib.Paſſuum qu.4.num.74. Nos ſuprà
ad §.6.*membr.2. de Iure fundici à n.21.*

9 In plerisq; tamen Nundinis, has im-
munitates malè ſeruari aſſerit *Borrell.*
d.cap.36. n. 36. & in Prouincia Catha-
loniæ *Romaguera ad Conciol.ſuper ſta-*
tut.Eugub.lib.1.rub.66.num.21.

10 Et ex tali conſuetudine, poſſe Ba-
ronem, vel Vniuerſitatem priuilegium
habentem faciendi mercatum, aliquid
accipere ex ſingulis quibuſq; animali-
bus, vel alijs rebus, quæ illuc veniunt
ad vendendum, fundat *Iul. Capon.d.di-*
ſcept.91.art.4. per tot. licet contrarium
fundauerit *Conſ.Io:Andr.de Georgio*, in
quodam eius *Reſponſo* apud Nos ma-
nuſcripto, ſequentis tenoris:

IVRIVM ALLEGATIONES
P R O
Ill.Duce Magdaloni,
C O N T R A
Ill.Principem Caſertæ.

11 FVndatur de iure, Principem Caſertæ de-
bere abſtinere lite pendente à noua
exactione, quam innouauit exigendi gr. vnũ
pro quolibet ſue, & grana quinque pro quo-
libet animali magno, non obſtante, quod præ-
tendatur ratione loci proprij hoc exigere,
cum ius reſiſtat, vt patet ex infraſcriptis.

12 Rrgula eſt ſine exceptione, quod quando
ius reſiſtit alicui, etiam ſi prætendrret eſse in
poſseſsione, debet abſtinere vulg. *c. cum per-*
ſonæ, de priuil.in 6. §.pen. & fin. vbi *Doct.* no-
tant: Ius rrſiſtere adurrſario, ex reg. *gloſ.in c.*
1.de præſcript. in 6. patet, nàm lex vetat no-
ua vectigalia abſque priuilrgio Principis, *l.1.*
C.nou. vectig. & c. innouamus extra de cenſib.
Io: Ant.de Nigr.in cap.grauamina, de grau. va-
ſall.num.79. ſed quia exactio prædicta fit pro
commercio venditionum animalium ad cer-
tã rationem, eſt datiũ, quod eſt prohibitũ de
iure ciuili, & canonico, ergo &c. Nec poteſt
obumbrari hæc veritas ſub colore, quod fit
ratione ſoli, cum notum ſit, exactionem fie-
ri nouitèr, & à vendentibus tantùm, non à
commorantibus, & non vendentibus, & fieri
vniformitèr. Imò etiam ſi ſolum eſſet Aduer-
ſarij, vbi nundinæ prædictæ fiunt, etiam ius
reſiſtit, quo minùs aliquod exigatur ratione
mo-

moræ, quæ fit in ſolo nundinarum, *text.* eſt expreſſus in *l.1.C.de nundin.* vbi *gloſ.verſ. locorum*, quæ allegat rationem, & *text.l.1. §.penult.ff.de aqu.pluu. arc.* quia in alio releuatur dominus ſoli, propter lucrum perueniens ex nundinis, quod notat *Cupyc.* ad caſum noſtrū *in inueſt.verſ.cum nundinis, & mercat.verſ.Ciuitates*.

13 Nec in conſideratione eſt, quod loquatur de nundinis, non de mercatu, ex differentia, quam centauit *Bal.* facere in *d.l.1.* quia non firmat pedes, nec redditur ratio differentiæ, & hic etiam ſumus in nundinis, quia iſtæ, de quibus agitur, ſic deſcribuntur in omnibus ſcripturis antiquiſsimis, & hodiernis, & etiā ratione ſoli ius reſiſtit.

14 Nec poteſt colorari locatio, cum ſit extorſio, ſic ad literam *Anthar.in clem.præſenti, de cenſ.n.8.in fin.numeri*, non attenditur enim ſolutio ſpontanea, quando præcedit petitio, quia tūc nō eſt exactio, ſed extorſio: & patet ad ſenſum, nam ſolū prætenſum, nō eſt deſtinatum ad aliquem fructum, itàq; ratione damni nil prætendere poteſt, & ſecundum deciſionem *Io: Fabr.in princ.inſt.* nec herba agreſta, non fructuoſa domino, poteſt prohiberi, quin ab alio paſcatur cum ſuis animalibus, de quo latè *Conur.pract. quæſt.cap.35.* qui limitat, quando eſſet Domino fructuoſa.

15 Nec pars in ſolo habet intentionem fundatam, quod illa pars propè palatium fuerit viridarium, cum non conſtet, & quando fuiſſet, ex immemorabili tempore eſſet nundinis applicatum, & Fiſcus non læditur re exiſtente penès Baronem, *c.1.§.quid ergò, de inueſt. de re alien.* poſſet reuocare per *Conſtit.* non tamen propria authoritate, ſed adeundo Iudicem, notat *gloſ.in d.Conſt. ver.vbi omnes, & Io:Vinc. de Anna in repet. num. 271.* Imò apparet contrarium, nunquàm fuiſſe viridarium, ſed locum nundinarum ex deſcriptione Reg.Cameræ de anno 1530. in qua deſcribuntur corpora feudalia domus, & verbum nullum de viridario; Imò deſcribitur turris, & nundinæ penès turrim, & ex aſpectu viſum fuit eſſe notorium.

16 Non ſuffragatur parti, quod in aliquibus partibus remotioribus habet loca propria, à quibus non poteſt inferre ad alia diuerſa, licet proxima, *l.ſi eo loco, §.ſi lutior, ff. ſi ſeru. vindic.* quia loquitur in eodem loco, & ſeruitute, à qua nō fit illatio ad diuerſa, & ſic procedit *l.3.ff.de acqu.poſs.in fin.*

17 Corroboratur iſta concluſio, etiam ſecundum lecturam partis, nam aut ſolum, de quo agitur, nunquàm fuit de feudo, vt fundauimus, & res eſt ſine dubio, aut fuit de feudo, vt pars prætendit, & ſimiliter per *d. §.quid ergo*, non poteſt Princeps conqueri, aut agimus de poſſeſſorio, & pars debet abſtinere, quia produxit ſcripturas, per quas fundauit, quod applicauit prætenſum viridarium foro prædicto, prout vſq; ad præſens ſtat in vſu prædicto, quo caſu pars caret poſſeſſione rei, *l.ſi quis vi, §.differentia, ff.de acqu.poſſeſſ.* ſufficeret enim minus tempus pro acquirenda poſſeſsione, *l.1. in princ. ff.de itin.act.priu. l.1.§. penult. ff.de vi, & vi arm. Bar. veron. de ſeruit.præd. cap. 17.* & ſufficit, quod ſemel fuit in vſu publico, *Iacob.Rebuff.in l.diligenter, C. de aquæduct.lib.11.*

18 Nec poteſt prætendere, fuiſſe ex mera voluntate, & facultate, nam præcedente eius deſtinatione, & ſecuta poſſeſſione datur poſſeſsio, vel quaſi libertatis, latiſsimè allegat, & probat *Aym.Crau.conſ.111.nu.3.6.13.20. 22.& 25.in fin.num.* ad quem me remitto, ne tædio afficiam iudicantes.

19 Probat enim ex communi, & vera opinione, quod qui continuat poſſeſsionem, non ſequitur poſſidere aliam, qui exegit in vno loco, non retinet poſſeſſionem exigendo in alio, qui de certis rebus, non de alijs; Imò inducitur probatio poſſeſſionis libertatis, in alijs, quæſo, videatur *dictum conſ.* cum allegatis ab ipſo, & omnes obiectiones ceſſant.

Io: Andreas Georgius.

20 Ius iſtud Nundinarum apud Senatum fuiſſe teſtatur *Barnabas Briſſon ſelect.antiquit.lib.1.cap.15. Borrell.d.cap. 36.nu.10.Fauſt.d.ord.393.ex Plin.iun. lib.5.epiſt.4.ad Valerian.* ibi: *Solers vir Pretorius à Senatu petijt, vt ſibi inſtituere in agris ſuis nundinas permitteretur, contradixerunt Vicentinorum legati, &c.* Poſtmodùm hoc ius concedendi ſoli Principi, ſeù Regi competere, & de Regalibus eſſe, conſtat, vt Imperatores *Valens*, & *Valentinus* reſcripſerunt in *l.vnica, C.de nundin.& mercatib.* ibi: *Qui exercendorum mercatuum, aut nundinarum licentiam, vel veterum indulto, vel noſtra authoritate meruerunt;* Et ex *Modeſtino I.C.in l.1.D.eod. Bodin.de Republic. lib. 1. cap.10. Petr.Gregor.ſyntagm. lib.25. cap.3.per tot. Henning. Arniſæus de Iur.Maieſt.lib.2.cap.3. n.18. Petra de poteſt. Princ.cap.10. num.28. Bened. Pereyr.in ſua Academ.lib.3.nu.50. P.Gibalin.d.art.2.n.7.Ripoll.de Regal.d.cap. 42.Sixtin.de regal.lib.1.cap.2.nu.37. & cap.6.n.32. Borrell.d.cap.36. à num. 11. Maſtrill.de magiſtr.lib.3.cap.10. nu.11. & ſeq.Conſil.Petra d.xit.116.nu.12.Capon.*

*pon.d.diſcept.*91.*art.*1. *nu.*5. *& ſeq. Nouar.grau.Vaſall.to.*1.*grau.*32.*Manfrell. ad Reg.Capyc.Latr.d.dec.*191.*n.*5. *Capiblanc.de Baron pragm.*8. *nu.* 187. *Laganar.ad Rouit.in rubr.prag. de nundin.*7. *D.Conſil. Petra ſup. rit. M.C.* 1.*tom.rit.* 115.*num.*12.doctiſsimus *Nicolaus Vincent. Scoppa* in ſuo erudito *Menexeno de Reipubl. regim.* §. 19. *num.*125. *& ſeq.* & in celeberrimis *theor. pract. obſeruat. ad Gratiani deciſ.obſ.*21. *nu.* 1. *&* 2. vbi laudat *Nos in viſion feud.p.*2. *de feud.conſtit.rubr.*4.*viſion.*5. *lit.B.fol.* 222. *D. Conſil.Altimar. de nullit. par.*1. *rubr.*3.*qu.*31. *num.*23. *Autunez de Portugal.de Donat.Reg.d.cap.*23. *num.*6. *& & ſeq. Card. de Luca de regalib. diſcurſ.* 131.*num.*4.*& diſcurſ.*132.*nu.*3. *Franc. Romaguer.in add.ad* Conciol.*ſup. Statut. Eugub.lib.*1.*rub.*66.*n.*6.*& ſeqq.*

21 Eſt tamen hoc Regale de conceſſibilibus, ideòq; poteſt etiam acquiri immemorabili poſſeſſione, *Ripoll.d.cap.* 42.*num.*14.*& ſeq. Borrell. d.cap.*36.*nu.* 14. *Capon.d.loc.art.*1. *num.*8. *Card.de Luca d. diſc.*131. *num.*4. *Romaguera d. rubr.*66.*num.*7.*Caſar.quaſt.*31.*à n.*5.

22 Inſupèr ex eo, quod nundinarum conceſsio ad ſolum Principem ſpectat, ſequitur, quod à ſententijs,quæ feruntur à nundinarū magiſtro, vulgò, *Maſtro mercato*, cui illis durantibus tribuitur iuriſdictio, appellatur ad Regios Officiales, non autem ad Baronalem Curiam, ſiuè eius Iudicem ſecundarum cauſarum, *Praſ.de Franch.deciſ.* 511.*num.*2. & ibi *Viſcont. & de Luca nu.*3.*Minadois conſ.*24. *Borrell.conſ.*86. *Thor. & Capiblanc.* quorum meminimus in noſtris *Viſion.feud. p.* 2. *de feud. conſtit.rub.*4.*viſ.*5.*fol.*225. *lit.G.* Quod

23 intellige, quando immediatè ſint conceſſæ à Rege, ſecùs ſi Baro concedat priuilegium nundinarum cum Regio aſſenſu, nam tunc appellatur ad Officiales Baronis, *Capiblanc.de Baron.t.*2. *cap* 39.*Nouar de grau.Vaſall. tom.*2.*gr.* 58.*Scialoya de foro compet cap.*21.*n.*11. quos ſequitur *Conſil. Altimar. de nullit. par.*1.*rub.*3.*qu.*31.*num.*24. adde *Io:Laganar.ad Reg.Rouit.ſup.rubr.pragm. de nundin. num.*12. *Manfrella ad Reg. Capyc.Latro deciſ.*191. *num.*15. *& ſeq. Romaguera in d rubr.*66.*num.*16.*&* 17. & vide *Pragm. de iuriſd. Magiſtri Iurati temp.nundin.*

24 Præfatam verò concluſionem, vt nō ſine licentia Principis inſtituantur, declarant procedere in Nundinis ſolēnibus,& franchis,quæ ſemèl bis,& ter in anno fieri ſolent, quæ vulgaritèr dicūtur, *le fiere*. Secùs verò in Mercatibus, qui ſingulis hebdomadis fieri ſolent, vt voluit *Bald. in l.*1.*num.*2. *D.de nundin.* vbi exemplum refert, fieri hoc bis in hebdomada in Ciuitate Paduæ,& in

25 Ciuitate Peruſij quolibet Sabbato;Et in hac Ciuitate fit ter in hebdomada, in die Lunæ, & Veneris in Foro magno, ſiuè Mercatu, & in die Mercurij extrà *Portam* dictam *Regalem*, de quibus memor eſt *cit. Scoppa in d.obſer.* 21.*num.*15. Et *Baldum* ſequuntur poſt alios *Theſaur.dec.*264.*num.*4. *Ripoll.d. cap.*42.*num.*11. *&* 12. *Antonell. de loco legal.d.lib.*2.*cap.*35.*num.*2. *Laganar. d. loc.num.*8.*Capiblanc.d.pragm.*8.*num.*53. vbi tamen dicit,ſolere peti licentiam, *Card.de Luca d.diſc.*132. *num.*5. *in fine, Romaguera vbi ſuprà n.*16.

26 Sed contrà *Baldi*, & ſequacium doctrinam rectè inſurgunt *Borrell. d.cap.* 36.*num.*20. *Iul.Capon.d.diſcept.*91. *art.* 4.*à num.*7.*Antunez de Portugal d.cap.* 23. *à num.*9. vbi aiunt, nullam dari differentiam inter nundinas, & mercatus in effectu, licet diuerſo nomine appellentur: Neque obſtat, in mercatibus fieri commercia,quæ ſunt de iure gentium: Nam in nundinis etiam cōmercia, emptiones,& venditiones fiūt, imò etiam bellum eſt de iure gentium, & tamen ſolus Princeps illud poteſt indicere. Deinde Imperatores in *d. l. vnic.C.de Nundinis, & Mercat.* tàm in rubro,quàm in nigro de vtriſq; loquūtur, vnde ſicut nundinæ celebrari nequeunt ſine Principis conceſsione, ità nec mercatus, *cit.DD.ibid.* Prætereà nō eſt ſola ratio immunitatis, quæ requirit Principis licentiam,ſed etiam illius conuenticuli, & gentium congregatio-

nis,

nis, quæ ſine Principis iuſſu fieri non poteſt, & inde eſt, quod poſt *tit. de Monopolijs*, ſequitur *tit. de Nundinis*, quæ ratio, tàm in mercatibus, quàm in nundinis cõſideràtur, vt rectè animaduertit *Author* noſter hìc *n.16.* Et confirmatur ex *Reg. Pragm. 2. de Nundin.* vbi conceditur licentia huic Ciuitati faciendi mercatum in qualiber hebdomada extrà d. *Portam* dictam *Regalem*.

27 Procedit autem opinio *Baldi*, vbi eſſet quædam coadunatio hominum, vt ſolent in ſolemnibus feſtiuitatibus, in quibus accedunt pauperes, ruſtici, & mulieres ducentes olera, fructus, gallinas, columbas, & alia comeſtibilia, antè Eccleſias Sancti Ioſephi, Sãcti Laurentij, SS. Annunciatæ, &c. tunc enim non requiritur licentia Principis, *Camill. Borrell. d. cap. 36. num. 26.* quem ſequitur *Capon. d. diſcept. 91. art. 4. n. 11.*

28 Et in hoc noſtro Regno procùl dubio recenſita *Baldi* doctrina locum non habet, ex antiquiſſimo, ac indubitato Regiæ Cancellariæ ſtylo, vt ſcilicèt abſq; Regis aſſenſu, Baronibus prohibitum ſit nundinas, & mercatus facere, vt teſtatur *Reg. Reuerter. deciſ. 111. n. 5.* vbi *Reg. de Marin. in obſeru.* addit *Capiblanc. de Baron. pragm. 8. num. 52. & 53.* quos ſequuti ſumus *Nos in d. rubric. 4. viſ. 5 lit. A. fol. 224.* & laudat *cit. Scoppa in d. obſeru. 21. nu. 4. & 5. Conſ. Altimar. d. qu. 31. num. 25.*

29 Praxis verò impetrandi iſtud ius faciendi mercatum à Dom. Prorege, traditur ab *Authore* noſtro hìc *n. 13.* & *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 10. de mercatibus nu. 2.* nempè, quod datur memoriale Proregi, in quo petitur priuilegium faciendi mercatum, & remittitur Regiæ Cam. quæ ſe informet, & referat cum voto, à qua prouidetur, quod capiatur informatio, ſi per conuicinia, per decem milliaria adeſt alius mercatus, & quibus poteſt præiudicare, non quia priuatiuè ad alia loca intelligatur poſſe mercatum facere, ſed quia omne priuilegium intelligitur, ſine alterius præiudicio concedi, *Auth.* noſter hìc *n. 18. Theſaur. d. dec. 264. Paciebel. de diſtant. cap. 35. num. 3. Capon. d. art. 1. n. 19. Portugal. d. cap. 23. n. 23. Romaguera d. l. n. 14. Gallupp. in meth. feud. par. 1. cap. 3. num. 40.*

30 Nundinas, & mercatus in diebus feſtiuis, fieri non poſſe communitèr concludunt ex *cap. 1. de ferijs*, & ex *Bulla Pij V.* incip. *Cum primum*; Et ideò Epiſcopi poſſunt prohibere nundinas, & mercatus, qui etiam ex antiqua conſuetudine celebrantur, *Quaranta in verb. dies feſtos, Fagundez lib. 1. de præcept. cap. 12. Barboſa de poteſt. Epiſc. p. 3. alleg. 105. Borrell. d. cap. 36. n. 72. & 79. Reg. de Ponte d. loc. num. 10. Gratian. deciſ. 21. Nouar. in collect. 1. num. 3. ſuper pragm. de nundin.* Ex Conſuetudine tamen liciti ſunt, dummodò Sacrum audiatur, vt poſt plures Theologos firmat *P. Ioſeph. Gibalin. de vniuerſ. negot. lib. 2. cap. 3. t. 1. num. 9.* & poſt alios *Capon. d. diſcept. 91. art. vlt per tot. Scoppa d. obſeru. 21. n. 10. & ſeqq. Marfrella ad R. Capyc. Latro deciſ. 191. per tot.* vbi plenè hoc tractant.

31 Vnde ex *Pragm. 3. & 4. de Nundin. ſeù ferijs*, ſancitum eſt, quod Vniuerſitates, quæ nundinas faciendi priuilegium habent, illas celebrent diebus ſtatutis, aliàs immunitatibus non fruãtur, dummodò ſtatuta illa dies non ſit feriata, vt poſt *Nòs*, & alios allegatos tradit *Scoppa d. obſ. 21. nu. 8.* & *Capon. d. loc. art. 3. n. 22.*

32 Dies etiam deſtinata, vel tempus ſtatutum ad dictas nundinas, abſque Principis licentia mutari non poteſt, *Ripoll. d. cap. 42. num. 17. Capiblanc. de Baron. t. 2. cap. 16. num. 19. Portugal d. l. num. 12. Capon. d. art. 3. num. 21. & art. 4. n. 6. Danza ad priu. Montis fuſc. fol. 56. num. 13.*

33 Nec locus mutari poteſt, ſecundùm aliquos, quia locus ſolitus, de iure mutari non poteſt per *text. in l. ſi locus, D. de iudic. Franc. Marc. deciſ. 97. Anna ſingul. 355.* & latè poſt *Theſaur. dec. 264.* & *Alciat. conſ. 43. lib. 5.* probat *cit. Conſil. Petra d. rit. 116. à num. 16. ad ſeqq.* vbi iuribus adductis per *Luc. de Penna in l. vnic. C. ne ruſtic. ad vllum obſequ.*

deuoc. lib. 11, ſigillatim occurrit; Con-
34 trarium autem, quod ſcilicet locus poſsit ab Vniuerſitate mutari, abſque Principis licentia, & non obſtante contradictione vicinorum probant *Ripoll. vbi ſuprà nu.* 33. *& ſeq. Capon. d. diſcept.* 91. *artic.* 3. *à num.* 16. *Cancer. var.* 3. *cap* 13. *à nu.* 283. *Capiblanc. de Baron. d. cap.* 16. *à num.* 9. quos ſequitur *Romaguera d. loc. num.* 9. proiùt decisum fuit in Ciuitate Salerni, vbi nundinæ fuerunt tranſmutatæ de loco ad locum, teſte eodem *Capiblanc. d. cap.* 16. *nu.* 18. licet in ſpecie, de qua loquitur ipſe *Dom. Conſ. Petra*, videatur diuerſa, ſcilicet, quod mercatores non debeant morari in priuatis officinis mercaturam exercendo, ſed accedere ad locum deputatum extrà mœnia pro celebrandis nundinis, ex *Reg. Pragm.* 4. *ſub tit. de Nundinis, ſeù ferijs* §. 1. ibi: *Che vſcita la Bandiera vadano anco in fiera tutte le Botteghe delle dette* Città. De qua *quæſt.* agit etiam *Conſtantin. Caſar. peregr. qu.* 31. §. 2, vbi licet deciſum referat contrà mercatores, contrarium tamen ſeruatum fuiſſe teſtatur.

35 Præfatæ verò Nundinæ Ciuitatis Salerni (de quarum immunitate agunt *Reg. Capyc. Latr. d. dec.* 91. & *Ant. Barra controu.* 25.) an fieri debeant in Platea S. Laurentij dictæ Ciuitatis, vel extrà eam? Vtriusquè partis Allegationes olim elucubratas hic transferendas eſſe curauimus.

Pro Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Dño
ARCHIEPISC. SALERNITANO,
& Hoſpitale SS. Domus Annuntiatæ huius Ciuitatis Neapol.
CONTRA
Dominos Apothecarum Ciuitatis Salerni, in cauſa, & lite, an Nundinæ debeant fieri in plana S. Laurentij dictæ Ciuitatis Salerni, vel extrà eam.

SVMMARIVM.

1 *Præmittitur facti ſpecies.*
2 *Proponitur dubium, de quo modò agitur.*
3 *Quod Domini apothecarum non fuerunt citati, ſed voluntariè comparuerunt, & vt admittantur debere docere de iure ſuo.*
4 *Agitur de intellectu* c. veniens el 2. de teſtibus.
5 *Domini Apothecarum pluriès in hac cauſa fuerunt auditi, & ſi iterum audirentur, daretur occaſio ſubornandi teſtes.*
6 *Non eſt habenda ratio, quod iſti Domini habeant paruum, vel magnum intereſſe, nec eſt habenda ratio, quod iſti lucrum amittant.*
7 *Quod intereſſe d. Dominorum venit in conſequentiam, & non principaliter, & ſi ipſi non comparuiſſent, non erant citandi.*
8 *Ille eſt principalis in cauſa, contrà quem principaliter eſt datus libellus, & actus non dicitur verti in præiudicium alicuius, quando non infertur ei principaliter præiudicium, licet in conſequentiam.*
9 *Ille eſt principalis in cauſa ad quem* 1. *loco ſpectat defenſio, vt ſunt mercatores.*
10 *Quod mercatores ſint principales, probatur ex priuilegio regio, quorum libertas eſt maior quocumque intereſſe pecuniario.*
11 *D. Archiepiſcopus, non tenebatur hos Dominos conuenire principaliter.*
12 *Si Domini Apothecarum eſſent principales in cauſa, poſſent excludere mercatores.*
13 *Iſti Domini voluntariè comparuerunt, & ſic non ſunt principales.*
14 *Sententia lata contra iſtos Dominos non noceret mercatoribus, è contrà verò lata contra mercatores noceret iſtis Dominis etiam ignorantibus, & ibi agitur de doctrina* Afflicti decis. 235.
15 *Agitur de doctrina* Bart. in l. ſi perluſorio, §. 1. de appell. *& quod etiam ſi iſti Domini eſſent principales, ex quo habuerunt ſcientiam litis, non debent de nouo audiri.*
16 *Si tertius veniens de nouo ad cauſam admitteretur, nunquam eſſet finis litium.*
17 *Quod mercatores ſint principales in hac cauſa, probatur ex confeſſione iſtorum Dominorum.*
18 *Ex quo iſti Domini non ſunt principales, ſed cohærentes mercatoribus, ſumus in regula* textus in c. fin. vt lite pendente in 6. *vbi tertius aſſumit litem in terminis, in quibus reperitur.*
19 *Cum iſti veniant poſt concluſum in cauſa, non admittuntur de nouo, & arctantur terminis, quibus mercatores.*
20 *Nec poſſent retardare proceſſum, & cauſæ expeditionem.*
21 *Etiam ſi eſſent principales, non poſſent retardare cauſæ expeditionem inter D. Archiepiſcopum, & mercatores, tùm etiam quia horum prætenſio eſt malitioſa.*
22 *Reſpondetur doctrinæ* Afflicti decis. 15.
23 *Si iſti de nouo audirentur, eſſet, quod eodem ter-*

termino probatorio pluries gauderent.

24 *Non eſt neceſſaria alia citatio, quàm quæ facta eſt mercatoribus.*

25 *Si proceſſus compilatus cum mercatoribus eſſet nullus, iſti Domini non reducerent eum ad aptitudinem.*

26 *Iſti non poſſunt in ſe litem aſſumere, ſed tantum eam adiuuare; articuli tamen, & interrogatoria eſſent formanda nomine mercatorum, & omnia debent expediri iure, & nomine mercatorum.*

27 *Iſti Domini non ſunt perſona de per ſe, ſed quoddam adminiculum, nec eis aliquid poteſt adiudicari, nec poſſunt petere teſtium publicationem.*

28 *Sententia abſolutoria, vel condemnatoria non eſt proferenda in perſonas iſtorum Dominorum, ſed mercatorum.*

29 *Etiam ſi mercatores eſſent ſuſpecti, quod non ſunt, iſti Domini non poſſent eos remouere, ſed tantùm aſſiſtere, cum* Imola *contra* Innocentium.

30 *Agitur de intellectu* legis ab exequutore 4. de appell.

31 *Explicatur doctrina* Innocentij in c. cum ſuper, de re iudicata, nu. 10. *& denique concluditur, hos dominos non eſſe audiendos, niſi in his terminis, in quibus cauſa reperitur.*

1 IN hac cauſa, quia poteſt dubitari, qui ſint in ea principales, & ad quē ſpectet primo loco eius defenſio, an ad Mercatores, an ad Dominos Apothecarum, ideò pro eius reſolutione, & quod mercatores ſint principales, & ad eos ſpectet prima defenſio, cæteri autem Domini Apothecarum, quod non ſint principales, ſed coadiuuantes, nec ad eos ſpectet prima cauſæ defenſio.

Præmittendum eſt in facto, cauſam hanc fuiſſe primo motam, & inceptam per bon. mem. D. Marij Bolognini Archiepiſcopi Salernitani contra mercatores, vt cogerentur in d. plana Sancti Laurentij nundinas facere, iuxtà tenorem priuilegiorum Regum Neapolitanorum, quæ habet Eccleſia Salernitana: cui liti voluntariè, abſque citatione comparuerant d. Domini Apothecarum pro intereſſe, ſeù vtilitate eorum, ſi nundinæ fierent extra planam, & in fauorem mercatorum, adduxerunt mercatores non eſſe cogendos, vt nundinæ fiant in d. plana, ipſi enim mercatores libertatem habebant celebrandi Nundinas in loco ſibi beneplacito: & plura alia adduxere in fauorem mercatorum, & omnibus fuit aſſignatus terminus in cauſa ad probandum; in quo d. Domini in fauorem mercatorum produxerunt multos teſtes, & inſtrumenta, & non tantū ſemel, ſed bis, ac tertiò fuit publicatum in cauſa, & tandem tranſactis terminis definitiuè concluſum; verùm poſtquam iſti Domini comparuerunt in d. cauſa: & pro parte D. Archiepiſcopi fuit contra eos deductum aliud ius, videlicet ne poſſent locare ſuas apothecas mercatoribus, à qua petitione fuerunt abſoluti: cæterum, quia dictus terminus probatorius non fuit tunc intimatus mercatoribus, neq; cum eis fuit proceſſus compilatus, pro parte moderni D. Archiepiſcopi, ac nomine etiam d. Hoſpitalis Annunciatæ fuit petitum, quod d. terminus probatorius intimaretur mercatoribus, & quod cum ipſis compilaretur proceſſus, & ità fuit decretum per D. Commiſſarium cauſæ, & termino intimato mercatoribus, & compilato proceſſu, & concluſo in cauſa, cum eſſemus in limine ferendæ ſententiæ, d. Domini Apothecarum dixerunt ſe eſſe audiendos, atq; ità Senatus cenſuit, quod Domini Apothecarum audiantur.

2 Circa quod decretum, & de eius intellectu dicitur ex parte Sanctiſſimæ Annunciatæ, & D. Archiepiſcopi, quod iſti Domini Apothecarum ſunt audiendi in terminis, in quibus cauſa reperitur, ipſi verò dicunt, quod debent audiri de nouo, quia ad eos principaliter ſpectat defenſio, & non ad mercatores, cum ipſi habeant maius intereſſe in cauſa, quā mercatores; Et pro parte SS. Annunciatæ, & D. Archiepiſcopi ad hoc vt iſti Dominī non ſint principales, ſed adhærentes, & quod ad ipſos non ſpectet principaliter defenſio, ſed ad mercatores, adducuntur ſequentia.

3 Primò, quod iſta lis non fuit mota contra iſtos, ſed contra mercatores, vt dictum eſt, & iſti Domini voluntariè comparuerunt in hoc iudicio, coadiuuando, & defendendo mercatores, & ità ante omnia debuiſſent docere de eorum intereſſe ſummariè, vt in *cap. veniens el 2. de teſtibus*, aliàs nullo modo eſſent audiendi, ad tradita per *Bart. & Bald. in l. 2. C. de negotijs geſtis*, per *Alex. in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus. nu. 26. & 29. de re iudicata, Innocen. Butrius, Abbas, & Felin. nu. 14. &* ibi alij *Canoniſtæ in c. cum ſuper de re iudicata, Afflict. decіſ. 235. Couarr. pract. quæſt. c. 13. Ioſephus Ludouicus in deciſ. Peruſin. prima parte, deciſ. 26. &* dicit *Bald. in d. l. 2.* ſe non recordari vidiſſe caſum, quod tertius poſſit in iudicio adeſſe, & probationes inducere ad vtilitatem litigantis, ſi tertius non habet aliquod intereſſe, vt *in l. ille à quo, §. ſi de teſtamento, ad Trebellianum, l. 1. de appellat. recipiendis, c. cum inter R. Seniorem de elect. & in d. c. veniens el 2. & in l. ſi ſuſpecta, de inofficioſo teſtamento, & in l. ab exequutore, §. alio, & in l. à ſent. & in l. ſi perluſorio, de appellat. & d. l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus.*

4 Et quia poſſet aliquis dubitare, quomodo

in d. c. veniens, Petrus Diaconus, qui vt tertius cópatuit in cauſa, fuit ſemèl admiſſus ad probandum, & quod etiam iſti Domini Apothecarum deberent iterum ad probandũ admitti. Dicimus primò, quod ibi ille Petrus Diaconus non veniebat coadiuuando, ſed potiùs ad excludendum Atchid. Clatamontem, Nos verò ſumus in caſu, in quo iſti Domini non veniunt ad excludendum, ſed ad coadiuuandũ mercatores: Secundò, quod etiã ſi ibi ille Petrus Diaconus veniret coadiuuando, tamen deciſio illius *textus* non faceret ad rem, de qua agimus, nam ibi fuit admiſſus, primò vt ſummariè doceret, ſeù fumum daret de iure ſuo, vt admitteretur ad cauſam, aliàs nullo modo eſſet admittendus, poſteà autem in plenario fuit admiſſus ad probandum, vbi *Bald. nu.* 3. *&* 4. inquit, quod prima probatio fuit ſummaria præparatoria, ſeu præambula, & non deciſiua, & vt admitteretur ad iudicium, debebat prius ſummariè docere de ſuo intereſſe; ſed poſteà vt admiſſus præſerretur, debuit plenè probare de iure ſuo, illud iuſtificando, & *Baldum* ſequutus eſt *Felinus in d. c. cum ſuper, de re iudicata, nu.* 16.

5 Cæterum in noſtro caſu iſti Domini Apothecarum pluties, vt dixi, fuerunt admiſſi ad probandum, & produxerunt teſtes, & inſtrumenta, vnde cum ſit facta publicatio dictarum probationum, & didicita teſtificata, non ſunt ampliùs admittendi, vt iterum probationes faciant, & teſtes producant; ne detur occaſio ſubornandi teſtes, vt *in c. fraternitatis de teſtibus, & in conſtit. Regni, Iuriſperitorũ.*

6 Secundò dicimus, quod habere paruum, vel maximum intereſſe, in aliqua cauſa, ex eo non eſt dicendum, quod ad eum ſpectet prima defenſio, & non ad mercatores; nam ea, quæ differunt ſecundum plus, & minus non differunt ſpecie, vt *in l. final. de fundo instructo, & in caſu l. ſi ſuſpecta, de inofficioſo teſtam. & in Authen. nunc ſi hæres, C. litigioſis, in l. à ſent. & in l. ſi perluſorio, de appell.* ſi totum patrimonium teſtatoris eſſet conſumptũ in legatis. ità quod hæres haberet tantùm 4. Falcidiam, & reliquæ tres partes ſpectarent ad legatarios, & ſic haberent maius intereſſe, quam hæres, & legatarij venirent ad d. cauſam defenſuri hæredem, abſurdum eſſet dicere, quod ad legatarios ſpectabat defenſio cauſæ principaliter, cum certum ſit, quod prima, & principalis defenſio pertinet ad hæredem, vt in d. iuribus, & licet interſit legatariorum, tamen cum veniant ex trãſuerſo, & coadiuuando hæredem, non ſunt principales, ſed acceſſorij, nec ſunt perſonæ de per ſe litigantes, ſed quoddam adminiculum; vt elegantèr tradit *Bald. in Auth. hodie ad finem, C. de appell. Felin. in c. cum ſuper, nu.* 11. de quo inferiùs agendum eſt. Nec eſt habenda ratio, quod iſti Domini minus, vel nihil lucrentur, ex locatione ſuarum apothecarum, ſi nundinæ fierent in plana Sancti Laurentij; nam huiuſmodi lucri ratio non eſt in aliqua conſideratione, iuxtà *textum in l. quaero* 18. *ff. de iure patron.* iuncta *l.* 2. *eiuſdem tituli, & l. liberta* 11. *ff. de obſequijs à liberis, & libertis, parentibus, & patronis præſtandis,* & *in l. Proculus* 26. *ff. de damno infecto*, ibi, *quia non debet videri is damnum facere, qui eo, veluti lucro, quo adhuc vtebatur, probibetur,* ad tradita per *Bart. in l. quo minus, ff. de fluminibus, nu.* 21. cum latè adductis ibi, & *Iaſ. nu.* 83. & ſic iſtud intereſſe lucri ceſſantis, non poteſt efficere, vt iſti Domini dicantur principales in cauſa, & quod defenſio ad eos principaliter ſpectet, & non ad mercatores.

7 Tertiò, tùm etiam quia horum Dominorum intereſſe venit in conſequentiam, & non principaliter; nam ſi mercatores cogantur, vt in plana ſancti Laurentij nundinas conficiant, minori mercede locabunt ſuas apothecas; ſi vero abſoluantur mercatores, maiori mercede locabuntur apothecæ, & ità de neceſſitate, & ſubſtantia iudicij non ſunt iſti citandi, ſed mercatores; vt *in l. de vnoquoq; de re iudicata,* cum latè adductis ab *Antonio Gabriele lib.* 2. *tit. de citationibus concl.* 1. *nu.* 316. *&* 329. & dicit *Baldus in l. ab eo, C. quomodo, & quando Iudex, nu.* 20. quod pro ſubſtantia iudicij nemo eſt citandus, niſi ille contra quem dirigitur petitio, & allegat *Innocentium in c. humilis, de maioritatate,* & *Innoc.* ſequitur *Bart. Baldus, & Paulus de Caſtro in addit. Bald. d. l. ab eo, nu.* 20, *litt. O.* & ratio eſt, nam actus nõ dicitur verti in præiudiciũ alterius, quando nõ infertur ei principalitèr præiudiciũ, licet in conſequentiã inferatur, vt vult *gloſſ.* notabilis *in c. quamuis, gloſſa vltima, de pactis, in* 6. & ibi *Gem.* & accedit *Iaſ. in l. ne quidquam, nu.* 35. *de officio Proconſulis*, vnde cum iſti Domini non eſſent citandi de neceſſitate ſubſtantiæ iudicij, inſequitur, quod ad eos cauſa non ſpectat principaliter, ſed ad mercatores.

8 Quartò, ille dicitur principalis in lite, contrà quem principaliter eſt datus libellus, vt per *Baldum in d. l. ſi ſuſpecta, & in d. l. ab eo, nu.* 20. Vnde cum prima, & principalis petitio D. Archiep. fuiſſet producta contra mercatores, & voluntariè comparuerint Domini apothecarum, mercatores ſunt principales, & ipſi acceſſorij coadiuuantes.

9 Præterea ille eſt principalis in cauſa, & legitimus contradictor, ad quem primo loco, & principaliter ſpectat cauſæ defenſio, cæteri autem ſunt coadiuuantes, vt in iuribus ſuprà cita-

citatis, & *in l. ſæpè 63. §. ſed & ſcientibus, de re iudicata*, ibi; *vel defenſio primum ſibi competit, &, in §. is verò eiuſdem legis*, ibi: *Priorem Dominum*, & notat *Alex. in d. l. ſæpe, nu. 77.* & *Couarr. in pract. q. c. 13.* Quod autem 1. locus defenſionis ſpectet ad mercatores, & non ad Dominos apothecarum, patet, nam D. Archiepiſcopus non poſſet petere, vt Domini apothecarum cogantur nundinas facere in plana ſancti Laurentij, nam mercatores ſunt, qui nundinas conſtituunt, ſiquidem nundinæ dicuntur, mercatorum conuentiones certo loco, & tempore factæ, vt docet *Ant. Theſaurus deciſ. Pedamontan. deciſ. 264. in princ.*

10 Quod etiam probatur ex tenore priuilegij Regij Regum Neapolitanorum, vbi præcipitur mercatoribus, vt nundinas conficiant in plana Sancti Laurentij, nec alibi eas faciant; igitur ipſi ſunt principales, & ipſi ſunt cogendi, & non domini apothecarum, & ità contra mercatores fuit porrectus libellus per D. Archiepiſcopum, & de quorum libertate agitur, iuxtà tradita per *Lucam de Penna in l. vnica, C. ne ruſticani ad vllum obſequium deuocentur lib. 11. Codicis*, libertas maioris extimationis eſt, quàm, quod pecunia extimari poſſit, iuxtà illud: *Non benè pro toto libertas venditur auro.*

11 Sextò, ſi iſti Domini apothecarum eſſent principales, teneretur D. Archiepiſcopus eos principaliter conuenire, & conuocare in iudicium, ad tradita *in l. 2. C. vbi in rem actio*, & per *Couar. d. c. 13. nu. 3.* & ad tradita *in l. ex contractu, de re iudicata*, vt modò diximus, ſed ſic eſt, quod D. Archiepiſcopus non tenebatur eos vocare, nec vllus vnquam adſtringeret D. Archiepiſcopum, vt contra hos Dominos proferret ſuum libellum, ergò non ſunt principales in cauſa.

12 Septimò, ſi iſti eſſent principales in cauſa, poſſent excludere mercatores, quod tamen non poſſunt, ergò non ſunt principales, vt in *dict. l. ſæpe, de re iudicata*, & *in d. l. ſi ſuſpecta*, & *in l. a ſent.* & *in d. l. ſi perluſorio*, & *in d. authen. nunc ſi hæres*, & tradit *Couarr. d. c. 13. num. 2.*

13 Octauò, iſti comparuerunt voluntariè pro ſuo intereſſe ad coadiuuandum, & defendendum mercatores, ergò iſti non ſunt principales, ſed mercatores, vt per *Angelum in d. l. ſi ſuſpecta, nu. 2. verſ. quandoq; comparet tertius non vocatus, & verſ. quandoq; venit*, tertius nõ ad impediendum, ſed ad coadiuuandum, & *Bal. in auth. nunc ſi hæres, n. 1.* vbi, ſi ad eum non pertinet principaliter negotium.

14 Nonò, nam ſi ſententia eſſet lata contra iſtos Dominos, vt nundinæ fierent in plana Sancti Laurentij, iſta ſententia non noceret mercatoribus, neque ex ea poſſent cogi, ad regulam, *res inter alios acta*, ergò iſti non ſunt principales, ſed mercatores; nam ſi eſſẽt principales, & mercatores acceſſorij, ſententia noceret mercatoribus, ex vi ipſius ſententiæ etiam ignorantibus, vt in *d. l. ſæpè*, & tradit *Couarr. d. c. 13. n. 5. & 8.* & *Ioſephus Ludouicus d. deciſ. Peruſin. 26.* E' contrà verò ſententia lata contra mercatores noceret iſtis Dominis, etiam non vocatis, & ignorantibus litem, vt per *Couarr. d. c. 13. n. 5. & 8.* per *Ioſephum Ludouicum d. deciſ. 26. num. 6. & 7.* poſt *Paulum Caſtrenſ. in l. ſæpè, de re iudicata, nu. 5.* vbi dicunt, quod tunc cadit diſtinctio ſcientiæ, & ignorantiæ, quando tertius obtinuiſſet primũ locum in cauſa, & potuiſſet repellere reum, & in hoc caſu intelligenda eſt *deciſio Afflicti 235.* vt tradit *Ioſeph. Ludou. d. dec. 26. nu. 25.* & addimus, quod in iſto tertio coadiuuãte, non eſt habenda ratio, an ſciuerit, vel ignorauerit litem motam, iuxtà opinionem *Inn. & Anton. in d. cap. cum ſuper, de re iudicata*, *Angel. Peruſin. & Ang. Aret.* quos refert, & ſequitur *Couarr. d. cap. 13. num. 8.* vbi dicit, quod hæc opinio eſt vera, & apud ſuprema Tribunalia recepta, tradit etiam *Ant. Maria Papazom. in additionibus ad Rotam deciſ. 40. nu. 4. de procuratoribus, in nouis*, quidquid tenuerit *Bart. in d. l. ſi perluſorio, §. 1. de appell.* quem

15 reprobat *Couarr. vbi ſuprà*; & licet opinio *Bart.* eſſet vera, ceſſaret tamen in noſtro caſu, ex quo iſti habuerunt ſcientiam huius litis, vt conſtat, & eſt notorium ex actis proceſſus, quod ſufficiebat, etiam ſi fuiſſent principales, vt non admitterentur de nouo ad probandum, nec eſt neceſſe, quod habeant notitiam in ſpecie de actis proceſſus, ſed ſat eſt, quod in genere habeant notitiam litis, vt conſtat, ex *Bart. d. l.* & ex *Afflict. d. deciſ. 235. nu. 2. Couarr. & Ioſephus vbi ſupr.* adde *Io: Bernardinum Muſcatellum variarum practicarum 3. p. verbo nominet, n. 16.*

16 Rursùs ſi illi admitterentur ad probandum, nunquàm lites finirentur, quibus obuiã ire conſtituit Summus Pontifex *in cap. vltimo lite pendente in 6.* vt tradit *Couarr. in pract. q. cap. 14. n. 3. verſ. cæterum.*

17 Decimò, probatur ex confeſsione iſtorum Dominorum, quæ habetur in proceſſu *fol.* . vbi ipſi fatentur, quod mercatores ſunt principales in hac lite, & quod cum mercatoribus non eſt proceſſus compilatus, quæ confeſsio eſt probatio probata, & cæteris probationibus melior, vt per *gloſſam in l. penultima, ff. de ceſſione bonorum*, *textus in l. generali in fine de non numerata pecunia*, & vt in *c. per tuas de probationibus*, & *in l. cum te*, vbi plura adducit *Iaſon C. de tranſactionibus*, cum latè adductis à *D. Card. Tuſch. t. 2. v. confeſſio concl. 645.*

18 Vu-

18 Vnde cum iſti non ſint principales, ſed coadiuuantes, & cohærentes mercatoribus, ſumus in *reg. textus in d. c. vlt. lite pendente in 6.* vbi tertius veniens, ex tranſuerſo ad litem coadiuuans reum, vel actorem, aſſumit litem in terminis, in quibus reperitur.

19 Vt ſi in cauſa ſit cõcluſum, ità vt principalis non poſſit producere teſtes, neque iſti coadiuuantes poterunt producere, & tradit *Bald. in authent. nunc ſi hæres, C. de litigioſis, Angelus in d. l. ſi ſuſpecta, de inofficioſo teſtam. Afflict. d. deciſ. 235. num. 6.* vbi dicit, quod iſte tertius arctatur terminis, quibus principalis arctatur, vt tradit *Baldus in l. ſi hoc tempore, C. de remiſſ. pignorum*, & habetur *in cap. vt circa, de electione*, nec debet de nouo audiri, prætendens nouas dilationes, vt per *Antonium Nattam conſ. 457. incip. arctatur nu. 1. lib. 2.* cum veniat poſt concluſum in cauſa, vt ibi per *Nattam*, & *Ioſephum Ludouicum d. deciſ. 26. n. 6.* & cum in hac cauſa ſit concluſum cum mercatoribus, & ſit in calculo ferendæ ſententiæ, cenſetur præcluſa via probationibus, *cap. cum veniſset 25. cap. per tuas 48. de teſtibus, pragm. 3. de teſtium reſi ranat. Maranta de ordine iudiciorum 6. par. actu 15. n. 1.*

20 Neque iſti poſſunt retardare expeditionem cauſæ, cum veniant ad coadiuuandum, *Rota dec. 4. de iudicijs in antiquioribus, Afflict. dec. 5. Vrſill. ad Afflictum deciſ. 235. nu. 3. Couarr. d. cap. 13. Ioſeph. d. deciſ. 26.*

21 Imò in caſu, in quo ſumus, etiam ſi defenſio cauſæ ſpectaret principalitèr ad hos dominos, non retardarent cauſæ deciſionem inter D. Archiepiſcopum, & mercatores, licet de nouo admitterentur ad allegandum, & probandum, vt per *Innocentium in cap. cum ſuper, de re iudicata*, vbi *Felin. n. 17.* & ità iudicauit *Rota d. deciſ. 4. de iudicijs*, & *Senatus Granaten.* vt per *Couarr. d. c. 14. n. 4. ad finem*, & *Ioſephum Ludou. d. dec. 26. Franch dec. 261.* quod eſt e republica, vt inquit *Couarr.* ob frequentes oppoſit. coloſſas ad differendam litis expeditionem, allegat *textum in l. non idcirco, ff. de iudicijs*, quod maximè confert ad rem, de qua agimus, cum Domini apothecarum fuerint multoties audìti & nunc, vt lis nunquam finem accipiat, malitiosè petunt audiri de nouo, & gaudere pluries eodem termino probatorio, quo iam vſi ſunt, vt ſupra diximus, & ſimilis oppoſitio malitioſa, fuit reiecta per hunc Sacrum Senatum proximis his diebus in cauſa Principatus Biſiniani.

22 Neq; obſtat auctoritas *Afflict. d. deciſ. 15.* vbi quando cauſa principalitèr ſpectat ad tertium, differtur cauſæ deciſio, & tradit *Muſcatellus variarum practicarum 3. parte gloſſ. mc [illegible] natorum nu. 12.* [illegible] o. um opinio reprobata eſt per *Rotam*, & per *Ioſephum Ludouicum vbi ſuprà, Felin. & Inn. & Couarr.* quod ſi aliquis putat veram eſſe opinionem *Afflict.* in caſu noſtro locum non habet, ex quo iſti ſciebant cauſam agi inter D. Archiepiſcopum, & mercatores, vt per *Afflict. d. deciſ. 235. Couarr. & Ioſephum Ludouicum vbi ſupra.*

23 Nec dicatur, quod terminus probatorius aſſignatus mercatoribus, eſſet etiam intimandus illis dominis apothecarum; nam reſpondetur, quod iam vſi ſunt hoc termino, & in eo produxerunt teſtes, & inſtrumenta, velle autem modò hoc termino gaudere, eſſet pluries eodem termino vti. II. reſpondetur, ſat eſſe, quod iſti Domini habuerunt notitiam dictæ litis, vt non poſſint de nouo audiri, vt ſuperiùs diximus. III. quod ſi etiã eſſent audiendi, non debet retardari deciſio cauſæ inter D. Archiepiſcopum, & Hoſpitale Sanctiſſimæ Annunciatæ, & mercatores, vt dictum eſt. IV. quod etiam ſi ſupradicta omnia ceſſarent, ex quo iſti Domini ſunt tertij ex tranſuerſo, venientes coadiuuando mercatores, non eſt neceſſaria eorum Dominorum citatio, ex quo ipſi non ſunt principales, ſed quoddam adminiculum, vt dicit *Bald. in auth. hodie, nu. 9. C. de appell. Fel. in d. c. cum ſuper nu. 11.* neq; contra eos eſt directa petitio D. Archiepiſcopi, & ſic D. Archiepiſcopus non arctatur ad hoc, vt teneatur eos citare, vt in ſpecie tradit *Baldus in d. l. ſi ſuſpecta ad finem de inoff. teſtamento, Felin. c. cum ſuper nu. 14. de re iudicata*, & idem *Bald. in l. ab eo C. quomodo, & quando Iudex, num. 20.*

24 neq; eſt neceſſaria alia conteſtatio, quam quæ facta eſt cum mercatoribus, vt tradit *Innoc. c. cum ſuper, nu. 6.* & ibi *Abbas nu. 31. Imola d. l. à ſent. nu. 14. de appell. Couarr. & Ioſephus Ludou. vbi ſupra, Afflict. d. deciſ. 235. Baldus d. auth. nunc ſi hæres, nu. 4.*

25 Et eadem ratione, ſi proceſsus compilatus cum mercatoribus eſset nullus, & ineptus, non poſset per iſtos Dominos ad aptitudinem reduci, vt docet *Bald. in auth. nunc ſi hæres, nu. 5. Angelus eius frater d. l. ſi ſuſpecta nu. 2. Felin. d. c. cum ſuper. num. 13.* per *textum in c. conſtitutionem de electione*, eadem ratione, iſti non poſsunt in ſe litem ſuſcipere, ſed eam inſtruere aſſiſtendo mercatoribus producendo teſtes, & inſtrumenta, vt per *Bart. in 3. l. ſi perluſorio, §. 1. gloſſ. in d. l. ſi ſuſpecta verb. adeſſe*, & ibi *Baldus idem in auth. nunc ſi hæres, nu. 1. Fel. d. c. cum ſuper, nu. 14. gloſſa etiam in c. 2. verbo adeſſe de procuratoribus in 6. verſ. vel ſaltem*, quam ſequitur *Imola in d. l. ſi perluſorio, nu. 2. de appell.* licet littera *Imola* ſit corrupta, & pro tit. *de procuratoribus* allegat tit. *de electione.* Verum capitula, & interrogatoria non ſunt

tot-

formāda nomine iſtorū Dominorū, neq; etiā eorū nomine sūt teſtes producēdi, ſed nomine mercatorū principaliter litigātiū,& omnia debent expediri, ex iure, & nomine mercatorū, *gl.d.l.ſi ſuſpecta 29.verb.adeſſe in fine*, & ibi *Bald. Imola d. l. ſi perluſorio,nu. 2.gloſſ. in d. c. 2. de procuratoribus in 6. verb.adeſſe*,nec iſte tertius, qui aſſiſtit cauſæ pro ſuo intereſſe, poteſt facere publicationem teſtium productorum in d. cauſa, *Abb. & Felin. in c. conſtitutus 30. nu. 2. de teſtibus.*

27 Et ratio eſt, quia lis non agitur cum isto tertio ex tranſuerſo veniente, & coadiuuante mercatores, ſed cum ipſis mercatoribus,quibus competit prima cauſæ defenſio,& iſti tertij vt ſæpius dictum eſt, non ſunt perſonæ de per ſe, ſed quoddam adminiculum, vt diximus cum *Bald. in auth. hodiè,C. de appell. nu. 9.* vbi etiam dicit, quod adhærenti nihil poteſt adiudicari & tradit *Felin. d. c. cum ſuper num. 11. & 14.*

28 Ex eadem radice procedit, quod ſententia abſolutoria, vel condemnatoria,non eſt proferenda in perſonam huius tertij coadiuuantis; ſed in perſonam principalem abſoluendam, vel condemnandam, vt docet *Inn. d. c. cum ſuper nu. 6. Butrius 20. Abb.8. & Felin. nu. 13.* vbi ſe [illegible] ad *Inn. & tradit Io: Imola in l. d ſent. de appell. nu. 14. col. 3. illius numeri.*

29 Et adeò verū eſt,quod iſte tertius nō poteſt in ſe litē aſſumere, quod etiam ſi principalis ſit ſuſpectus, non poteſt ipſum remouere, ſed ſolum aſſiſtere, & cauſam inſtruere, vt dictū eſt, & reſoluit *Imola in d. l. a ſent. nu. 14. verſ. ſi vero, & verſ. ſaluo ſecundum Inn.&c. & in d. c. cum ſuper*, & ibi *Felin. nu. 16. verſ. vbi par eſt, & verſ. item reprobat*, & *Alex. in l. ſæpe de re iudicata, nu. 134.* quid quid contradicat *Inn. in d. c. cum ſuper,nu. 10.* & ibi *Butrius*, & *Bald. in auth. nunc ſi hæres, nu. 4. verſ. 3. in contrarium.* Et opinio *Imolæ* probatur in *d. auth.ſi hæres*, vbi tantùm dicitur, quod legatarius aſſiſtit, ne hæres colludat cum aduerſario, & ideò in *l. ſi ſuſpecta 29.* ibi [illegible] legatarium, vbi *Bald.* dicit, quod in d. l. ſi ſuſpecta, non agitur de aliquo repellendo, vel grauando, ſed de iure conſeruando, [illegible] iniuria, idem probatur *in l. a ſent.5. de appell. §. ſi hæres*,ibi *Cauſam appel lationis agere poſſe, non di[illegible] excludere,idem in l.ſi perluſorio 14. eodem tit. ibi,& agere cauſam* [illegible], idest defendere, nec præcedentia aliquid dicunt de excluſione.

30 Neq; obſtat *textus* [illegible] *in l. ab exequutione 4.9.* [illegible] ibi principalis [illegible] principalem, [illegible] ptorem ideò mirum non eſt, ſi repellat venditorem, vt aduertunt *Imola, Felin. & Alex. vbi ſupra*, & præterea, vt ipſi dicunt, ſi quando cauſa ad vtrumq; principaliter ſpectat, vt in patrono, & liberto, *vt in l. principaliter la 2. de liberali cauſa*, ſi vnus eſſet ſuſpectus,alter non poteſt illum repellere, & multo minus, ſi ad ſuſpectum ſpectat prima defenſio, vt ibi per *Imol. Fel. & Alexandrum.*

31 Plane, & ſi vera eſſet opinio *Innoc.* non poſſet obtinere,quando tertius ſcit cauſam agi,*vt in c. quamuis de re iudicata*, vt ipſemet *Inn.* tradit ſeipſum limitans *d. c. cum ſuper, num. 10.*

Quare in hoc dubio pronunciandum eſt in fauorem D.Archiepiſcopi, & Hoſpitalis contra Dominos apothecariorum, vt alluntant litem in terminis, in quibus reperitur, & quod non ſit retardanda,propter iſtos dominos,expeditio cauſæ inter d. D. Archiepiſcopum,& Hoſpitale contra d. mercatores, ſalua &c.

Hortenſius Pettius.

An[illegible]us de Amato.

Pro Dominis Apothecarum, & Mercatoribus ad eas accedentibus.

36 HOc iudicium lite pēdente ab Illuſtriſs. Dño Archiepiſcopo contrà mercatores, nouiſſimè inſtitutum, nullo iure admitti, vel decerni debet; Quò autem apertius id oſtendam, illud antea in memoriam reuoco clariſſimis Dominis Iudicibus: Eandem omninò eſſe petitionem in hoc iudicio, cum petitione Archiepiſcopi prædecessoris Bolognini, eiuſdemq; Archiepiſcopi [illegible] tio iudicio petitorio, in quo idem pro-ſequitur à Bolognino inchoatum *fol.* [illegible] Petijt ille, Feriam debere fieri in Plana S.Laurentij, vbi exiſtunt apothecæ menſæ Archiepiſcopalis, & non licere mercatoribus accedere ad alia loca, extrà dictam Planam Sācti Laurentij,iuxtà formam priuilegiorum *fol.6.* A cuius petitione fuerunt Domini apothecarum abſoluti *fol. 383.* Petit modernus D.

37 Archiepiſcopus decerni in proxima Feria Septembris, & lite pendente, per mercatores omninò Nundinis fieri extrà mœnia Ciuitatis in Plana S. Laurentij,iuxta formam priuilegiorum *fol.518.*Itā iudicium agitatum contrà mercatores, & per ſententiam terminatum denuò excitatur, & proponitur per remedium (*lite pendente*).

Hoc poſito, Poſſeſſorium ſeminariſſimū (*lite pendente*) proponi, vel decerni non poteſt, ex multis.

38 Primò [illegible] per poſſeſſorio ordinario,quam [illegible] petitorio

rio, ideòq; vocatur ab Hiſpanis (*interim*) vt eſt notiſsimum, ex traditis per *Couar. pract. quæſt. cap.* 17. is autem non pendet, ſed definita eſt per ſententiam, propterea huic poſseſſorio locus eſse non poteſt: Quamuis autem ſententia abſolutoria ab impetitione Archiepiſcopi Bologniui petentis, Nundinas fieri in Plana Sancti Laurentij, nec mercatoribus licere ad aliorum apothecas accedere, fitas extrà pl[illegible], fuerit lata pro Dominis apothecarum in iudicio exiſtentibus; Tamen tacitè d[e]clarat, liberum eſse mercatoribus accedere ad aliorum apothecas, quia abſoluit Dominos co[n]ue[n]tos ab impetitione Archiepiſcopi, Quæ quidem continebat mercatores cogi accedere ad apothecas menſæ, vt conſtat ex petitione.

39 Quæ ſententia afficit directò Dominum Archiepiſcopum, etiam reſpectu mercatorũ, vel ſaltem proficit mercatoribus, ex perſona Dominorum, de quorum præiudicio, & intereſse ſolùm tractatur; Eademq; defenſio mercatoribus competit, quæ Dominis ipſis, & interpretatiuè vna, eademq; perſona eſt Dominorum, & mercatorum iuxtà propoſita, & clarè deducta in *allegationibus* ſuper articulo exceptionis rei iudicatæ: Quę rogo, reuideantur; vnde cum ſententia pro Dominis, obſtet Archiepiſcopo agenti contrà mercatores, conſequitur litem, atq; iudicium contrà mercatores, eſse per ſententiam definitum, atque terminatum; propterea inauditum eſt, poſse tractari de iudicio ſummariſſimo (*lite pendente*) contrà mercatores, pro quibus, vel [illegible], vel ex perſona ſaltem Dominorum abſolutum, & terminatum eſt iudicium celebrandi Nundinas in Plana Sancti Laurentij. Rursùs pendet diſcuſsio exceptionis rei iudicatæ, oppoſitæ contrà D. Archiepiſcupum petentem Nundinas fieri, à mercatoribus in loco, vbi exiſtunt apothecæ menſæ Archiepiſcopalis, eaq; fuit reſeruata ad merita cauſæ *fol.* 443. Pro cuius reſeruationis declaratione fuit pluries inſtitum *fol.* . Vnde ſi ratio iuſtitiæ non obſtaret, (quæ tamen manifeſtè refragatur). Ratio ſaltem ordinis Domino Archiepiſcopo obeſset.

Nec prius eſset tractandum de poſseſſorio (*interim*) quàm pronuncietur, ſuper exceptione rei iudicatæ, reſeruata ad merita cauſæ.

40 Secundò, poſseſsorij ſummariſsimi (*lite pendente*) eſt, vt conſtituatur actor, & reus, ad hoc eum in [illegible] inuentum, vt ſciatur quis actor, quis Reus eſse debeat *Bald. & Caſtren. in l. ordinarij, C. de* [illegible] *Id. Caſtren conſ.* 3. *in cauſa vol.* [illegible] *Curt.* [illegible] *61. ſuper* [illegible], iiſq; relatis, *Be*[illegible] *num.* 3. aliiſq; proximè [illegible] Fundamentum parites eiuſdem remedij eſt, ne lite pendente ſuper proprietate, vel poſseſsione, partes ad arma deueniant cum vtraq; ſe poſsidere contendit, nec actoris, ſed rei partibus fungi deſiderat: Tum enim Iudex ſummariè ſe informabit, & citrà præiudicium proprietatis, & poſseſsionis, decernet cum (*lite pendente*) defendi, & ab aduerſario non turbari, qui tempore litis motæ in poſseſsione extitit. Hanc praxim ex antiquiorum ſententia, poſt *Iacob Butrig. in l. incerti, C. de interdi*[ctis]. *Bald. in l. vlt. nu.* 10. *C. de edict. Diu. Adr. Lanfranc. in rubr. de cauſ. poſſ. & propr.* educent *Couar. vbi ſupr. nu.* 1. *verſ. hoc autem noſtrum interdictum, Plot. in l. ſi quãdo, §.* 3. *nu.* 4. *C. vnde vi, Neuizan. conſ.* 81. *n.* 3. *Syluan. conſ.* 27. *num.* 2. *Benintend. d. deciſ.* 79. *n.* 3. *Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſin.* 20. *n.* 2. & *Menoch. de retinend. poſſ. remed. vlt. n.* 11. & 12.

41 Hic autem ceſsat vtrumquè, finis ſcilicèt, & fundamentum remedij (*lite pendente*) conſtat Dominum Archiepiſcopum eſse actorẽ, mercatores Reos; cum ille petitor ſit, hi verò poſseſsores libertatis accedendi ad aliorum apothecas; Exploratum quoque eſt non ſubeſse armorum, vel ſcandali timorem, non ſolum, quia res agitur cum Viro Religioſiſſimo; verùm etiam, quia non tractatur de occupandi fundi poſseſsionem, nec de cogendis mercatoribus, vt [illegible] accedant ad apothecas conducendas, ſed de non adimenda libertate mercatoribus, vt eorum conducant apothecas, quas volunt; propterea ceſſante fine, & fundamento iudicij, ei locus eſſe non poteſt.

42 Tertiò, vel ſi ſententia, & finis non impedirent hoc poſſeſſorium, illud tamen omninò prohiberet [illegible] & declaratio Domini Archiepiſcopi, qui in ſuis *articulis* 9. 10. 11. 15. & 16. ponit à mercatoribus fuiſſe innouatum tempore abſentiæ prædeceſſoris Archiepiſcopi *Marſilij*, & ſede vacante, accedendo ad aliorum apothecas; Qui autem aſſerit poſseſsionem eſſe penès aduerſarium, poſseſſorio ſummariſsimo vti non poteſt: Quia illud poſſeſsionem [illegible] & non concedit[ur], niſi exiſtenti in [illegible] ſione tempore litis motæ; Quamobrem affirmanti, ſe ſpoliatum ante litem motam, vel poſſeſsionem eo tempore penes aduerſarium exiſtere, non poteſt hoc poſſeſſorio ſe tueri, *Couar. eod. cap. à n.* 3. *Plot. Neu*[izan]. *Syluan. Ioſeph Ludouic*, iiſdem in locis, & *Menoch. d. remed. vlt. n.* 29.

43 [illegible] ad decernendum hoc poſſeſſoriũ ſummariſsimum, præcedere debet ſummariſsima cognitio, atq; probatio, actorem eſſe in poſseſsione tempore litis motæ, & ab alio turbari eam poſſeſsionem *Couar. vbi ſupra.* Hæc autem poſſeſsio non [illegible] à Domino Archiepiſcopo non probatur verùm

etiam

etiam nec probari poteſt. Tùm ex facti veritate, tùm ex iuris diſpoſitione; Verum eſt in facto, tempore litis motæ ab Archiepiſcopo *Marſilio*, *Bologuino*, & (quod ad præſentem rem facit) hodierno Domino Archiepiſcopo, qui poſseſsorium ſummarijſsimum (*lite pendente*) inſtituit, Nundinas fuiſſe à mercatoribus habitas in apothecis priuatorũ, extrà Planam Sancti Laurentij, in qua Menſæ Archiepiſcopalis apothecæ ſitæ ſunt, atq; ad eas pro libito voluntatis cum mercibus acceſsiſſe; Conſtat namq; de immemorabili, tàm ex depoſitionibus teſtium in cauſa illorum *de Rogerys*, cum Archiepiſcopo *Marſilio*, quàm ex enunciatis in ſententia Regij Conſiliarij *Corradi de Curiale*, ac ſpecialitèr delegati in anno 1489. in qua deſcribitur locus Nundinarum, & enunciantur apothecæ particularium exiſtentes in loco inferiori extrà Planam Sancti Laurentij: Porrò in antiquis qualis eſt ſententia, cum centum annorum metam longè excedat.

44 Verba enunciatiua, narratiua, vel aſſertiua probant quoque contrà tertium, ex traditis à *Bald. Salyc. Alex. & Iaſ. in l. cum aliquis, C. de iur. deliber. Crauett. de antiqu. temp. 1. par. § ampliatur, Panorm. conſ. 54. vol. 1. nu. 3. Burſatt. conſ. 324. num 6. & 7. vol. 3. Menoch. conſ. 90. num. 44. vol. 1.* Idq; in ſententia ab antiquo tempore lata, vt verba aſſertiua conſuetudinem probent, tradit *Peregr. conſ. 102. num. 17. & 18. vol. 1.*

45 Tùm etiam ex facie rei, nam apothecæ Menſæ in parte ſuperiori exiſtentes, vulgò nuncupatæ, *li Fundici*, ſunt penè dirutæ, atq; collapſæ. Quæ tamen non ità exiſterent, ſi mercatores ad eas acceſsiſſent, & in ipſis tempore Nundinarum moram traxiſſent, vſque ad annum 1592. in quo Archiepiſcopus Bologninus litem mouit. Nec enim tàm breui tẽporis interuallo talia ædificia collabi potuiſſent. Sed quod ad hoc poſseſsorium (*lite pendente*) pertinet, ex poſitis per Dominum Archiepiſcopum, & probatis per Dominos Apothecarum apparet, mercatores tempore motæ litis, & ab eo vſque ad præſentem diem liberè acceſsiſſe ad eorum apothecas. Imò res ipſa loquitur, cum in duabus Nundinis proximè præcedentibus de anno 1607. & 1608. mercatores liberè conduxerint priuatorum apothecas, Quæ cum ità ſint, omne deficit fundamentum affirmandi, Dominum Archiepiſcopum eſse in poſseſsione prohibendi mercatores, ne ad priuatorum apothecas accedant; Si enim eas conduxerunt, vacuis relictis Menſæ apothecis, talis poſseſsio ne quidem cogitari, vel ſomniari poteſt.

46 Quintò, poſito, & non conceſso, mercatores ſemper acceſsiſse ad Menſæ apothecas; Indubitatum eſt, ſponte ſua, ac liberè acceſsiſse, & nunquàm fuiſse prohibitos, ne aliorum apothecas conducerent, nec prohibitioni acquieuiſse. Hoc facto indubitato poſito, explorati Iuris eſt, Dominos Archiepiſcopos, qui pro tempore fuerunt, nullam ex voluntario mercatorum acceſsu poſseſsionem acquiſiuiſse, qua eos cogere poſsint, ad ſuas apothecas accedere, & prohibere, ne aliorum ſitas extra mœnia Ciuitatis conducant. Quoniam actus meræ voluntatis, quaſi poſseſsionem, & ius prohibendi acquirere non poteſt, ex receptiſsima *Doctorum* traditione in *l. 2. ff. de via publica, in l. cum notiſſimi, §. ſed cum illud, C. de præſcript. 30. ann. in cap. vt priuilegio, de priuileg.* quos colligit, *Crauett. de antiqu. temp 4. par. cap. materia iſta, num. 98. Couar. in cap. malæ fidei 2. par. §. 4. n. 6. Ant. Gabr. lib. 5. com. opin. tit. de præſcript. concluſ. 10. n. 1.* concludentium, ea, quæ ſunt meræ facultatis, & voluntatis, qualis eſt acceſsus ad molendinum, vel furnum alterius, vel Hoſpitis receptio, tempore quamuis immemorabili non acquiri. Nam ſine poſseſsione præſcriptio non perficitur; Ex actis autem meræ voluntatis, poſseſsio, vel quaſi acquiri non poteſt; præterquam ſi prohibitio interueniat, & patientia accedat prohibiti, per tempus longiſſimum, *gloſ. in l. qui luminibus, in verbo, formam, ff. de ſeruit. vrb. præd.* quàm alij ſequuntur, copioſè relati à *Crauett. n. 99. & Couarr. num. 6. vbi ſup.* Hanc verò prohibitionem à prædeceſſoribus, vel à Domino Archiepiſcopo præſenti, factam fuiſſe mercatoribus, eoſq; illi acquieuiſſe, nec proponitur, nec proponi poteſt, cum veritas ità ſe habeat, quod nunquàm mercatoribus prohibita fuit libera facultas accedendi ad omnium apothecas exiſtentes extrà muros Ciuitatis, extrà quos ſitæ ſunt conuentorum apothecę, quod ſi acceſſus, & mercium delatio à mercatoribus liberè facta ad apothecas Menſæ Archiepiſcopalis, nullam potuit acquirere poſſeſsionem, vel quaſi, nec Iùs prohibendi, ne deinceps ad aliorum apothecas accedant, Quæ, rogo, eſt poſſeſſio, quam Dominus Archiepiſcopus deducit? Etenim ſummarijſſimum poſſeſſorium poſſeſsionem deſiderat; Si nulla adeſt poſſeſſio, nullum poteſt intentari, vel cumulari poſſeſſorium pro tuenda, & conſeruanda poſſeſſione, quam actor non habet; Cum tamen ad obtinendum in poſſeſſorio, ſiuè mandato de manutenendo (*lite pendente*) non ſolùm requiratur poſſeſsio, ſed eadem continuata; nedum tempore litis motæ, verùm etiam tempore petitionis mandati de manutenendo, *Bellam. in cap. licet cauſam, num. 62. de probat.*

conſ.11.nu.13. Neuizzan. d.conſ.81.num.16. & 17. Plot. in d.l.ſi quando.§.3.num.30. Quorum authoritate ità cenſuit *Rota deciſ. 25.nu. 2. par.1.in nouiſſimis*.

47 Ex his conſequitur; Non poſſe hic tractari de ciuili Eccleſiaſtici poſſeſſione, vel de poſſeſsione antiquiori in concurſu ciuilis, & naturalis, quia nunquàm Prælatus aliquam nactus eſt quaſi poſſeſſionem prohibendi, qua Eccleſia potuiſſet retinere; Retentio enim acquiſitionem præſupponit, vt eſt notiſsimum. Neque Iure affirmari poteſt hunc mercatorum acceſſum, non fuiſſe liberum, ac voluntarium, ſed neceſſarium ex eo, quod D. Archiepiſcopus illos cogere potuerit, vt accederent ad apothecas mēſæ, ex conceſsione *Regis Ferdinandi in anno* 1449. Siquidem præterquam conceſsio illa Domino Archiepiſcopo non prodeſt, ex permultis, quæ latiſſimè vidi deducta in allegationibus iudicij petitorij, & inferiori loco ſummatim indicabo: atq; adeò illius vigore nō poterat Archiepiſcopus cogere mercatores, nè ad proprias apothecas accederent, niſi loca, & apothecæ eiuſmodi eſſent, in quibus ab antiquo ſolitū eſt, vendi, emi, & mercari, iuxtà formalia verba conceſsionis; Ideòq; illius vigore, non poterat Archiepiſcopus cogere mercatores, vt Menſæ apothecas conducerent in Platea exiſtentes, niſi quatenùs mercatores ſoliti eſſent, & conſueuiſſent, in illis emere, & vendere; Vnde mercatorum acceſſus fuit meræ, & liberæ voluntatis. Illud in præſentia ſatis eſt, ad oſtendendum mercatores non ex neceſſitate conceſſionis, ſed ex ſua voluntate, acceſſiſſe; Quoniam non poterant moueri ad accedendum, ex neceſſitate obtemperandi conceſsioni, ſiuè priuilegio Regis, quod ignorabant *l.2. verſ. nam vt paruiſſe, ff. de cond. & demonſtr.* cum notat. per *Bartol.nu.3.* Is enim quis ſcit aliquod ſibi iniunctum, ſi illud faciat, cenſetur ex ea cauſa feciſſe, *Corn. conſ.283. pari dicit n.6.vol.4.* Sciuiſſe autem conceſsionem, non conſtat, & veritas eſt, eam ignoraſſe, cum Prædeceſſores Archiepiſcopi Priuilegio nunquàm vſi fuerint, nec vſque ad diem motæ litis ab Archiepiſcopo de anno 1592. mercatores requiſiuerint, vt merces ad ſuas apothecas deferrent, quod pars aduerſa non negat. Quod ſi in dubio verſamur, ignorantia præſumitur, eorum quæ in facto conſiſtunt, *l.Regula, §.ſed facti, ff.de iur, & fact.ignor.* Et ab Archiepiſcopo, qui ea nititur. ſcientia probanda eſſet, ex ſtricta iuris regula, de qua in *l.veniens, ff. de probat.*

48 Sextò, dato, & non conceſso, ex libero mercatorum acceſſu, prædeceſſores Archiepiſcopos poſſeſſionem aliquam acquiſiuiſſe, eam non ſuffragari ſucceſſori in iudicio poſſeſſorio (*retinendæ*) docuit notabilitèr *Io: Faber in §.Retinendæ num.7.Inſtit.de interdict.* vbi reſoluit, ſucceſſorem in dignitate, ſi non agat nomine dignitatis, pro eis, quæ poſſidet, ſed nomine ſuo, non poſſe agere interdicto (*retinendæ*) antequā ſit adeptus poſſeſsionem eci, pro qua agit ſubijcitq; hæc verba: *Et per præmiſſa apparet, quod aliquis non poteſt agere hoc interdicto, niſi poſſeſsionem realem habuerit, quamuis prædeceſſor, vel author ſuus habuiſſet;* ſequitur *Fabrum, Guid.Pap.deciſ.552. num.3.* qui verba formalia tranſcribit; Agit Procurator Domini Archiepiſcopi ipſius nomine, non nomine dignitatis, & petit, Nundinas lite pendente per mercatores omninò fieri extra mœnia Ciuitatis, & in Plana Sancti Laurentij, quæ petitio neceſſariò includit. Mercatores cogi debere, vt accedant ad Planam Sancti Laurentij, nec aliorum apothecas conducant. Igitùr pro quaſi poſſeſsione, quā ipſe non eſt adeptus, ſed prędeceſſores ſui fortè habuiſſent, non poteſt (*retinendæ*) poſſeſſorium proponere.

49 Septimò, quod eadem quaſi poſſeſsio ab Archiepiſcopis prędeceſſoribus fortè acquiſita (quę tamen expreſſim negatur) non pręualeat in poſſeſſorio (*lite pendente*) quaſi poſſeſsioni libertatis, quam habent, mercatores conducendi omnium quaslibet apothecas; Tria oſtendunt: Primum, eiuſmodi poſſeſsio, vel quaſi, penès Dominum Archiepiſcopum pręſentem non eſſet naturalis, ſed ciuilis, tāquàm non eius facto, vel corpore acquiſita, ſed corpore, & animo prædeceſſorum nacta, nomine Eccleſiæ, quam eadem Eccleſia retinuit, quo nomine diſtinguitur, ac dignoſcitur poſſeſſio naturalis, a ciuili; quod illa animo, & corpore, vel ſolo corpore retineatur; Hęc autē, quæ ſola ciuilis eſt, animo tantū retinetur ex cōmuni doctr. in *l.1.in l.3. §. ex contrario;* & *l.clam poſſidere.§.qui ad nundinas, ff. de acquir. poſſ.* licet autem, qui ciuilem tantùm habet poſſeſsionem, poſſit petere, poſſeſſorium ſummariſſimum (*lite pendente*) aduerſùs eū, qui non eſt in naturali poſſeſsione, tamen aduerſùs alterum, qui naturaliter poſſidet, hoc poſſeſſorio vti non poteſt; Naturalis enim poſſeſsio, non eſt ab eo auocanda lite pendente, ſed erit contrà illum agendum poſſeſſorijs ordinarijs; Ideòq; in poſſeſſorio ſummariſſimo tuendus erit, non qui ciuilitèr, ſed qui naturalitèr poſſidet, modò non poſſideat, clam, vi, vel precario.

50 Hæc autem mercatorum poſſeſsio non eſt clandeſtina, admiſſo, quod clandeſtinitas etiā in caſibus, in quibus præſumeretur, eſt alleganda, nec ſufficit ſimplex allegatio, ſed re-

qui-

quiritur nominatim facta reſpectu poſseſsionis, *Bart.in l.ſi de eo,§.ſi ſeruum,n.4.ff.de acqu. poſs.Alex.Crauett. & Tobias à Menoch.*relati *lib.1.præſumpt. qu.*48. *num.*25. Quæ tamen pro parte D.Archiepiſcopi, non fuit propoſita, nec allegata. Eãq; non eſse clandeſtinam, ex multis facilè oſtendam; Clam poſsidere dicitur, qui furtiuè ingreſſus eſt poſseſſionẽ, eo ignorante, quem ſibi controuerſiam facturum ſuſpicabatur, & ne faceret, timebat, *l.clam poſſidere, ff. de acquir. poſſ.* Furtiuè poſſeſsionem ingreditur, qui occultè eam occupat *gloſ.in verb. furtiuè*. At verò mercatores, non occultè, ſed palàm aliorum apothecas conduxerunt; In conductione teſtes adhibuerunt, & publicum de ea inſtrumentum conſcripſerunt. Illudq; non fuit occultatum, ſed publicatum; Propterea eorum acceſsus ad particularium apothecas clandeſtinus dici non poteſt, *Curt.iun.conſ.*64.*num.*2.*& ſeqq. Ludouic.Gomeſ.in §.ex maleficijs, nu.*21.*Inſtit. de action. Ruin.conſ.*14.*n.*10. *vol.*2. Eorumq; auctoritate *Menoch.de arbitr.Iudic.caſ.*194. *n.* 19. Nihilò magis timere, vel ſuſpicari poterant mercatores, futuram ſibi controuerſiam ab Archiepiſcopo in quaſi poſseſsione libertatis, quia ignorabant omninò prætenſum priuilegium cogendi eos accedere ad apothecas ſitas in Platea Sancti Laurentij, cum nunquàm id eis fuerit notificatum, vel requiſiti pro acceſsu, quod pars aduerſa negare non poteſt. Porrò non probata ſcientia præſumitur ignorantia, iuxtà communes regulas. Quare deficiente noticia aſserti Priuilegij, nulla ſuberat iuſta cauſa ſciendi, vel ſuſpicandi eos non poſse pro libito voluntatis, omnium apothecas conducere, ſed naturali libertate iure vti potuerunt; Ad conſtituendam autem poſseſſionem clandeſtinam, neceſsarium eſt, vt iuſta ſubſit cauſa ſciendi, vel ſuſpicandi, rem eſse alienam, & ad ſe non pertinere, quod probat *Iaſ. in d. l.clam poſſidere, n.*1.qui plura reaſsumit requiſita ad inducendum vitium clandeſtinitatis; Quin etiam quæcumq; cauſa, licet iniuſta, & temeraria, tollit clandeſtinitatem,& bonam fidem inducit *gloſ.in l.*1. *C.vbi cauſa ſtat.* quã *Bald.* ibi commendat, & *Iaſ. in d.l.clam poſſidere, num.*18.

51 Rurſùs, vel ſi ſciuiſsent, illud cogere mercatores accedere ad loca ſolita,& conſueta, vt ex tenore apparet. Ipſum priuilegium a Domino Archiepiſcopo allegatum confirmaret mercatorũ acceſsum ad particularium apothecas, ad quas ſoliti fuerunt ab antiquo merces deferre iuxtà facti ſeriem, ac notam; quæ pariter exiſtunt in Platea Sancti Laurentij, potiùsq; dũ abeſt, vt illum prohibeat, quod dilucidè infrà oſtendam; Propterea cum palàm mercatores priuatorum apothecas conduxerint, notitiam aliquam aſserti priuilegij non habuerint, vel ſi habuiſsent, illud faueret libertati, quam habent accedendi ad omnium apothecas extrà mœnia Ciuitatis, in Platea S.Laurẽtij; nulla enim ratione affirmari poteſt, occultè hac libertatis quaſi poſseſsione vſos fuiſse, vel controuerſiam aliquam Archiepiſcopi tunc abſentis metuere, vel ſuſpicari potuiſse, conſequenter dici nequit, clam,à Domino Archiepiſcopo,eſse in naturali poſseſsione conducendi quaslibet apothecas exiſtentes in Platea prædicta. His accedit, illud dici clam fieri, quod ità fit, vt non poſsit peruenire ad notitiam illius, cuius intereſt, *Bart.in l.*2. *num.*3. *C.de his, qui ex public.ration.lib.*10. *Bal.in l.nec quicquam, §.vbi decretum,nu.*4.*ff de offic.Pro-Conſ.*poſt eos *Iaſon.in d.l.clam poſſidere, n.*6. Acceſsus autem mercatorum ad apothecas priuatorum, tanquam palam,& publicè factus coram vniuerſo Clero, Vicario, Miniſtris, Procuratoribus, & factoribus D. Archiepiſcopi *Marſilij*, non ſolùm facilè potuit ad illius notitiam peruenire, ſed maximè veriſimile eſt, ad illius notitiam perueniſse, nec enim eſt probabile, non fuiſse certioratum tot annorum ſpatio de mercatorum diſceſsu, atq; ſtatu redditũ Eccleſiæ ſuæ, maximè eo tempore, quo fuit Romæ ab anno 1583. vſq; ad 1588. quando Camerinum profectus eſt, quo tempore Eccleſiæ maximè inuigilaſse Archiepiſcopũ *Bologninũ*, teſtis fatetur *Metellus Grillus ſuper artic.*8. *Perche ſapè eſſo teſtimonio. che in tempo, che aſſiſteua in Roma d. quond. Reuerendiſſimo Arciueſcouo ſtaua molto vigilante, & attento alla ſua giuriſdizione, & all' vtilità, e beneficio dell'entrate ſpettanti alla detta Menſa Arciueſcouale*; Et tamen mercatorum acceſsum, ad apothecas particularium, incæpiſse ab anno 1583. ponit Archiepiſcopus Regius in ſuis *articulis, in* 9. Et hæc quidem, quaſi poſseſſionem libertatis, cum bona fide coniunctam, non clandeſtinam, aut vitioſam, ſatis oſtenderent, ſi de poſseſsione ageretur acquirenda, iuxta terminos *dicti §. qui ad Nundinas*, & cõiunctas doctrinas de naturali,& ciuili poſſeſsione; Verùm longè clariùs res ſe habet. Quia de quaſi poſseſsione agitur libertatis, non acquirenda facto aliquo extrinſeco veluti acceſsu, ſed à natura, & lege mercatoribus tributa, deq; ea conſeruanda, nec amittenda per voluntarium acceſsum ad apothecas menſæ, vel ad apothecas particularium ſitas in Platea, non extrà Plateam S. Laurentij, cui libertati prætenſum priuilegium nihil derogauit.

52 Tandem, quidquid ſit de mercatoribus, qui tempore abſentiæ Archiepiſcopi *Marſi-*

lij deſeruerunt apothecas menſæ, qui vel omnes, vel pro maiori parte mortui ſunt, cũ à tempore abſentiæ, quæ fuit in anno 1583. vſq; in hodiernum diem ſint elapſi anni 26.& vltrà, eosq; pro maiori parte mortuos eſſe, vel abſentes teſtantur *Dominicus Imperatus* eorum Procurator in reſponſione notificationis termini vltimo loco dati mercatoribus *fol.* 444. & *Hieronymus Breue* Procurator *Hieronymi Herij fol.* 576. Quo tamen ad mercatores, qui ab anno 1594. priuatorum apothecas conduxerunt, dici non poteſt, eos clam ad illas acceſsiſse, & in mala fide exiſtere; quoniam ſententia lata in eodem anno 1594. contrà Archiepiſcopum *Bologninum*, abſoloit Dominos ab eius impetitione. Petitio verò continebat: Feriam debere fitri in Plana Sancti Lautentij iuxtà formam Priuilegiorum, vbi ſunt Apothecæ menſæ Archiepiſcopalis, nec licere mercatoribus quarumvis mercium accedere ad alia loca extrà dictam Planam Sancti Laurentij. Ità ſententia illà tribuit mercatoribus facultatem accedendi ad apothecas extrà Planam, quæ non ſunt Menſæ Archiepiſcopalis, ſed priuatorum. Sententia verò cauſat bonam fidem, nam iuſtè poſſidet, qui authore prætore poſſidet, *l.iuſtè ff.de acquir. poſſeſs. cum ibi notat.* Porrò bona fides, oppoſita eſt clandeſtinitati, eamq; excludit, iuxtà tradita per *Aret.* & *Iaſ.d.num.*13.

53 · Quamobrem, vel mercatores hodierni, per quos lite pendente petit Archiepiſcopus fieri nundinas in Plana Sancti Laurentij, in qua ſitæ ſunt apothecæ Menſæ, non ſunt ijdem, qui abſente Archiepiſcopo *Marſilio*, in aliorum apothecis nundinas habuerunt.& ijs nõ poteſt nocere vitium clandeſtinitatis, ſi quod alij contraxerunt; hoc enim vitium, non eſt reale, ſed perſonale, ſicuti mala fides; Ideòq; ſingulari ſucceſſori, cum bona fide non nocet ex *gloſ.* recepta in *l.Pomponius,§.cum quis, ff.de acquir.poſseſs.* & alijs in locis, quæ commemorat *Iaſ in d.l.clam poſſidere, n.* 3. Idquè colligit ex *text.in l.furtum,§.1.cum ſeqq. ff.de vſucap. Soccin.in l.rem quæ nobis, nu.*12. *verſ. ſed iſta ratio. Rip.n.*27. poſt eos *Menoch. de recuperand.poſseſs.remed.*15.*qu.*13.n.82. Vel ijdem ſunt mercatores, & à tempore dictæ ſententiæ in anno 1594. per quam in bona fide ſunt conſtituti, & deſierunt eſſe in mala, atq; adeò in clandeſtinitate, quia bona,& mala fides ſe non compatiuntur, ſed vna alteram excludit, tanquàm inuicem oppoſitæ, *l.ſi Ancillam*, iuncta *gloſ. in verb. pro ſuo, ff. pro ſuo*; licet pro tempore præterito, bona fides ſuperueniens, non purget vitium malæ fidei, & clandeſtinitatis iàm tranſactæ; Etenim poſſeſsio non poteſt de iniuſta ad iuſtam mutari ſine cauſa, ſed aliqua cauſa extrinſecùs, ac de nouo ſuperueniente iure mutatur, *gloſ.* ordinaria in *l.cum nemo,in verb. extrinſecus circa fin. C.de acquir. poſseſs.* Quæ hanc reddit rationem; quoniam cauſa de nouo ſuperueniente, non dicitur poſſeſſor, ſibi mutare cauſam poſſeſsionis; ſed ſibi mutari, *Caſtr.in l.clam poſſidere,num.*6. *verſ. prædicta.* Ideòq; quicquid ſit, quoad præteritum, in futurum, ex iuſta cauſa de nouo ſuperueniente, mutatur poſseſsio, eiuſq; vitium purgatur, *Rip.in cap.ſæpè, n.*63. *de reſtit.ſpoliat.* Vbi affirmat, poſſe aliquid ſuperuenire, propter quod ingreſſus poſſeſsionem doloſè mutauerit animum; Quinimò malam fidem præteritam, etiam quoad præteritum malam, purgari poſſe, palã eſt, ex recepta *Bart.* doctrina in *l.vltima,num.*17. *C.vnde vi*, concludentis eam purgari, ac tolli per curſum 30. annorum: ità vt præſumatur retrò quoq; bonæ fidei poſſeſſorem fuiſſe, cui ſubſcribunt permulti, quos colligit *Crauett. de antiqu. temp. par.*4.*cap.materia iſta,num.*1.& *Vaſq.lib.*2.*illuſtrium controu.cap.*80. *num.* 2. qui eam ſequitur, & de communi teſtatur *num.*7. eamquè commendat,& menti ſemper tenendam, monet *Panorm.in cap.ſi diligenti,num.*16. *de præſcript.* Ac eoſdem eſſe mercatores, tanquàm fundamentum intentionis, à Domino Archiepiſcopo eſt probandum; quo non probato, minùs rectè confirmatur, à tempore ſaltèm ſententiæ latæ, eos clam quaſi poſsidere.

54 Octauò, quæcumq; eſſet quaſi poſseſsio, ea non prodeſset Domino Archiepiſcopo, niſi contrà mercatores prohibitos, qui prohibitioni acquiſiuiſſent, contrà cæteros autem mercatores, non prohibitos, ei non ſuffragaretur, nec quaſi poſſeſsionem acquirit iuris prohibendi liberum ad aliorum apothecas acceſſum, niſi prohibitio ijs facta, ad notitiam deueniſſet aliorum, vel maioris partis eorum, qui legitimi temporis interuallo prohibitioni acquieuiſſent, vt egregiè declarat *Crauett.eod.cap.materia iſta,n.*86. Etenim prohibitio, ius acquirit contrà prohibitos, prohibitioni acquieſcentes, *Bald.in l.item lapilli, quæſt.*3. *num.*6. *D.de rer.diuiſ. Ruin. conſ.*28. *num.*12. *in fin. vol.*1. Deficit prohibitio, ſi interueniſſet quibuſdam facta, eſſet adhùc neceſſarium, illam ad aliorum notitiam perueniſse, & eos acquieuiſse, quod minimè probatur: Mercatores prohibiti; qui fuerint, pariter ignoratur, ergò ſi reperiretur quaſi poſſeſsio penès Dominum Archiepiſcopum, ciuilis tantùm eſſet, quæ in concurſu naturalis ex parte mercatorum in poſseſsorio ſummariſsimo ei cedere deberet, & ſi præualeret, non niſi contrà mercatores prohibitos tantùm, Domino Archiepiſcopo quaſi poſſeſsio-

nem

nem acquireret. Qui autem hi fuerint, omninò ignoratur. Contrà reliquos, nullum ius acquiſiuiſſet, non probata maioris partis notitia ſine contradictione.

55 Hæc vberiùs deduxi, quàm cauſa exigat; Illud enim ſatis, ſuperq; ad victoriam ſufficit; Mercatores nunquàm fuiſse prohibitos, accedere ad apothecas particularium, exiſtẽtes extrà muros Ciuitatis, conſequenter nec prædeceſsores, nec Dominum Archiepiſcopum in quaſi poſseſsione exiſtere, cogendi mercatores, vt nundinas habeant in Plana Sancti Laurentij, non in aliorum apothecis, ſitis extrà Planam; Quod ſi hoc poſseſsorium Domino Archiepiſcopo decerneretur, non conſeruaretur in iure poſseſsionis ſuæ, quam lite pendente deduxit, ſed nouum ius ei concederetur; Siquidem nulla eſt controuerſia de iure poſseſsionis, quam habet loci, in quo extructæ ſunt apothecæ Menſæ Archiepiſcopalis: Non agitur de iure poſseſsionis, liberè locandi eaſdem apothecas mercatoribus, qui volentes cum ſuis mercibus, ad eas accedunt, cum hæc libertas à nemine impediatur. Requiritur ergò, vt ius deducat poſseſsionis, vel quaſi cogendi mercatores, vt nundinas habeant in Plana Sancti Laurentij, in qua ſitæ ſunt apothecæ Menſæ, eosq; prohibendi, ne aliorum apothecas conducant, ſitas extrà muros, quæ non exiſtunt in Plana S. Laurentij. In quo iure quaſi poſseſsionis prohibendi, cum nec prædeceſſores, nec ipſe Dominus Archiepiſcopus, vllo vnquàm tempore extiterit, deficit ius quaſi poſseſsionis, quod lite pendente conſeruari poſsit.

56 Contrà verò, mercatores tempore litis motæ, & antiquiſsimo, vltrà hominum memoriam, liberè ſemper acceſſerunt ad aliorum apothecas, ſitas extrà mœnia Ciuitatis; Ideòq; ſunt in poſseſsione naturali, & ciuili eas conducendi, & in illis nundinas celebrãdi: In qua conſeruandos, nec à Domino Archiepiſcopo turbandos eſſe, explorati iuris eſt; Conſtat enim poſſeſſorium ſummariiſsimum concedendum eſse, naturaliter, & ciuiliter poſsidenti; quod ex omnium ſententia, tanquàm indubitatum reſoluit *Menoch. d.remed.vlt.quæſt.1. num.14.* naturalitèr tantùm poſsidenti, *Bald.conſ.338. col.1. vol.5.* quem ſequitur *Menoch.qu.2.num.25.* Manifeſta ratione à fortiori deducta; Nam poſſeſſorium recuperandæ competit naturalitèr poſsidenti, quales sũt fructuarius, vaſallus, iisq; ſimiles, vt multorum teſtimonio, & legum authoritate confirmat idem *Menoch.de recuperand. poſseſs.remed.1.quæſt.5.* Quin etiam nedum ciuilitèr, & naturaliter, vel naturaliter tantùm poſsidenti, poſſeſſorium (*lite pendente*) concedendum eſt; Verùm etiam ſimplici detentori, vt tradit in ſpecie *Couar. d.cap.17. n. 5.verſ.ſic ſanè,* motus ratione I. C. *in l. Attilius Regulus,* vbi *Caſtr.ff.de donat.* Hoc enim remedium (vt ipſe ait) non tàm reſpicit propriam, & veram poſſeſsionem, quàm ſtatum illum rei, qui erat tempore motæ litis, aut paulò ante. Idq; monet diligentiſsimè perpendere debere Iudicem, qui in hac controuerſia interlocuturus eſt: Id ipſum nominatim firmat *Laur.Syluan.conſ.27.n.2. verſ.quæ quidem concluſio, Menoch.quæſt.2.nu.18. verſ. detentori autem.* Et ratio eſt, quoniam ſimplici detentori concedendum eſt Iudicis officiũ pro recuperanda ſua detentione, ex recepta *gloſ.& Bart.* traditione *in d.l. Attilius*, *Bald. in cap.licet cauſam, num.35. de probat.* quam permulti probant, ab eodem *Menoch.* collecti *de recuperand.poſseſſ.remed.vlt.nu.21.* Idemq; vt detentori competat hoc remedium, placuit *Bald.in l.ſi diſceptetur, num.2.in fin. ff.vbi pupill.educ.debeat.* Quin etiam prædonem in hoc poſſeſſorio tuendum eſſe in ſua detentatione, poſt *Cephal.conſ.19.nu.5. vol.1.* ſcribit *Cęſar.Contard.in l.vnic. Quinta ratione decidendi, n.7.C.de moment.poſseſs.*

57 Neque conceſsio prædicta Regis Ferdinandi in anno 1459. Domino Archiepiſcopo ſuffragatur, vel iàm dictis contradicit, ex permultis, quæ per capita inſinuabo clariſsimè, tamen deducta, & confirmata in alia *allegatione* iudicij petitorij, quæ videri poterit.

58 Primum eſt purum reſcriptum iuſtitiæ fũdatum, in aſſertione Archiepiſcopi, & reſtrictum, ac limitatum, ad antiquam conſuetudinem, in quo verba illa (*iuxtà ab antiquo conſuetudinem*) non ponuntur cauſatiuè, ſed cõditionaliter, nec idem valent, quod hæc verba (*Quia eſt ab antiquo conſuetudo*) ſed idem, quod hæc (*ſi ità eſt ab antiquo conſuetudo*). Quare mandatur fieri nundinas in Platea S. Laurentij, iuxtà ab antiquo conſuetudinem; Ideſt (*ſi ita ſit ab antiquo conſuetudo*), quod *Doctorum* authoritate fuit confirmatum: Proindè conditio antiquę conſuetudinis, ad quam reſtringitur reſcriptum, quæ præcedit datam eiuſdem reſcripti, eſt à Domino Archiepiſcopo probanda, qua non probata, cũ id teſtium depoſitionibus probare ſit omninò impoſsibile, ſequitur, eum non poſſe tali reſcripto niti.

59 Secundò; Vel ſi priuilegium eſſet, antiqua conſuetudo conditionem, non cauſam exprimeret, quia Priuilegium fuit conceſſum ad petitionem Archiepiſcopi, aſſerentis antiquũ ſolitum eſſe, vt Nundinæ fiant in Platea Sancti Laurentij, cuius aſſertioni Rex fidem adhibens, mandat Nundinas celebrari in eadem Platea Sancti Laurentij, *iuxtà ab antiquo conſuetudinem*; Vnde non eſt locus contra-

tra-

trariæ regulæ *text. in cap. Abbate, de verb. ſignif.* Cuius diſpoſitio obtinet, cum in Priuilegio Princeps ſtatuendo refert, & enunciat antiquam conſuetudinem.

60 Tertiò, cauſam importat, quando concedens poteſt de nouo diſponere, ſecùs quando non poteſt nouam conceſsionem facere; Tùm enim relatum per dictionem, *iuxtà*, eſſet probandum. Talis eſt antiqua conſuetudo celebrandi nundinas in aliquo loco; nam non poſsũt à Rege in alium locum transferre, niſi pro publico beneficio.

61 Quartò, id non obtinet, quando ex ſequentibus apparet, relatum non fuiſſe expreſſum per modum cauſæ, & demonſtrationis, ſed per modum conditionis, & limitationis, talia ſunt ſequentia Reſcripti, vel Priuilegij verba: *Mandat enim Rex Ferdinandus ſuis Officialibus, vt conſtringant prædictos mercatores, & bona prædicta, in locis, & apothecis, in quibus ab antiquo ſolitum eſt, vendi, emi, & mercari*; Quæ verba non inducunt demonſtrationem, ſed taxationem, ſiuè conditionẽ, vt ſigillatim ſingula comprobaui. Quod ſi conſuetudo, iuxtà quam Rex reſcribit Officialibus, vt fieri faciant nundinas, & vt mercatores compellant emere, & vendere in locis, & apothecis, in quibus ab antiquo ſolitum eſt, non ponitur per modum cauſæ, ſed conditionis: Talis conſuetudinis, & ſoliti cõditio, ad præcedens tempus reſcripti, à Domino Archiepiſcopo probanda eſt, qui cum in eius probatione deficiat, Reſcripto, vel Priuilegio vti non poterit.

62 Quintò; Quodcumq; illud ſit, vel reſcriptum, vel priuilegium eſt obreptitium; Obrepſit Archiepiſcopus Regi Ferdinando, cũ falſum expoſuit, Reges ſcilicèt prædeceſſores conceſsiſse Nundinas, ſiuè Forum celebrandum, in Platea Sancti Laurentij extra muros Ciuitatis Salernitanæ, & in earum quaſi poſſeſsione tempore, cuius initium memoriam hominum excedit, extare. Hoc autem in cõtrariũ conuincitur, ex Priuileg. *Caroli I*, de anno 1303. ab eodem Archiepiſcopo præſentato, in quo nundinarum conceſsio facta per octo dies, prorogatur vſq; ad decem franca, & libera abſq; loci deſignatione, eaq; Ciuibus Salernitanis ad inſtantiam Domini Archiepiſcopi facta narratur, non Menſæ Archiepiſcopali, vt in precibus *Ferdinando* porrectis D. Archiepiſcopus narrat; Immemorabilis quoque conſuetudo Regi enunciata, vt falſa a mercatoribus redarguitur; Quoties autem ſubreptio, vel obreptio contrà impetrantem opponitur, quia falſum expreſserit, onus probandi narrata fuiſſe vera tempore impetrationis ad impetrantem pertinet, ex reſolutione *Io: Andr. in c. 1. de lit. conteſt. Gemin. num. 8. Phil. Franc. num. 17.* quos ſequitur *Panorm. in cap. 2. num. 3. & in cap. conſtitutus n. 4. de reſcript.* qui eam benè menti tenendam eſſe mouet, alijq; probant in allegatione relati.

63 Sextò: Eiuſmodi Priuilegio Archiepiſcopi prædeceſſores non fuerunt vſi per 30. & 40. annos, atq; amplioris temporis ſpatium; per quod Nundinæ fuerunt celebratæ in apothecis priuatorum exiſtentibus extrà locum, in quo ſitæ ſunt apothecæ Menſæ Archiepiſcopalis, quod non ſolùm conſtat ex depoſitionibus teſtium productorum pro parte conuentorum; verùm eſt ex depoſitionibus teſtium Domini Archiepiſcopi *Bolognini*, vt in nota facti. Cæterum eſt notiſsimum priuilegium, quod ſiuè in faciendo, ſiuè in non faciendo conſiſtit, amitti per nõ vſum 30. vel 40. annorum, cum conceſſum eſt Eccleſię, vel loco Pio, ex *notatis in cap. ſi de terra, & in cap. accedentibus de Priuileg.* nominatim *Hier. Gabr. conſ. 162. num. 1. vol. 2. Luc. de Penn. Io: de Plat. & Bar. in l. 2. C. de his, qui ſpon. mun. public. ſubeunt. lib. 10. Iaſ. in l. vltima num. 58. ff. de conſtit. Princip.*

Singula hæc ex ordine, & plena manu, vera eſſe liquet, ex allegatis in cauſa petitorij.

64 Sed omnibus his ſepoſitis, Rogo ex animo, circumſpectos, & Religioſos Dominos Iudicantes, pro Chriſtiana pietate, & ſingulari, qua præſtant doctrina, hoc vnum quo ad locum pertinet nundinarum, expendere, quod putam rei veritatem detegit, & rem in aperto conſtituit: Priuilegium prædictum (qualecumq; cenſeatur) non eſse, vt Nundinæ fiant in Plana Sancti Laurentij, quemadmodum D. Archiepiſcopus enunciat in ſuis petitionibus, ponit in articulis, ac frequenter in progreſsu cauſæ, eius Procuratores, & Patroni vocitant; ſed vt nundinæ fiant in Platea Sancti Laurentij, iuxtà ſupplicationem ab Archiepiſcopo, Regi porrectam, in qua aſserit, retro Reges prædeceſsores conceſſiſſe, ipſi Eccleſiaſtici Nundinas, ſeù forum francum, celebrandas, ſingulis annis, de menſe Septembris in Platea Sancti Laurentij extrà muros Ciuitatis iam dictæ, quod ex lectura priuilegij apparet.

65 Platea verò non eſt idem, quod Plana, ſed ab ea longè diuerſum, quod diligentèr obſeruare Dominos Iudices rogatos velim; Nam vt veram, vtriuſq; declarationem, & differentiã inter Plateam, & Planam manifeſtè intelligẽt, ſciãt, apothecas particulariũ cõuentorum, quæ ſitæ ſunt extra Planam, non eſſe extra Plateam, ſed in ipſa Platea exiſtere, ideoq; eos concludi ſub priuilegio, quod pro loco nundinarum ſtatuit Plateam Sancti Laurentij, ac mandat Nundinas fieri in Platea;

Con-

Conſequentèr Priuilegium non impugnare poſſeſsionem, quam particulares conuenti habent Nundinarum in ſuis apothecis; Platea igitùr ſuam habet latitudinem.

Habet Platea duodecim partes, vt quælibet alia res corporalis, quæ in totidem partes deſtribuitur diuiſione legali, iuxtà *l. ſeruum, §. hereditas, ff. de hered. inſt.* Quod in prima parte Plateæ fit, in principio fieri dicitur, quod in vltima parte in fine; Principium autem eſt à parte ſuperiori; Finis à parte inferiori, ad quam deſcendit curſus aquæ, ità declarat *Bart.* per eadem ferè verba in *l. 3. n. 7. & 8. ff. de furt.* Qui locus rogo relegatur. Plana verò, vt vox ipſa iudicat, eſt planities, ſiuè locus planus; locus autem planus ex *eod. Bart. in tract. de flum. ſeù Tyberiad. in verb. Agro, n. 13.* dicitur à *Platos* græcè, quod idem eſt, quod æqualitas ſecundùm *Papiam* ſubijcit; Duo igitùr requiruntur: Primò, quod ſit latus; Secundò, quod ſint eius partes æquales, ideſt æqualitèr planè, ità quod vna aliam non ſuperexcedat: Quo nomine diſtinguit Planum à Valle, *n. 14.* Vbi repetit planum æqualitatem requirere; æqualitatem verò declarat *n. 15.* eſſe, ſi omnimodà pars, vel notabilis aliqua pars non vergat, vix enim reperitur locus, qui in aliquam partem non vergat, ſaltèm tamen vt profluens aqua demonſtrat; notabiliter autem in vnam partem vergere, notabiliter dici poteſt, quando inde aqua profluens, multa de terra aufert, &c. Hæc *Bart.*

66 Ex hac declaratione Plateæ, & Plani colligitur differentia, inter vnum, & alterum: Platea, locus eſt, etiam non planus, vel inæqualis, cum partem habeat ſuperiorem, & inferiorem, ad quam deſcendit curſus aquæ, vt proximè dixi ex *Bart. in d. l. 3. n. 8.* Plana verò, ſiuè Planus, locus eſt æqualis, qui vel omnimodò, vel notabilitèr in vnam partem non vergit; Proindè aliud eſt Priuilegium concedere Nundinas in Plana, aliud in Platea Sancti Laurentij. Plana tanquàm locus planus vltrà locum planum non extenditur, neque includit locum notabiliter non planũ; Platea verò includit locum etiam inæqualem, atq; procliuem, ad quem deſcendit curſus aquæ.

67 Hæc cum ità ſint: Ex loci deſcriptione, ſitu, & viſura, *Domino Cauſæ Commiſſario* cognita, negari non poteſt: Apothecas particularium conuentorum, quæ non exiſtunt in Plana, hoc eſt loco ſuperiore, & æquali, exiſtere tamen in Platea, cuius pars inferior, ad quã deſcendit curſus aquæ, finis dicitur Plateæ. Ad locum verò, in quo exiſtunt apothecæ particularium curſus aquæ deſcendit, quæ vulgò appellatur, *de Raſaſtina*, & per medium apothecarum, hinc inde poſitarum, ad mare profluit. Igitùr attento rigore, ac proprietate verborum Priuilegij; Apothecæ particularium ſitæ in loco inferiori poſt appendinum Planæ, exiſtunt intrà Plateam Sancti Laurentij.

68 Eadem hæc verbi proprietas, ac rigor, confirmatur, ex ſitu apothecarum Menſæ, vſu, ac poſseſsione D. Archiepiſcopi: Apothecæ Menſæ non ſolùm exiſtunt in Plana, Verùm etiam permultæ ſitæ ſunt in loco procliui, ſiuè appendino, qui immediatè ſequitur, poſt planam, vt ex loci conſtat inſpectione. Hic igitur locus, vel eſt intrà, vel extrà Plateam; ſi eſt intrà Plateam, nulla ratio eſt, cur ad aliorum quoque apothecas, quæ proximè his coniunguntur (modico aliquot palmorum interuallo) non extendatur. Si verò extra Plateam exiſtit, iure non poteſt D. Archiepiſcopus prætendere mercatoribus non licere accedere ad conuentorum apothecas, tanquam ſitas extra Plateam. Hoc enim eſſet diuerſo iure cenſere locum Plateæ, in qua ex forma Priuilegij Nundinæ haberi debent, & pro Eccleſia latiorem, contra Eccleſiam anguſtiorem, eum deſeruire, quod leges non patiuntur, nec Eccleſiæ congruit, quæ cultrix eſt iuſtitiæ, ex regulis notiſſimis.

69 Itàq; ſi iudicatum eſt, pro mercatoribus, ſuper iure prohibendi à Domino Archiepiſcopo in iudicium deducto. Si pendet diſcuſsio, atq; declaratio exceptionis rei iudicatæ reſeruatæ ad merita cauſæ: Si Archiepiſcopus fatetur tempore litis motæ, & antea, mercatores fuiſſe in quaſi poſseſsione accedendi ad aliorum apothecas: Si non probauit de quaſi poſseſsione iuris prohibendi mercatores, ne ad aliorum apothecas merces deferrent: Si mercatores ſunt in hac quaſi poſseſsione liberè accedendi ad aliorum apothecas, abſque vllo vitio; Si deniq; locus Plateæ in Priuilegio deſignatus, in quo Nundinæ haberi debent, includit etiam locum inæqualem inferiorem, ac procliuem, in quo aliæ priuatorum apothecæ ſunt extructæ;

70 Nulla ſanè ratione tractari poteſt de poſſeſſorio, *lite pendente*, illudq; decerni prò D. Archiepiſcopo, ſed omninò iudicãdum erit pro mercatorum libertate, cuius quaſi poſseſsio, non eſt recens, clandeſtina, & vitioſa, ſed antiqua, cum bona fide, cui Regis Priuilegium deſinentis locum Nundinarum maximè fauet.

Camillus Luttius.

AD QVÆST. III.

An ſub generali abolitione facta per Regem,comprehendantur cauſæ interceptorum.

ANNOTATIO,

SVMMARIVM.

INdultus generalis anni 1572. quare fuit conceſſus, n 1.

Cauſa interceptorum, & contrauentionis Bannorum,quouis modo emanatorum, an comprehendantur ſub indultu,nu.2, 3.4.& 13.

Scriptura non originalis,ſed exemplata, an pro Fiſco fidem faciat,n.5.& 6.

Clauſula indulti (dummodò pœnæ non ſint exactæ, aut alitèr Fiſco incorporatæ) *enucleatur n.7. & 8.*

Incorporatio bonorum,pro Fiſco, quando facta dicatur, à n.9.ad 11.expenditurq; Reg.Lanar.*n.12.*

Abolitio, an conceſſa intelligatur,quoad Regios dirictus gabellarum, vel ratam intercepti Arrendatoribus debitam,vel quantitatem reuelantibus promiſſam, vel inquiſitos de venditione frumenti vltrà pretium taxatum,à n.14.ad 18.

Officiales conſcij in delictis interceptorum, an gaudeant indultu,n 19.

Falſificantes interceptorum libros, vel alias res, an ſub indultu comprehendantur, num.20. & 21.

Carcerati, an comprehendantur ſub indultu, num.22.& 23.

1 INuictiſſimus Rex Philippus II. ob victoriam naualem contrà Turcas obtentam, & ob natiuitatem Sereniſſ. D. Ferdinandi Primogeniti,generalem conceſsit Indultum anno 1572. Et hic fuit dies inſignis, ob quem abolitio à Principe emanauit, de quo *Papinianus* I.C.*in l. abolitio, D.ad S C.Turpil.* Et ob partam victoriam ſcribit *Macer. in l.vel ob rem, D.eod.* meminit *Borrell. de præſt.Reg.Cath. cap.38. nu.52.et Larrea deciſ.Granat.25. n.10.par.1.* Super quo nonnullæ ſubortæ fuerunt controuerſiæ,inter quas non leuis fuit;an cauſæ interceptorum, & contrauentionis bannorum, quouis modo emanatorum in dicto Indultu comprehenderentur?

2 In quo puncto ſcripſit *Innoc.Paganus in allegat.32. inter diuerſ. apud Reg. Salernit.in fine deciſ.* Et *Reg.Cam.Præſidens D. Bernardinus de Sancta Cruce*, demùm Locumtenens,in eius voto manuſcripto, quod imprimi curauit *Reg. de Marin.in lib.1. reſol. 183.* ſuamque etiam deciſionem compilauit *Reg. Reuerter.in dec.549.tom.2.* & *Dom.Regens* noſter hanc eleganter ſcripſit, qui fuit Cauſæ Commiſſarius; Et quidem die

3 20. Octobris 1572. per Reg. Cam. referente *Authore* noſtro,& accedentibus ſuffagijs *Michaelis de Villanoua, & Vincentij de Franchis* Reg. Conſiliariorum adiunctorum,ac etiam Regentium Regiam Cancellariam, fuit deciſum, quod omnes cauſæ interceptorum, & contrauentionis bannorum,tàm in cauſis frumentorum, quàm ſuper herbagijs Regiæ Dohanæ Menepecudum, & aliàs quouis modo emanatorum, comprehenderentur ſub Indultu prædicto, tenerentur tamen reſtituere Regiæ Curiæ omnes dirictus, quouis modo debitos,ſoluta medietate Arrendatoribus, & quarta parte reuelatoribus debita, & inquiſiti de venditione frumenti vltrà pretium in *Reg. Pragm.* contentum, tenerentur illud ſuperexactum emptoribus reſtituere, vt ex *Arreſto* generali R.Cam.357.*de recollectis* per *Reg.de Marin.*quod etiam tranſeribunt *Conſ.Rocc.de offic.rub.14.§.8. num. 202.& ſeq.* & *Conſil. Altimar. in nouiſſ. obſeruat.ad Reg.Rouit.deciſ.91.*

Et poſt *Authorem* noſtrum præfatæ deciſionis meminerunt *Reg.Conſtant.in l.1.num.72.C.pæn.fiſcal.cred.præf. Epiſc. Ricc.collect.2023. Anna ſing.384. Rendella de paſcuis lib.1.cap.18.verſ.nota, Maſtrill. de Indultu cap. 19. a num.10. Thor.in comp. deciſ.to 1. verb. Indultus, fol.268.& in ſupplem. ver.cauſa interceptorum, fol.77. Nouar.in pragm.2. n.70,*

de

de abolit.Reg.de Marin.d.reſol.183.n.2. & in obſ.ad Reg.Reuert.d.dec.549. nu.2. Conſil.Petra ſup.rit.M.C.56. n.10. verſ. eiuſmodi, to.1.Conſil.Rocc.d.rub.14. §.8. num.6.& ſeq. Rodoer.ad Reg.de Marin. d.cap.183.num.6.& ſeq. Conſil. Altimar. in d.nouiſſ.obſ.91.num.1. Et in terminis conſimilis Indultus comprobant latè *Reg. Cacacius in alleg. 86. per tot. inter diuerſ.apud Reg.de Marin.3.t. Reg.Sanfelic.deciſ.407.par.3.* Reg.Rouit. *dec.91.* in quam fecit Apologiam *Conſil.Carleual,poſt tract.de iudic.Io: Aloyſius Cathalanus* in integro *tract. de Indultu, Conſil.Rocc. d.§.8. tit.Indultu Generali,an gaudeant inquiſiti de contrabannis per tot. Capon.for.tom.4. diſcept.313. cap.3. à num.21.*

4 Ex qua indubitata concluſione anno 1684. Nos patrocinabamur iura hæredum *D. Vincentij Ruffo*, Regio Fiſco prætendente exigere pœnam ducat. 15760. vna cum intereſſe, pro aſſertis contrabannis ſerici, extractionis ſuum, &c. debere ſcilicèt gaudere Indultu anni 1654. pro cuſtodia, & defenſione Regni conceſſo, de quo in *Pragmat.11. de abolit.* & declarato per *Pragm.13.verſ.E perche*, vt inquiſiti deberent eſſe adſcripti, in libro vulgò, *Rollo*, Scribæ Rationis, & etiam habere fidem de actuali ſeruitio Officialium militarium; Quæ omnia adimpleuerat *d.D.Vincentius*, qui ſtrenuè ſuis expenſis pro noſtro Auguſtiſſ. Monarcha in defenſione Rhegij contrà hoſtes militauit.

5 Neque obſtare dicebamus, ſcripturam in contrarium adductam à Regio Fiſco, continentem ſcilicèt ordinem, ſeù mandatum de anno 1653. Aduocati fiſcalis R. Aud.Calabriæ Vlterioris, directum Ærarijs *Ill.Ducis Balneariæ*, vt declararent quantitates, quas *d.Vincentius* à dicto Ill. Duce fratre debitore conſequi debebat, illasq; breui (vt aiũt) manu, ſoluere debuiſſẽt, pro dictis pœnis; Primò, quia dicta ſcriptura non erat originalis, ſed copia extracta *mihi* exhibita, & Notario exhibẽri reſtituta (qui alias ſuſpectus reddebatur ob denunciationem ipſius opera factam), nã & generalitèr ſine hæſitatione procedit, vt exemplo per Notarium, qui originale non rogauit, deſumpto, nulla fides adhibenda ſit, originali non exhibito, ex *cap.1.de fide inſtr.l.2. D. de fid. inſtr. Auth.ſi quis in aliquo, C.de edendo, l.vlt. D.quemadm. teſt. aper. l.3. C.de diuerſ.reſcript. Gratian.for.diſcept. c. 859. num.18.& 32.Theſaur.for.lib.3. qu.47. nu.1. Maſcard.de probat.concl.711.* poſt alios *Gabriel Parexa de inſtr.edit.tit.1. reſol.3.§.3.num.4. & 13. & tit. 4. reſol. vn.§.4.n.63.t.1.Reg.Rouit.conſ.94. n.2.* vbi *Conſil. Altimar.num.16. t.2.* Et Nos
6 in Regno expreſſam legem habemus *in Pragm.26. de off. S.R.C.* quod copiæ forenſium ſcripturarum, cum originalibus conferendæ ſint, partibus quidem requiſitis, aliàs quælibet erit nulla collatio, ſiuè exemplatio, vbi *Reg.Rouit.* & *Nouar.n.1.* Et in ſpecie, quod cum Fiſcus aliquem in ius vocat, non indice, aut ſcripturæ exemplo, ſed originali vti debeat, monuit *Iulius Paulus* I.C. dùm reſpondit: *Quicumq; à Fiſco conuenitur, non ex indice, vel exemplo alicuius ſcripturæ, ſed ex authentico conueniendus eſt, & ſi contractus fides poſſit oſtendi; Cæterum calumnioſam ſcripturam, vim iuſtæ petitionis in iudicio obtinere non conuenit, in lib.5 ſentent.tit.12. de Iure Fiſci, & Populi*, videndus poſt *Codic.Theodoſ.lib.1. edit. de anno 1607. fol.mihi 69.*

7 Inſupèr omiſſis alijs in facto reſponſionibus, in noſtra *allegatione* pro dictis hæredibus edita ponderatis, dicebatur, quod etiam ſi conſiderari potuiſſet actus executionis, aut initium exigendi, adhùc dicto Indultui locus eſſet, dùm *d.Pragm.13.*in fine, ibi: *Eccettoate però quelle pene, che fuſſero ſtate eſatte, ò incorporate al Regio Fiſco.* comprehendit pœnas quouis modo executas, aut exigi inceptas, tantùm excludens pœnas exactas, aut incorporatas, vnde cum in dicto caſu, pœna non poſſet dici exacta, eò potiùs non poteſt eſſe incorporata, quæ eſt maior executione, vt tradit *Reg. Cacac. in d.allegat.*

86.*n.*40.ibi: *Clauſulam*, dummodò non ſint exactæ, nec executæ, *quibus comprehenduntur, primum genus pœnarum, ibi*, exactæ, *pro pœnis, quæ ad Fiſcum deuenerunt; verbum*, executæ, *pro illis, quæ, & ſi nondum incorporata, eſt tamen pro illis firmiùs effectum Ius Fiſci executione*; qui ſcripſit pro Regio Fiſco in terminis Indultus anni 1629. in quo aderat clauſula, ex ſtylo Reg. Cancell. ſolita apponi (teſte *Reg. Conſtant. in l.*1.*n.*58.*ut.C.pœn.fiſcal.cred.præf. Cacac. d.num.*40.) *dummodò pœna, vel multa, vel condemnatio realiter exacta, incorporata, acceptata, vel compoſita non ſit, aut alitèr Fiſco noſtro pro ea cautum fuerit, aut bona ipſa iàm per ſententiam à Iudice latam expreſsè confiſcata non fuerint*; quarum clauſularum vigore, & præſertim illius, *aut aliter Fiſco noſtro cautum*, euenit deciſio *Reg. Rouiti* 91. vt teſtantur *Conſ. Altimar. in eius obſeru. n.* 39. *Gizzius ad Reg. Capyc. Latr. dec.* 71. *num.* 6. & 7. & poſt *Reg. Cacac. in d. allegat.* latè *Conſil. Rocc. de offic. d.* §. 8. *per totum*.

8 At in iſto Indultu anni 1654. non ſolùm non adeſt dicta clauſula, *aut aliter Fiſco &c.* ſed expreſsè contrarium legitur in *d. Pragm.* 13. ibi: *Et vltimamente, eſſendoſi preteſo dal Regio Fiſco, che detto Indulto da Noi conceſſo, non hà compreſo, nè deue comprendere il rilaſcio delle pene pecuniarie, & in particolare delli doc. mille per li delitti commeſſi con archibuggiata, pene di contumacia, e pleggerie incuſate, e poſte nel libro dell'Inferno, & in qualſiuoglia modo eſecute, ò cominciate ad eſiggere; Con tutto ciò ci hà parſo ordinare, come con la preſente ordinamo, e comandamo, che godano detto rilaſcio, eccettoate però quelle pene, che fuſſero ſtate eſatte, ò incorporate al Regio Fiſco &c.*

9 Nec ex dicta ſcriptura, ſeù mandato (quatenùs adfuiſſet) poſſet prætendi, fuiſſe R. Fiſco incorporatum dictum nomen debitoris; Etenim licet Fiſcus, ſi debitor ſui debitoris debitum confiteatur, poſſit illum ad ſolutionem compellere, ex *l.* 3. *C. quando Fiſcus, vel priuatus, &c.* non per hoc dici poteſt ex dicta facultate exercita, Fiſco dictum nomen, antè exactionem incorporatū, cum debeant concurrere hæc requiſita. Primò, vt principalis debitor ſit cõdemnatus: Secũdò, vt ſit excuſſus: Tertiò, quod debitoris debitor debitum confiteatur: Quartò, quod præceſſerit adiudicatio, *Io: Parlador. quotid. lib.* 2. *cap fin. p.* 5. §. 4. *num.* 43. *Suarez in l. poſt rem, quæſt.* 2. quem ſequitur *Amator Rodriquez de execut. ſent. & eor. quæ paratam habent exec. cap.* 5. *num.* 76. poſt alios *D. Alphonſ. de Olea de ceſſ. iur. tit.* 4. *quæſt.* 4. *num.* 13. & 14. *Mauſon. de cauſ. execut. ampl.* 8. *num.* 33.

10 Incorporatio autem bonorum, tunc ſolũ dicitur, cũ fuerint bona per Fiſcũ apprehenſa, & in Fiſci corpus redacta, ſeù in patrimonium conuerſa, & Fiſco deſcripta, ex *l. ſi quando, C. de bon. vacant.* quæ eſt in *C. Theodoſ. in l.* 2. *de incorporat.* ibi: *Si quando, aut alicuius publicatione, aut ratione iuris aliquid rei noſtræ addendum eſt: ritè, atq; ſolemnitèr per Comitem rerum priuatarum: deinde per Rationales in ſingulis quibuſcumq; Prouincijs commorantes incorporatio impleatur, & diligens ſtylus ſigillatim omnia deſcribat*; & ibi *gloſ. lit. O.* fundãt *Farinac. in p.* 1. *fragm. crim. num.* 116. *D. Franciſc. de Alfar. de off. Fiſcal. gloſ.* 34. *n.* 332. *Regner. Sixtin. de regal. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 33. *Amaya in comment. ad lib.* 10. *Cod. de bon. vacant. l. ſi quando* 3. *nu.* 1. & *ſeqq. Franc. Clappertus in ſumma cauſar. fiſcal. cauſa* 32. *qu. vnica per tot. Didac. de Bolero de Decoct. deb. fiſcal. tit.* 5. *q.* 25. *à num.* 1. *Guazzin. de confiſcat. bon. concl.* 7. 8. & 9. *per tot.* Et in puncto *Maſtrill. de Indultu cap.* 22. *n.* 6. *Nouar ſup. prag.* 2. *n.* 3. *de abolition.*

11 Quod confirmatur, quia etiam quãdo Fiſcus ſuccedit priuato, tunc intelligitur quæſitum, & incorporatum nomen debitoris illius, cui ſucceſſit, quãdo illud fuit inter nomina debitorum Fiſci receptum, vt reſpondit *Vlpianus in l fiſcus* 6. *D. de iur. Fiſci.* Cui non obſtat, quod videtur concludere Regẽs,

12 & Præſes S. R. C. *Io: Anton. Lanar.* pro

Fi-

Fiſco allegatus in *repet.§.ſi quis per triginta, tit.ſi de feud.defunct.contr.ſit, nu. 48.verſ. Ego autem*; Nam quidquid ſit de talis doctrinæ veritate, ex *textu in d. l.Fiſcus 6.* ex lectura etiam ipſius, reſpondetur, dùm loquitur in nomine debitoris, quod Fiſco, priuato ſuccedenti, eſt iam quæſitum, ibi, *poſt nomen delatum, & ſic iam quæſitum*, quo in caſu, cum ex ipſa ſucceſſione Fiſco tale nomen delatum, quæſitumq; ſit, videtur quilibet extrinſecus actus ſufficiẽs pro incorporatione, at in alijs nominibus debitorũ acquirendis, ſeù Ærario adſcribendis, ex iuribus Fiſci, ſolemnis, vt ſuprà requiritur addictio, atq; incorporatio, & ſic intelligendam eſſe doctrinam *cit. Reg. Lanarij* in puncto exponit *P.Afflict.in addit.ad ſuas controu. cap.46.& 47.n.71.& 72.*

13 Ex quibus, & alijs rationibus per Nos in *d.Allegatione* conſideratis, & in Supremo R. Cam. Senatu Iusdiçentibus expoſitis (conſueto cauſarum fiſcalium fato) fuerunt admiſsi hæredes *dicti D.Vincentij* ad compoſitionem in ducatis 1200.pro omnibus.

14 Declaratur tamen, vt ſuprà, eſſe aboletas pęnas intercepti, non verò directus, qui debentur R.Fiſco, nõ ex delicto, ſed ex iure ſeparato, nã illi nõ veniũt ſub indulgẽtia ex *l.docueris, §. fin. C.de falſ.l.3.C.de publ. Author* noſter hic *num.9. & 10.* quem ſequuntur *Conſil. Rocc.d.§.8.num.90. Reg.Conſtant.in d.l. 1.C.pęn.fiſc.cred præf. n.72.* diſpar enim ratio eſt, cum in vno de lucro, in altero de Fiſci damno agatur.

15 Inſupèr abolitionem ipſam prodeſſe reſpectu ratæ intercepti, quæ Fiſco applicatur, non tamen ratæ, quæ ſpectat ad Arrendatores, vel ad Aſsignatarios ex datione inſolutum illis factæ per Reg. Curiam, quia ius tertij videtur exceptum, & ſemper reſeruatum, *Author* noſter hic *num.11. & 12. Nouar.in d.pragm.2.nu.70. de abolit. Rocc. d.loc.num.91. Conſ. Altimar. in d.nouiſſ. obſeru.91. num.5.* latè comprobat *Reg. Sanfelic.d.dec.407.à n.10.ad ſeqq. Bartholom. Bertazzol.lib.1.conſ.163.per tot.*

16 Et paritèr non inducitur abolitio pro quantitate denunciantibus debita, quia per reuelationem quæritur ius reuelanti, *Author* noſter hìc *n. 14. Conſil. Rocc.d.loc. nu.92.* & licet contrarium voluerit *Petr.Foller.* apud *Reg.Rouit. in pragm.1.num.44. de abolit.* non tamen recedendum à deciſis hìc, inquit *Rodoer.ad Reg.de Marin.d.cap.183.n.11.*

17 Contrarium probat, & deciſum refert *D.Io:Bapt.Larrea dec.27. lib.1.* ſcilicèt, quod denunciator pro ſua parte non impediat Indultum, quo partis intereſſe, vel accuſatio excipitur. At cõtra *Larream* inſurgit *Amaya in l. 1. C. pęn fiſc.cred præf. à num. 79.* Conciliat prædictas opiniones *Creſpi de Valdaura par.1.obſ.5. num.234.* vt opinio *Larreæ* vera ſit, quoad validitatem gratiæ, non tamen vt ipſi delatori ius auferatur pro illa parte pecuniæ, quæ ipſi applicatur, licet hoc non placeat *Portugal de don. Reg.tom.1.lib.2.cap.18.n.15.*

18 Præterea, eadem ratione, fuit deciſum in inquiſitis de venditione frumẽti vltrà pretium à *R. Pragmaticis* taxatum, vt deberent reſtituere ſuperfluè exactum emptoribus; Et de venditoribus herbagiorum ipſis aſſignatorum in Dohana Mænepecudum, quod non gauderent reſpectu intereſſe Reg. Curiæ, *Author* noſter hìc *n.15.& ſeq Reg. Reuerter.d.deciſ.549. Nouar.d.loc. Maſtrill.d.cap.19.n.11.& 12.Ricc.d.collect. 2023.R.Conſtant.d.loc.n.73.Rocc d §.8. num. 101. Thor. in ſupplem. comp. deciſ. verb.abolitio generalis.*

19 Et Officiales, vt ſunt Dohanèrij, Credenzerij, &c.conſcij in delictis interceptorum, fuit iudicatum, non gaudere Indultu, ex *text.in l.mancipia, C.de ſeru. fugit.* poſt *Parid. de Put. Author* noſter hic *num.20. Maſtrill.de Indultu cap.40. num.1.Cathalan.de Indult.cap.42.n.10. Conſil.Rocc.d.rubr.14.§.13. n.49.* licet ſub nomine Officialium, non venire Perceptores Prouinciales, ſed gaudere Indultu, fundet *Franc.Anton.Coppola in allegat.36.* apud *R.de Marin.3.t.*

20 Idemq; declaratum in illis, qui falſificauerunt libros interceptorum, *Au-*

thor noſter hìc *n.*21.*&* 22. *Rocc. d.§.8. num.*102.*Nouar.in d.pragm.*2.*num.*57. quia falſi crimen in abolitione non comprehenditur, *Baiard.ad Clar.qu.*59. *Maſtrill.de Indult.cap.*27.*n.*5.*& ſeq. & cap.*38.*Thor.in compend.par.*3.*verb.falſarius, qui vſus eſt, Capon.diſcept.*37.*à num.* 30. poſt alios *Romaguera ad Conciol.ſup. Statut. Eugub.lib.*4.*rub.*15.*n.*9. *Danza ad Grammat.deciſ.*2.*num.*22. *&* 23. proùt eſt in ſcribente falſam ſchedulam pro excarceratione debitoris, licet non ſequuto effectu, *Reg.Rouit.deciſ.*2. vbi *Conſil. Altimar. in obſeru.* poſt

21 alios. Licet in dicto anno 1572. fuerit determinatum, inquiſitos de falſa declaratione ciuilitatis, debere gaudere Indultu, vt ex *Arreſt.* 358.apud *Reg.de Marin.*

22 Quoad carceratos autem, nullum eſſe dubium inquit *Author* noſter hìc *n.*24. vt non comprehendantur in abolitione, *Conſil.Rocc.de offic d.§.8. n.*110. *& ſeq. Cathalan.de Indult.cap.*1.*nu.*59. *Maſtrill.de Indultu cap.* 3. *n.*22. *& cap.* 22.*n.*1.*&* 2.*et Borrell.de præſt.Reg.Cath. cap.*38.*num.*42.diſtinguit in Indulgentia generali, & abolitione: Et in ſimili deciſum refert *Reg.Capyc.Latro in deciſ.* 72. quod per carcerationem dicatur pœna executa, & proindè carceratus excluditur à gratia medietatis, pœnæ illius in liquidatione inſtrumenti, quæ cōceditur cum clauſula (*dummodò non fuerit exequuta*), & ſic loquitur de carcerato, contrà quem erat liquidatum inſtrumentum, & ſic erat lata ſententia, & ſequuta condemnatio; vnde cum pro cauſa contrabannorum fuerit carceratus *Ill.Dux Balneariæ*, & pendente iudicio inquiſitionis, ante tamen condemnationem, ſuperuenerit generalis Indultus in anno 1662. & die 28. Februarij 1663. fuit deciſum, quod gauderet Indultu, vt teſtatur *Conſil.Rocc.d. §.8.num.*215.*&* 216. quem refert *Conſil.Altimar.in d.nouiſſim. obſeru. ad Reg. Rouit.dec.*91. *n.*4.

23 Arridet his Indultus concedi ſolitus die Paſchatis, vt in *l.*3. his verbis: *Vbi primum dies Paſchatis extiterit, nullum teneat carcer incluſum, omnium vincula diſſoluantur, C.de Epiſc.Aud.* Adeas etiam pro iſtis, qui manent in carcere, ideſt Plutonis hoſpitio, cella gemituum, triſtitiæ domu, Magnum Senatorem *Caſſiodor. var. lib.*11.*ep.*40. vbi indulgentia his captiuis conceditur, ibi: *Exite incluſi, vicina morte ſemper pallentes: Redite ad lucem, quos caligantes tenebræ poſſidebant: nihil ampliùs optata morte paſſuri, niſi quod adhùc poteratis occidi. Sed vos, qui nulla debitis ambitione iam decipi delicta relinquite cum catenis, dierum beneficijs abſoluti. Viuite nunc honeſtè, qui didiciſtis ſuperſtites mori. Cognoſcite, quàm beneficialis ſit bona conuerſatio: altera contulit teterrimum carcerem, hæc nouit ſplendidam tribuere libertatem*: Et *lib.*9.*epiſt.*17. Et de Imperatoribus Romanis tradit *Liuius decad.*3.*lib.* 4. inter cætera triumphi priuilegia, illud exhibuiſſe gratiſſimum, ſeruos publicos libertate donare, & reos carcere, ac vinculis ſoluere. Et *dec.*1.*lib.*5.*Larrea deciſ.Gran.*25.*nu.* 11. *in med.*

AD QVÆST. IV.

An ſub generali abolitione prædicta, veniant pœnæ prouenientes ex incuſationibus obligationum penès acta, inſtrumentorumq; ſecundum formam Ritus M.C.V.præſentatione.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

POEnæ prouenientes ex obligationibus M.C.V. incuſatis, ac inſtrumentis iuxtà Ritum M.C.præſentatis, nùm ſub generali veniant abolitione, à nu 1. *ad* 3.

*Cauſa liquidationis inſtrumentorum eſt criminalis, n.*4.

*Pœna duplicati releuij, an veniat ſub generali abolitione, n.*5.

Pœ-

Pœna contra ædificantes extrà hanc Ciuitatem, vel pœna nonupli ab exactoribus debita, an comprehendatur ſub indultu, num.6.& 7.

1 AD præfati Indultus materiam, alterius quæſtionis annotationi ſe committit calamus noſter, quæ eam tangit difficultatem; nùm ſub generali illá abolitioue veniãt pœnę proueniẽtes ex obligationibus Magnæ Curiæ incuſatis, & etiam ex inſtrumentis pręſentatis ſecundùm *Ritum M. C.* in quibus Magna Curia ipſa deciderat die 1.Iunij 1572.quod pœnæ prædictæ pecuniariæ, quæ peruenirent ex obligationibus ipſius M.C. incuſatis, & ex inſtrumentis præſentatis, ſecundùm formam *Ritus*, & etiam pœnæ ob nòn paritionem mandatorum d.M.C. comprehenderentur in Indultu.

2 De quo conſulta Reg. Maieſt. congregatis in R. Coll. Conſ., Sacro Reg. Conſ., Reg.Cam.Summ.,& M.C. Vic., ità fuiſſe exequutũ ſub die 20. Nouẽbris 1574.teſte *Authore* noſtro hìc *n.*1. 2. *&* 3. quam deciſionem memorant *Maſtrill. de Indultu cap.* 19.*n.*3. *Epiſc. Ricc. collect.*2023. *in princ. Nouar. in pragm.*2. *n.*3. *de abolit. Thor. in supplement. comp. verb. abſolutus* 1. *&* 2. *Reg. de Marin. in obſ. ad Reg. Reuert. deciſ.* 549. *nu.*2. *Conſil. Petra ſup. rit. M. C.* 56. *nu.* 10. *verſ. Eiuſmodi in fin. & rit.* 243. *nu.*9. *Paſqualin. in comm. ad prag. tit. de abolition.n.*233.*&* 234. comprobat *Grammat. deciſ.* 4. vbi *Danza in princ. verſ. Et dum*, vide in ſimilì R.*Capyc. Latro deciſ.* 72.

3 Rationem deciſionis tradit idem *Author* noſter hìc *nu.*9.*& ſeq.* quia illæ pœnæ proueniunt ex delicto periurij, & contumaciæ, in quam incurrunt non ſoluentes; Quod periurium eſt crimen ſtellionatus, *l. fin. D.de crim. ſtellion.*& pœna liquidationis inſtrumenti olim erat obtruncationis manus ex *Conſt. eos, qui ſcienter*,& *Conſt. cum iuxtà prouidum*, idq; ratione periurij notãt *Fab. Montell.in praxi arbitr. par.*4. *in* 8. *qu. n.*23.*Paſchal.de patr.poteſt.p.*2.*c.*9.*n.*19. *Thor.par.*1.*comp.dec.verb.Periurij pœna*, *Medic.conſ.*39 *Conſ.Pratus lib.* 1.*diſcep.* 15.*num.*70.*Reg.Sanfel.dec.*299.*nu.*3.*& deciſ.*370. *num.*2. *Reg. Galeota controu.* 54. *n.* 22. *lib.*1. licet hodiè non ſit in vſu dicta pœna, ſed commutata eſt in ſolutionem caroleni vnius pro quolibet ducato, poſt alios *Conſil. Petra in rit. M.C.*171.*n.*2.*&* 3. & *rit.*110. *nu.*6. & *Borrell.de præſt.Reg.Cathol.cap.*71. *n.* 303. Pœna autem contra contumaces de Iure Regni per *Conſt. pœnam eorum*, & *Conſt.grandis vtilitas*, eſt condemnatio ad tertiam partem bonorum mobilium, *Reg.Capyc.Latr.dec.*77. *n.*2. *Scialoya in praxi foriud.cap.*7.*num.*14. licet in hac Ciuitate Fiſci patronus taxet pœnas contumaciæ, *Reg.Tap.in d.Conſtit.pœnam eorum*, *Reg.Capyc.Latr. d.loc. num.*11. *&* 27. & antiquitùs in ciuilibus etiam pœna contumaciæ erat tertia pars bonorum mobilium, vt in *rit.* 133.211.*et* 218.*Viuius comm.opin.*678. Quæ omnia latè declarant duo noſtri æui Iuriſconſultorum Coryphæi, & Regij Conſiliarij integerrimi *D. Carolus Petra* titulo *Ducis Vaſti Gerardi* ob merita decoratus, ac Aulæ Decanus,& *D. Blaſius Altimarus* Caput Aulæ in M.C.V. in Criminalibus, ille in *Comment.ad rit.M.C.* 133. *tom.*1. hic *in obſeru. ad Reg.Rouit. conſ.*85. *à nu.*1.*ad* 9. *lib.*1.

4 Et facit etiam, quia cauſa liquidationis inſtrumentorum eſt criminalis, vt probant *Afflict.dec.*64.*Præſ.de Franchis deciſ.*162.*n.*5. *&* 15. *Minad. dec.*2. *Epiſc.Ricc.deciſ.*170.*par.*3. *Reg. Galeot. controu.*54.*nu.*17.*& ſeq. Præſ.Merlin.t.* 2.*controu* 22.*num.*2.*& contr.*24. *nu.* 16. *&* 17.*Conſ.Staiban.cent.*2.*reſ.*109. *num.* 58. *Conſ.Prat.reſp.crim.*31. *&* 32. *& in add.ad Paſchal p.*2.*cap.*9. *verſ. ego verò*, quidquid dixerit *Reg. Rouit. in ſua alleg.pro Baiulo in pragm.*1. *à num.*34. *de off. Baiuli*, cui reſpondet *Camill. Villanus in alleg.* apud *Reg. Tap. lib.* 3. *Iur. Regn.tit.de inſtrum.liquid. à num.*20. & vnus pro mille videndus *cit. D. Conſil. Petra ſuper rit.*55.*&* 109.*num.*7.*tom.*1. *& rit.*166.*num.*4.*& rit.*243.*num.*9. *t.*2.

& poſt

& poſt *Auth.* noſtrum hìc, *Piſan. in addit. ad Goffr. de Gaeta ſuper Rit. R.C. rubric. 2. num. 205.* Igitur, ſi Indulgentia loquitur de omnibus pœnis quomodocumq; debitis, etiam pecuniarijs, & iſtæ pœnæ originem habent ex delicto periurij, & contumaciæ, oportet dicere, quod etiam ex verbis, & mente ipſius Indulgentis, iſtæ pœnæ comprehendantur, vt rectè docet *Auth.* noſter hìc à *num. 19.*

5 Ex qua etiam ratione infertur, quod pœna duplicati releuij, venit ſub generali abolitione, quia ſi Vaſallus infrà annum non petijt inueſtituram à Domino, licet de iure communi feudorum ſit pœna amiſſionis feudi ex *cap. 1. quæ fuit prima cauſ. benef. amitt.* attamen ſiuè ſit pœna pecuniaria de Iure Regni ex delicto deſcendens, ſiuè ex contumacia Vaſalli non petentis inueſtituram, ſemper ſtat eadem ratio, vt fundant *Maſtrill. de Indultu d. cap. 59. num. 5. & 6. Ricc. d. collect. 2023. verſ. ex prædictis, Thor. in compend. tom. 1. verb. Pœna pecuniaria, Andr. Capan. de Iure releu. par. 5. quæſt. 5. Franc. Paſqualin. in comment. ad pragm. ſup. d. rub. de abolit. à n. 224. ad ſeqq.*

6 Similitèr, quia id, quod contrà legem fit, delictum eſt, & pęnam meretur, *l. nemo martyres 3. C. de SS. Eccl. l. nō dubium 5. C. de legib. l. ſi qua pœna 244. de v. ſign. l. auxilium 38. in fin. de minor.* ideò ædificantes extrà Ciuitatem Neapolis contrà prohibitionem *Prag. 1. & 2. de ædific. probib.* gaudere Indultu circa pœnam ducat. 1000. probat *Reg. de Ponte de poteſt. Pror. tit. 2. §. 3.*

7 Et pœnam nonupli debitam Regio Fiſco per eius Exactores, comprehendi ſub Indultu, fundant *Franciſc. Anton. Coppola in allegat. 36. inter diuerſ. 3. to. Reg. de Marin. & Præſ. Ganauerr. deciſ. 27. per tot.*

AD QVÆST. V.

An hæc Indulgentia generalis conceſſa per Regiam Maieſtatem comprehendat Vaſallos Baronum.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Miſericordia omnibus virtutibus gratior, ac admirabilior, n. 1. & 2.

Indultus comprehendit omnes ſubditos, licet non immediatè Regis, n. 3.

Indulgentia criminum, cur à Principe concedatur, & in quibus caſibus, num. 4. & 18.

Indulgentia generalis, an ſit ſupremæ poteſtatis inſeparabilis, vel poſſit ab alijs concedi, n. 5. & à n. 13. ad 15.

Vaſalli Baronum, an ſub indultu generali comprehendantur, & nunquid ad omnes caſus, & cauſas, à n. 6. ad 20.

Deciſ. *hanc typis edidit* R. Conſtant. *in loco indicato, n. 7.*

Poteſtas abſoluta non datur in Principe Chriſtiano, eaq; nunquàm vſi fuere noſtri Catholici Reges Hiſp. num. 10. & 11.

Indulgentia generalis, an tollat nedum pęnam, ſed ipſam culpam, ſeù delictum, n. 16.

Terminus pro remiſſione partis obtinendæ, an currat, ſtante impedimento litis pendentis, n. 21.

Remiſſio an, & quæ requiretur in abolitione, num. 22.

Indulgentia, an poſſit à Prorege concedi vaſallis Baronum, n. 23. vel comprehendat Clericos, n. 24.

Delicta enormia, vtrùm in abolitione excipiantur, n. 25.

1 NVlla quidem virtus, nec gratior, neq; admirabilior miſericordia eſt, teſte *Cic. in orat. pro Q. Ligario*; nam, vt ait *Salomon Prouerb. cap. 20. Miſericordia, & veritas cuſtodiunt Regem, &*

re-

roboratur clementia thronus eius; imò ſecundùm *D. Chryſoſtomum*, iuſtitia fine miſericordia, non eſt iuſtitia, ſed crudelitas; Vnde *Ouid.lib.2.de Ponto:*

Regia, crede mihi, res eſt, ſuccurrere lapſis.

2 Et meritò omni æuo extollenda eſt Catholicorum Regum Hiſpaniæ religio, dùm vel innocentium cauſam tuentur, vel errantium, ac ſupplicantium ſcelera dimittunt, ac miſerentur, *Camill. Borrell. de Reg.Catbol.præſtant. cap.84. D.Io:Bapt.Larrea deciſ.Granat. 25.p.1. Ex hac enim virtute* (vt cum *Caſſiodoro* loquar *lib.11. var. epiſt.40.*) *ſuauiſſimos fructus legimus, & remittendo alijs, nobis parcimus; Nam qui periculosè iuſti ſumus, ſub ſecuritate ſempèr ignoſcimus. Quapropter pœnas abdicamus, tormenta damnamus, & tunc verè Iudices ſumus. Macte Indulgentia, quæ ſoluis & praſules. Tu patrona humani generis, tu afflictis rebus medicina ſingularis. Quis tuo non egeat munere, cum ſit peccare commune?* Materia eſt gloriæ principalis, delinquentis reatus: quia niſi culparum occaſiones emergerent, locum pietas non haberet, vt reſcribit Theodoricus Rex apud eundem *Caſſiod.lib.3.var.ep.46.* Concinit idem *Ouid.2.de triſtib.*

Si non peccaſſem, tu quid concedere poſſes?

Materiã veniæ fors tibi noſtra dedit.

3 Exemplum religioſæ pietatis, generoſæ liberalitatis oſtendit *Philippus II.* Rex Catholicus, dùm ob partam victoriam, & filij natiuitatem in dicto anno 1573. criminum generalem indulgentiam cõceſsit, & publica lætitia omnes, exuto mœrore, ſibi reddidit exultantes; vnde diſſonum videtur in tàm inſigni lætitia, mentem Principis liberaliſſimi fuiſſe reſtrictam ad ſuos immediatè ſubditos, qui pauci ſunt in Regno, & excludere Vaſallos Baronum, vt prudenter aduertit *Author* noſter hic *num.* 70. Quomodò celebraretur publica lætitia, ſi à communibus gaudijs mœſti exciperentur, nec illis parceretur venia generali? Abſit cruenta violatio publicæ lætitiæ. Nefas eſt inter tot iucunda, eos tãtùm ſuſtinere triſtitiam. *Abſtine noxiam lictor ſecurim, cui licet impunè facere, quod in alijs cognoſceris vindicare, ama pauliſper ferrum ſplendidum, non cruentum.*

4 Non impediant Barones in criminũ indulgentia Principis liberalitatem, non faciant illum auarum, minùs clementem, minùsq; gratioſum, ſi ideò indulget, vt elemẽtior videatur *D.Thom. 2.2.qu.157.* vt gratioſior, *Plato in Protagora*, vt formoſior *Seneca ad Neron.* vt ſubiectorum ſibi conciliet amorem, *alter Seneca in 2.Tragedia*, vt dignior,

5 *Cic.1.de offic.* Nihil enim magis Principem decet, quàm crimina indulgere, adeò vt ſymbolum ſit ſupremæ poteſtatis, & nullus alius, quàm Rex poſſit indulgentiam præſtare, ex *l.1.in fin. D. de quæſt.l.ſi interueniſte, D.ad S.C.Turpil.l.1.§.ſequitur, D.de poſtul.l.relegati, D.de pœn.l.1.C.de ſet.paſſ.l.reſcripta,C.de prec.Imp. offer.* poſt alios *dam.m. Arniſ. de Iur.Maieſt.lib.3.c.3.n.7.Ripoll.de regal.cap.45.n.1. Cacher. deciſ. Pedemont. 101.Marta de iuriſd.p.1.cap.44. nu.11. Maſtrill. de Indultu cap.2. Gathalan. de abolition.quæſt.3. Caſtill. de tert. cap.41. num.145.Larrea deciſ.Granat.27. n.15. Camill.Borrell. de Reg.Catbol.praſt. cap. 38.à n.1.D.Chriſtoph.Creſpi par.1. obſer. 4.num.2.& 6. Antunez de Portugal in tract. de Donation. Reg.com.1. lib.2.cap. 18.à num.1.Hieron.de Roſis ſelect.obſer. par.2.cap.79.n.2.& 3.*

6 Hæc autem quæſtio diù agitata fuit, ob quam decidẽdam die 1.Iunij 1573. ordine Illuſtriſſ. Card. Granuelæ, tunc Proregis, fuerunt congregati omnes Officiales huius Fideliſſ.Ciuitatis; Pro Baronibus ſcripſerunt *Reg. Io: Anton. Lanarius*, vt in ſuo *conſ.52.* & *Fabius Marcheſius*, teſte *Reg.Sanfel.lib.3.deciſ. 406.num 2.* Et ſuper hoc articulo, deciſionem fecit *Reg.Reuerter.in dec.546. tom.2.* & paritèr hanc compoſuit *Au-*

7 *thor* noſter, quam non adhùc editam, vti tãto viro dignam, de verbo ad verbum imprimi curauit, *Reg.Conſtant. in tit. C.pœn.fiſc.cred.præſ.à nu.86. et ſeqq.*

Alia-

Aliam quoq; deciſionem compilauit *R. Sanfelic.* vt in *ſua deciſ.406.lib.3.* Et copioſè etiam explanauit articulũ *Reg. de Curte in ſuo Diuerſ.feud p.1.in cap.incip. Poteſt quoque, à nu.16.fol. 28. àt.* Traduntq; *Cathalan. de Indultu cap.46. per tot. Maſtrill. in comm ad Indult.gen. cap. 44.n.5. Danza ad Grammat. deciſ.4. nu. 31. Reg. de Marin. in obſeru. ad Reg. Reuert. d. deciſ.546.nu.1. Horat. Montan. in tract. de regal. §. poteſtas conſtit.mag. nu. 32. Reg. Rouit. in rubr. pragm. de abolition. n.13. in fine, Nouar. in pragm.2. de abolit. n.67. Thor. in comp.dec.par.1. ver. Vaſalli Baronum fol. 566. & in ſupplem. ver. Vaſalli Baronum fol. 647. Conſil. Petra ſup.rit. M.C.46.n.20.t.1.*

8 Fuit enim tunc dubitatum: Primò, nunquid voluerit Rex in illo Indultu comprehendere Vaſallos Baronum.

Secundò, ſi potuerit de ordinaria poteſtate.

Tertiò, dato, quod voluiſſet, & potuiſſet, nunquid ad omnes caſus, & cauſas locum haberet Indultus.

9 Circà primum, ponderabantur illa verba in prædicto Indultu (*omnes, & ſingulos*) & ibi (*ſtatuentes in Regno prædicto*). Et rursùs (*vniuerſis, & ſingulis Officialibus*) ex quibus videbatur, quod Rex indefinitè loquendo, omnes voluerit comprehendere, *Author* noſter hìc *nu.68. & 69. Reg. de Curte d. loc. num.19. Maſtrill. de Indultu cap. 3. & cap.44.n.5.*

10 Secundò, an potuerit in præiudiciũ Baronum; non enim loquimur de abſoluta poteſtate, de cuius plenitudine Principem ſuprà ius, extrà ius, & contrà ius omnia poſſe, & facienti, cur ità facis dici non poſſe, tradiderunt nonnulli, quam meritò Tyrannis relinquimus, ac tempeſtatem, & peccandi poteſtatem appellant, vt latiſsimè poſt alios fundat *Fridericus Pruckmannus in tract. de ſoluta poteſtate Principis cap.2. & cap.3. per tot. Ramirez de ſupr. & abſol. Princ. poteſtate, §.23.* imò diſtinctionem ordinariæ, & abſolutæ poteſtatis, & conſequentèr eius effectus confutant *Didac. Couarr. lib.3.c.6.num.8. Sarmient. ſelect. lib.1. cap.8.n.20. Reg. Tap. in rubr. de Conſtit. Princ. cap.1.nu.77. & 78. & deciſ.20. Molina de Hiſpan. primog. lib.1.c.8.ex n.28. & lib.2.cap.7.ex num.28. & lib.3.cap.3.ex n.11. & lib.4. c.3.ex nu.1. Steph. Garon. ad Conſt. Mediol. lib.4.tit.7. de Iure Fiſci artic.9. à n. 16.* poſt alios *D. Io: de Caſtill. de tertijs cap.41. à n.2. ad ſeqq. controu. to.4.* Maximè in Catholico Rege Hiſpaniæ
11 (quem vti ſtellam matutinam inter alios Reges intuemur, vt poſt *Corſet. de poteſt. Reg. qu. 27.* inquit *Ioannes Redin de Maieſt. Princip. §. Imperatoriam maieſtatem, n.62. tom.16. tractat.*) qui ipſe, nec eius anteceſſores abſoluta poteſtate vſi fuere, vt poſt *Cannet. in extrau. ſi quis aliquem, nu.111.* teſtantur *R. Capyc. Galeota in reſponſ. fiſc.22. num.9. Caſtill. d.l. num.6. verſ. & hactenùs.* Imò ſi ea, vſus non eſt Populus Romanus, *Bald. in tit. de pace conſt. §. libellarie, n.3.* Ità quoque Princeps, in quem Populus tranſtulit poteſtatem, *l.1. D. de Conſtit. Princ. §. ſed & quod Principi, Inſt. de iur. nat. gen. & ciu.* illa vti non debet.

12 Poteſt autem de ordinaria poteſtate Rex Baronum iuribus præiudicare, per viam legis, ſeù edicti generalis, & ſic per Indultum generalem, vt poſt alios *Reg.* noſter hìc *à n.61. Montan. de regal. d. §. Poteſtas conſtit. mag. n.33. Reg. de Curte d. loc. n.23.* Imò facultas indulgẽ-
13 di non dependet ab ordinario imperio, & iuriſdictione illa, de qua ſunt inueſtiti Barones, ſed dependet à Supremo Imperio Principi reſeruato, vt ſuprà, & quantumcumq; pœnas, Vaſallorum Dominis, Principes conceſſerint, ſibi ſemper indulgendi poteſtatem reſeruaſſe videtur, nec venit ius condendi edictum vniuerſale, *Author* noſter hìc *n.59. Paſqualin. in comm. ad cit. rubr. pragm. de abolit. n.124. Maſtrill. de Indultu cap.2.n.4. Reg. Sanfel. deciſ.55. nu. 7.8.9. & 12. D. Io: Bapt. Larrea dec. Granat.30. num.6. & 7.* imò neque conce-
14 di poſſe, tanquàm de regalibus inſeparabilibus, fundat *Antunez Portugal. d. lib.2. cap.18. n.2.3. & 4.* adeòq; Ba-
15 rones non poſſe generalitèr indulgen-

tiam

tiam edicere latè, ac optimè probat *Paſqualin.d.l.à n.113.ad ſeqq.* poſt *Capiblanc.de Baron.pragm.6. à num.32. Nouar.lib.1.for.qu.137. Reg.de Marin.lib.1.reſol.33.*

16 Inſupèr, quando Princeps concedit Indulgentiam generalem, ne dùm remittit pœnam criminis, ſed tollit culpam, & ipſum delictum, etiam quod fuerit lata ſententia condemnationis, quod nõn poteſt facere Baro, *Author* noſter hìc *nu.56.* & ſuprà *qu.3.n.5.* ità vt, ſi pro primo crimine quis debeat aliqua pœna extraordinaria puniri, & pro ſecundo crimine grauiùs plecti, Indulgentia facit, vt ſecundum delictum, poſt Indultum, ſit primum; Contrariam eſtò ſententiam teneat *R. Sanfelic.deciſ.406. à num.14.* Nam cõtrà illum latiſsimè, ac optimè fundat, ſententiam noſtri *Authoris* ſequendo, *Franc. Paſqualin. in comm. ad d. rubric. pragm.de abolit.à n.19.vſq; ad 94.*

17 Præthereà de ordinaria poteſtate Principis, poteſt tolli ius tertij, ex cauſa, *Author* noſter hìc *num. 74. Larrea d.dec.30.n.6.par.1. Reg.Sanfelic.dec.407.n.13.* imò non poteſt dici, quod Indultus aufert Baronibus pœnas, quia ſi habent ius quæſitum, & incorporatum, non intelliguntur remiſſæ, nec reſpectu Baronum, neq; Regis, ſin verò cauſa adhùc pendet, non videtur pęna deberi, antequàm condemnatio ſequatur, & ſic videntur Barones habere ius in ſpe quærendum, quod etiam ſine cauſa Princeps tollere poteſt, *Ruin. conſ.7.& 9. vol.1.* & etiam quæſitum dominium ex publica vtilitate tolli poſſe, poſt alios *Leo deciſ.Valent.34.n.34.Reg.de Curte d.l. nu.23. Larrea ibid. R.Capyc.Latro deciſ.188.*

18 Cauſæ autem iuſtæ, & rationabiles abolitionum, ac indulgentiarum ſolent eſſe, vel ob diem Paſchalis Reſurrectionis D.N.IESV CHRISTI, vt reſcripſerunt Imperatores *in l.3.C.de Epiſc.Aud.l.ob diem, l.Paſchæ, l.Paſchalis, l.religio, l.nemo deinceps,* C. *Theodoſ. lib.3.tit.38.de Indulgent.crim.* Extat etiam apud *Caſſiodor.var.lib.11.ep.40.* Vel ob rem proſperè geſtam, puta ob partam victoriam, vel pacem cum hoſtibus initam, de quibus *in l.abolitio cum ſeqq. D.ad S.C. Turpil.* vt olim fuit factum in anno 1544. in pace habita inter Inuictiſſ.Imp.Carolum V.& Chriſtianiſſ. Franciſcum I. Galliarum Regem, & iterum inter Philippum Regẽ Catholicum, & Henricum Galliæ Regem, quarum meminerunt *Arnold.Ferronus hiſt.Gall.lib.9.& 10. Mambrinus Roſſeus hiſt.lib.5.* Vel ob natiuitatẽ filij Regis, vt fecit Conſtantinus ob partum Criſpi, & Helenæ in *l.1.C.de indulgent.lib.9.tit.38.Theodoſ.* Et Myris Ægypti Rex nato ei filio Seſoſi, omnes, qui eodem die nati ſunt, in vnum congregari fecit, & nutriri ſuis ſumptibus, ac educari iuſſit, eademq; diſciplina erudiri, vt refert *Diodor. Siculus Antiquit.lib.1.* Semper enim dies lætos, & natales decuit ſanguine non pollui, vt de Natali Mineruæ tradit *Ouid.3.Faſtor.*

Sanguine prima vacat, nec fas concurrere ferro,
Cauſa, quod eſt illa nata Minerua die.

Et ad celebrationem natalis, plura vide apud *Martinum Roa in tract.de die natali ſacro, & prophano, Briſſon.de Regio Perſar. Principatu lib.1.pag.27.& 65.Roſin.antiqu. Rom.lib.1.cap.22. Pinedam de reb. Salom.lib.1.cap.14.* Vel ob particularem ſuæ domus dignitatem, vel honorem, vel ob Regni poſſeſſionem, *Camill. Borrell. Reg. Cathol. praſt.cap.38.num.69.& ſeq. Larrea deciſ.25.per tot.lib.1. Antunez de Portugal de Donat.Reg.d lib.2.cap.18.n.9.& 10.*

19 Ad tertium dubium reſpondetur, quod in prima determinatione cauſæ prædictæ fuit concluſum pro maiori parte, cum diſtinctione, vt reſpectu pęnarum corporalium, non verò reſpectu pœnarum pecuniariarũ comprehendãtur Vaſalli Baronum, & hanc fuiſſe tertiam opinionem ſuffragiorum teſtatur *Author* noſter hìc *n.79.& 80.* & ſic per S.E. fuit expeditus ordo die 24. menſis Decembris 1572. qui inter *Pragmaticas*, eſt *pragmat.8.* in ord.

P ſub

ſub *rubr.de abolition.* & apud *Reg.Tap. lib.5.Iur.Regn.fol.mibi* 414.Et hãc ſententiam probat *Maſtrill. de Indultu c.* 21.*n.*5.*& cap.*44.*n.*5. vbi dicit,ità intelligendas eſſe literas S. C. M. quas refert *Reg.de Curte d.loc.in fine*, idque confirmat ex alio Indultu de anno 1599. in hac Ciuitate publicato die 9. Maij 1600.vt in *pragm.*2. *de abolit.* in illis verbis: *Declaramus etiam, Vaſallos Baronum dicti noſtri Regni ab huius noſtra indulgentia beneficio minimè eſſe excludendos, exceptis tamen caſibus,in quibus de pœna pecuniaria tractari contigerit.*

20 Sed quia illa prouiſio Baronibus inauditis facta erat, ideò reclamauerunt ad Excell. huius Regni tunc Gener. Locumtenentem, ac denuò iunctis omnibus Supremis Tribunalibus die 1.Iulij 1573.fuit deciſum indiſtinctè pro Vaſallis Baronum, nedùm quoad pœnas corporales, ſed etiam quoad pœnas merè pecuniarias; & ſic reformata remanſit prima determinatio, vt teſtatur *D.Reg.* noſter hîc *nu.*83. qui in hac cauſa ſuffragium præſtitit, vti Præſidens R.Cam. & *Dom. Reg. Reuerter.in ſua deciſ.* 546. *in fin. Reg. de Curte d.loc. num.*32. Et ità per S.C.M. fuit reſcriptum per ſuas literas die 25. Martij 1574. expeditas, quas tranſcripſere *Reg.de Curte ibid. Maſtrill. d.cap.* 44.*n.*5.*Reg.Sanfelic. deciſ.*406. *nu.*2. ac magis per extenſum cum prouiſionibus S.E. pro illarum obſeruantia ſub die 22. menſis Ianuarij 1575. exarat *Heliſæus Danza ad Grammat.deciſ.*4.*n.* 31. & hanc ſententiam contrà *Maſtrill.* tenet *D.Io: Bapt. Larrea d. deciſ.* 30.*num.*6.*par.*1.

21 Fuit etiam orta quæſtio in prædicto Indultu, in quo aderat conditio, vt infrà ſex menſes obtinerent partium remiſſiones, aliàs illo non gauderent, an poſſet opponi de elapſo ſemeſtri,ſtante impedimento pendentiæ litis prædictæ, & concluſum fuit, quod pendente dicta quæſtione, circà interpretationem dicti Indultus,tàm in prima inſtãtia,quàm in cauſa dictæ reclamationis, vſque ad tempus publicationis factæ de declaratione prædicta de menſe Februari j 1575. non incæpit currere terminus d. ſex menſium, vt refert *Reg. Sanfelic.deciſ.*406.*à n.*4.*ad* 13.*lib.*3.

22 Indultus enim cum partis remiſſione concedi ſolet, *Maſtrill. de Indultu cap.*21.*n.*2.*& cap.*45.*nu.*6. *Larrea deciſ.* 26.*n.*7.*Nouar.de grau.Vaſall.p* 1.*grau.* 12. *Card.de Luca de regal. lib.*2.*diſcurſ.* 148. *num.* 62. *Manfrell. ad Reg.Capyc. Latr.deciſ.*71.*n.*4.Quæ,& qualis remiſſio requiratur in abolitione, *vide Vrceol.de tranſact.qu.*57.*à nu.*15. *Valeron. eod.tract.tit.*4.*quæſt.*7.*Pegas ad ordinat. Regn.Portugal.tom.*1. *ad proem. gloſ.*54. *per tot.*& *tom.*2.*gl.*20.*n.*22.*& ſeq.* & *to.* 7.*de Regim. Senat.Palatin. cap.*27. *de Luca ad Praſ.de Franch.deciſ.*509.*nu.*3. *et ſeq. Antunez Portugal d. cap.* 18. *à nu.*13.*cumſeqq.* cum alijs adductis per *Franciſc.Romaguera* in ſuis doctiſſ. *addit.ad Conciel.ſup. Statut. Eugub. lib.*4. *rubr.*15. *num.*6. vbi allegat *Nos* in *Viſion.feud. tom.*1. *par.*2. *rubr.*4. *viſion.*5. *pag.*215.*et* 216.

23 An autem poſſit à Prorege indulgentia concedi Vaſallis Baronum, latè examinant *Nouar. par.*1. *quæſt. for.*30. *Reg.Sanfelic.lib.*1.*deciſ.*55.*per tot.*

24 Indultus comprehendit etiam Clericos, ſi cognitio delicti, vel pœna ſpectat ad Iudicem ſecularem, *Maſtrill.de Indultu cap.*3.*n.*13.*& ſeq. Foller. apud Reg.Rouit. in pragm.*1. *de abolit. nu.*48. *Reg.Sanfelic.deciſ.*187. *lib.*2.

25 Solẽt tamen Cath.Reges noſtri, lætitiam,& naturalem clemẽtiam moderantes, in his generalibus Indultibus aliqua excipere delicta, puta crimen vtriuſq; Maieſtatis læſæ,monetarum, reſiſtentium Magiſtratibus Regijs, nefandorum criminoſorum, & falſi, ac ſemper habita partium concordia ſaltem intrà tot menſes; Etenim in his atrocioribus delictis publicum gaudium, & lætitia turbatur, & potiùs ſeueritatẽ, quàm clementiã adeſſe expedit: *Sit pietas, ſed non plus quàm expediat,parcens, cap.*9.55.*diſt. Textus* in hac re elegans in *l.*3. C. *de Epiſc. Aud.* ibi:

ibi: *Sed ab bis ſecernimus eos, à quibus contaminari potiùs gaudia, lætitiamq; communem, ſi admittantur, animaduertimus* : Et ibi : *Patiatur tormenta veneficus, maleficus, adulter, violatorq; moneta: homicida, parricidaq; quod fecit, ſemper expectet . Reus etiam maieſtatis, de Domino, aduerſus, quem talia molitus eſt, veniam ſperare non debet* ; tradunt *Borrell.d.c.38.n.85. & 86.Dom.Creſpi de Valdaura par.1.obſeru.5. à nu.245. Antunez Portugal de Donat. Reg. d. cap. 18.num.12. & 48.Romaguera in d. rub. 15.num.9.*

AD §. X.

De Gabellis.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Gabella, & ius probibendi, quomodò differant, à n.1.ad 4.

Ius probibendi, an poſſit ab alijs exerceri, n. 5. & quid ex clauſulis in conceſſionibus feudi, n.6.& 7.

Ius probibendi, an militet pro acceſſu extrà territorium, n.8.& 9.

Gabella Vniuerſitatis, an debeatur de victualibus, quæ in Baronalibus apothecis venundantur, n.10.

DE Gabellis, quæ ſub Iure Dohanarum comprehenduntur, feliciter egimus ſuprà cum *Authore* noſtro *in §.6.de Iur.Doban.* Ad alia modò iura, & gabellas noſter ſermo eſt conuerſurus, quę licet olim erãt membra Dohanarum, hodiè tamen extrà Dohanam, ac ſeparatim exigũtur, nẽpè Gabella, & Tertiaria Vini, Equorum, Carnis, ſiuè macelli, Ouorum, &c.

1 Annotare autem hìc nõ abs re cenſemus, quod gabella eſt illa, quæ ſoluitur ab omnibus introducẽtibus merces, puta panem, vinum, carnem, in aliquam Ciuitatem, ad certam rationẽ, nempè ad rationem decem, vel viginti pro ſingulis centum valoris rei, *l. inter publica, §. publica*, vbi *Alciat. Rebuff.* & alij, *D. de V. Signif. Briſſon.in eundem tit.lib.19.ver. Vectigal, Dom. Conſil. Altimar. in vltimis obſ. ad R. Rouit. deciſ.*
2 *17.nu.9.* Si verò res valet decem, & ità communiter vendi ſolet, & Rex prohibet, ne alij vendant, & dat vni tale priuilegium, vt ſolus ille poſſit vendere talem rem, tunc eſt ſimplex ius prohibendi, *l. ſi quis, C.de vectigal.*

3 Sed ſi taxetur, & augeatur pretium talis rei priuatiuè vendendæ, tunc eſt gabella, & ius prohibendi ſimùl, *cit. Conſil. Altimar. ibid.* Et *Boſſius tit. de Vectigal.nu.4.* exẽplificat in pretio ſalis aucto, totum enim illud augmentum eſt propriè vectigal, & occaſione prohibitionis, puta ſi prohibeatur emere ſal, niſi in ſalinis, & ab Arrendatoribus, à quibus neceſſe eſt emere cariori pretio, cum quo concordat *Remig. de Genneſ.in tract.tom.16.p.2.de Charitatiuo ſubſid. qu.60. n.3.fol.183.* vbi dicit,
4 hoc Vectigal in ſua regione Gallię vocari *Scizam*, quæ eſt impoſitio, quæ cõmuniter imperatur ſuper victualibus, quę vendantur ea conditione, vt omnes ementes, vltrà iuſtum pretium, ſoluant certum augmentum, vt ſcilicet, panis, carnes, vinum, & omnia ad victum parata, quæ communitèr æſtimarentur pro octo, vel decem, vendantur duodecim, vel plus, *Reg. Galeot. reſponſ. fiſc. 10. n.41.& ſeqq. Conſ. Altimar. d. obſ. 17. nu.7. Caſar Nicol.Piſan.in add.ad Gaet. ſup.rit. R. Cam.rub.20. à nu.27.ad ſeqq.*

5 Quod ius prohibendi nõ poſſunt alij exercere, ſed libera cuiq; facultas eſt,

vendere, aut emere victualia quælibet,
vnde grauantur vaſalli, ſi à Baronibus
prohibeantur, *Io: Ant. de Nigr. in c. Re-
gni, grauamina, à num.52. R. Tapia lib.
6. Iur. Regni fol.297.* Imò etiam ſi in
6 feudi conceſſione adeſſet clauſula, *cum
furnis, tappetis, &c.* non inducitur ius
prohibendi coquendi panem, macel-
landi carnes, molendi frumenta, &c.
niſi particulari priuilegio, aut legitima
præſcriptione, vel conſuetudine legiti-
mè præſcripta, tale ius prohibendi ha-
beant, vt in *Prag.14. & 16.* Auguſtiſs.
Cæſaris, *ſub tit. de Baronib.* conſuetu-
7 dinem præſcriptam intelligunt *DD.* cũ
ipſe Baro prohibuerit, & prohibitus
acquieuerit, & legitimum tempus ſit
elapſum, poſt alios *Paris de Put. de
reintegr. feud cap.15. num.23. Borrell. de
magiſtr. Edict. lib.4. cap.7. ex nu.31. Ca-
piblanc. lib.1. de Baron. ad prag.14. No-
uar. de grau. Vaſalt. lib.3. grau.84. R. Ca-
pyc. Latro t.2. conſult.110. à nu.13. Reg.
Tapia d. lib 6 fol.293. Conſ. de Roſa lib.
1. conſult.66. à nu.7. Conſ. Altimar. d. obſ.
17. n.5. & 6.* videndi *Rol. Cauagnol. in
add. ad Menoch. conſ.189. nu.71. & ſeqq.
Larrea lib.2. alleg. fiſc.69. Card. de Luca
de Regal. diſc.105. Io: Hering. de molẽdin.
qu.10. & 22. Ant. Gobius de Aqu. q.16.
Franc. Maria Pechius in tract. de aqua-
ductu lib.4. de molendin. qu.12.* & Baro
circa ius prohibendi lite pendente eſt
in poſſeſsione manutenendus, *Anna
ſing.557. Marcell. de Mauro alleg.32.
R. Marcian. diſp.65. ſub num.15. lib.2.*
Secùs ſi non doceat de poſseſsione,
idem *Anna alleg.116.*

8 Procedit etiam hoc ius prohibendi,
quando vaſalli ad molendum, vel co-
quendum, extrà territorium accede-
rent, quia aliàs eluſorium eſſet, vt pro-
bat *Reg. de Marin. lib.2. reſol.118.* vbi
num.13. ampliat in Barone etiam non
9 habente ius prohibendi, vt non poſſint
vaſalli, extrà territorium accedere in
præiudicium introituum Baronalium,
& ad æmulationem; Etiam ſi in molen-
dino Baronis eſſet maior exactio, *Dan-
za ad priuil. Montisfuſc. fol.179. àt. n.9.*
ſed an Baro poſſit alterare ius molitu-
ræ, vel fornatici vltrà ſolitum, edifice-
rit *Reg. Rouit. in d. Pragm.14. à num.3.
ad 6.*

10 De pane verò, qui venditur per Ba-
ronem, vel de eo, quod in taberna
conſumitur, non debetur gabella com-
petens Vniuerſitati, vt docet *Reg. de
Ponte conſ.106. à num.17. vol.2.* licet
alitèr dicat *Nouar. lib.2. de grauamin.
Vaſall. grau.48.* quia indirectè tollere-
tur dictum ius prohibendi, imò cum
dictæ gabellæ nequeant ſine regio aſ-
ſenſu imponi, concedi ille non poteſt
in præiudicium immunitatis à Rege
Baronibus tributæ pro introitibus feu-
dalibus, vt in ſimili tradit *Goffred. de
Gaeta in Rit. Reg. Cam. rubr.2. de Iure
fund. num.287. Nos enim* (inquit Im-
perator in *d. Pragm.14.*) *ſicut vaſallo-
rum libertatem retinere quærimus; ità
iura, quæ Barones, & alij vtiles Domini
habent, conſeruare intendimus;* cum ex
furnis, ac macellis feudales introitus
augeantur, *Conſ. de Roſa de conſult.66.
num.14.*

De Gabella, & Tertiaria Vini.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

*AQua, & vini præſtantia commenda-
tur, n.1. & 2.*
*Vini genera, ac effectus qui nàm Authores
explanarint, n.3.*
*Vinarium forum, ac vini portorium memo-
rantur, n.4. & 5.*
Vectigal cereuiſiæ quid ſit, n.6.
*Vini vaſa, an pro vectigali ſoluendo aperi-
ri poſſint, n.7.*
Cereuiſia, quis potus artificialis ſit, n.8.
*Gabella tertiaria vini, quæ ſit, & quando
indicta, à nu.9. ad 11. cur ità dicatur
n.12. eiuſq; ſuperindicta, quæ ſint, n.
13. & 15. & an ad eam extendatur
immunitas, n.14.*
Et quid ſibi retinuit Regia Curia *anno
1649. n.16.*

Vi-

Vinum, an poſſit vendi in priuatis ædibus; Et quæ tabernæ ſint immunes, nu.17. & 18.

Iuriſdictio gabellæ vini, eiusq; Officiales qui, à n.19. ad 21.

Gabelluccia vini (ſeù ius ſeptimi*) Ciuitatis Neapolis, quomodò ſoluatur, nu.22. & quando impoſita, n.23. cur dicatur ius ſeptimi, n.24.*

Et quando creditoribus aſſignata, nu.25. & 26.

An expediat, dictas impoſitiones vniri, num.27.

Ius prohibendi aquauitæ, quando iuſſum, num.28.

Aqua ardens, ſeù aquauita, *an ſit mercis ſpecies, & de ea gabella debeatur, à n. 29. ad 31.*

Gabella, an debeatur de venditione mixtarum potionum, ſiuè aqua mulſa, ac lora, n.32. & 33.

Ius prohibendi Niuis, in quo conſiſtat, n.34. & quid in hac Ciuitate Neapolis, nu. 35. et 36.

An obliget etiam Eccleſiaſticos, num.37. et 38.

1 HVmanæ vitæ ſubſtentatio potiſſimùm à victu, ideſt cibo, & potu dependet; Ad potum autem hominis, & animalium communitèr conducit aqua, de cuius neceſſitate, & vtrùm faciliùs cibo, an potu carendum, agunt *Hyppol. Guarinon. lib.4. cap. 18.* Aquæ ſane elementum, nedùm rerum omniũ eſt optimum, *Tiraquell. de nobil. cap.31. nu.184. Galganet. de Iur. Publ. lib.4. tit. 49. ſub n. 1.* ſed & humano generi, rerumq; omnium productioni, incremento, & conſeruationi maximè neceſſarium eſſe, teſtantur *Rhodigin. lib.27. c.5. Tiraquell. d. cap.31. nu.583. Vrſell. concluſ.132. n.1. & 2. Gargiar. iun. in tract. de aquis cap.2. per tot. Pecchius de Aquæductu cap.7. qu.3. nu.12. Anton Gobius in tract. de aquis quæſt.1. n.1. & 2.* Et ſecundùm *Feſtum Pompeium*, aqua dicitur *à qua* iuuamur; Vel *à qua* ſunt omnia, *Lactant. lib. 1. Inſtit. Diuin. cap.5.* Hoc etenim elementum, Deum eſſe fabuloſa effinxit antiquitas, ac *Thales Mileſius* ſenſit, ex aqua omnia eſſe, & in eam viciſſim redire, teſte *Borrello de magiſtr. Edict. lib.2. cap.8. num. 313. & ſeq. Tiraquell. d. loc. n.586.*

2 Deindè ad potum hominis Deus Opt.Max. inter vegetabilia præſtantiſſimum condidit vinum, cuius virtus mirifica etiam in ſacris, vt lætificans hominem commendatur *Iudic. c. 9.* & *Pſ.103.* & ad ingenij acumen ex *Horat. carm lib.3.* Somnum affert, curas, ac motum adimit, & adeò ſanitati vtile, vt medicamentum eſſe velit *Galen. lib. 3. de aliment. facultat.* Immoderatus verò vſus, voluptates, dolores, iras, amores, ebrietatem vehementiùs concitat, *Plato lib.1. de legib.* Hine miſcendi vini, & temperandi modum aliqui præſcripſerunt; Vnde ait *Muretus*.

Qui ſolitis Bacchum; Comites ſimùl addite Lympbas;
Nam ſine ope illarum, munera noſtra nocent.

3 De varijs vini generibus adeundus *Iacob. Præfectus Medicus Sicul. in opuſc. de diuerſor. Vini gen. natura*; & in Regno Neap. *Proſper Rendella in tract. de Vinea, Vindem. & Vino*; Multiplices effectus, ſiuè bonos, ſiuè malos, eorumquè cauſas ponunt *Io: Bapt. Confalonerius* in libello, *de Vini natura*, *Andreas Baccius lib. 1. hiſtor. Vini*, *Io: Flauius Brunus tract. del Vino, & aceto, e de loro effetti, Galeot. Mart. de doctrin. promiſcua cap.4. Io: Fred. Mateneſius in ſyntagm. crit. de ſomno, potuq; Chriſtiano ſomnifero*, & alij, quos notat *Io: Heringius de orig. Phryſ. cap.4. et in Mantiſſa cap.3. n. 119. et 120. Petrus Paulus Fuſconus* Medicus Romanus in *tract. del bere caldo, e freddo, cap. 1. D. Hieronym. Pardus* in ſuo perito *tract. del Vino Aguado, y Agua Enuinada, Ioſeph Laurentius in ſua Polymathia var. erudit. lib.2. diſſert.9.17. et 24.*

4 Alexander Seuerus, Corpus Vinariorum inſtituit, qui negotiationem Vini in Vrbem inuehendi factitarent; Et Romæ erat forum vinarium, eiuſq; Tribùnus, qui dicitur Rationalis per *l.4. C. Theodoſ. de Suarijs l.13. de Calcir coctor.*

ctor. eod. l. Imperatores, C. de contrah. empt. Iul. Cæſar Bulenger. de Imper. Roman. lib. 6. cap. 76. Item & ſuſceptores Vini, de quibus mentio fit in *l. 18. D. de mun. et bon. et tit. C. de ſuarijs, et ſuſcept. Vini lib. 10.* Hi ſuſcipiebant vina fiſcalia, & populo vendebant, vt exponit *Pratæus in Lexic. ver. ſuſceptores*; ſed meliùs officium horum ſuſceptorum fuit accipere à Prouincialibus vini viceſimas, octauas, &c. *Rendell. d. tract. de Vindem. quæſt. 62.*

5 Fuit & Vini portorium in libera Republica, *Cicero pro M. Fonteio: Cognoſcite nunc de crimine vinario, quod illi inuidioſiſſimum, & maximum eſſe voluerunt; Fonteio non in Gallia primùm veniſſe in mentem, vt portorium vini inſtitueretur, ſed hac in Italia propoſita ratione Roma profectum.* Itàq; *Titurium* Tholoſæ quaternos denarios in ſingulas vini amphoras, portorij nomine exegiſſe: Croduni *Porcium*, & *Numium* ternos victoriatos Vulchalone Seruęū binos H S. & victoriatos CIↃ. meminerunt *Bulenger. de Vectigal. Pop. Rom. cap. 37. in lib. 9. de Imp. Rom. Fauſt. pro Ærar. claſſ. 1. ord. 28. Petr. Gregor. in ſyntagm. iur. lib. 3. cap. 10. n. 15.*

6 Et Princeps ſi ad coercendas nimias ſuorum ſubditorum commeſſationes, qui cereuiſijs meliorem ſubſtantiæ ſuæ partem obligauerint, in ſingula vaſa inuecta certum tributum conſtituit, an Reſpublicæ, quarum ciues illas ipſas cereuiſias coxerunt, ſe opponere poſſint? *Io: Hering. de Molendin. quæſt. 2. n. 87.* fundat, liberum eſſe Principi hoc facere, cùm ſumma, & publica vtilitas procuretur, & ſaltem pœna delitijs imponatur, vt ex *Plinio* ait *Scipio Ammiratus in comment. ad Tacit. lib. 3. cap. 8. pag. 113.* Et Vectigalia, quæ ad coercenda ſcelera imperantur, omninò iuſtiſſima videri debent, & ſic in ebrioſos vinum, vel cereuiſiam vendentes, *Vvaremund. de ſubſid. cap. 4. num. 43. fol. 60. Fauſt. pro Ærar. claſ. 5. ord. 523.*

7 Vaſa autem vini, & cereuiſiæ, pro quibus vectigal pendi debet, aperiri non debere, nec inde ſolutionem vectigalis ſumere fundat *Henning. Goden. in conſ. 7. & 8. per tot.* vbi nec etiam prætextu conſuetudinis tale factum defendi poſſe, ſed huiuſmodi conſuetudinem vti irrationabilem, & naturali æquitati, publicæq; vtilitati repugnãtem non valere, cum non ſolum res ipſa pro vectigali capiatur, ſed ex apertione, & euacuatione vaſorum, ſequatur corruptio potus, ſequuntur *Schneideuu. §. ex capite 3. nu. 13. Inſtit. de l. Aquil. Sixtin. de regal. cap. 6. num. 81. Bocer. de regal. cap. 2. n. 196.*

8 Cereuiſia autem, eſt artificialis potus, Germaniæ, Belgiæ, Angliæ, Sueciæ, Daniæ, Poloniæ, ac Bohemiæ populis vſitatus; à quo potu abhorrent Itali, Galli, & Hiſpani, cum regio vinum ſuppediter; Fit namq; ex frugibus, & aqua, & cum lupulo decoquitur; fruges ſunt regularitèr triticum, & hordeum, interdum & auena, vel ex aromatibus, *Fauſt. d. loc. Klock. de Ærario lib. 2. cap. 11. num. 4.* vnde Cereuiſia dicitur à Cerere, ideſt frugibus, *Thadaus Hagecius in opuſc. de Cereuiſia, Vvilliebius ad Tacit. de morib. German. Guarin. lib. 4. cap. 21. Ioannes Otto Tabor in tract. de Iure Cereuiſario.*

9 In hoc Regno, inter alia Iura Dohanæ, eſt Ius, quod percipitur per Regiã Curiam ex vino, quod venditur intùs Ciuitatem Neapolis, & eius territoriũ ad minutum, ideſt, quando emitur, &

10 venditur ad amphoras: quam gabellã, antiquiſſimam vocant *Reg. Reuerter. deciſ. 309. in princ.* noſter *Author* hìc *nu. 3.* quem refert *Reg. Galeot. reſp. fiſc. 10. nu. 67.* aitq; *Io: Ant. Summont. lib. 1. hiſtor. Neap.* originem habuiſſe tempore Regis Ladiſlai de anno 1398. in qua deputatus fuit Credenzerius *Andreas Blancus de Neap.* licet *in tom. 2. lib. 4. fol. 324.* tradat, hanc gabellam fuiſſe ſolummodò quoad vina intùs hanc Ciuitatem immiſſa.

11 Et Sereniſſ. Rex Ferdinandus I. anno 1482. in generali Parlamento Neap. celebrato, ordinariam focvlariorum, & ſalis impoſitionem per Ser. Regem Alphonſum I. eius patrem factam, tolli vo-

voluit, ac vini gabellam imponi in dicta Ciuitate,eiuſq; Caſalibus, ac emanare curauit bannum anno 1484. & inter cætera Capitula, ibi: *Item ſtatutum eſt, quod ex vino,quod vendi contigerit in quauis parte huius Regni ad minutum in tabernis, ſeù boſterijs, vbi venduntur alia res comeſtibiles,exigi debeat tertia pars pretij, ſeù tertij illius, quod venditur à venditoribus, qua exactio fieri debeat, poſt venditionem dicti vini*. Fuit tamen quoad Neapolis Ciuitatem, eiuſquè Caſalia tantùm reſtricta.

12 Diciturq; proindè gabella *Tertiariæ Vini*, quia conſiſtit in tertia parte pretij aucti, quæ tamen eſt medietas veri pretij, quo vinum emitur ab Arrendatoribus, vel Conductoribus (vt vocant) *Magazenorum*, cum iure prohibendi venditionem vini ſine licentia Arrendatoris, vt ex *Authore* noſtro hìc exponit *Reg.Galeot.d.reſponſ.fiſc.10.nu. 67.* Et vltrà tertiariam, additur ſuper-

13 indictum impoſitum de anno 1557. tempore inuaſionis Regni *de Monsù de Ghiſa* ducatorum duorum, & tareni vnius pro quolibet dolio, quod vocatur, Nouum Impoſitum, *Author* hìc *nu.*25. & ſuprà §.2. *quæſt.*10. ità quod cum pretium vini fuerit ducat. octo, & tar.4.pro qualibet vegete, gabella Regia erat duc.4. & tar.2. noua impoſitio fuit taxata in duc.2.& tar.1.noſter *Au-*

14 *thor* hìc *n.*26.Ad quod vectigalis augmentum non extendi immunitatem, cuidàm per Regem Federicum conceſſam à tertiaria vini,pro illius taberna, teſtatur *Reg.Reuerter.deciſ.*553. vbi *Reg. de Marin. in nouiſſ. obſ.* id confirmat ex *Io.Vinc.de Anna in cap.1.à num. 269.de Vaſallo decrep. ætat.* qui ſcripſit pro Domino Caſalis Afragolæ, qui ex priuilegio prætendebat hanc tertiariã deindè impoſitam in dicta Ciuitate, eiuſq; diſtrictu, & ſic in dicto Caſali, ſed Fiſcus obtinuit, teſte *Reg. Reuert. deciſ.* 537. meminit *Reg. Galeota lib.2. controu.*54.*n.*38.

15 Eſt & aliud ſuperindictum,quod vocatur, *della Gabelluccia*, aliorum carolenorum duodecim, fuitq; Ciuitatis,ac per eam deindè ceſſa Reg.Cur. Quæ ſimùl vnita ſummam faciunt duc. trium, & taren. quatuor vniformitèr ſoluendorum, vltrà *Tertiariam*, quæ variane ex qualitate vini, & quantitate pretij, *Reg.Galeota d.reſp.*10.*nu.*67.*in fin.Reg. Tap.in rubr.D.de Conſtit.Princ. cap.*4.*n.* 8. *Scipio Mazzella in deſcript. Regni Neap.lib.*2.*fol.*338.

16 Anno 1649. ob dationem inſolutum Conſignatarijs factam, Regia Curia ſuper dicto Arrendamento vini ad minutum ſibi retinuit duc.17.m.(incluſo eo, quod anteà ſupèr illo habebat) ex rata partitionis generalis pro dote Arcæ militaris, vt in *Pragm.* 23. *de Vectigal.*

17 Et per multa banna, vt in *Regijs Pragm.* præſertim *pragm.*28.& 38.*de Vectigal.*dantur ordinationes pro dicto Arrendamento, ne vendatur vinum in ædibus priuatis, etiam Regijs, aut rabernis prohibitis, ſub pœnis pecuniarijs, & corporalibus, vt ex alijs Regijs ordinibus docet *Conſ. Petra tom.*3. *rit. M.C.*267.*n.*45.

18 Per R.Cam.mandatum fuit, vt exigeretur hoc ius in omnibus tabernis, nec etiam eſſet immunis taberna Caſtellani Caſtri noui huius Ciuitatis, quam tenebat in ſuburbio S. Spiritus, iuxtà literas Reg.Cam. 27.Septembris 1518. *in literar. part.*22.*fol.*154. *Reg. Reuerter. deciſ.* 309. qui etiam in *deciſ.* 311. decretum R. C. refert, vt liceret vendi vinum ad minutum, omnibus, immune à gabella in tabernis *de Florio* in ſuburbio Plagæ, *del Criſpano* in ſuburbio S. Antonij, & alia in Caſali S.Io:ad Teduccium, prçterquàm in taberna S. Iuliani, propter priuilegium limitatum pro ijs, qui in ea comedunt, & bibunt, ac teſtatur noſter *Author ſupra d.§.*2. *quæſt.*10. *num.*12. idemque *Reg.Reuerter.in deciſ.*378. quod Fiſcus præferatur pro diritcibus huius gabellæ,ſupèr vegetibus vino plenis tabernę conductæ.

19 Adeſt iuriſdictio prædictæ gabellæ à duobus Arrendatoribus recta, ſupèr

Cau-

Cauponibus, Tabernarijs, & Magazenerijs vini, quoad fraudes cõmiſſas in vendendis vinis, cum ſuperintendentia vnius ex Præſidentibus R.Cam. à quo appellatur ad Reg.Cam. *Taſſon.ſuper pragm.de anteſ.verſ.3.obſer.3.Tribunali 31.num.387.* quæ ſemper in poſſeſſione fuit cognoſcendi contrauenientes, tabernarios,& magazenerios,eoſq;poſſe pro eorum tabernarũ, ac *magazenorum* vſu emere carnes, piſces, aliaquè comeſtibilia, & ità determinatum fuit anno 1635. contrà Præfectum annonę, & Electos huius fidel. Ciuitatis, vt latiùs in *pragm.47.de Annona*, videre eſt.

20 Sunt etiam alij Subofficiales,vulgò, *della Mazzacogna*, quorum officium eſt, vt ſingulis diebus accedant ad loca, in quibus venditur vinum,& quodlibet dolium vini menſurent,imponentes intùs virgam quandam, ſeù laminã ferri, quæ dicitur,*la Mazzacogna*,quibus menſuris habetur notitia quantitatis vini, ſecundùm quam exigitur rata gabellæ Reg. Fiſci, *Author* noſter hìc *n.10.& 11.* Et ſignant etiam vege-

21 tes in foramine, ne immittatur aqua; Et ne fraudentur menſuræ, eſt conſtitutus alius Officialis,quem vocãt Credenzerium amphorarum, vulgò *Carrafe*, qui ſignat has vini amphoras, ità vt prædicti venditores vini non poſſint vinum vendere, niſi cum illis vaſis ſignatis ſub pœna amiſſionis vini, *ibid. num.14.* In hoc Regno adeſt menſura, vulgò dicta, *Carrafa*, ex opere figulino, vitreo,vel æneo confecta.Dimidiũ, vulgò, *mezza carrafa*: Cadus, quem *Barilium* vulgus appellat, eiuſq; meminit *Vrſill. ad Afflict. deciſ.399. nu.1.* conſtat ex ſexaginta *carrafis*; Dolia, vulgò *Botte*, ex duodecim *Barrilibus*, Neapoli conſtant, ſed in varijs regionibus variæ ſunt menſuræ.

22 Habet etiam fideliſsima Ciuitas gabellam vini, quam vocant, *ius ſeptimi*, ſeù *gabellucciam vini*, eiuſq; dirictus exiguntur, quando vinum introducitur in Ciuitatem ad rationem carolen. nouem pro quolibet dolio (licet ante populares tumultus eſſent carol. decem) quod vinum Neapolim immiſſum, non poteſt vendi ad minutum,nec etiam cum cadis, generalitèr, ſed ſolùm à venditoribus, ſiuè *Magazenerijs*, cum licentia Gubernatorum, & Delegati; Ad differentiam Tertiariæ Regalis Vini,cuius dirictus exiguntur tempore venditionis per Tabernarios, attenta determinatione *aſſiſa*,vt ſuprà.

23 Etenim dicta Ciuitas,præuio Regio aſſenſu anno 1538. impoſuit dictã gabellam, ſeù ius prohibendi vendendi vinum ad minutum,& quod quiſq; vẽditor ſolueret pro quolibet dolio vini parui carolenos nouem, pro alijs verò, carol.12. Quæ impoſitio ſeparatim, ab illa Regiæ Curiæ, locata fuit, vſq; ad

24 annum 1574. quo tempore R. Curia petijt, eas vnitim locari (imò & ſibi retrocedi, vt *in ſeq. quæſt.*) ob damnum, quod ex ſeparatione oriebatur, ſed vnione ſequuta, per Ciuitatẽ prætẽdebatur quinta pars, & à Curia offerebatur ſeptima pars,& ex decreto R.Coll. Conſ.ſub die 10.Septembris 1582.declaratum fuit, ad eam ſpectare ſeptimã partem,liquidatã in duc.15500.alioq; decreto ſub die 26. Nouembris 1583. pẽdẽte liquidatione ordinatũ fuit,ſolui debere Ciuitati ſingulis menſibus duc. mille, quos ante partem, vti dicti Arrendamenti onus, ſolui perſeueratum.

25 Anno verò 1632. dicta Ciuitas,eos ceſſit Regiæ Curiæ, in donatiuo duc. quincentorum millium pro duc. 120. m. qui à Regia Curia vti præcipui fuerunt venditi *Io: Bapt. Mari*, cum pacto de retrouendendo ad fauorẽ dictæ Ciuitatis,& cum præcipuitate dicti annui reditus duc. 12. m. proùt exacti fuere vſq;ad annum 1651.quo tempore fuerunt redacti ad annuos duc. 10.m.ſtãte tranſactione inita ſupèr exactione ad rationẽ decem pro ſingulis centum,cõtrà formam *Bullæ*, ac ſuper deductione duc. 2.m. ad beneficium Regiæ Curiæ, pro rata contributionis generalis duc. 300.m. ſuper omnibus Arrendamentis ordinatæ,poſt populares tumultus.

26 Et anno 1665. dicta Ciuitas quoq; Regio aſſenſu, ceſſit ius luendi dictos an-

annuos duc. 10.m.diuerſis perſonis pro rata participantibus,vendendo annuos duc.7200.ad rationem ſex pro ſingulis centum (licet nunc reperiantur redacti ad quatuor cum dimidio) præcipuos ſupèr dictis annuis duc. decem mille, remanentibus in beneficium dictæ Ciuitatis alijs duc.2.mille, & octincentis, vinculatis tamen prò obſeruantia promiſſæ præcipuitatis ad beneficium dictorum participantium, cum ſpeciali hypotheca, & pacto de non alienando, vt patet ex *inſtrumento* deſupèr rogato, ſub die 14. Febr.1665.*fol.17.& ſeq.in Actis, pro magn. Deputatis Conſignatariorum gabellæ Septimi Vini, cum magn. Gubernatoribus Arrendamenti Vini ad minutum, & alijs Conſignatarijs dicti Septimi, in banca Act. Franciſci Antonij Sanctori.*

27 Fuit etiam anno 1667. propoſitum *Excell. Dom. D. Petro Antonio de Aragonia* huius Regni vigilantiſſimo Proregi expediens, ſiuè reformatio prædictæ Gabellæ, continens vnionem dictarum duarum impoſitionum, & deberi totum directum æqualiter exigi in immiſſione, ſeù introductione vini in Ciuitatem, & tolli ius prohibendi; Ex quo naſcebatur, non ſolùm vtilitas Dominorum vini, ſed etiam Arrendamentorum, & Aſſignatariorum prædictarum impoſitionum ad fraudes euitandas, & præ cæteris publica vtilitas, & ſalus, quia dùm hodiè Neapoli ad minutum venditur in Tabernis vinum aceſcens, & dilutum, venderetur poſteà vinum purum, & bonæ qualitatis, vt latiùs probatur in *Diſcurſu peculiari* ad id edito ab incerto auctore, & ſæpiùs hoc fuiſſe tractatum teſtatur *Conſ. Petra, vbi ſuprà, n.46.*

28 Adeſt etiam ius prohibendi *Aquauita* ordinatum anno 1679. ſecùs pro vſu, vel pro remedijs medicinalibus, vt ex *Pragm.45. de Vectigal.* quæ eſt aqua ex vino vaporata, vocantq; alij tryginam, alij aquam ardẽtem; qui ſanè liquor, & ſi nullæ mate-
29 riæ, aut elemento adſcribendus ſit, cũ ſit abſtractum puriſſimum, vltimúq; ſpecis vinariæ ſpiritus, ſecundùm *P. Gibalin.lib.2.de vniuerſ.rer.negot.cap.2. de gabell.art.8.n.20.in fine*; attamen aquauita ſub mercium nomine venit; cum in iure merces dicatur quæcumq; res mobilis mercimonio expoſita, & venalis, vt per *Rebuff. & Alciat. in l. mercis appellatio, D. de V. S.* tùm, quia eſt materia mixta, pendens ex vino, licet diuerſam ſpeciem à vino conſtituat, ad *text.in l.ſi quis vinum 9. D.de tritic. vino, & oleo leg.* rectè *Card. de Luca de Regalib.diſcurſ.68.num.6.& 7.* loquens
30 de vſu aquæuitæ, quæ conficitur in Ciuitate *Voliterna*, & ad Vrbem introducitur, pro qua, obſeruantia induxerat, duplicẽ ſolui gabellam, vnam ſcilicèt Dohanæ, tanquàm de merce ad rationem iuliorum quatuor pro quolibet cado, & alteram vini, vſq; ad annum 1651. quo ab Innocentio X. S. Pontif. fuit erectus *appaltus* pro exactione Dohanæ, prohibita alterius gabellæ exactione, tanquàm de vino. Et *Dom. Conſ. Altimar. in nouiſſ. obſeru. ad Reg. Rouit. deciſ.17.à num.10.* decretum refert, eſ-
31 ſe ſoluendos directus Regiæ Dohanæ de aqua ardente, quæ introducebatur in hanc Ciuitatem Neap. quando Arrendamentum d. iuris prohibendi in demanio extabat; ex quo dictum ius prohibendi nil aliud eſt, quàm priuilegium alicui tributum, vt ipſe ſolus huiuſmodi rem vendat, non verò, vt gabellam non ſoluat, à qua Fiſcus tantùm eſt immunis.

32 Debetur etiam gabella ex venditione mixtarum potionum, *D.Io:Bapt. Larrea lib.1.alleg.fiſc.55.n.6.* vbi etiam latè probat, quod debetur gabella ex venditione aquæ mulſæ, *Hydromelis*, quam vocant *aloxa*, quia licet de aqua non ſit ſoluenda, tamen dùm illa miſcetur, amittit ſuam naturam; inſpiciturq; id, quod magis prævalet, *l.quæritur 10.D.de ſtat.hom.Syluester in ſumma ver. baptiſmus 2.ad fin.* ibi: *Sicut eſt aqua roſata, & aqua ardens, & generaliter lambiccata ex aliquo mixto, vt cereuiſia, & huiuſmodi, quia hæ ſpecies differunt ab aqua naturali.* Et vini gabella

Digitized by Google

non debetur de mulſo facto cum melle, *Ferrett.de gabell.num.598.*

33 Et an gabella vini, & muſti debeatur etiam de lora, vulgò *aquata*, quæ fit ex vinaceis aqua dilutis, enucleant *Rendella de vino qu.58.64.& 65. Cam. Borrell.de magiſtr. Edict.lib.3.cap.14. n. 66.& 67. Heliſ.Danza ad priuil. Montisfuſc. fol.285.àt.num 36.*

34 Vino accedit Nix, qua iniecta illud refrigeſcit, vt de Colo niuatio traditur in *l. in argento 23.D.de auro, & argent. leg.* Et quamuis niuem omnibus reponere liceat; vſus tamen rationabilitèr introduxit ius priuatiuum, quod ſcilicet alteri non liceret niuem colligere, & vendere, niſi ei, quem Princeps deputaret, aſſumenti in ſe onus ſuo ſumptu, & periculo pro integro tempore ſub certo, vniformi, inalterabiliq; pretio populū de niue prouidēdi, ex traditis per *D.Frāc.Magretti in obſ.ad Prag. Sicil.in prælud.qu.7.n.30.& ſeqq. Card. de Luca de Regal.diſc.40.num.11.Epiſc. Rocca diſp. iur. lib.2. cap.119. à num.1. ad 13.*

35 In hac verò Ciuitate Neap.cum eius Decuriones, ſeù Electi anno 1635. locaſſent facultatem inuehendi niuem, & vendendi pretio duorum granorum pro rotulo, cum prohibitione ad alios: Certior inde factus R. Fiſcus inſtitit, hoc illis nō licere, ob vectigalis prohibitā impoſitionē, ſiuè ob ius prohibēdi, quod ſoli Regi cōpetit, ex latè deductis per *R.Galeot.reſpōſ.fiſc.10.per tot.* & *Præſ.de Ganauerr.deciſ.Reg.Cam.16.*vbi
36 *in fine* ait, quod ob plura noſtræ Ciuitatis ſeruitia Ser. noſtro Regi præſtita, illi huius iuris beneficiū Ciuitati cedi placuit, & propter retroceſſionem 12. millium annuorum duc. ſuper Arrendamento vini, ad Fiſci fauorem factā.

37 Quod ius prohibendi venditionem niuis, quia non eſt gabella, ſed ſimplex ius prohibendi, ne alibi, niſi in certis locis vendatur, obligat omnes etiam Regulares pro vſu proprio, teſte *Iul. Capon.lib.4.diſc.313.c.2.n 23.circ.med.* Imò cum ob ſeditiones anno 1647. nefariè obortas, ex Regali benignitate fuiſſent omnes gabellæ ſublatæ, deinde anno 1649. in repoſitione medietatis illatum pro publico, & vniuerſali Regni bono, fuit concluſum, tolli vſum quibusvis perſonis, etiam non ſubditis Reg. Iuriſdictioni, vnde omnes cōprehendūtur, vt in *Prag.21.§.11.de Vectig.*

38 Præterea nedùm ad obuiandum fraudibus, vt diximus ſuprà ad §.6. *de Iure Doban. quæſt.3. nu.* 4. & infrà ad *§.13. de Iure carnis, num.*14. ſed quia Arrendator niuis tenetur magno ſumptu prouidere niuē omnibus, etiā Eccleſiaſticis, aliàs incidit in pœnā, & inde ſicuti eſt in periculo, & damno, ità rationabile videri debet, vt ſit in lucro, dùm in hoc priuatiuo iure formalitèr locario conſiſtit, ne alitèr, *Eccleſiaſtici nominis abuſione, Reſpublica lædatur*, vt *Theodoſius* ſcripſit in *l.vlt.in fin. C.de annon. & trib. l.ſacroſancta* 8. *C. de SS.Eccl.* & reuerentia Religionis dominum ſuo iure fraudet, vt ad *cap.conſtituit* 31.addito *Scholio Gratian. 17. q.4.*

AD QVÆST. VNICAM.

An etiam Rex de iure poſsit cogere Ciuitatem ad retrocedendam ſibi gabellam.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Rex, an poſſit cogere Ciuitatem ad retrocedendam ſibi gabellam vini, vel vnitim locare, à n.1.ad 4.

Gabellæ vini introitibus alienatis, an poſſit exerceri pactum de retrouendendo contra tertios poſſeſſores, n.5.

Conſignatarij gabellæ vini, ſeù iuris ſeptimi, an pro præcipuitate conuenta, poſſint via executiua agere aduersùs tertios poſſeſſores introituum ſibi ſpecialitèr obligatorum cum prohibitione alienandi, n.6.7.8.& 17.

Pactum de non alienando cum ſpeciali hypotheca, an impediat dominij translationem, aut ex illo poſſit via executiua contra tertium agi?

Affir-

Affirmatiuè concluditur, ac dilucidatur textus in l.creditor 7. §.fin.D.de diſtract.pign. à *n.9.ad* 16.

1 QVæritùr modò hìc, an de iure poterat Rex cogere Ciuitatem, vt ſibi retrocederet hanc gabellam Vini ſoluto iuſto pretio? Et an id eſſet expediens Reg.Curiæ?

2 Ad primum reſpondet *Author* noſter hìc *n. 6.* quod potuiſſet fieri de iure, ex *l.1.C.de vend.rer. fiſcal. lib.* 10. & poteſt optimè confirmari, ex latè annotatis ſuperiùs ad *quæſt.* 12. §.6. *de Iure Doban.* vbi fundauimus, quod ob damnum, quæ ex ſeparatione Dohanarum Baronalium oriebatur, potuiſſet Regia Curia vnitim locare, proùt fuiſſe ſeruatum in hac gabella vini anno 1574. annuimus in antecedenti §. *n.*24. aliudq; expediens pro vnione *ibid.n.*27.recenſuimus.

3 Non tamen expedire Reg. Curiæ auferre gabellam prædictam huic fideliſs. Ciuitati, ob multa incommoda,quæ inde oriri poterant, fuiſſe conclusum die 16.Iulij dicti anni 1574.teſtatur idem *Auth.*noſter hìc *nu.* 4. & 5. quem refert, & ſequitur *cit. Reg. Galeot.reſp. fiſc.* 10.*num.*68. vbi ſcripſit in celebri controuerſia orta inter Regium Fiſcum,& Ciuitatem Neap.quæ determinauit pretium niuis cum prohibitione ad alios vendendi; Ex quo Fiſcus prætendebat tanquàm ius Regale ad Regem pertinere; Sed quia Fideliſſi-

4 ma hæc Ciuitas pro ſubſtinendis bellis plura ſeruitia obtulit, illi huius vectigalis beneficium cedi placuit, propter retroceſſionem duodecim millium annuorum ducatorum, ſupèr Arrendamento Vini ad fauorem Fiſci factam, vt teſtatur *Praſ. de Ganauerro in deciſ.* 16.*in fine.*

5 Non eſt verò prætereundum, quod alienatis à Regia Curia introitibus dictæ gabellæ vini cum pacto de retrouendendo quandocumque,quibuſdam perſonis, quæ abſque dicto pacto eoſdem introitus poſteà vendiderunt; Cũ Regia Curia dictum pactum exercere voluiſſet contrà illos poſſeſſores, fuit deciſum, eos fore cogendos ad retrouendendum, ex eo, quia pactum de retrouendendo contrà ſingularem ſucceſſorem exerceri poteſt, quando primus emptor pro contractus obſeruantia ſua bona obligat, quæ hypotheca cum re tranſire dicitur, teſte *R. Reuerter.deciſ.*570. vbi *R.de Marin.in obſeru.* notat, eſſe hoc controuerſum, omnes tamen affirmare, ait *n.*3. quoties in cõtractu venditionis cum hoc pacto, ſpecialitèr conuentum eſſet, vt nullo pacto ea res poſſet in alium transferri, cũ ſpeciali,ad id,eiuſdem rei hypotheca.

6 Nec abſimilis accidit diſputandus articulus, in cauſa Conſignatariorum pro rata participantium, ſupèr gabella vini ad minutum, qui emerunt annuos duc.7200.ſupèr annuis ducat. decem mille reemendis, reliquos duc.2800. lucrante ipſa Ciuitate venditrice, cum pacto manutenendi eos aſſignatarios præcipuos, & in caſu diminutionis,per Mag. Electos dictæ Ciuitatis, nedùm obligata fuere Ciuitatis bona, ſed in ſpecie ſubiugati fuerũt *dicti annui ducati biſmille,et octincentum infra dictam maiorem ſummam, vt ſupra, reemendi, de propria pecunia dictorum participantium, fuit conuentum, quod remaneant, intelligantur, et ſint in ſpecie, et ſub ſpeciali obligatione, pignore, et hypotheca obligati, et hypothecati, etc. cum beneficio prælationis, etc. ita vt dominium ipſorum tranſeat in dictam Ciuitatem affectum oneri dictæ ſpecialis obligationis, et hypothecæ priuilegiatæ*; Sunt verba inſtrumenti deſupèr initi anno 1665. cuius meminimus in *anteced.* §. *de gabella vini,num.*26.

7 Cuius cõtractus vigore præfati Participantes in quolibet mandato dictas eorum annualitates præcipuas, & indiminutas exegerunt; Verùm multis ab hinc annis ſub prętextu deteriorationis Arrẽdamenti prædicti, in mandatis ſuperſedere cæperunt: Res proindè anno 1679.in iudicium deducta eſt,habitaq; notitia alienationis dict. ann.duc. bis mille, & octincentum(contrà expreſsũ pacti tenorem) ad beneficium Bancorum

rũ Spiritus Sancti, S.Mariæ Saluatoris, & Montis Ieſualdi, inſtiterunt pro obſeruantia d. præcipuitatis, tàm ſuper fructibus dicti Arrendamẽti, quàm ſuper d.ann.duc.2800. nullitèt alienatis.

8 De duobus tamèn fuit oppoſitum: Primò, ex parte Arrendamẽti, hanc ſcilicet præcipuitatem (etſi in eius quaſi poſſeſſione aſſignatarij eſſent) nullo titulo niti: Secundò, per Gubernatores d. Bancorũ, quod aduerſus ipſos, tanquàm tertios poſſeſſores, non poterat in via executiua procedi.

9 At prima obiectio ex ipſa cõtractus inſpectione refellitur; & ſtante poſita pactione, corruit altera in actionẽ executiuã exceptio; Nõ enim dubitari poteſt, quin concurrente ſpeciali hypotheca, cum prohibitione alienandi, etiã ſi non ageretur de re empta ex pecunia alterius, dominij translatio impediatur, ex celebri *Martiani* reſponſo in *libr. ſing. ad formulam hypothecariam*, not. *in l. ſi creditor 7.§.fin.D.de diſtract. pign.* ibi: *Quæritur, ſi pactum ſit à Creditore, ne liceat debitori hypothecam vendere, vel pignus, quid iuris ſit? Et an pactio nulla ſit talis, quaſi contra ius ſit poſita, ideòq; iure venire poſſit? Et certum eſt, nullam eſſe venditionem, vt pactioni*
10 *ſtetur*; Cui licet obſtare videatur *l. nemo, penult. D.de pactis*, quæ has prohibitiones alienandi, quæ ſimplicitèr, fiũt, nullas eſſe voluit, vnde directò aduerſari *d.l.7.§.fin.* ait *Theod. Straithmã, in ſuis antinomijs legum ciuil. pugna* 15. & hanc ſententiã contrà *d. l.7.* neruosè tuetur *Ant. Faber de error. Pragm. decad. 87. error. 2. & ſeq.* Attamen poſt *Gloſ. in d.l.7.* notauit *Gothofr.* quod *d.l.nemo* intelligitur, quando pactum fit, cum eo, qui non habet in venditione intereſſe, *ſed qui habet ius in re, (vt eſt creditor) benè ſibi id à debitore paciſci poteſt, vt in d. l. 7.*

11 Magna inſupèr olim controuerſia fuit de ratione corruptæ lectionis *d. §. fin.* quæ in locum, *nullam eſſe venditionem*, habebat, *nullam eſſe conuentionem*, vt *ibid.* annuit *Accurſ.* Cuius poſtremæ lectionis dubium, præterquam quod non fuiſſet congruens ſequentibus verbis, *vt pactioni ſtetur*, reſolutum fuit tempore *Bartoli*, qui in contingentia quadam, ad *Pandectas Florentinas*, quę tunc *Piſis* erant, recurſum habitum fuiſſe, & repertam eſſe veram illam lecturam, *nullam eſse venditionem*, teſtatur in *d.§.fin.* & in *l. filiusfam. 117.§.Diui, D.de leg. 1.n.14.* Et *Paul. de Caſtro in d.§.fin.* dixit, quod hæc altercatio fuit inter *Bartolum*, & *Franciſcum Tigriniũ*, ambos tunc Profitentes in Gymnaſio Peruſino, & repertam eſſe literam, vt dicebat *Bart.* teſte *Sfort. Oddo de fideic. quæſt. 12. num. 250.*

12 Licet *Iacob. Valdeſ. in add. ad Roder. Suarez in repet. l. poſt rem iudicatam, D. de re iud. in declarat. leg. Regn. ver. que le complades, n.7 inter eius opera fol. 624.* referat Card. *Alexandrinum*, dicentem, contentionem fuiſſe cum *Baldo* ſuo cõterraneo, qui *textum* corrupetat; Imò *Nicol. Boer. in conſuet. Bituric. des coſtumes des fiefz §.23. in fine*, ſe audiuiſſe ait à nonnullis, *Bald.* hac de re expulſum fuiſſe à *Peruſio*, quod meram fabulam ipſe agnoſcit, & poſt *Ant. Nigr. in tract. de iudicial. & Prætor. pign. ſubhaſtat. cap. 6. §.5. num. 51.* meminit *Paul. Franc. Perremut. in laborioſo tract. conflictus Iuriſconſ. par. 1. fol. 67.* & inde fuiſſe fuſtigatam manum *Baldi* circà fontem Plateæ magnę Peruſinæ, ideòq; Papiam ſe contuliſſe, fabulam quoque eſſe ait *cit. Odd. n. 251.*

13 Vt omittamus figmenta, tàm *Fabri d.l. error. 3.* exiſtimantis, addendam eſſe literam, *S*, & legendum, *ne liceat debitoris hypothecam vendere*, vt pactum afficiat creditorem, non debitorem; Quã *Franc. Hotmani in præf. ad lectorem in ſuis obſeruat.* vbi eſſe legendum, *nullam eſse rationem*, opinatur; Eiuſmodi enim legum conciliatio, ex lectionum immutatione, qua vt nihil faciliùs, ità nec leuiùs, non eſt I.C.cum addere aliquid verbis, quæ ſunt ſigna mentis, vel adimere, non ſit leges interpretari, ſed ponere, & condere, quod eſt Maieſtatis, *l.1. C.de leg.* vt monet *Henric. Hahnius in obſeru. ad Vveſenbec. tit. 1. D. de*

iu-

inſtit. & iur. in princ.

14 Communiſſima ſanè eſt *DD.* ſententia, hanc pactionem valere, ac dominij translationem impedire, ex traditis per *Iul.Pacium ant.2.tit.de pactis,quæſt.*11. *Anton. Auguſtin. lib.4. emendat. cap.*17. *Annæum Robert. rer.iudic. lib.3. cap.*14. *Meleb.de Valentia tract. iur. illuſtr. lib. 3.tract.6. cap.2. num.*33. ac ſomniaſſe *cit.Straitbm.* ſubdit *Nicol.Genoa in conciliat. legum,pag.*523.*num.*6.& Fabrianis obiectis ſigillatim occurrit *Iacob. Gotbofred. in animaduerſion. iuris ciuil. cap.*14. latiùs, & audactèr contrà eundem *Fabrum* inuehit *Reinhardus Bachouius in exercitat. Chiliad. errorum Ant. Fabri decad.*87. *error.*2. *& ſeq.* & docet noſter *Præſ.de Franch. deciſ.*355. *num.* 5.

15 Hinc ſequitur, quod impedita trãslatione dominij, cum res non cenſeatur à debitoris manu exijſſe, poteſt ſupèr illa via executiua, & contrà tertium agi, vt originalitèr docuit *Bart.in l.creditores 3.in 2.lect.C.de pignor.n.*25. vbi poſtquàm dixerat, pactum de ingrediẽdo, in cuius locum, ſiuè cuius vigore introducta eſt via executiua, non habere locum, niſi contrà principalem debitorem, & non tranſire contrà ſingularem ſucceſſorem, ſubdit: *Sed an poſſit adbiberi remedium, quod indiſtinctè contrà ſucceſsorem babentem cauſam à debitore, poſset exerceri talis conuentio, vel fieri exequutio, ex ſententia lata contra debitorem?* Credo, *quod ſic in contractu pignoris, boc modo, ſcilicèt ſi adijciatur in obligatione, quod debitor promittat rem non vendere, tunc venditio facta non valet, vt l. ſi creditor, §. fin. de diſtract.pign. & contra ſucceſsorem tranſit ius exequutiuum, ſicut dixi in re litigioſa facta inalienabili.*

16 Et *Bart.* ſequendo, vt poſſit rectà via inſtrumentum exequutioni mandari contrà nouum poſſeſſorem habentem cauſam à debitore, concludunt poſt alios *Gratian. diſcept.* 16. *num.* 13. *Noguerol.allegat.*3. *Coler.de proceſs.execut.part.2.cap.3. num.*460. *Suarez d.loc. num.*5.*&* 6.*Conſ.Carleual. tom.* 2. *de iudic.diſp.*11.*num.*3.*&* 4. *Carpzou. in proceſs.iur. tit.de exec.eiusq; actu art.* 1.5.7. *num.*50.*& tit.*2 *de proc.exec.art.*2. *nu.* 66.*Reg. Rouit.conſ.*18.*num.*6.*&* 7. *lib.*2. vbi *Dom.Conſ.Altimar.à num.*8.*ad* 11.

17 His accedat æquitas pro his Participantibus ſumma, ſi cõſideretur, quod ex eorum pecunia Ciuitas lucrata eſt duc.4600. Etenim, cum capitalium diminutione, Ciuitas annualitatem ducat. ſex pro ſingulis centum, redegit ad quinque cum dimidio: deinde ad quinque, & poſtremò ad quatuor cum dimidio, ſicq; vltrà dictos annuos duc. 2800. ex dicta reemptione facta lucratos, acquiſiuit alios duc. 1800. Acta ſunt in Reg. Cam. in *Banca Act. Franc. Antonij Sanctori*, ad præſens coram integerrimo *R.Conſ. D.Franciſco Raetano*, dicti Arrendamenti vini ad minutum Delegato.

A D §. X I.

De Gabella Equorum.

A N N O T A T I O.

S V M M A R I V M.

*EQuorum vtilitas extollitur, n.*1.

*Gabella equorum, quæ ſit, num.*2. *& quomodò peruenerit ad illos* de Antinoro, *num.*3. *ac affertur pro ijs quadam allegatiuncula, à n.*4. *ad* 7.

*Alcaualà, an de Equis debeatur in Regno Caſtella, n.*8.

*Equorum extractio à Regno Neap. an fieri poſſit, n.*9. *& an aliquid pro equis, vel bobus veteribus ſoluendum ſit, n.*10.

1 ANimalium vſus poſt diluuium, *Gen.9.* ad cibum expedit, vel ad opera, ad cuſtodiam, ad bellũ, ad delicias: Et (vt I.C. *Vlpianus*) in mari, in terra, in aëre naſcuntur. Ex quadrupedibus autem Equi ad Reipublicæ vtilitatem, ac iucunditatem inſtituuntur, eorumq; opera, non tàm ad ludos equeſtres, & miniſteria, quàm ad veram militiam facere videtur; & in hac equitandi arte Neapolitanos ſempèr excelluiſſe, & Florẽtinos, quod de Germanis etiam narrat *Camerar. ſubceſiu.obſeru.p.2.cap.9 1.& 92.* De neceſſitate, & vſu, tùm natura equorum, vide *Tract. Ital. della natura de Caualli;* Item *Barthol. Pillicciardum de Inſtit. Equorum* Italicè, ac *Alexandr. Maſtari* Ital., *Frid. Griſon. Neapolitani Hippocomica, Gaſpari Reuſchlini Hippiatria, Caualiero Melzo, ſobre el gouierno de la Caualeria, Caſtellan. de officio Regis lib. 2.cap.38.& 39.* & *Lipſ.3.ad Belg. epiſt. 56.de curſu equorum, epiſt.59.ad Ital.& Hiſp. de cultu;* quod nobiliſsimũ armẽtum equinum deſcribit elegantèr *Caſſiodor.var.lib.4. epiſt.1.*

2 Antiquiſsima verò in Regno eſt hæc gabella, tanquàm membrum R.Dohanæ, & exigitur pro animalibus equinis, quæ venduntur in Ciuitate, & eius diſtrictu, ad rationem gran.18. pro vncia valoris ipſius equi, & pretij, quo venditur, toties quoties contractatur, tàm à venditore, quàm emptore, non autem exigitur à Ciuibus, quia Ciues in propria patria non ſoluunt iura Dohanæ, eo modo, & forma, ſicut de exactione iuris Dohanæ, *Author* noſter hìc à *n.1. Reg.Tap.de Conſtit.Princip. cap.4. n.95. Scipio Mazzella in deſcript. Regni Neapol.lib.2.fol.339.*

3 Quæ gabella tempore Ferdinandi I. (ſeù II.) fuit ab ipſo alienata cuidam Viduæ nuncupatæ *Bonacomes;* poſteà die 18. Decembris anno 1654. fuit reintegrata Reg.Curiæ, cùm *D. Alexander Antinorus* vltimus poſſeſſor, non oſtenderit titulum, licet deindè illius hæredibus reſtituta fuerit, ex ſcripturis in reclamatione productis, teſte *Auth.* noſtro hìc *num.12. vſq; ad finem.* Subijcimus autem hìc notam man. ſcr. in dicta reclamatione elaboratam, ſequentis tenoris;

FACTVM IN GABELLA EQVORVM
Pro Dominis de Antinorio,
Contrà Reg. Fiſcum.

4 CVm Dñi de Antinorio ab anno 1526. iuſto titulo, abſq; contradictione, pacificè poſſediſsẽt in burgẽnſaticum gabellam equorum huius Ciuitatis: Regius fiſcus in anno 1563. cõuenire fecit hęredes domini Alexandri de Antinorio, ad oſtẽdendum titulum poſſeſſionis dictæ gabellæ. Quibus hęredibus pupillis, non defenſis fortè, vel non auditis, fuit d. gabella, nullitèr, & indebitè, cum reu., reintegrata R. Curiæ ſub die 18. Decembris 1564. vt legitur *in proceſſu fol.63. in Banca Ant. Squillantis.*

Reclamatur: & licet bis fiſcus oppoſuerit exceptiones deſertionis reclamationis, fuit tandem per Reg. Cameram decretum, quod procedatur in cauſa, deſertione prædicta per Fiſcum allegata, non obſtante, vt in *proceſſu fol. 80.*

Eſt nulla ſententia, quia lata contrà mortuum, vt ex eius lectura, & ex præambulo cõfecto in anno 1563. die 1. Februarij, & ſic poſt mortem condemnari, vt legitur *fol.46.*

Dixi, indebitè, nam ſi eſt verum, proùt veriſſimum eſt in facto, dictam gabellam eſſe burgenſaticam, eius poſſeſſionis titulum prædicti hæredes minimè tenentur oſtendere; pro quo aduertant Ill. Domini Iudicantes, quod gabella prædicta fuit empta in burgẽnſaticũ pro pretio ducatorum quincentorum per viduam *Bonacome,* à Sereniſſimo Rege Ferdinãdo II. cuius ſcripturæ, cum omnes ſint deperditæ, & quod peius eſt, extrà Regnum aſportatæ, non mirum, ſi originale inſtrumentum non reperitur.

5 Fuerunt tamẽ de voluntate Omnipotentis Dei; qui veritas eſt, & via pupillorum, in hac cauſa, nouitèr repertæ duæ ſcripturæ, in quarum altera apparet, ad inſtantiam dictæ Viduæ fuiſſe porrectum memoriale in Regia Camera in anno 1504. in quo dicit ſe dominam dictæ gabellæ, illa tamen ſpoliatam per Francigenas: & ideò per Regiam Cameram mandatur, reſtitui gabellam prædictam dictæ Viduæ, ex quo Regiæ Cameræ conſtat de conceſsione dictæ gabellæ facta dictæ Viduæ, & eam poſſediſſe tempore Regum Ferdinandi, & Federici, & aliorum, vt legitur *fol. 69.*

Igitùr dicta vidua *Bonacomes* emit à Rege Ferdinando Secundo: In dubio præſumitur in

in allodium, Iſern. in cap.1. §.huius autem generis in Add.n.13.ex quib.cauſ.feud. amitt.

Pro cuius corroboratione, eſt notandum, in dicta gabella ſucceſsiſſe Ioannem Baptiſtã de Ponte hæredem, & nepotem dictæ Viduæ, per intermediam perſonam Pirrotti de Ponte filij dictæ Viduæ, & patris dicti Ioannis Baptiſtæ, vt in *proceſſu fol. 11. àter. in fine, & fol.86.*

6 Qui Ioannes Baptiſta de Ponte cum dictã gabellam poſsideret, vt ſupr. ad maiorem cautelam, in anno 1519.obtinuit ampliſſimã confirmationem, & nouam conceſsionem eiuſdem gabellæ in burgenſaticum ab Inuictiſsimo Imperatore, vt legitur *fol.15.* Quæ confirmatio, cum ſit in forma ſpecifica, plenè probat inſtrumentum primæ conceſsionis, vt not. *gloſ.Pariſ.in tit.de nat. feud.§.5. fol.147. & 148.à num.84. vſq; ad n. 98.* & licet in dicta confirmatione, non adſit inſertus tenor primæ conceſsionis: Adſunt tamen multæ clauſulæ magnæ importantiæ, & infraſcripta verba: *Iuxta continentiam, & tenorem ſcripturarum, & cautelarum, quæ licet præſentibus non inſerantur, haberi tamen volumus pro expreſſis, & ſpecificè declaratis, ac ſi eſſent de verbo ad verbum inſerta, & particularitèr annotata*: Quæ idem operantur, *Bal. in c.cum dilecta, col.fin. verſ. Item ait extrà de reſcript.* quod fixum cordi tenendum dixit *Iaſ.* qui alios allegat in *l.fin. in finalibus verbis, C. ſi cõtrà Ius, vel vtil. Angel.in l.omnes, C.de long. temp.præſcript.*

A dicto Ioanne Baptiſta de Ponte emit prædictam gabellam in burgenſaticum, Dominus Scipio de Antinorio ſenior in dicto anno 1526.vt *ex inſtrumento fol.4.*

Prætereà dictam gabellam eſſe burgenſaticam, luce meridiana clariùs redditur, ex altera ſcriptura nouitèr reperta, in qua Regia Camera in anno 1504. in generali taxa, ità dicit: *Vidua Bonaeomes pro gabella equorum, viſo priuilegio eſt burgenſatica*: vt legitur *fol.82.*

7 Quid adhùc egemus teſtibus, cum bis id Reg. Camera agnouerit, forsàn non credendum tanto Tribunali? abſit, immò contrà ſcripturas Regiæ Cameræ non admitti probationes per teſtes millies eadem Regia Camera decreuit, vt in *proceſſu fol.83. cum ſeq.* & tantò magis, quia, nec tempore dictæ Viduæ, nec dicti Ioannis Baptiſtæ, nec dicti Scipionis, & ſucceſsorum de Antinorio, reperitur aliquid ſolutum pro dicta gabella.

Igitur omninò, contrà Fiſcum, in fauorem dictorum pupillorum iudicandum eſt.

8 ET quãvis regularitèr, ex rebus vẽditis, aut pmutatis, *Alcaualà* in Regno Caſtellæ exigatur, à *lege* tamen *34. tit. 18.lib.9.nou. Collect. Reg.* res nonnullæ eximuntur, & præcipuè in ea cauetur: *Que nõ ſe pague Alcaualà de los cauallos, ni de las mulas, y machos de ſilla, que ſe vendieren, y trocaren enſillados, y enfrenados*; Et rationem aſſignat *Didac. Perez in l.1.tit.7.lib.5.ordin.col.1.* quia ex his, quæ ſolent eſſe neceſſaria ad militiam, non debetur gabella, vt equis, mulis venditis cum ſella, & fræno, & armis, &c. de cuius interpretatione agũt poſt *cit.Perez, & Laſſarte de decim. vend. cap. 20. Fauſt. in conſ. pro Ærar. claſſ.18.ord. 1398. Guttierez de gabell. quæſt.77.per tot.*

9 Contrà extrahentes equos, & equas à Regno noſtro, pœna relegationis in perpetuum, & duc.decem mille, ſi nobiles ſunt, & ſi illos ſoluere nequeant, pęna deportationis; In ignobiles pęna triremiũ in perpetuum ſancitur in *Reg. Pragmat.8.& 13.de extract.Conſil.Rocc. de offic.rub.14.nu.11.* ſolent tamen fieri extractiones equorum extrà Regnum, cum animo illos iterum in Regnum immittendi, ad quem effectum dantur fideiuſſores, nec alitèr probatio admittitur per teſtes, vt in *Arreſt. 318.* apud *R.de Marin. Iul. Capon. for. t.4.diſcept. 343.cap.3.n.5.* Exigũturq; grana quinque per *Capitaneum Graſſiæ* pro qualibet bullecta expedienda pro extractione equorum à Regno, nec exigitur ius decini, vt *Arreſt.15.*apud *R. de Marin.*

10 De Equis autem vetuſtis, qui non valent pluris, aut minoris, quàm duobus, tribus, aut quatuor ducatis, nõ ſoluitur, ſicut ab illis, qui valẽt quindecim duc. vel pluris; proùt nec pro bobus, qui non poſſunt ampliùs arare: Imò in *libris* pro huiuſmodi equis, & bobus, vulgò, *marroni*, quinque, aut tres carolenos ſolutos fuiſſe conſtat, ſecundum valorem dicti pecudis, & per Reg.Cam. fuit prouiſum, quod *Capitaneus Graſſiæ* exigat, id, quod in talibus conſueuit, in *Reg. Cur. 15. fol. 85. die 30. Octobris 1488.& in Reg.1.fol.85.*

Digitized by Google

AD QVÆST. VNICAM.

An mulier dans in dotem equos æſtimatos, teneatur ſoluere hanc gabellam.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

G*Abella, an debeatur de equis, alijsvè rebus pro dote æſtimatis, n.1. & 2. & quid in Hiſpania, n.4.*

Statutum, an valeat, vt pro dote, vel matrimonio gabella ſoluatur, n.3. & 5.

1 DEciſum refert *Author* noſter hîc *num.1.* quod mulier dans in dotem equos, etiam ſi dederit æſtimatos, non teneatur ad ſolutionem iſtius gabellæ; Et rationem aſſignat *nu.2.* quia

2 huiuſmodi datio in dotem, licet ob æſtimationem videatur quædam venditio, & debeatur gabella, ſecundum *Reg.Galeot.lib.1.controu.40.num.4.* Verius tamen eſt, vt non faciat, quin de ea debeatur Ius Dohanæ, cuius membrum eſt hæc gabella; Et voluit prius *Bald.in l.quoties, C.de iur. dot.* dùm inquit, quod quando eſt æſtimatio facta in dote, non eſt mera emptio, ſed ob cauſam, quem refert, & ſequitur poſt *Ancharan.conſ.71.num.3. Auendan. reſp. 11.num.3. verſ. quæro.* Proùt ſi nuda proprietas in dotem data ſit (quod fieri poteſt ex *l.4.D.de iure dot.*) & pro ea ſoluta gabella, vſufructu redeunte ad proprietatem, non debet pro eo ſolui gabella, ex *eod.Bart. in tit. ad cit. l.4.*

3 Quæ deciſio mirificè roboratur, ex ſententia eorum, qui tenent, dotis cauſam adeò fauorabilem eſſe, vt non valeat ſtatutum diſponens, quod de dote ſoluatur gabella, proùt ex *Lapo* tradit *Caſſan.in Conſuet.Burg.in fin ſub rubr.de gabellis quæſt.7.* & ſequuntur *Laſſarte de decim.vend.cap.20,nu.41. Epiſc. Afflict. controu.iur. cap.37. num.14.* & neruosè tuetur *Franc. Molinus de pact. nupt. lib. 2.diſſ.7.à n.79.ad 83.*

4 Similitèr ex lege Regia, apud *Hiſp. l.35.par.1.tit.18.lib.9.nou.Collect.* quà ſtatuitur, vt de rebus in dotem datis, etiam æſtimatis non debeatur *Alcauala*, ſiuè gabella, iuſtè quidem factum ait *cit. Molin.* quia eſt venditio neceſſaria, pro qua gabella non debetur, quod latè exornant, & declarant *Laſſart.de decim.vend.d.cap.20.nu.35. Girond.de gabell.7.par.§.2.num.8. Fauſt.in Conſ.pro Ærar.claſſ.18. ord. 1400. Parlador. rer. quotid.lib.1.cap.3. §.6. Guttierez de gabellis quæſt.72.*

5 Quamvis, ratione quoque matrimonij, & dotis in Italia vectigal exigi refletur *Roſenthal.de feud.cap.5. concl.34. num.3.* de quo dotis vectigali videndi quoque *Gedd.in l.inter publica 17.D.de V.S. Cuiac. 6. obſeru. 28.* & Caligula matrimonia vectigali obnoxia eſſe voluit, *Sueton.in Calig.cap.40.* Sic Margarita Daniæ, & Noruuegiæ Regina, vltrà alia tributa, *marcam* vnam à quolibet coniugio exegit, *Petr.Gregor. lib.3. de Republic.cap.4.in fin.* Et proinde Italicas carpit exactiones *Kirchnerus de Republ.diſp.18.th.2.lit.A.* quæ ratione matrimonij, & dotis ſoluuntur. Talis eſt illa, quam *Boerius* adducit in *deciſ. 363.* cuiuſdam Epiſcopi Galliæ, qui aliquot millia aureorum colligebat quotannis ab illis, qui ductis vxoribus, biduo, aut triduo, poſt benedictionem nuptialem (vti vult *cap.aliter 30. quæſt. 5.*) abſtinere noua coſta nollent, cuius memor eſt *cit. Fauſt. claſſ. 17.ord.1349.*

AD

AD §. XII.

De Gabella Sbarrarum, ſeù *li Cenſali dell'Annunziata.*

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Gabella Sbarrarum, cur ità denominetur, n.1. & 2. In quibus locis, & quomodò exigatur, nu.3.& 5.& quare dicatur etiam quartaticum, ſeù quartucium, n.4.

Victualium nomine, quid veniat, n.6.

Gabella carnis, & Sbarrarum, qualitèr fuerint creditoribus aſſignatæ, earumquè adminiſtratio conceſſa Gubernatoribus Sacræ Domus SS. Mariæ Annunciatæ, ac Cenſales *dictæ, n.7.& 8.*

Gabella Sbarrarum, ſeù Cenſalium introitus, cur alienati cum pacto de retrouendendo, & cum augmento ad beneficium Regiæ Curiæ, n.9.

Cenſalium cognitio ſpectat ad Magiſtros Sacræ Domus SS. Annunciatæ:ijq; non veniunt in generali bonorum obligatione, n.10.

Gabella Sbarrarum, quemadmodùm adminiſtretur, à n.11. ad 13.

Ius boni denarij exigitur in Sbarris, & ad quam rationem, n.14. quando, & quare fuerit indictum, à n. 15. ad 17. nu. 23. & 24.

Transcribuntur priuilegia Seren. Regum Caroli I.& Roberti, n.38.

Neapolis Ciuitas, an fuerit à collectis liberata à Rege Carolo II. Andegau. & ab eo Gabella boni denarij indicta, enucleatur; contrà Io: Ant. Summont. *à num.18. ad 22.*

Gabella boni denarij à Sereniſſ. Ioanna II. Ciuitati reſtituta fuit, ac ab alijs Regibus confirmata, nu.25.& 26.

Et an fuerit ad beneplacitum indicta? notatur Reg.de Ponte, *n.27.*

Gabella trium, & quinque Octauarum, quare ità dicta, n.28.& 29.

Gabella boni denarij, vel mali denarij, vnde denominata ſit, & quo pacto exigatur, à num.30. ad 33.

Dohanæ pandecta, ſiuè dirictus, an poſſit diminui, vel augeri in præiudicium iuris boni denarij, ſeù trium, & quinque Octauarum, à n.34. ad 36.

Gabella, ſeù ius curreturæ Plagæ, & Cæſareę, membrum boni denarij, quomodò ad Ill. Principem Scyllæ, *pertineat, n.37.*

1 ALia eſt gabella *Sbarrarum*, ità dicta, quia poſitæ erãt olim trabes
in medio Plateę, quæ vulgò hodiè dicuntur, *Sbarra*, ne ſubditi ſine
ſolutione dirictus tranſirent, quod Ius Regale eſſe poſt *Petrum Iacobum in*
ſua pract. tradit *Dom. Reg.* noſter hìc
2 *num.6. & 7.* Solent enim vectigalium tabulæ ſuſpendi, vt ſint viatores admoniti in locis, vbi exiguntur, *Choppin. de Iuriſd. Andeg. cap.43. num.6.* & à *Iuſtiniano in Nouella* 128. appellantur Cuſtodes publicarum tabularum: Erat autem tabula ęnea, lapidea, vel lignea, quid, cuiuſq; rei nomine vectigalis pẽderetur, vt probat *Gulielm. Forner. in l. in lege, D. de V.S.* & iterùm *ſelect. lib. 1. cap.25. Borrell. de Regis Cath. præſt. c. 11. num.111.* Ac Tabulæ Cenſuales, in quibus tributorum rationes, & cenſus omnes referebantur; appellabaturquè hæc formula tributorum, vt per *Liuium lib.9. dec.3. Laz. de Republ. lib.2. cap.4. pag.185. & ſeq.* ac *Rebuff. in comm. ad l. 14. D. de V. ſign. fol.85.* Ex quo etiam deſumpſit nomen gabella *tabulæ groſſæ*, quæ exigitur in ditione Mantuana, teſte *Franc. Burſat. conſ. 190. vol. 2.*
3 Hoc itàq; Ius, quod olim erat membrum Dohanæ, conſiſtit in exactione, quæ fit per Reg. Curiam in quatuor huius Ciuitatis locis, vulgò dictis,

quatuor Sbarris Sancti Antonij, Caſanoua, Pontis Magdalenæ, & Virginum, quam tranſeuntes ſoluunt de omni frumento, hordeo, leguminibus, alijsq; victualibus, quæ in hanc Ciuitatem introducunt: Quæ gabella, vnita fuit gabellæ carnis, pro iure regalis Scannagij animalium, conſiſtente in Quartatico, vnde ambæ vocatæ fuerunt *Quartaticum*, vt ex quadam ſententia Reg. Cam. anni 1514. apparet; ibi: *Conſtat pro iure Quartatici, fol. 53. lit. N. Proc. intit. Pro Gubernatoribus A.G.P. cum Priuilegiatis Neapolitanis*; Et legitur in Impoſitione boni denarij in anno 1306. indicta, inter *Capitula, & priuil. Neap. fol. 1. verſ. 1.* ibi: *Eis rebus exceptis, de quibus Quartaticum in Ciuitate prædicta exigitur*, & ex *Arreſt. 18.* apud *Reg. de Marin.* ac *R. Reuerter, dec. 277. in princ.* & habetur in *Rit. 1. Reg. Cam. ſub rubr. de Iur. Doban.* ibi: Sicut Neapoli eſt *quartucium* (aliàs *quartaticum*) *de victualibus, domus panis, & ijs ſimilia*; Et *Rit. 6. in ead. rubr.* ibi: *Et de mercibus per terram introeuntibus habet quartaticum*; Et in alijs *Ritibus d. Reg. Cam. de Curribus, ſalmis, barcis, & quartucio rerum, ſale conditarum*, quos memorat *Reg. Galeota reſp. fiſc. 10. num. 66. circà medium*, eosq; infrà inſeremus ad *§. 13.*

4

5 Ex antiquis computis *Iacobi della Trenia* Credenzerij Sbarræ Caſanouæ, anni 1449. per totum annum 1466. conſtat, quod exigebatur gabella cenſalium, ſiuè quartatici, ac boni denarij, conſiſtens in caroleno pro qualibet ſalma farinæ pro quartatico, ſeù cenſalibus, & in quatuor denarijs pro bono denario, de alijs victualibus, ad ius quartatici pertinentibus, vltrà ratam, quæ competit quartatico, & denarios quatuor pro iure boni denarij: Imò pro quolibet victualiū ſalma grana decem.

6 Victualia verò dicuntur à victu, qui amplectitur omnia, ad manutentionem vitæ humanæ, ideſt, *eſui, potui, cultuiq; corporis*, neceſſaria, *l. verbo victus 43. D. de verb. ſignif.* & poſt alios declarat *Iul. Capon. tom. 4. diſcept. for. 313. cap. 1. num. 15. & 16.*

7 Et anno 1498. die 27. Nouembris Sereniſſ. Rex Federicus in perpetuum, & burgenſaticum has duas gabellas Carnis, & Sbarratum aſſignauit, ad rationem quinque pro centenario, quibusdàm mercatoribus, creditoribus Regis Ferdinandi ſui nepotis in duc. 162000. & licet hic per noſtrum *Auth.* dicatur, aſſignatos fuiſſe integros duc. 180000. notandum tamen eſt, quod cum reditus dictarum gabellarum anno prædicto aſcendiſſet ad duc. 9000. qui ad rationem 5. pro C. conſtituebāt fortè duc. 180000. ideò ex illis fuerūt duc. 162000. d. Creditoribus aſſignati; & reliqui duc. 18000. remanſerunt in Regio Demanio, qui dicti fuerunt, *Maſſa reſeruata*, vt idem noſter *Auth.* aduertit *num. 12.* Cum conditione tamen, vt hæ gabellæ perpetuò adminiſtrarentur per Gubernatores Venerab. Hoſpitalis SS. Annunciatæ, qui ad libitum exigerent, & diſtribuerent cuilibet pro rata eorum crediti: quod ſi gabellæ prædictæ augmentum recepiſſent, illud cederet etiam in beneficium dict. Creditorum, & Regiæ Curiæ, vel ab ea cauſam habentium pro rata, & exinde dictæ ſunt vulgò, *Cenſales*, ſeù *Cenſuales SS. Annunciatæ*, vt exponunt *Author* noſter hic à *num. 10. ad 13. Reg. Tapia de Conſtit. Princip. cap. 4. num. 96. Scipio Mazzella in deſcript. Regni Neapol. lib. 2. fol. 532.* & confirmatur per *Cap. 28. Magni Capitanei, fol. 35. àt. inter priuil. Ciu. Neap.* Et prædicto Sacr.

8 Hoſpitali fuerunt aſsignati ann. ducat. 200. pro adminiſtratione, *Summont. ... to. hiſt. Neap. lib. 6. c. 3. f. 532.* & alij duc. 80. pro ſalario Rationalis, & duc. 17. pro alijs expenſis; alijq; biscentum, quadraginta pro ſalario quinque Credenzeriorum, *Author* noſter hic *num. 15. & 16.*

9 Imò, quia anno 1560. fuit repertum, quod in prædicto aſſignamento per dictum Regem Federicum facto, aderat pactum de retrouendendo ad beneficium Regiæ Curiæ; Cumq; ſimilitèr prædictæ gabellæ adeò augmentum receperant, vt Aſſignatarij exigerent

ad

Google

ad rationem pluſquàm duodecim pro centenario; Fuit proinde ab *Exc. Duce de Alcalà* tunc Prorege, id commiſſum Regenti *Salernitano* tunc R.Cam.Præſidenti, à quo ſummariè vocatis aſſignatarijs, eis obtulit reſtitutionem ipſius capitalis, quod tempore prædicti Regis Federici eis debebatur, vigore præfati pacti de retrouendendo; Cõcordauerunt ſe tamen cum Reg. Cur. & receperunt ſupèr eadem gabella introitus, pro rata eorum capitalis, ad rationem octo pro centenario, cum eodem pacto retrouendendi in perpetuũ ſine ſpe aliqua augmenti, ità vt hodiè quidquid in dicta gabella augetur, cedat in beneficium Reg. Curiæ, idem *Author* noſter hìc *n.14.*

10 Poſt *Ritus* noſtros *m.ſ. Reg. Cam. fol. 179.àt.* notatur particula Priuilegij dicti Regis *Federici*, in qua conceſsit magn. Œconomis, & Magiſtris Sacræ Domus S. Mariæ Annunciatæ cognitionem cenſualium, his verbis:

Item voluit dicta Regia Maieſtas, quod omnis differentia, & controuerſia, quæ quomodocumq; & qualitercumquè oriri contigerit ex dicto cenſu, & ſupèr cenſu prædicto, tàm per viam contractus, ſeu ſucceſſionis, aut legati, vel quomodocumque, & qualitercumque, de eis, non poſſit recognoſcere aliquod Tribunal, ad inſtantiam cuiuſvis perſonæ priuilegiatæ, etiã priuilegio in corpore iuris clauſo, niſi dicti Œconomi, Magiſtri, & Procuratores dictæ Eccleſiæ, & Hoſpitalis S. Mariæ Annunciatæ de Neap. quibus ipſa Maieſtas plenam, & omnimodam poteſtatem, & iuriſdictionem dedit, & tribuit, & conceſſit, dictas cauſas cognoſcere, & determinare.

Item prædicti Cenſales non veniunt in generali obligatione bonorum, vt in dicto Priuilegio.

11 Et anno 1565. die 17. Iunij, Regia Camera, per *Conſultationem* factam, fuit voti, vt deputaretur Credenzerius in gabella *Sbarrarum* nouitèr ad Regiam Curiam peruenta, vt eius nomine Regiorum dirictuum exactioni præeſſet, & notitiam haberet de quantitate, & rebus, pro quibus dicti dirictus exigũtur, vt in *Conſultat. Cur. 2. fol. 162.*

12 Anno 1647. die 7. Iulij, ſtante tumultu in hac Ciuitate Neap. cum abolita fuerit hæc gabella Cenſalium; facto tamen verbo in Regia Camera ſub die 8. Auguſti dicti anni per *M. Præſid. Io: Iacobum Mercurium* ordinatum fuit, eius exactionem debere fieri tanquàm dirictum antiquum, & habetur etiam in *Pragm. 21. §. 3. & 12. de Vectigal.*

13 Locatur hodiè à Gubernatoribus dictæ Sacræ Domus D. Mariæ Annunciatæ, cum interuentu Præſidentis Regiæ Cameræ Delegati, & Procuratoris Fiſcalis, & per dictos Gubernatores dicta gabella adminiſtratur, deputando Rationalem, qui rationes conficit de eo, quod conductores, conſignatarijs debent.

14 IN ſupradictis Sbarris, ac Regia Dohana, exigitur etiam ius boni denarij, quod eſt vnius tareni pro qualibet vncia pretij mercium, quæ immittuntur in hanc fideliſſ. Ciuitatem, *R. Tapia lib. 1. Iur. Regni, in annot. ad Conſtit. Magiſtros noſtros fundicarios, n. 3. verſ. adeſt fol. 231.* & ex *Pragm. 1. Regis Ferdin.* anni 1469. *de Vectigal.*

15 Quod ius exordium habuit anno 1253. tempore *Corradi Sueui* Imperatoris, Neapoliſq; Regis, qui Ciuitate iſta expugnata, eiuſq; mœnibus deuaſtatis, pro eorum refectione gabellam impoſuit granorũ decem pro qualibet vncia, ſupèr omnibus mercibus, quæ in Regia Dohana vendebantur, & ab hac Ciuitate, eiuſq; iuriſdictione extrahebantur, vt teſtatur etiam *Iul. Cæſar Capac. in libro del Foraſtiero, giornat. 7. fol. 609.*

16 Regnante deinde *Carolo II.* Andegauenſi, voluit ipſe portum, ſeù molem in eadem Ciuitate conſtruere, impoſuitq; datium tarenorum duorum pro ſingulis vegetibus græci, & vini latini per mare deferendis exirà Neap. idq; fuiſſe anno 1302. inquit *Summont. tom. 2. hiſt. Neap. lib. 3. fol. 355.* At quia
17 dicta exactio videbatur onerosa, & inæqualis, ideò pro ſubſidio ſummæ

R 2 vn-

vnciarum auri mille, quæ in dicto opere conſtruendo erogãda erat, tùm etiã pro eiuſdem reparatione, caſu emergente, ac pro ſolutione collectarum Regiæ Curiæ tunc facienda, reficiendis mænibus, aliiſq; ſeruitiis, permiſit dictæ Ciuitati, vt imponeret alia grana decem pro qualibet vncia, & denarios duos pro vnaquaq; ſalma, exceptis iis rebus, de quibus quartucium ſoluebatur, ad ipſius, & dictæ Ciuitatis beneplacitum, vt patet ex Priuilegio d. Regis anni 1307. infrà inſerendo *num.* 38. vbi refertur antecedens ordinatio facta, ibi: *Iuxtà ordinationem iàm pridem, per ipſam Vniuerſitatem habitam, & per noſtram Regiam Curiam confirmatum*, quæ eſt in *Capitulis de mandato Regio editis per dictam Ciuitatem Neapolis ſupèr nouam impoſit. gr.* 10. *& den.* 2. *anno* 1306. inter *Cap. & Priu. Ciuit. Neap fol.* 1. Quæ ſolutio duorum denariorum, fuit poſteà ad duplum reducta, vt legitur in *d. Cap. in fin. tit. de ſolut. barcar. fol.* 2.

18 Tradit verò *Io: Ant. Summont. d. tom.* 2. *hiſt. Neap. lib.* 3 *fol.* 360. quod ad preces *Gulielmi*, ſiuè potiùs *Bartholomei Siginolphi Comitis Theleſiæ*, & Magni Regni Camerarii, d. Rex Carolus II. dictam Ciuitatem Neap. exemit à ſolutione Collectarum, ad quas tunc tenebatur, & pro d. Ciuitatis ſeruitio gabellam indixit, dictam *boni denarii*, eamq; fuiſſe Ciuibus valdè gratam, cum pro dicta reparatione, aliiſq; publicis commodis deſeruiret.

19 At ſalua tanti hiſtorici fide, Rex Carolus non liberauit à collectarum ſolutione dictam Ciuitatem; quandoquidem hìc diem obiit anno 1309. quo tēpore regnare cæpit eius filius Ser. Rex *Robertus*, qui deindè prædictã gabellã in perpetuum dictæ Ciuitati conceſſit, & de ſpeciali gratia confirmauit, nedũ pro ipſius portus conſtructione, & reparatione, ſed etiam *pro ſolutione collectarum, & munerum quorumcumq; fiſcalium*, aliiſq; publicis functionibus, vt ex Regio diplomate Ser. Regis Roberti, cum inſerto tenore alterius d. Regis Caroli II. infrà *num.* 38.

20 Idque confirmatur, quia tempore *Andr. de Iſernia* (qui anno 1316. ſua opera elucubrauit, vt ſcribitur *in eius vita*) Neapoli collectæ ſoluebantur, vt colligitur ex eiuſdem dictis *in Auth. habita, n.* 14. *verſ. quid ergò ſi intrat ſcholas*, ibi: *Vidimus plures Ciues Neapolitanos in domo ſua manere, & ſcholas intrare, & ſua facta facere, vt non ſoluerent collectas*; cuius meminit *Capyc. in inueſt. feud. §. collectis, verſ. Neapolitani, fol.* 123. *& §. Regalia, verſ. collectæ ſoluebantur, fol.* 282. vbi etiam dicit, quod

21 poſteà, pro remiſſione collectarum fuit data gabella boni denarii, quem referunt *Praſ. de Franch. deciſ.* 56. *nu.* 16. *& Reg. Capyc. Latro deciſ.* 116. *n.* 4.

22 Immunitas autem à collectis, fuit dictæ Ciuitati conceſſa à Rege Ferdinãdo I. vt habetur *in cap.* 5. de conceſſis anno 1459. inter *Priu. & Cap. Neapol. fol.* 10. & confirmata anno 1476. *in Cap.* 15. *fol.* 16. *àter.* traditq; *Reg. de Ponte conſ.* 155. *num.* 62. *verſ. Primò*: Conceſſitq; etiam, ſiuè d. Ciuitati reſtituit proprietatem dictæ gabellæ, vt in *Cap.* 3 *fol.* 10. *Reg. Galeota reſp. fiſc.* 10. *num.* 69.

23 Mentio fit de hac gabella boni denarii in *Regeſto Regis Roberti anni* 1332. *&* 1333. 1. *Ind. fol.* 161. *àt.* vbi legitur, quod cum quædam domus deſeruiret pro Regia Sicla, mandauit ſex Ciuitatis Electis ad gerenda publica negotia, vt excomputarent vncias 700. (id eſt duc. 4200.) ſolutas à *Martuccio Spatario*, & *Leonardo Moccia* gabellotis dictæ gabellæ pro pretio domus *Adinolphi de Summa* ſitæ propè Eccleſiam Diui Auguſtini (vbi hodiè monetæ cuduntur) cum promptam non haberet pecuniam ex Regio Ærario, & quod bonificarētur in donatiuo, quod ipſa Ciuitas eo anno præſtare tenebatur.

24 Cumq; contentio fuerit inter Nobiles Sedilium Capuani, & Nidi, cum aliis Sedilibus dictæ Ciuitatis, quoad maioritatem in gabellarum exactione, quæ vnitim fiebat à Plateis; Idcircò Re-

Regina Ioanna I. anno 1343. iuſſit, vt
gabella boni denarij exigenda eſſet à
Plateis inſolidum, vt videre eſt in *Re-
geſto d.anni fol.* 186.
25 Poſtmodùm, cum fuiſſet à Rege La-
dislao, pro ſuis neceſsitatibus occupa-
ta, *Reg.de Ponte d.conſ.* 155.*nu.*5.*&* 14.
Ser. Regina II. eius ſoror per duos an-
nos ſibi eandem gabellam retinuit pro
militum ſtipendijs ſoluendis, & die 12.
Sept. 1419. eam d. Ciuitati reſtituit,
mandans, pecuniam ex ea recolligen-
dam conuerti debere pro refectione
murorum, pontium, viarum, ac fontiũ,
Ciuitatis, teſte eodem *Summont.d.tom.*
2.*lib.*4.*cap.*3.*fol.*584.
26 Et ſucceſſiuis temporibus Ciuitati
confirmata per Seren.Reges Ferdinan-
dum I.Ferdin.II.Federicum,ac Magnũ
Capitaneum, & Regem Catholicum,
vt legitur in libro *Capitul. & Priuileg.
d.Ciu. Neap.* editionis anni 1588. *in
cap.*3.*Ferdin.I.fol.*10. *in cap.*7. *Ferdin.
II.fol.*21. *in cap.*11. *Federici fol.*23. *&
fol.*32.*àt.in cap.*20.*Magni Capitan.fol.*
34.*àt. in cap.*23. *Reg.Cathol.fol.* 43. Et
licet in *ſeq cap.* 24. ſupplicetur pro re-
integratione membrorum boni denarij
alienatorum; reſpondetur tamen,quod
fiat iuſtitia; & recenſentur per *cit.Reg.
de Ponte in d.conſ.*155. vbi latè elidere
27 conatur prætenſionem Fiſci, qui aie-
bat, dictam gabellam anno 1306. im-
poſitam cum aſſenſu Regis Caroli II.
& cum clauſula, *ad ipſius beneplaci-
tum*,per illius mortem fuiſſe extinctam,
ſed labori parcere potuiſſet, ſi dictum
priuilegium Regis Roberti inſpexiſſet,
qui eam in perpetuum confirmauit.
28 Anno demùm 1506. Ciuitas dona-
uit illam Regi Catholico, & ab eo po-
ſteà anno 1508. fuit iterùm Ciuitati
conceſſa, ſolutis ab ea ducatis triginta
mille, quos Ciuitas eum ſcientia eiuſ-
dem Regis cæpit ad intereſſe, fecitquè
de ea octo partes, quarum tres credi-
toribus aſſignauit, & dicũtur, *tres octa-
uæ, Reg.de Ponte d.conſ.*155. *num.*5. *cir-
cà med.& nu.* 34. & *Iul. Cæſar Capac.in
libr.intit. Il Foraſtiero, giorn.*7.*d.f.*609.
quinque autem alias partes ſibi reti-
29 nuit, quæ vocantur, *quinque octauæ*,
fueruntq; etiam alijs creditoribus aſſi-
gnatæ pro millione, & quincentis mil-
libus ducatis ſortis, & pro ijs ann.duc.
60000. ad rationem quatuor in ſingu-
los centenos.
30 Scribit quoq; idem *Capacius vbi ſup.*
quod huius gabellæ prima impoſitio,
tãquàm Ciuitati inſolita, denominata
fuit, *mali denarÿ*, & altera impoſitio,
tàm pro conſtructione portus, quàm
viarum, mœniumq; refectione, veluti
Ciuibus grata, dicta fuit, *boni denarÿ*;
31 Niſi dicere velimus, quod hæc gabel-
la per Ciuitatem indicta cum Regio
aſſenſu, pro dictis publicis commodi-
tatibus, denominata ſit ius boni dena-
rij, ad differentiam fortaſsè mali de-
narij, ſiuè quartucij, quod antiquitùs
à Regia Curia impoſitum fuit, diciturquè
exinde, *il Reale*, exigendum in
ijſdem locis exactionis iuris boni de-
narij, ideſt *Pontis Magdalenæ*, ſiuè
*Guicciardi, Caſanouæ, S. Antonÿ, Virgi-
num, Gradellarum*, ac *Plagæ*; Proùt in
dictis Capitulis boni denarij de anno
1306. & dicto Priuilegio Regis Caro-
li II. his verbis: *Eis rebus exceptis, de
quibus quartucium in Ciuitate prædicta
exigitur*: Quod expreſsiùs diſtinguitur
in decreto Reg.Cam.de anno 1526. vt
in *Arreſt.* 18. apud *Reg. de Marin.* ibi:
Non teneantur ſoluere in bono denario;
& inferiùs ibi: *Non ſoluant aliquid pro
quartatico, & malo denario.*
32 Directus huius iuris boni denarij
debentur toties, quoties de mercibus
fit alienatio, ſemèl tamen, proùt de iu-
re Dohanæ, ex *Pragm.* Regis Ferdinã-
di anno 1469. quæ eſt 1. *ſub tit.de Ve-
ctigal.* Et anno 1496. conceſſum, vt de-
ferentes eſculenta, & fruges Neap. ha-
bentes tamen literas ab Electis, eſſent
immunes à gabellis, excepto iure boni
denarij, quod exigitur in diſtrictu hu-
ius Ciuitatis, vt in *Pragm.* 1.*de annona
Ciu. Neap.* & inter *Cap. & Priuil.Ciuit.
Neap.fol.*19.
33 De vaſis creteis, vulgò, *ſcotellis, pi-
gnatis*, alijſq; declaratum eſt in decre-
to R. C. lato die 9. Decembris 1514.
quod

quod eſt *Arreſt.* 14. apud *R. de Marin.* & legitur *in Notis ad Rit. R. C.* editos *f.* 384. *lit. D.* De *palis*, alijſq; de rebus, vide *Arreſt.* 12. Aliudq; decretum latum ad inſtantiam Andreæ de Ianuario, pro exactione iuris boni denarij à tranſeuntibus per viam *delle gradelle*, vide *in Cap. d. Ciu. fol.* 27.

34 Prætereà anno 1644. cum Gubernatores Dohanæ Neap. aliarumq; nouarum impoſitionum, mediante albarano, promiſerint mercatoribus, vt merces in Dohanam immitterent, ijs remittere grana viginti quinque pro vncia mercium ſericearum, & aurearum, ab hac Ciuitate extrahendarum. At quia inter alia iura, adeſt dictum ius boni denarij, quod hodiè vocatur trium, & quinque octauarum, ideſt tarenus pro qualibet vncia, & hæc remiſſio magnũ inde præiudiciũ conſignatarijs afferebat cum iactura quinque granorum pro vncia; Ideò recurſu habito ad Regiam Cameram, referente *Præſid. Fabritio Cennamo*, fuit decretum ſub die 26. Ianuarij 1645. *Quod intimetur Parti, & interim liceat facere expeditiones iuxtà petita cum relaxatione dirictuũ in memoriali contenta; Verũ fiat depoſitum portionis ſpectantis ad tres, & quinque octauas liberandum ordine Regia Cam. abſque præiudicio Regij Fiſci.*

35 A quo decreto reclamarunt domini dict. trium, & quinque octauarum, & obtento, relationem fieri in Reg. Coll. Conſilio; multæ per eos rationes allegabantur, præſertim ex Priuilegijs productis conceſſionis dictæ gabellæ boni denarij, inter quæ priuilegium Regis Ferdinandi Catholici de anno 1508. qui promiſit dictam gabellam Ciuitatis defendere, ac etiam de euictione teneri ab ipſo, & habentibus cauſam ab eo, *Reg. de Ponte d. conſ.* 155. *nu.* 34. *&* 35. *lib.* 2. vbi in ſimili *nu.* 1. ait, diu-
36 tiùs tractatum fuiſſe in Reg. Camera ſupèr augmento *Pandectæ* Regiæ Dohanæ huius Ciuitatis; de quo habita notitia per ipſam Ciuitatem, propoſitum fuiſſe in eadem Regia Camera debere ipſam participare de augmento prædicto faciendo, pro rata ſpectante ad ſuam gabellam boni denarij, eò quod illa exigitur de ijſdem mercibus, de quibus Regij dirictus exiguntur, ratione Dohanæ prædictæ.

37 Notandum deniq; eſt, quod *Illuſtr. Princeps Scylla*, vigore emptionis ſub haſta in S.R.C. anno 1664. Regio aſſẽſu roboratæ, habet gabellam, ſeù curreturam (membrum dicti iuris boni denarij) quæ exigitur in Suburbijs *Plagæ, & Cęſareæ*, huius fideliſſ. Ciuitatis Neapolis, & antiquitùs in *Porta S. Spiritus*, ſiuè dicta, *via delle gradelle*, *& D. Vrſonis*, in feudum à Regia Curia; quæ priùs fuerat in feudũ conceſſa *Bartholomeo de Ianuario* à Sereniſſ. Rege Alphonſo I. die 1. Oct. anno 1423. exigendo, etiam à qualibet perſona priuilegiata denarios quatuor pro ſalma, & grana quatuor pro curru vini, aliarumq; mercium in hanc Ciuitatem immiſſarum, cauſa commercij, licet introducantur cum proprijs animalibus, & ex proprijs territorijs in agro Neapolitano ſitis, vt patet ex ſcripturis adductis in *Actis pro Petro Viſone*, & in alijs *pro RR. Patribus Soc. Ieſu*, alijſq; *pro particularibus Villæ Pazzigni, cum dicto Ill. Principe Scylla, in banca Nicolai Petiti Act.*

38 Tenor verò Regiorũ Priuilegiorum Ser. Regum Caroli, & Roberti, quæ reperimus inter noſtros *Ritus Reg. Cam. manuſcriptos à fol.* 152. *ad* 157. eſt eiuſmodi.

ROBERTVS DEI GRATIA REX Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Prouinciæ, & Forqualquerij, ac Pedmontis Comes; Vniuerſis præſentis Indulti ſeriem inſpecturis, tàm præſentibus, & futuris: Operam daturus eſt Princeps, vt quæ contra fas geſta ſunt, fructum obtinere non valeant, & quæ benè, rectèq; geruntur, firmitatis effectu, & vigoris robore fulciaut; ſanè claræ memoriæ Rex inclytus Dominus genitor noſter Vniuerſitati hominum Ciuitatis Neap. dudum ſub pendenti ſigillo munitum Indultum conceſsit tenotis, & continentiæ ſubſequentis.

CAROLVS II. DEI GRATIA REX Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, &

Prin-

Principatus Capuę, Prouincię, & Forqualquerij, ac Pedimontis Comes, Vniuerſis præſentis ſcripturæ ſeriem inſpecturis, tàm præſentibus, quàm futuris. De ſtatu Reipublicæ prouehendo ſemper in meliùs effectu præcipuo curam gerimus, & eius acta compendia ſolertibus ſtudijs, cum ſe poſſibilitas ingerit, procuramus, ſanè huius conſiderationis obtentu Ciuitatem noſtram Neap. quam inter Ciuitates, cæterosq; Regni huius proptèr ſua quidem laudabilia merita inter præcordia charitatis noſtræ ſpeciali quadam proſequutione complectimur, cupientes augere, inueſtigando attentè, quod facere ad eius ſtatus accomoda, potiora prouidimus, conſulendo vtilitati publicæ Ciuitatis eiuſdem, & cōpendij pariter fiſci noſtri, portum Ciuitatis ipſius ante inhabilem debitis fulcimentis inſtruere, & munire repugnaculis opportunis, vt quia propter carentiā habilitatis, & ſecuritatis, accommodè dicti portus aduerſus impetus procellarum Ciuitas ipſa pro tēpore, ac illi non minùs, quod confluebant ad eam, multa deplorabant diſpendia, & alia plura circa diuerſorum vſualium copiam ipſa Vniuerſitas ſentiebat incommoda, & defectus per huiuſmodi portus conſtructionem accommodam, fiat in orbem diffuſiùs extra ſe Ciuitas ipſa formoſior, de ſe ſibi reſpectiuè plaudat, & in ſe cum abundantiùs affluet, reddatur nobis, & ſubditis fertilior ſucceſsiuè: verū conſideratis ad tanti portus prolixam, laborioſamq; re vera ſtructuram, numeroſis neceſſario, ac profuſis erogationibus, & impenſis, attentisq; cumulatis oneribus ærarij noſtri, vtiq; propter ſumptuoſa præteritæ guerræ diſcrimina euidētèr exhauſti, dùm nos ad id ſufficere non poſſe perſpeximus, fidelium noſtrorum Ciuium Ciuitatis prædictæ offerentium gratuitò nobis in hac parte ſubſidium, promptitudinem ſenſimus, & accepiauimus vti gratam, ad ipſorum Ciuium nobis gratus concurrit aſſenſus, vt ſcilicèt, vſque ad certi temporis ſpatium de ſingulis vegetibus, græci, & vini latini per mare deſerendis extrà Neapolim exigerentur

taren.duo. ———————— o 2.——

Et in iſta deberent dicti portus inſtructione conuerti, quod vtiq; ad hunc effectum exactè noſcantur, & in ea paritèr cæpta iàm ædificatione conuerti; Inſtante tandem dicti temporis exitu, acceſsit ad nos expoſitio Ciuium prædictorum, quod quia ipſa duorum tarenorum exactio de vegetibus memoratis, vtporè in ipſa vegetum ſpecie tantùm impoſita, & conſiſtens, tædioſa, oneroſa, & inæqualis proinde reddebatur, cū certas ſpeciales perſonas inæqualitèr, ac improuisè grauaret, multis à ſolutione dictæ contributionis exemptis, quod ex ipſa conſtructione portus, ſunt commoda portaturi: prouidere inde commodiùs dignaremur: Nos ergò penſantes, Ciues ipſos prouidiſſe vtilitèr, & congruè poſtulare, attento etiam, quod ad tantum opus conſtructionis fabricæ dicti portus, & diuturni temporis mora requiritur, quæ ſumptus neceſſariò expetit ampliores, cum Ciuibus ipſis deliberatè prouidimus, qualitèr circà hoc pro inæqualitate remouenda prætacta eſſet, conſultiùs faciendum, & ſic viſo, tùm, quod ipſa erat inæqualitas corrigenda, tùm etiam quod pecuniæ quantitas, ad quam dictæ conſtructionis expenſæ neceſſariæ annuæ aſcendebant, non poterat commodè de iàm dicta duorum tar. per vegetem congregata ſumma percipi, & haberi; proinde adhibitis in hoc expertis, in talibus, extimatio d. operis particularis acceſſit, per quam vtriusq; temporis conditione penſata, & contingentibus alijs hinc inde diſcuſſis prouiſum extitit, & collectis, quod annis ſingulis vſque dùm durauerit opus cōſtructionis ipſius, competentèr, neceſſarię ſunt ad illud vnciæ auri mille: Si ergò perſpecto, & attento conſultiùs, quod ea, quæ de dicti Portus conſtructione prædicta, pro publica omnium vtilitate perquirimus, in aliquorum particulariū trāſiret diſpendiū, non debemus, pro dicta duorū taren. de cętero exactione taxata; duximus cum ipſorum prædicto conſenſu Ciuium deliberato Conſilio ſtatuendū, quod per continuum ſequens immediatè quinquennium, & non vltrà de ſingulis rebus, & mercibus ſpeciei, vel generis cuiuſcumquè conſiſtentibus in quocumq; pondere, numero, vel menſura, quæ deinceps ementur in Dohana noſtra Neapolis, & quarum dirictus pertinet ad Dohanam, vbicumque venduntur pro qualiber vncia pretij, quo emuntur, aut vltrà, vel infrà pro rata, exigantur gran. auri decem generalis ponderis, ſoluenda ab emptore, eis rebus dùmtaxat exceptis, de quibus quartucium ſoluitur, iuxtà ordinationem iàm pridem per ipſam Vniuerſitatem habitam, & per noſtram Regiam Curiam confirmatam, nullo prorsùs à ſolutione decem gr. huiuſmodi eximendo; præſentibus declarato, quod quia Vniuerſitas ipſa pari equidem affectione nobiſcum perſequens dictum opus vnciarum auri centum de quartucio, memorato, in ſubſidium dicti operis, resq; ad pręd. diſtinctam ſummam vnc. mille contribuere obtulit, & promiſit: intentionis eſt noſtræ, quod contributio ipſa dicto ſolùm duret quinquennio, & non vltrà, eo quidem intellecto, præſentibus, quod ipſa dictorum 10. gr. exactio per eum, vel eos, quem, vel quos Vniuer-

uerſitas Ciuitatis prædictæ ſtatueret velle ſuo.

Succeſsiuè tractata, expenſoribus operis dicti Portus exhiberi debeat, ſucceſſiuè conuertenda, prout decet, in illud, & tàm ij, qui præferentur operi dicti portus, quàm & expenſores illius, per eandem Vniuerſitatem electi, & non alitèr ſtatuantur, vno tantùm, ſi de beneplacito noſtro proceſſerit penès expenſores iàm dictos per Curiam noſtram Credenzerio adhibendo, ad hæc habita dictæ Vniuerſitatis ſubannexa peritio, quod Ciues ipſi pro bono communi, tendentes ad meliùs, & volentes ſtatum communitèr omnium, propter multa, quippè, onera tàm publica, ſiuè fiſcalia, quàm priuata perſæpè vexatum accomodè releuare; proindè ſtatuerunt communi concorditèr deliberatione præhabita, & à condenti conſenſu viam inuenire portabilem, quoquomodo ſepoſitis, & remotis eorum præſtationibus, quæ in Ciuitate ipſa, & Caſalibus eius ſua per temporis viciſſitudinem ſuccedebant; vniuſcuiuſq; de Ciuibus ſolita circa illa reſpiret oppreſsio, & vires iàm fatigatæ; propterea opportunè quieſcāt prouiſi cōſultatione, & ſtatuto de ſingulis in futurum, quæ cauſa commercij portantur Neapolim pecuniam ſubdiſtinctam à venditoribus exigi, & haberi v3. de quolibet curru onerato lignis, vel herba denarios paruos minutę monetæ duodecim

den.	12.
Et onerato tabulis gr.	3.
Et onerato fœno totidem.	
Et onerato pane totidem.	
Et onerato cannabe gr.	5.
De onerato rebus quibuslibet alijs gr. duo.	2.
Item de qualibet ſalma vini, quæ poſt vindemias portatur Neapolim gr.	1.
De qualibet carrara vini, quæ poſt vindemias portatur Neapolim infrà annum grana decem	10.
Item de qualibet barca onerata lignis, aut fructibus, quæ ſimilitèr portatur Neapolim gr.	5.
Et de vnaquaq; ſalma rerum quarumlibet aliarum quocumq; v3. animali feratur, ſiuè à Caſalibus proximis Ciuitatis ipſius, ſiuè aliunde remotis Neap. deferatur, vicibus ſingulis denarios tātùm duos.	2.

De quibus quippè granis, atq; denarijs ſumma congregata, & quantitate collecta, tàm huiuſmodi publicarum, & priuatarum præſtationum quarumlibet onera, cæteraq; ſeruitia, & accomoda Ciuitati ipſi, ſiuè in muris, ſeù mœnibus, ſiuè in plateis, ſiuè in fōtibus reparandis, quæ pro tempore imminēt, quorum etiam ſi quid vſq; ad prædictam ſummam vnc. mille conuertendam in ipſius portus conſtructionem per annum forte deferentur de ipſa decem gr. pro vnc. quantitate, ac etiam ſumma dictarum centum vnciarum de dicto quarterio exhibenda, deinceps ſine ſolitę contributionis, & oneris tędio ſuppleantur faciliùs, & ſoluantur, & ſimilitèr per Vniuerſitatem eandem ex inſtinctu charitatis ad proximos, & compaſsionis ſpiritu ad oppreſſos adiecto, vt quia Villani Caſalium Ciuitatis eiuſdem præter alias præſtationes fiſcalium munerum centum vncias annuas Curiæ noſtræ, ex quodam conſueto hinc hactenùs defeſsis viribus pro baiulatione ſoluebant, ipſæ centum vnciæ de dicta gran. & denariorum recipienda pecunia, ſingulis annis, pro Villanis eiſdem, dictæ Curiæ perſoluantur noſtræ. ad hoc Maieſtatis aſſenſu, & opportuna licentia ſupplicitèr imploratis: Igitur inter deſideria cordis noſtri, quibus bonum omne diligimus, communis boni, & felicis ſtatus dictorum Ciuium commoda eorum in præmiſsis propoſito, vtili, & laudādo conſilio diligentèr attento, quod meritò commendamus, eorum in ijs de noſtra certa ſcientia, & gratia ſpeciali votis accedimus, & deliberationi laudabili vſq; ad noſtrum, vel prædictorum Ciuium beneplacitum aſſentimur ſeriosiùs exprimentes tenore præſentiū, quod vſq; dum nos voluerimus, Ciuesquè prædicti ipſa prædiſtinctæ pecuniæ, tàm granorum, quàm denariorum particularis, vt præfertur, perceptio vtiq; facienda per illum, aut illos, quos Vniuerſitas prædicta ſtatuerit, fiat de cætero, atq; duret, ſic equidem, quod præſtationes Ipſæ omnes, & ſingulæ, tàm publicæ, quàm priuatæ, ſeruitia quoq; cæteraq; vtilia memorata Ciuitatis ipſius, centum inſuper vnciæ annuæ baiulationis Villanorum Neap. defectus etiam ſi quis adfuerit in ſumptibus conſtructionis portus eorundem dicto durante quinquennio vſq; ad dictas vncias auri mille de ipſa granorum, vel denariorum exigenda pecunia, plenè fiant; Volentes expreſsius, & tenore præſentium declarantes, quod tàm ipſa dictorum decem gran. per vnciam, & dictarum centum contributio vnciarum, per iam dictum ſequens immediatè quinquennium, & non vltrà, quàm alia memorata granorum, & denariorum particularis perceptio, donec nobis, vel Vniuerſitati prædictæ placuerit, duret, & valeat, ipſiq; Vniuerſitati ſit liberè, licitumq; ſæpè factam gran. & denar. particularem præſtationem, & perceptionem colligere, tollere, vel mutare.

Itàq;

Itàq; ſi noſtrum ceſſet in hac parte beneplacitum, ſiuè ipſius Vniuerſitatis ſolummodò, ceſſet dicta Impoſitio, & tollatur;non enim intentionis eſt noſtræ, vel quod abſit, propoſitum quoquo modo, quod prænarrata, ſiuè decem gr. per vnciam,ſiuè aliorum denariorum,& granorum particularis exactio,vel dictarum centum contributio vnciarum in alicuius vectigalis,angariæ, vel tributi genus, aut ſpeciem,nullo vnquàm tempore trāſeant, aut per cuiusvis intentionis, aut extentionis aſtutiam protrahantur; ne autem hæc omnia,prout viſa ſunt,& deliberata ſuperiùs, ab omnibus memoria decidant. ſed quo plenioribus paginis repetita, per diuerſos, & apud loca diuerſa ſeruantur, & poſſint commodiùs in lucidam,cum expedit, memoriam deuenire. Præſentes literas noſtras multiplicari pręcepimus penès Ciues remanſuras eaſdem,& apud Vniuerſos, vt eligent conſeruādas vtiq; firmitèr, vt præfertur, in anteà valituras, noſtri ſigilli pendentis appenſione munitas; Datum Neap. per manus Bartholomæi de Capua, Militis Logothetæ, & Prothonotarij Regni Sicilię anno Domini 1307. die 22. iv.Indict. Regnorum noſtrorum anno vigeſimoſecundo. Verùm pro parte Vniuerſitatis ipſius fuit nobis humilitèr ſupplicatum, vt cum perueniens ex Datiorum ipſorum recollectione pecunia, nedùm pro ipſius Portus conſtructione totali,& reparatione ipſius, dùm caſus emerget, cum etiam pro exſolutione collectorum,& munerū quorumcumq; fiſcalium noſtræ Curiæ facienda, ac pro reficiendis, & purgandis fontibus, ſeù aquæductibus, ſeù reparandis plateis Ciuitatis eiuſdem, & alijs functionibus publicis ſoluendis rei publicæ etiam noſtræ, quàm Vniuerſitatis ipſius concernentibus vtilitatem, & commodum ſint;quare cōtinuè plurimum opportunè datia ipſa, præmiſsis ex cauſis dignaremur in perpetuum benignè concedere, ac de ſpeciali gratia confirmare, reſeruato tamen eidem Vniuerſitati, quod ipſa datia reuocare valeat pro ipſius beneplacito, ſecundum quod viſum foret ei melius expedire, Nos igitur prætactis conſiderationibus, ipſius Vniuerſitatis ſupplicationibus,& ſollicitis inſtantijs circa hoc interpoſitis, benigniùs inclinati, præmiſſa datia de certa noſtra ſcientia ex cauſis, & pro neceſsitatibus antefatis in perpetuum Vniuerſitati prædictæ concedimus, & de ſpeciali gratia confirmamus, ſic vtiquè, quod eidem Vniuerſitati prædictæ expetit, liceat,abſq; tamen Curiæ noſtræ pręiudicio in præmiſsis,datia ipſa pro ſuo beneplacito, ſecundum quod meliùs expediens fuerit reuocare, &c.

AD QVÆST. VNICAM.

An, & qualitèr Neapolitani teneantur ad hanc gabellam.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Ciues Neapolitani ſunt immunes à gabella Sbarrarum pro vſu, à nu. 1. ad 4. Et ſi victualia conducant cum animalibus alienis, an ſoluant ius curreturæ pro vectura, n.6.

Ciues Neapolitani,an ſint immunes pro mercibus commercij cauſa inuectis? Recenſetur diſtinctio Dom.|Reg. *pro qualitate territorij Neapolitani, vel extrà, à n.5.ad 9.*

Et quid hodiè ſeruetur, n.10. Adducuntur plura Reg.Cameræ decreta,à n.11. ad 17.& n.19.

Tranſcribitur atteſtatio Arrendatoris Sbarrarum, n.18.

Immunes, an ſint à gabella Sbarrarum, & Curreturæ, Nolani,*&* Capuani Ciues, *à n.20.ad 33. & contrà* Nolanos *anno 1680.decretum fuiſſe, ipſo Authore patrocinante, memoratur, n.34.*

Immunitas realis, vel perſonalis, quæ ſit; & an militet cauſa commercij in Eccleſiaſticis, Fiſco, alijſquè, à num.23. ad 29.

Ciuitas Neapolis, an ad medietatem gabellæ teneatur pro frumentis vendendis Ciuibus? Diſtinguitur pro lucro, vel damno, à n.35. ad 37. & an hæc diſtinctio ſit vera, n.38.

Annectuntur Allegationes Agatij Aſſanti, *ac* Iulij Cęſaris Minadoi, *pro Arrendatore Regalis Gabellæ Sbarrarū, à n.39.ad 85.*

1 Ciues Neapolitani ſunt immunes ab omnibus gabellis per totum Regnum, etiā pro mercatura, ex regijs priuilegijs, vt inter *Priuil. & Cap. Ciu. Neap. fol. 11.17.20.21.28.30.31,34.& 37. Nouar.qu.for.65. lib.2. & in rubric.*

S *Pragm.*

Pragm.de immunit.Neap.nu 2.*Præſ.de Ganauerro deciſ.*17.*num.*1. *& deciſ.*36. *num.*5. *Conſ. Altimar. in obſeru. ad Reg. Rouit.conſ.*73. *num.*10. *&* 11.*lib.*2. Et
2 licèt anno 1649. in hac Ciuitate Neap. fuerit ſublata immunitas, quoad vſum, ad preces Plateæ fideliſſimi Populi, vt in *Pragm.*21.§.11. iuncta *Prag.* 22.*de Vectigal. Iul.Capon.diſcept.forenſ.* 313.*cap.*1. *num.*27. *lib.*4. Remanſit tamen vſus Ciuibus, quoad hanc gabellam.

3 Sunt igitur immunes Neapolitani à ſolutione dirictuum huius gabellæ, quæ in prænominatis Sbarris exigitur, pro eorum vſu, quocumq; loco veniãt,
4 ſiuè nata ſint in proprijs territorijs, vel empta victualia, vt ex *Cap.Regis Catholici* 27. *& in cap.de ſalmis, & curribus, circà fin.inter Priuil.& Cap.Neap. fol.*2. & ex *Pragm.*1.*de annona*, vbi *Reg. Tapia in annot.lib.*7. *Iur.Regni fol.*24. *in princ.* Et ſic iudicatum ſub die 8.Octobris 1567. refert noſter *Author* hic *n.*1. de qua deciſ. adeſt *Arreſt.*326. *Reg.Salernitan.deciſ.*4.*num.*2. *Reg.Reuerter.deciſ.* 277. *num.*1. *in fin.* vbi *Reg. de Marin.in obſ. n.*5. *&* 6. *Conſ.Altimar. d.loc. num.*2. Quod eſt iuri communi conforme, ex *l.vniuerſi* 5.*C.de vectigal.*

5 An verò cauſa commercij victualia conducentes, ſint immunes, diſquirendum eſt: Et diſtinctione reſoluit noſter *Author* hic *n.*2. *& ſeq.* quod ſi frumentum, hordeum, & ſimilia, nata ſunt in territorio Neapolitano, quia illud territorium eſt immune, ſunt etiam immunes merces, quæ naſcuntur in eo, & cum proprijs animalibus Neapolim ducuntur; idemq; traditur in *Arreſt. R. C.*97.101. *&* 148. *& in decreto R.Cam.* lato die 8. Octobris 1567. referente eodem noſtro *Auth.* vt in *Arreſt.* 326. *in primo capite*, apud *Reg.de Marin.* ſequuntur *Conſ.Altimar.in obſ.ad Reg.Rouit.conſ.*73.*nu.*9.*lib.*2. & *cit. de Marin. d. loc.*

6 Si verò Neapolitani victualia conducant cum animalibus alienis, tunc ſoluitur ius Curreturæ, quatuor denariorum pro qualibet ſalma, quia non ſoluitur pro ſpecie mercis, quæ vehitur, ſed pro vectura aliena, ſiuè illo lucro, quod faciunt vectores, qui cum iumentis accedunt, ad *text. in l.cum in plures, §.vehiculum, D. locat. Bart. in l.* 1.*§.hic titulus, n.*7.*D de publican.* noſter *Author* hic *n.*6.*&* 7. & infra in §.14. *de Iurib. paſſ. quæſt.*4. *num.*14. vbi & *Nos* latiùs annotauimus, *Goffred.de Gaeta ſuper Rit.R.C.rubr.*2.*de Iure fundici, nu.* 152.*Reg.Rouit.conſ.*42.*n.*5. *&* 6. *vol.*2. qui ſcripſit ſuper iure Curreturę Auellini: & clariùs patet, ex atteſtatione infrà inſerenda.

7 Si deniq; frumentum eſt factum extra territorium Neapolitanum, ac eſt emptum, & aſportatur cauſa commercij, ſoluitur medietas gabellæ, noſter *Author* hic *n.*8. *Præſ. Mutius Surgens in annot. ad german. de Neap. illuſtr. fol.* 427.*Conſ.Altimar. vbi ſuprà d.num.*9.& habetur in decreto R. Cam. lato anno 1526.vt in *Arreſt.*18: apud *Reg.de Marin.* ibi: *Si verò emunt, & vendunt, ſoluant medium ius quartatici*, vbi declaratur quoque, *quod Neapolitani deferentes bona, non teneantur ſoluere in bono denario, ſed alÿ ſoluant pro qualibet ſalma denarios quatuor, pro quolibet curru, grana quatuor, & lignam num laboratores grana ſex pro quolibet curru*: Et hoc decretum fuit deindè confirmatum ſub die 18. Iunij 1547. in cauſa *Franciſci de Paſtena*, referente Pyrrho Ant.Sapono: Imò & ampliatum fuiſſe per Reg. Cam. etiam ſi perueneriт ex locatione territorij, extrà territorium ſiti, noſter *Author* hic *n.*9. & conferunt *Arreſt.*98.*&*.148.& *d.Arreſt.*326. *verſ. ſuper capite, ſi Ciues.*

8 Et per literas Reg. Cam. expeditas die 10.Decembris 1466. *in Reg. comm.* 2.*fol.* 131. cum Caſale Grumi compellerétur à gabellotis Auerſæ, quod pro frumento empto ſolueret granum vnũ pro quolibet *tumulo*, quia tanquàm Caſale Neapolis erat in poſſeſſione ſoluendi denarios duos pro qualibet ſalma; Per Reg. Cam. fuit prouiſum, quod ſoluerentur pro qualibet ſalma grana duo.

9 Idem-

9 Idemq; noſter *Auth.*hìc *n.* 10. *&* 11. refert aliqua decreta, quibus declaratum eſt, eſſe immunes, etiam ſi frumentum aſportetur cauſa commercij, recollectum ex territorijs proprijs ſitis extrà territorium Neap.& ità dicto anno 1526. decretum fuiſſe ait, & legitur in *d.Arreſt.*326.ſequitur *R.de Marin. ad cit. deciſ.*277.*num.*5.*in fin.*

10 Verumtamèn ea tantùm diſtinctio vſu recepta eſt, quod aut immiſsio fit à Neapolitano pro vſu, & immunis eſt, aut commercij cauſa, & medietatem ſoluet; nulla ratione habita qualitatis territorij, ſed tantùm immiſſionis. Siquidem in *Capitulis Neap. anni* 1306. *ſub rubr.de ſolutione ſalmarum, fol.*1. *àt.* eximuntur Neapolitani pro vſu eorũ, & familiæ, & *fol.*2. *tit.de ſolut. barcarũ,* ibi: *A ſolutione, & onere omnium prædictorum Capitulorum, & quartucij, eximitur inclytus noſter Rex, Dom.Regina, & eorum filij, de ijs, quæ emi faciunt pro vſu eorum, & familijs ipſorum; & Ciues Neapolitani de omnibus prædictis, quæ ement pro vſu eorum, & familijs ipſorum nihil ſimilitèr ſoluant.*

11 Et cum ius boni denarij exigeretur, vnà cum illo Cenſalium pro fructibus, ac victualibus, quæ Neapolim deferebantur, etiam ex paludibus dictæ Ciuitatis, & ab habitatoribus Pauſylippi, dummodò Neapoli non degerent, fuit per R.C. anno 1478. lata ſequens ſententia.

Viſo præſenti proceſſu, &c. Per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam pronunciamus, & declaramus, quod pro melonibus, oleribus, cæpis, aleis, anginibus, citrulis, & cucuberis, & alijs fructibus, qui fiunt per ipſos Padulanos in territorio ipſius Ciuitatis, ipſos Padulanos ſolũ teneri ad ius boni denarij, quod eſt pro qualibet ſuma (ideſt ſalma) ſuprad. rerum denarij 4. & pro curru gr. 4. & ipſos padulenſes pro ſuma, ideſt pro ſalma ipſarum rerum minimè teneri ad aliquod forsàn pro oleribus, neque ad melonem pro ſuma (ideſt pro ſalma) melonum, aut aliquid de ipſis rebus, quæ ſunt in ipſo territorio per ipſos Padulanos, ſed ſolùm ad iſtud ius boni denarij, & non teneri ad ius Origliæ, prout primum dictum fuit per ipſum Stephanum, neque ad ius Iumellæ, prout ex parte Fiſci poſteà dictum, & allegatum fuit: Decernentes, quod de cætero dictus Stephanus Arrendator, exactor dictorum iurium, & alij exinde futuri d. iurium exactores, nihil exigi debeant, & permittant à Padulanis ipſius Ciuitatis Neap. pro dictis rebus, & eorum ſuma (ideſt ſalma) niſi ius boni denarij, proùt ſupra dictum eſt.

Die 11.*Iunij* 1478. *præſens ſententia lecta fuit, et recitata in Banca Regiæ Cameræ Summariæ, per me Franciſcum Coronatum.*

12 Aliudq; decretum, vz.

Super differentia exactionis denariorum quatuor pro iure boni denarij, vertente in Reg. Cam. Summ. inter Io: Paulum Marzatum Arrendatorem iuris quartatici, et Nicolaum Perrarium, et Aurelium Salleanum Arrendatorem iuris boni denarij, auditis Aduocatis ambarum partium in Banca.

Per Excell. Dom. Locumtenentem, et Magn.D. Præſidentes Reg.Cam Summariæ cum voto prouiſum, et decretum fuit, quod denarij quatuor, qui exiguntur pro farina, quæ conducitur ad hanc Ciuitatem Neap. per Ciues, et exteros cauſa commercij pro iure boni denarij, ſequeſtrati ordine dictæ Reg.Cameræ Summariæ diſſequeſtrentur, et conſignentur prędicto Aurelio Solleano exactori dicti iuris boni denarij in Sbarris, tanquam Arrendatori dicti boni denarij, et quod de cętero manuteneatur in quaſi poſſeſſione dictę exactionis denariorum quatuor dicti iuris boni denarij, hoc ſuum, etc.

Lectum, latum, et recitatum fuit pręſens decretum in Regia Camera Summarię per me Iacobum Raparium ipſius Cam. Act. Mag. ſubſtitutum, die 11. *Aprilis* 1513. *Pręſentibus Exc. Hieronymo de Franciſco Locumtenente, Mag.Dom.Iacobo Gallo, Mag. Dom. Sigiſmundo de Loffredo, Mag.Dom. Aloyſio Raymo, Magnif. Dom. Frãciſco Coronato, Mag.Dom. Antonello de Stephano Procur. Regij Fiſci.*

13 Adeſt & aliud decretum latum per Reg. Cameram die 19. Martij 1513. quod *de farina, quæ conducitur ad hanc Ciuitatem Neap. per Ciues, & exteros cauſa commercij, ſoluantur tantùm pro iure quartatici, & boni denarij grana decem, & quod de dictis gr. decem deponãtur quatuor denarij pro iure boni denarij pretenſo, donec per d. Reg. Cam. fuerit determinatum, ad quem ſpectant, an ad exactorem quartatici, an ad exactorem boni denarij, & quod dictum depoſitum fiat in Camera menſe quolibet, iuxtà annotationem, & exactionem faciendam in libro iuris quartatici.*

14 Per eandem Reg. Cam. ſub die 22. Martij 1514. ad petitionem Gubernatorũ Ven. Eccl. SS. Mariæ Annunciatæ Neap. vti adminiſtratorum dictæ gabellæ Cenſalium, quæ exigitur in dictis quatuor Sbarris, vnà cum iure boni denarij, latum fuit ſequens decretum.

Viſa petitione oblata in Reg. Cameræ Summ. pro parte Magn. Æconomorum, ſeù Magiſtrorum Ven. Eccl. & Hoſpitalis D. Mariæ Annunciatæ Neap. & actis factis, etc. ex quo per libros gabellotorum, qui fuerunt elapſis temporibus, nouitèr productis conſtat, pro iure quartatici in dicta Sbarra, ſeù platea dicta Caſanoua ab annis 70. et citrà, fuiſſe exacta integra grana decem, et vltrà ipſa grana decem fuiſſe exactos iuxta ritum Reg. Cam. denarios quatuor pro iure boni denarij, pro qualibet ſalma farinæ deferenda ad hanc Ciuitatem Neap. cauſa commercij, propterà ſeruatis iuribus omnium, et quorumcumq; intereſſe prætendentium; Per eandem Cam. fuit prouiſum, licere dictis Æconomis d. Ven. Eccleſiæ, et Hoſpitalis D. Mariæ Annunciatæ Neap. et eorum Gabellotis, et Arrendatoribus continuare poſſeſſionem exigendi dicta grana decem pro qualibet ſalma farinæ deferenda ad hanc Ciuitatem Neap. cauſa commercij, ſicut faciebant tempore motæ litis, necnon pro iure boni denarij exigi poſſe denarios quatuor, ſic reformando ex nouitèr deductis decreta aliàs lata per eandem Cameram.

15 Inſupèr die 8. Iulij 1658. per Reg. Cam. referente Præſid. Ardia in cauſa illorum *de Villa Pazzigni*, & *S. Io: ad Teduccium*, fuit datus terminus, & *quod interim liceat poſſeſſoribus gabellæ quatuor denariorum, ſeù curreturæ exigere prædictam gabellam quatuor denariorum cauſa commercij, excluſo vſu tantùm*: Pro cuius decreti executione, die 31. Martij 1659. expeditæ fuere prouiſiones aduersùs Monaſteria *Camaldulenſium, S. Seuerini, S. Mariæ Gratiarum, Societatis Ieſu*, aliorumq; piorum locorum, vt patet *ex proceſſu Pazzigni in banca Act. Nicolai Petiti.*

16 Et per decretum Spect. Reg. Hieronymi de Philippo die 31. Martij 1667. mandatum fuit, vt Patres Ieſuitæ Collegij Romæ, *tractentur immunes pro frumentis, et victualibus conductis proprijs animalibus, pro vſu d. Collegij tantùm, et verùm ſoluant directus gabellæ Sbarrarum, et Cenſalium, ſeruata forma tariffæ Reg. Cam. pro frumentis, et victualibus, quæ immittunt cauſa commercij*, vt in *Actis pro Petro Viſone cum Ill. Principe Scyllæ in eadem Banca*. Proùt reſpectu Neapolitanorum anno 1629. die 22. Nouembris, ità etiam decreuit *Spect. Reg. Rouitus*, tunc Præſ. R. C.

17 Itidemq; ex decreto *Præſ. Morgant* die 19. Auguſti 1669. ordinatum fuit, quod *Neapolitani tractentur immunes pro vſu tantùm, & non cauſa commercij, quo caſu ſoluant ſeruata forma Tariffæ in actis præſentata, oppoſitis non obſtantibus, vt in dictis actis pro Viſone.*

18 Et pro omnium coronide ſubijcimus hìc atteſtationem, ex proceſſu R. Cam. *in banca Caroli Cannalonga*, ſuper oſtenſione tituli, limitatione, ac exactione paſſus Cannarum.

Fiat fides veritatis. D. Carolus Calà. Per obbedire l'ordine di V. S. fò fede Io ſottoſcritto Franceſco Antonio Caramello affittatore delle Sbarre di queſta fedeliſſima Città di Napoli, Ponte della Madalena, Caſanoua, S. Antonio, Capo di Monte, e paſſo delle Vergini, come da che ſono affittatore, & anco da 30. anni in circa, che Carlo Caramello mio padre

aſſitò

affittò le ſudette Sbarre, ſempre hò eſatto dalle robbe, che ſono ſtate introdotte in queſta Città per conto delle Chieſe, e di diverſi Monaſterij di queſta Città, e ſuoi Borghi nel modo infraſcritto, v3. Quando ſono ſtate robbe proprie, animali proprij, & hanno ſeruito per vſo proprio delli Monaſterij, ſono ſtati trattati franchi; quando però ſono ſtate condotte dette robbe con animali, che non ſono ſtati proprij, hò eſatto dal padrone degl'animali, & anco hò eſatto quando gli animali ſono ſtati proprij, e robbe proprie, e ſono ſtate portate à vendere. Io Franceſco Antonio Caramello faccio fede, vt ſuprà.

19 Pendet nunc lis in Regia Cam. in *d.Banca Act. Petiti*, inter RR. Patres Soc. Ieſu, pro bonis, quæ cauſa commercij immittuntur ex eorum ruribus in territorio Neapolitano ſitis; cum Ill. Principe Scyllæ vtili domino iuris curreturæ gabellæ *Plagæ*, & *Cæſareà* huius Ciuitatis.

20 Ex quibus inferebamus etiam in noſtro *Iuris Reſponſo* edito pro *Carmino Adinolfo*, Arrendatore Sbarrarum, pro annuis ducat. 22200. locatarum, contrà Ciues Nolanos, qui prætendebant eſſe immunes à ſolutione dir[illegible]tus dictæ gabellæ; non ſolùm pro frumentis, & victualibus, quæ in eorū proprijs territorijs nata ſunt, ſed etiam pro ijs, quæ extrà Nolam emunt, & mercimonij cauſa in hanc Ciuitatem immittunt.

Etenim, ſi conſideratur Priuilegium conceſſum Ciuitati Nolæ à Sereniſſ. Rege Ferdinando de Aragonia, confirmatum anno 1496. à Rege Federico, licet etiam confirmatum appareat à Principe Orangiæ, & D. Petro Toleto anno 1533. nomine Cæſ. Maieſt. Caroli V. cum clauſula, *Si, & quatenùs in poſſeſſione extiterunt, & in præſentiarum exiſtant*; & poſteà ab ipſomet Auguſtiſſ. Imperatore; Tenor tamen dicti priuilegij illis non opitulatur, dùm in illo legitur conceſſio omnium immunitatum, & exemptionum, quibus Ciuitas Capuæ, eiuſq; Caſalia fruebantur, à Rege Ladislao anno 1401. conceſſarum; quæ eſt, v3.

21 *Item, quod dignetur dicta Regia Maieſtas gratioſè concedere hominibus dictæ Ciuitatis Capuæ Caſalium, Pertinentiarum, & Diſtrictus eiuſdem, quod homines ipſi extrà dictam Ciuitatem Capuæ ſint franchi, & immunes, à ſolutione omnium, & quarumcumque Gabellarum, Paſſagiorum, Scapharum, Dohanarum, et Flagelli in toto Regno Siciliæ citrà, et vltrà Pharum, et in quacumque Ciuitate, Terra, Caſtro, et loco Regni prædicti, tàm demanij, quàm quorumcumq; aliorum Dominorum. Placet Regiæ Maieſtati.*

22 Cum igitur immunitas à Nolanis prætenſa regulari debeat à tenore dictæ conceſsionis Capuanis facta, nam relatio facta in reſcripto, ſeù Principis conceſſione, accipienda eſt, iuxtà id, quod in relato eſt, & iuſtè continetur, & non quod iniuſtè vſurpatum eſt, vt latè ad intellectum *l.aſſe toto 74. D. de hered.inſtit. l.à filio 25.§.Teſtator, D.de alim.legat.* poſt alios, in terminis examinat, & fundat *Larrea alleg. fiſc. 74. per tot. 2.p.* & notatur per *DD. in Auth. ſi quis in aliquo documento, C.de edendo*;

23 Clarè inde ſequitur, quod, dùm immunitas Capuanis Ciuibus conceſſa, eſt perſonalis, & non realis, cùm perſonis, & non territorij immunitas conceſſa cenſenda ſit, ad not. *in l.4. §.quāquam, D.de cenſ. in l.ſemper 5. §. immunitati, D.de iur.immun.* vbi *DD. Reg. de Marin.ad Reg. Reuert. deciſ.32. num.1. Marcell.de Mauro alleg.55.* niſi expreſſè rebus concedatur immunitas, *Gloſ. in l.ætatem 3. in figur.caſ. verſ.etiam, D. de cenſib.* poſt alios *Larrea alleg.11. nu. 19.p.1. Kloch de contribut.cap.16.n.51. Io: Bapt.Saminiati controu.23. num.57. et 61.* & in dicto Priuilegio expreſsè apparet conceſſa immunitas perſonis, & non territorijs, ibi: *Gratioſè concedere hominibus dictæ Ciuitatis, etc.* Imò cùm diſponat, eſſe dictos Capuanos *vbicumque* immunes, eò potiùs talis immunitas perſonalis cenſetur; Directus proindè dicti datij exigi, debet etiam ex victualibus collectis

in

in territorijs. Capuæ, & Nolæ, quæ immittuntur in hanc Ciuitatem cauſa commercij, cum non extendatur talis immunitas, niſi ad propriū vſum, hoc eſt non vltrà id, quod ſibi, ſuæq; familiæ, ac proprię ſuſtentationi deſeruit, excluſa qualibet alia cauſa; licet ſtrictam negotiationem non importaret, puta emendo, vt venderet, vt ex *Gloſ. in l. vniuerſi 5. C. de vectigal.* edocemur.

24 Imò etiam ſi immunitas generalitèr territorio conceſſa eſſet, adhùc eſſet illa reſtringenda ad ea, quæ ex cultura, non ad ea, quæ ex negotiatione venduntur, vt fundat *Larrea alleg. fiſc. 11. num. 2. p. 1.* Et immunitas venditori cōceſſa intelligenda eſt, quoad fructus propriorum territoriorum tantùm, quia non tenetur ſoluere gabellas impoſitas mercatoribus, vt deciſum teſtatur *Rebuff. in Conſt. Gall. tom. 2. in tract. de mercat art. fin. gloſ. vn. num. 25.* quem poſt alios ſequitur *Reg. Capyc. Latr. dec. 191. n. 47. et 48. to. 2.*

25 Confirmatur quoque dicta concluſio, ex eo, quod Clerici, licet ſint exēpti à ſolutione gabellarum, ſi tamen emerint commercij cauſa, ad illas tenentur, ex *cap. quamquam de cenſib. in 6. Viſcont. in concluſ. tur. ver. gabellas in princ.* & per *Clem. fin.* vbi *Gloſ. in verb. non negotiandi, de cenſib. Reg. Reuerter. deciſ. 18. n. 1. in fin. Gaſp. Klock de contribut. cap. 12. num. 253. Reg. D. Carolus Calà in opuſc. de Contrabannis Cleric. à nu. 220. Conſil. Rocc. de offic. rubr. 14. § 4. à num. 28. Goffred. de Gaeta ſup. ritib. Reg. Cam. rubr. 2. de Iure fundic. n. 135.* vbi nouiſſimè *Caſar Nicol. Piſan. in add. à n. 222. ad ſeqq.*

26 Sic etiam Fiſcus ad gabellas non tenetur per *text. in l. licitatio 9. §. Fiſcus, D. de publican. et vectig.* Si tamen mercetur, tenebitur ad gabellas, *DD.* communitèr in *l. vniuerſi, C. de vectigal. et commiſſ. Roland. conſ. 61. num 13. lib. 4. Natta conſ 134. lib. 1.* latè *Reg. de Marin. ad Reuerter. deciſ. 548. nu. 2.* quem ſequitur *Conſil. Altimar. in obſer. ad Reg. Rouit. cit. conſ. 73. num. 8.*

27 Nec dicatur, quod ipſi Nolani per ſæpè frumenta ex Apulia aſportant, pro huius fideliſsimæ Ciuitatis vſu, & ſeruitio; Siquidem reſpondetur, quod, aut hoc in caſu, immunitatem prætendunt, reſpectu proprij priuilegij; Et ea frui non poſſe mox firmauimus, quia cauſa commercij immittunt; Aut gaudere volunt exemptione à gabella Sbarrarum, ex iuribus Ciuitatis Neap. & Ciuitas debet ſoluere dirictus, etiā pro frumentis, pro Conciuium vſu, vbi eis vendendo lucratur, vt infrà.

28 Quibus ità firmatis, non obſtat aliud *Capitulum*, quod in ipſo Capuæ priuilegio legitur, ibi: *Item poſſint emere in quacumq; Ciuitate, ſeù Regni huius, Azzarium, Ferrum, Salem, Picem, et alias quaſcumq; vendere poſſint cuilibet emere volenti, non obſtantibus Priuilegijs, Ritibus, et Iuribus quibuſcumq; forſitàn in contrarium conceſſis, et in futurum concedendis.*

29 Etenim, licet ex illo, data ſit d. Capuanis facultas emēdi, & vendendi res ibi enunciatas, non ideò ſequitur, fuiſſe etiam pro illis conceſſam immunitatem, tùm quia dictum *Capitulum* eſt ſeparatum ab illo, in quo immunitas perſonalis priùs conceſſa erat, tùm etiam, quia, dùm loquitur de immunitate, non poteſt ex interpretatione forsàn admitti, cum immunitatum priuilegia, veluti contrà ius commune, & odioſa, ſint ſemper reſtringenda, *Praſ. Ganauerr. deciſ. 36. num. 22. Anton. Gobius conſult. 18. à num. 16. ad 24. Conſil. Hodiern. controu. 45. nu. 34.* poſt alios *Saminiati controuerſ. 23. num. 56. Epiſc. Rocca diſput. iur. cap. 77. num. 8. et c. 79. à num. 1. lib. 1.*

30 Præmiſſis accedit obſeruantia cum ipſis Capuanis, à quibus ab anno 1444. exacti fuere indifferentèr Regij dirictus pro frumentis, farinis, hordeo, milleo, fabis, & alijs victualibus, vendendi cauſa in hanc Ciuitatem immiſſis, vt apparet ex libris rationum, in dictis annis, Regiorum Credenzeriorum, qui ad gabellarum exactiones ſcribendas publicè deſtinati ſunt, vt

in

in *fol.52. lit. M. et at.lit.S. Proceſſ.intit. Pro Mag. Gubernatoribus A.G.P. cum Ciuibus priuilegiatis Neapolitanis, &c.* & ex alio *Proceſſ. extract. vt ibid. f.66. at.* Qua ſtante obſeruantia, vt ſuprà, cũ dictis Capuanis, dubitari non poteſt, quin dictum Priuilegium, pro vſu tantùm ſit intelligendum, nam receptus vſus, & conſuetudo in vectigalium exactione ſpectari debet, *l. ſi publicanus, §.fin. D. de public.* ibi (*in omnibus vectigalibus ferè conſuetudo ſpectari debet*). Et ex *Ritu R.Cam.4. ſub rubr. de Iur. Dohanæ*, ibi (*in omnibus tamen his ſpectatur conſuetudo*) vt *ritu 6. d.rubr.* cum alijs per *Nos* annotatis ſuprà in *princ.quæſt.4.§.6.par* 1. Nàm obſeruantia explicat, imò modificat priuilegia, *de Franch deciſ.56. num. 6.* etiam ſi illa iuri expreſſo reſiſteret *Capyc.deciſ.189. Menoch.de retin.poſſ. remed.vlt. Reg. de Ponte conſ.97. num.26. Reg. Latro conſult.83. n.45. tom.2. Velaſc. conſult.79. Reg.Valenz.conſ.114. à num.9. ad ſeqq. Larrea alleg fiſc.10.n.2. & alleg.11. nu. 10.lib.1.* & *alleg.92.lib.2.Dom.Creſpi de Valdaura obſeru.1.n.112. R. de Philipp. diſſertat.fiſc.21.n.16.*

31 Inſupèr, licet dictum priuilegium loquatur de immunitate *à ſolutione omnium & quarumcumq; gabellarum, Dohanarum, &c. in toto Regno*, attamen illo non obſtante Capuani, & Nolani ſoluerunt, & ſoluunt iura Regiæ Dohanæ, Plateæ maioris, Curreturæ, & aliarum gabellarum, pro omnibus illis rebus, quas cauſa commercij in hanc Ciuitatem immittunt; vnde concludẽdum eſt, quod pro vſu tantùm dictum priuilegium intelligitur, & obſeruatur;

32 Quæ ſolutio pro vna re, & in vno loco ſufficit ad iuſtificationem pro cæteris eiuſdem Dohanæ dirictibus, & conſtituit Regem in quaſi poſſeſſione in toto Regno, *Montan. de regal. ver. vectigalia, n.6. in fin. Reg. Galeat. reſp. fiſc. 10. nu. 74. Laratha conſ.20. num. 10. Author* noſter ſuprà *in quæſt. vnica*, poſt *membr. 2. de Iure Fundici, §.6.* vbi nos plenè: Tãtò magis, quia gabella Sbarrarum, olim erat membrum Dohanæ, vt in *præcedenti* §. cum *Auth.* noſtro annotauimus.

33 Prætereà, etiam ſi verum eſſet, quod reſpectu Cẽſualium à prædeceſſoribus publicanis, non fuiſſent exacti dirictus, id nequiret præiudicare hodierno Arrendatori, vel Fiſco, neque conſtituere aliquem in poſſeſſione nõ ſoluendi gabellas, *Burſat.conſ.190. à nu 47. vol.2. Laratha conſ.27.nu.46. Reg. Lanar conſ. 27.num 46.et 47. Poſt. de manut.obſeru. 59.num.17.et ſeq.* Et *Nos* latiùs ſuprà *annotat.ad quæſt.2.§.6.de Iur.Dohan.*

34 Hiſce, alijsq; rationibus per *Nos* in Reg.Camera expoſitis, etiam pro exequutione aliorum decretorũ, ſeù prouiſionum, ab anno 1674. cõtrà eoſdem Nolanos expeditarum, ità fuit determinatum die 22. Iunij 1680. vt *fol. 140. in Proceſſu, pro d. Carmino Adinolpho Arrendatore Reg. Cenſalium, cum vectoribus Ciuitatis Nolæ ſuper ſolutione dirictuum Regior. Cenſalium pro frumentis, quæ conduci faciunt in hanc Ciuit. Neap. cauſa commercij; in banca Act. Petiti;* cuius tenor eſt eiuſmodi:

Die 22. Iunij 1680. Neap.

Per Dominum Militem V.I.D. Dominicum Petronum Reg. Conſiliarium Regiæ Cameræ Summariæ Præſidentem, et Commiſſ. facta de prædictis omnibus relatione in dicta Regia Camera coram ſpectabili Regente D. Antonio de Gaeta Locumtenente dictæ Regiæ Cameræ, et alijs dominis Præſidentibus ipſius, fuit per Cameram ipſam con. prouiſum, et decretum, prout præſenti Decreto decernitur, et prouidetur, quod viſis actis, et memoriali fol. 102. Benè fuiſſe, et eſſe prouiſum per Dominum Cauſæ Commiſſariũ ſub die 23. Februarij 1679. fol. 85. et 90. et proindè in futurum Ioſeph de Falco, et alij Ciues Nolani ſoluant dirictum Regiorum Cenſalium mediæ quinquinæ pro quolibet tumulo pro victualibus immittendis in hanc fideliſſimam Ciuitatem cauſa commercij, non collectis in proprijs territorijs, et conductis cum proprijs animalibus, et vecturis, cum debitis atteſtationibus, oppoſitis non obſtantibus, ſalua prouiſione facienda pro dirictu aliorum

vi-

victualium immiſſorum, hoc ſuum, &c.
Dominicus Petrone. Vidit Fiſcus.
Com. de Laurentijs. Petitus Act.

35 Difficultas tamen non modica eſt in ipſa Ciuitate Neapolis, quę ſolet emere frumentum in Apulia, illudq; demùm ſolet diſtribuere piſtoribus Ciuitatis, in quo ſolet aliquid lucrari, an poſſit dici commercium, vt inde ad medietatem gabellæ teneatur.

36 Et pro Ciuitate concludendum eſſe videtur, ex quo principalitèr non intendit facere commercium, ſed ſuccurrere ciuibus, ipſorumq; vſui, & per cōſequens ad gabellam non tenetur, & ſic deciſum per Reg. Coll. Conſ. anno 1564. facto verbo per Reg. Cam. quæ fuerat in paritate votorum, teſte noſtro *Authore* hìc *num. 13. et* 14. & rationem aſſignat *Reg. Reuerter. deciſ.* 277. *num.* 2. quia frumentum fuit ad hanc Ciuitatem aſportatum pro vſu ciuium, mera penuria cogente, non mercimonij cauſa; aliaq; in eiuſdem Ciuitatis gratiam ponderat *Præſ. Mut. Surgens in add. ad M. Ant. fratr. de Neap. illuſtr. fol.* 427. *et ſeqq.*

37 At ſi Ciuitas aliquid lucraretur, tūc eam teneri ad medietatem gabellæ, poſteà iudicatum refert anno 1570. ipſo referente, idem noſter *Auth.* hìc *n.* 15. quem referunt, & ſequuntur *Reg. de Marin. in obſeru. ad Reg. Reuert. dec.* 277. *num.* 6. *et* 7. in ſecunda edit. *de Luca ad Præſ. de Franch. deciſ.* 557. *num.* 10. & quæ conſiderauit *Reg. Camill. de Curte*, tunc Fiſci iura tuens in Regia Cam. videri queunt in eius *opere feudali par. 2. cap. 3. num.* 114. *per tot.* Diſtin-
38 ctio cæterùm lucri, & damni ſempèr excuſaret mercatorem, qui diceret, ſe nolle gabellam ſoluere, niſi priùs conſtiterit, lucrū reportaſſe, & ſicut Neapolitani ſunt immunes pro ipſorum, eorumq; familiæ vſu, non verò pro rebus, quas emunt, vt vendant etiam alteri Conciui; ità etiam & ipſa Ciuitas, quando tamen non vendit pauperibus ælemoſynalitèr, ſed ciuibus, tenebitur ſoluere, vt pro Arrendatore Sbarrarum conſuluit *Reg. Rouit. conſ.* 73. *lib.* 2. vbi *Conſ. Altimar. in obſeru. num.* 1. & in ſimili correturæ iure decretum fuit per R.C. anno 1598. die 11. Martij, vt in *Arreſt.* 510. apud *R. de Marin.* quod & latè fundat, & deciſum refert *Reg. Salernitan. deciſ.* 4. vbi *Thor. in addit. num.* 26. ſcribit, fuiſſe ordinatum, Ciuitatem debere facere depoſitum; Ex quo voluiſſe manutenere Fiſcum in quaſi poſſeſſione exigendi, infert *Reg. Rouit. d. conſ.* 73. *num.* 19.

39 Pro cuius articuli dilucidatione operæ pretium duximus, hìc attexere allegationes doctiſſimorum I.C. *Agatij Aſſanti*, ac *Iul. Cęſaris Minadoi*, poſteà R. Cam. Præſidentis.

IN FACTO
Pro Arrendatore Regalis Gabellæ Sbarrarum,
CONTRA
Fideliſsimam Ciuitatem Neapolis.

LA Maeſtà del Rè noſtro Signore, fra l'altre entrade Reali, quali hà in queſto Regno, tiene vna gabella, che ſi dice, la gabella del Reale della carne, e quattro sbarre.

40 Queſta gabella tiene due corpi d'eſazzioni di diritti, l'vn corpo ſi dice, il Reale della carne, quale s'eſigge da tutti gli animali, che ſi macellano per Napoli, e queſto è il diritto, cioè, per ogni boue, che ſi macella, ſi paga alla gabella reali quattro, per ogni annecchia reali trè, per ogni vitella reali due, per ogni caſtrato grana ſedici, per ogni porco reali dui, e queſto corpo la Regia Corte lo ſole affittare à ragione di ducati quindeci mila l'anno in circa.

41 L'altro corpo ſi dice, il Reale delle quattro sbarre, e conſiſte nell'eſazzioni delli grani, farine, orgi, & altre vittouaglie, quali entrano in queſta Città di Napoli per vendernoſi, per le quattro Porte, le quali ſono, Le Vergini, S. Antonio, Porta Capuana, e lo Ponte della Madalena, e ſi dicono, le quattro sbarre, poiche ci ſteuano le sbarre, cioè certi legni attrauerſati, acciò che non poteſſero paſſar gli animali, ſenza pagar la gabella.

42 Li diritti di queſta gabella, ſi eſiggono del modo infraſcritto. Per ogni tumulo di grano, ò farina ſi paga vna cinquina, quando ſi porta à vendere, e per ogni tumulo d'orgio, ò per altre vittouaglie ſi pagā quattro tornesi, il che s'intende quando ſia foraſtiero quello porta à vēdere, ma ſi è cittadino Napolitano, che porta à vendere, non è tenuto à pagare

ſe

ſe non la metà della gabella, cioè per ogni tumulo di grano, ò farina, meza cinquina; per ogni tumulo d'orgio, ò altre vittouaglie, vn grano.

Ma ogn'vno, ò ſia Cittadino Napolitano, ò foraſtiero, qual fà venire in Napoli grano, farina, orgio, ò altre vittouaglie, non per vẽderli, ma per vſo di ſua caſa, non è tenuto à pagar coſa alcuna alla gabella.

Queſti deritti, che coſi ſi eſiggono, ſi ſogliono affittare dalla Regia Camera à ragione di docati 19000. l'anno.

43 Di queſta gabella con tutto che ſia Regia, e l'entrate ſiano della Regia Corte, tuttauolta ne tẽgono il gouerno, e amminiſtratione li Signori Maeſtri dell'Annũtiata per conceſſione del Rè Fedrrico.

Da molti anni in quà la Città di Napoli hà fatto entrare più di tre milioni di tomola di grani, e farine, e col braccio della Regia Corte hà mandato Commiſſarij per lo Regno, & hà ſequeſtrato tutti li grani, & ordinato, che non ſi vẽdano ſe non alla Città, e ſi hà pigliato tutta la vatica, che ſoleua portar li grani, e farine in Napoli, e pagaua la gabella, e perciò hà eſtinto à fatto tutti li deritti di queſta gabella.

E volendo Ferrante del Maſſeſe Arrendator di vn triennio paſſato eſiggere la gabella delli grani, e farine, quali ſono entrate in Napoli ſub nomine Ciuitatis, è ſtato prohibito dalla Regia Camera, la quale hà ordinato, *quod fiat annotatio frumẽtorum*, perche la Città per alcune ragioni, che ſi diranno appreſſo, pretende eſſer franca, & immune di queſta gabella.

Et Ottauio Monaco olim Arrendatore di detta gabella, ſimilmente pretende eſigere li deritti dalla Città, e la Città ricuſa di pagarli, queſta cauſa ſi hà da referire dalla Regia Camera drlla Summaria in Collaterale, e ſi hà da far determinatione per lo primo venerdì, & hoggi la cauſa camina in queſto modo:

44 L'Arrẽdator delle Sbarre per vno memoriale preſentato à S. E. domanda eſſer manutenuto in poſſeſſione d'eſigere dalla Città la meza gabella per li grani, e farine, quali detta Città fà condurre per terra in nome di eſſa Città, e li vende, e diſtribuiſce à panettieri per farſene pane, e venderſi al publico; Poiche gl'Arrẽdatori paſſati ſono ſtati in poſſeſſione d'eſigere detta meza gabella. Et de anno 1570. coſi è ſtato giudicato in fauore di Franceſco Sarnerano per la Regia Camera in contradictorio iudicio, prout exponitur *in dicto memoriali fol.*129.& prouiſum, *quòd Regia Camera iuſtitiam faciat.*

Intimato il Procurator drlla Città, domãda l'eſibition delle ſcritture *in memoriali* mẽtionate *fol.*130.

Per lo Signor Tiberio Coppula, ſi è fatto decreto domi, *quòd fideliſſima ciuitas Neap. citra praiudicium eius iurium ſoluat Arrendatori medietatem gabella, ſernata forma decretorum Reg. Camera fol.*131.

La Città ſe ne aggraua, e per memoriale dato al Signor Regente Dauid, ottiene, *quod fiat relatio in Regia Camera, fol.*133.

45 Da parte del detto moderno Arrendatore ſi produce vn proceſſo olim compilato, e ſententiato de anno 1571. nel quale appare, che Franceſco Saruetano in quel tempo Arrẽdatore della Sbarra di Caſanoua, domandò dalla Città la meza gabella per li grani, e farine, quali s'immeſſero per terra, e dalla Città furon diſtribuiti à panettieri per farſene pane, & venderſi al publico, e fece far decreto, che ſi faccia depoſito, ò ſi laſci il pegno per detta meza gabella *fol.*1.

Ma dopoi hauendo la Città prodotte alcune ſcritture *fol.*2.*&* 3. fù dato il termine nella cauſa *fol.* 9.

46 In quel proceſſo par, che la Città habbia portate quattro eccezzioni.

Prima, che deue eſſer immune per priuilegij, e capitoli conceſsili per li Sereniſſimi Rè, *prout procurator Ciuitatis allegat folio* 3. *à tergo, & idem allegauit ante decretum Regia Camera fol.* 60.*& in memoriali oblato Sua Excellentia fol.* 65. *& in alia inſtantia fol.* 67. *& fol.*81. *à tergo.*

Seconda, che non è tenuta pagare la meza gabella per queſti grani, e farine, quali s'immetteno per vſo, e graſſa della Città, *prout idẽ. procurator allegauit, etiam ante decretum Regia Camera, folio* 3. *àter. & fol.* 55. *àter. & in memoriali fol.* 65. *fol.*81. *à ter. fol.*87.

Terza, che non ſolo queſti grani ſono per vſo, e graſſa, ma in quelli la Città viene à patire groſſo danno dal prezzo, che l'hà comprati, & alle ſpeſe, che ſi ſon fatte per la vettura, & al prezzo, che ſi ſon venduti, e per eſſere in dãno, non è obligata à gabella alcuna, *prout idem procurator Vniuerſitatis allegauit, etiam ante decretum fol.* 6. *fol.* 5. *àter. fol.* 55. *àter. & fol.* 81. *àtergo. fol.*83. *àter. fol.*84. *folio* 85.*&* 89.91.92.94.*&* 106. *in articulis.*

Quarta, che coſi fù giudicato per la Regia Camera in Collaterali Conſilio, referente il Sig. Salernitano de anno 1563. come appare per decreto *folio* 3. per lo quale la Città fù aſſoluta dalla pretendenza dell'Arrendatore Gio: Domenico Spina.

47 Ma da parte del moderno Arrendatore, ſi replica, *quòd his non obſtantibus*, deue eſſer manutenuto nella poſſeſſione, nella quale ſi ritroua la gabella d'eſigere queſto mezzo deritto, in vigor del decreto vltimamente lato de anno 1570. *fol.*53.

48 E ſi riſpōde alla prima eccezzione, che la Città non moſtra priuilegij, nè capitoli, ò immunita per queſta meza gabella, anzi il capitolo di Rè Ferdinādo I. quale ſi porta *fol.* 5. fà contro la Città, poiche ſi fà franca d'ogni gabella, eccetto del buon denaro, ò pertinēte alla Maeſtà del Rè. Ma queſta gabella è del Rè, e perciò ſi chiama, *lo Reale*, dunque non ne deue la Città eſſer franca.

49 Alla ſeconda, ſi riſponde, che à riſpetto del grano venuto per terra, e diſtribuito à panettieri, che è il medeſimo caſo, che ſi tratta al preſente, la Camera hà condennata la Città indiſtintamēte per la rata della gabella, *f.* 53.

50 Alla terza ſi riſponde, che la Camera nella deciſione della cauſa non hebbe in conſideratione il lucro, ò il danno, che ſentia la Città; Ma determinò l'articulo *in iure*, ſì per queſti grani diſtribuiti à panettieri è tenuta alla meza gabella, e che ſia vero, che la Camera non conſiderò il lucro, ò danno, appare, perche eſſendoſi fatto decreto domi per lo quōdam magnifico Gio: Andrea Maiorica, *quòd Ioan. Carolus de Acampora Rationalis videat fides in actis productas, calculet, & referat; Si Ciuitas eſt in lucro, ſi, vel nè, prout fol.* 44. *à ter.* e dopoi eſſendo fatto vn'altro decreto, *quòd procedatur ad calculum, oppoſitis nō obſtantibus fol.* 45. *à tergo*, tuttauolta non ſi procedè altrimente al detto calcolo, ma fù leuata la cauſa dalle mani di Maiorica, e fù data al Signor Moles, e ſi procedè alla ſentenza diffinitiua, per la quale la Città fù condennata *fol.* 53. e queſto nacque, perche la Camera non hebbe in conſideratione il fatto, ſe la Città era in guadagno, vel ne, ma il punto di legge *ſi tenebatur, vel ne* & perciò fù leuata la cauſa dalle mani di Maiorica Preſidente Idiota, e fù data al Signor Moles, poiche ſi hauea da trattare punto di legge. E ſe la Camera haueſſe hauuto in cōſideratione il lucro, ò il danno, haueria nella ſentenza eſpreſſo, *quòd Ciuitas cōdemnetur ad mediam gabellam pro illis frumentis, in quibus fuit in lucro, pro alijs vero abſoluatur*, e la ſentenza non dice coſi, ma *ſimpliciter*, condanna la Città *pro frumentis, & farinis, tranſmiſſis per terram nomine ipſius Ciuitatis, vt in dicto fol.* 53.

Anzi in termino liquidationis, hauendo la Città prodotti gl'articoli *fol.* 59. quali tutti vanno à prouare, che la Città perdeua, fu per la Regia Camera interpoſto decreto, *quòd articuli reijciantur, tanquam impertinentes fol.* 62, il qual decreto fu fatto con gran ragione, poiche quelli, che ſi trouaro à votar nella ſētenza, ſapeuano molto bene, che l'articolo di lucro, e danno fù trattato, e reietto in diſcuſſione primæ ſententiæ, e che la Città era ſtata ſemplicemēte condennata, e che di quel punto non ne fù hauuto ragione alcuna.

E ſe foſſe vero, che ſi hà da mirare, ſe la Città guadagna, ò nò, ſeguiteria, che queſta iſteſſa ragione, ſi haueria ad oſſeruar'in ogn'vno, che portaſſe grano à vendere in Nap. perche potria dire, *non voglio pagare la gabella, ſe prima non vedo, ſe guadagno, ò perdo nella vendita delli grani*, e così biſogneria per ogni tumolo di grano fare vn proceſſo, ſe nella vendita ſi è perſo, ò guadagnato.

51 Di più la Camera mai volſe vedere, ſi ci era lucro, ò danno, e queſto appare, che eſſendoſi commeſſo il calculo à Tomaſo Aniello di Simone à vedere, quel che toccaua alla Città per la mezza gabella, fu fatto il calcolo, ſenza far mentione di lucro, ò danno *fol.* 68. del quale il Procurator della Città, ne reclamò, e preſentò molte fedi della perdita, che la Città faceua *fol.* 74. 75. 76. E perche Vincenzo Bolognino Rationale eletto alla reuiſione del calculo, non voleua riceuer dette fedi, il Procurator della Città ſe ne lamentò con vna comparſa *fol.* 77. e domandò ordinarſi, che ſi riceuano, tutta volta fù fatta la reuiſione *fol.* 79. e non fù fatta mentione di lucro, ò danno, ne per la Camera fù ordinata alcuna coſa ſecondo detta inſtanza al detto calculatore, del che di nuouo il Procurator della Città ſe ne grauò *fol.* 81. *à ter.* e fù commeſſa la terza reuiſione al quondam magnifico Brancaleone, *fol.* 84. e fù data comparſa, che ſi facc ordine al Rationale, che almeno riferiſca per pretendenza la perdita, ò guadagno *fol.* 85. e pure fù fatta la terza reuiſione *fol.* 86. e non fù riferita perdita, ne guadagno.

Dalle quali coſe chiaramente appare, che mai la Camera volſe ammettere il punto, ſe la Città perdeua, ò guadagnaua.

52 Ma dato, e non conceſſo, che la Camera all'hora conſiderò la perdita, ò guadagno, tāto più è chiara la ragione del moderno Arrendatore, poiche la Città all'hora moſtrò beniſſimo, che era in perdita, poiche per fedi di conſeruatori di grani appare, che la città veniua ad hauer il grano tra lo prezzo, e le ſpeſe à ragione di carl. 17. il tumolo, e poi lo diſtribuiua à panettieri à ragione di dieci, ò dodici, tredici, quattordici, ſedici, e diecisette carlini il tumolo, e ſolo quattrocento tomola di farina conſignò à panettieri à venti carlini il tumolo *fol.* 89. e tutto queſto confeſſa il Procurator della Città in vna cōparſa *fol.* 92. e pure la Città ne fu condennata à pagare; dunque ſimilmente ne deue eſſer condennata hoggi ſe ben perdeſſe.

53 Alla quarta eccezzione ſi riſponde, che ſe ben nell'anno 1563. fù per decreto aſſoluta la Città, queſto fù per ragione, che negl'anni 1556. 57. 58. che furono immeſſi d. grani, fù

la

Digitized by Google

la guerra in Regno, quando li Franceſi vennero in Ciuitella del Tronto, e perche la Città hauea biſogno di eſſer monita, vēne il grano d'ordine della R.Corte, e dell'Ill.Sig.Duca d'Alba all'ora Vicerè, com'appare in quel proceſſo di Gior Domenico Spina, e perche il fiſco faceua venir il grano, non era ſoggetto alla gabella, ma al preſente ceſſa queſta ragione, perche il grano non lo fà venire il fiſco, ma la Città, così come lo fece venire nell'anno 1570. à tempo dell'arrendamento di Franceſco Sarnetano, e perciò deue pagare la gabella così, come la pagò in detto anno 1570. e come la pagò in anno 1539. nel qual'anno pagò docati 505.3.8½, come appare per fede eſtratta dalli libri della Città *fol.4.à ter.*

Di più, la ſentenza della Camera de anno 1563. in fauor della Città fù portata in queſto proceſſo di Sarnetano *fol.3.* e pure per la Camera non ſe ne hebbe cōſideratione, e perciò ſi deue attendere queſt'vltima ſentenza dell'anno 1570.

E ſe quella ſentenza dell'anno 1563. fù fatta in Collaterale, di queſta dell'anno 1570. ne fù due volte fatta relatione in Collaterale per li memoriali dati per la Città, e due volte fù rimeſſa la cauſa alla Camera *fol. 63. 67. & fol. 94. & 95.*

Si conclude dunque, che omninò la Città deue eſſer condennata, tanto più, che il moderno Arrendatore in queſto arrendamento perde alle Sbarre più di ſette milia doc. l'anno, poiche le ſbarre per eſtaglio deueno fare più di docati 9000. e non ne fanno 2000. come ſi moſtra per fede.

54 E la Città fà vn'altro grandiſſimo danno all'Arrendatore, poiche manda li Commiſſarij, li quali ſi pigliano li muli, che faceuano la vatica ordinaria da Puglia, e portauano à vendere in Napoli, e pagauano tutta la gabella, e con quelli muli non vengono altri grani, che quelli della Città.

55 Inteſo, e ben diſcuſſo queſto fatto per li Signori della Camera, e Signori Reggenti in Collaterale, fù interpoſto decreto, *quòd fideliſſima Ciuitas pro nunc faciat depoſitum ducatorum decem millium.*

Il qual depoſito è già ſtato fatto per la Città, e trattandoſi la liberatione, l'Auuocato della Città diſſe, che ſi contentaua procederſi alla eſpedition della cauſa principale, che non volea ſeruirſi del termine, che gli era ſtato dato.

E fù interpoſto decreto, *quòd procedatur ad expeditionem cauſæ principalis.*

Dunque hoggi ſi hà da trattar la eſpeditione della cauſa principale.

ALLEGATIONES
PRO
Regio Fiſco, & Arrendatore
Sbarrarum,
CONTRA
Fideliſſimam Ciuitatem Neapolis.

56 EX duobus fortaſsè prætendit fideliſsima Ciuitas Neapolis ſe defendere à iuſtiſsima petitione Regij Fiſci, & Arrendatoris quatuor Sbarrarum pro ſolutione mediæ Gabellæ pro frumentis emptis in Apulia, & in alijs huius Regni Prouincijs, & immiſsis per terram, & deinde venditis, ac diſtributis piſtoribus pro conficiendo pane, & vendendo Ciuibus.

57 Primò, prætendit fortaſsè immunitatem vigore ſuorum priuilegiorum à Sereniſsimis huius Regni Regibus conceſsorum; ſunt enim Ciues Neapolitani, immunes ab omnibus gabellis, dohanis, paſsibus, & quibuſcumque alijs ſolutionibus pro rebus, de quibus negotiantur, & videtur probari ex priuilegio Regis Ferdinandi I. de anno 1462. *fol. 4.*

58 Secundò, ex iuris diſpoſitione, ſiquidem frumenta hæc, quæ inducuntur in Ciuitatem ſunt pro vſu Ciuium, & ſatis notum eſt de iure, Ciuem non teneri ad gabellam pro rebus, quas portat ad vſum proprium, *l. vniuerſi, C.de vectig.& comm.l.ſi publicanus §.1. de public. & vectig. l.in lege cenſoria, ff. de verb.ſign. clem. fin. de cenſ.* & notatur *in cap. ſuper quibuſdam de verb.ſign. verſ. præterea, Iaſ.in l.cætera,§.ſed ſiquis ad opus,n.9.de leg.1. Bart. in l.2.§.cum in eadem, ff. ad leg. Rhod. de iact.*

59 Et ex his fuit aliàs per Regiam Cameram in Collaterali Conſilio in facti contingentia ità deciſum, referente q.Domino Salernitano de anno 1564. nam cum in annis 1556. 57. & 58. fideliſsima Ciuitas importaſſet quædam frumenta, & Ioannes Dominicus Spina tunc Arrendator Sbarrarum petijſſet mediam gabellam, fuit ipſa abſoluta ab impetitione Arrendatoris, vt in hoc *proceſſu fol.3.*

60 Nec obſtat, ſi pro parte Arrendatoris allegaretur aliàs de anno 1570. referente qu. Domino Annibale Moles, tunc Regiæ Cameræ Præſidente, fuiſſe ad inſtantiam Franciſci Sarnetani condemnatam fideliſsimam Ciuitatem ad ſoluendum mediam gabellam pro frumentis immiſsis per terram, vt in hoc *proceſſu*: nam reſponſio eſt clariſsima, ſiquidem quando conſtitit, Ciuitatem pro negotiatione frumentorum reportaſſe damnum, quia nullum tunc poterat conſiderari commercium, ſed tantummodò vſus, Ciuitas fuit

abſoluta, proùt fuit tempore Arrendatoris Ioannis Dominici Spinæ de anno 1555. ſed quando conſtitit ſuper tali negotiatione reportaſſe lucrum, tunc fuit condemnata, proùt euenit tempore Arrendamenti Franciſci Sarnerani anno 1570. nam in illo lucro adeſt commercium, & cum negotiatio ſit cauſa commercij, Ciues, & Ciuitas tenentur ad mediam gabellam, & hoc expreſsè fuit declaratum per quoddam decretum latum per Dominum tunc Præſidentem, die primo Februarij 1538. cuius copia producta eſt in hoc *proceſſu fol. 3. at.* cuius decreti verba formalia hæc ſunt: *Stante quod populi coacti conduxerunt frumentum, & damno occurrente in venditione frumenti prædicti conducti Neapolim ſecundum informationem oretenùs habitam, prouiſum eſt, quod dicti populi non teneantur ad ſolutionem gabellarum*. Hæc ſunt, quæ magis vrgent pro fideliſſima Ciuitate.

61 Sed his non obſtantibus, puto, partes Arrendatoris potiores eſſe, & debere ipſum manuteneri in poſseſsione, ſeù quaſi exigendi mediam gabellam à fideliſſima Ciuitate pro frumentis importatis his annis retrò elapſis, & hoc ex pluribus.

62 Primò, quia habet Arrendator ſententiam Regiæ Cameræ vltimo loco latam contra Ciuitatem, quod ſoluat, cuius ſententiæ vigore ſoluit ciuitas mediam gabellam, vt patet in hoc *proceſſu fol.* 53. & ex ſententia Regiæ Cameræ, quę paratam habuit executionem, non obſtante reclamatione, fuit quęſitum ius Arrendatori, & eius ſucceſſoribus, tàm in petitorio, quàm poſſeſſorio, pręſumitur enim pro ſententia, quouſque non retractatur *l. Herennius, §. Caia, ff. de euict. l. ingenuum ff. de ſtat. hom. l. res iudicata, ff. de reg. iur.* nec aliud ſupereſt Ciuitati, niſi remedium reclamationis, vel dicendi de nullitate, ſi tempora largiuntur, & iam Ferdinandus del Maſleſe Arrendator, qui agit hanc cauſam, petijt in memoriali, manuteneri in quaſi poſſeſsione exigendi hanc mediam gabellam à Ciuitate, in quam fuerunt immiſsi eius prędeceſsores, vigore illius ſententię Regię Camerę, vt in *dicto memoriali fol.* 129.

63 Et ſi ex parte Ciuitatis allegaretur, ſententiam latam in fauorem vnius, non prodeſſe alteri perſonæ penitùs extraneæ, per *text. in l. ſæpè, ff. de re iud. & in toto titulo, C. res inter alios acta*, reſponſio facilis eſt, nam quando Arrendator Franciſcus Sarneranus egit contra Ciuitatem pro media gabella, egit vti procurator fiſci, nam conductor eſt procurator locatoris, & ſic in effectu exercuit actiones Fiſco competentes, & obtinuit, & illud ius proueniens ex ſententia, Fiſco fuit quæſitum; parum enim intereſt, an quis agat per ſemetipſum, an agat per procuratorem: ſed Fiſcus locauit eandem gabellam Ferdinando del Maſſele, cedens eidem omnia eius iura, & ponens in locum ſuum: ergo nouus Arrendator nunc agit tanquam procurator Fiſci, & exercet iura Fiſco competentia: ergo non eſt res inter alios acta, ſed inter eaſdem perſonas, modus agendi idem, ergo res iudicata prodeſt nouo Arrendatori; eſt etiam eadem res, quia tractatur de ſolutione eiuſdem gabellæ, & per conſequens, prodeſt actio in factum, deſcendens ex re iudicata, arg. *l. & an eadem ff. de except. rei iud.*

64 Nec obſtat, ſi dicatur, aliud fuiſſe frumentum immiſſum tempore Sarnerani, & aliud, quod immittitur hodie, vel fuit immiſſum tempore Ferdinandi del Maſſeſe, ergo eſt diuerſa res, & per conſequens requiritur noua ſententia, nam reſpondeo, in identitate rei nõ debere conſiderari id, quod eſt ex parte conuenti, ideſt frumentum, ſed id, quod eſt ex parte actoris, ideſt ius gabellæ: nam metimur ius ex parte actoris, non rei, *l. 1. ff. ſi pars hered. pet.*

65 Secundò, in vectigalibus ſoluendis attenditur conſuetudo, *l. locatio, §. carum, ff. de public. & vectig.* & conſuetudo, ſeù ſolitum inducitur per duas vices, iuxtà notata per *DD. in l. de quibus, de leg.* ſed Ciuitas per plures vices, etiam ſpontè conſueuit ſoluere gabellã pro his rebus, quas dicit importare ad *vſum*, ergò nunc ſoluere tenetur; quod autem aliàs ſoluerit hanc gabellam, apparet, ex multis.

Primò, de anno 1526. Ciuitas ſoluit pro gabella Sbarrarum OEconomis Diuæ Mariæ Annunciatæ duc. 175. pro ſalmis frumenti 1751. ad rationem vnius caroleni pro ſingulis ſalmis, proùt apparet in *proceſſu fol.* 185. *& in proceſſu Io: Dominici Spinæ, fol.* 102.

Secundò, in anno 1539. Ciuitas ſoluit ducatos 505.-3.-8 $\frac{1}{2}$ pro media gabella frumẽti conducti per terram pro graſsia Ciuitatis, vt patet per copiam partitæ extractæ à libris Ciuitatis *fol. 4. ater. & fol.* 192.

Tertiò, in anno 1555. Arrendator exegit directus medietatis gabellæ pro frumentis, quæ immittebantur ſub nomine Ciuitatis à Ferdinando de Loffredo, proùt apparet ex quadam liſta ſub die 22. Nouembris 1555. nouitèr præſentata à procuratore Ciuitatis in *eodem proceſſu fol.* 186.

Quartò, in eodem anno ſub die 16. Decembris fuit facta alia ſolutio eiuſdem gabellæ, vt *fol.* 191.

Quintò, in anno 1561. referente Antonio de Caſtillo, fuit per Regiam Cameram interpoſitum decretum, quod Magazenerij, & Conſeruatores hordei immiſsi nomine Ciuitatis, ſoluant Arrendatori Sbarratum mediã

ga-

Digitized by Google

gabellam,& ſic fuerunt expeditæ prouiſiones, vt in *proceſſu fol.*159.

Sextò, in anno 1564. Ciuitas introduxit pro vſu, & graſsia caſtratos, & diſtribuit lanionibus macellandos, & tamen ſoluit integram gabellam ad rationem granorum ſexdecim pro quolibet caſtrato, vt per fidem Credenzerij in *proceſſu Ioannis Dominici Spinæ fol.* 182.

Septimò, in anno 1570. Ciuitas fuit condemnata ad ſoluendum mediam gabellam Franciſco Sarnetano, pro frumentis tunc nomine ipſius Ciuitatis immiſſis, & fides iſtius ſolutionis factæ in anno 1573. apparet in *proceſſu Franciſci Sarnetani fol.*138.

66 Tertiò, principaliter frumenta, quæ ſunt introducta, & introducuntur ad hanc Ciuitatem, ſunt cauſa commercij, & negotiationis, vt patet; nam emitur frumentum vno pretio in Apulia, & poſteà venditur piſtoribus alio pretio, ſed quotieſcumquè aliquid emitur, & venditur, non mutata forma, tunc dicitur mercatura, *cap.eijciens* 88.*diſtinct. Alberic.in l.vniuerſi,C.de vectig. & commiſſ. Archid.& Philipp.Franc.in cap. quamquam in fine de cenſibus in 6.*& *Signorolus in conſ.*95.*nu.*2. deſcribendo mercatorem, inquit, illum propriè eſſe, qui emit,& vendit,quæ omnia refert *Ben.Strace.in tract. de mercatura fol.* 5. *num.*4.*& fol.*15.*nu.*45. addit illam dici mercaturam, quæ habet in ſe obligationis actum vltrò, citròq; *Iaſ.in l.cætera, §.ſed ſi quis,num.*11.*de leg.primo.*

67 Sed ſi quis duræ ceruicis homo noluerit affirmare Ciuitatem in hac facti ſpecie mercaturam exercere, tamen inuitis dentibus fateri neceſſe habet,hoc genus negotij, ſub negotiationis vocabulo, apertiſsimè contineri, nam generaliùs eſt verbum,*negotiari*, quàm *mercari*, teſte *Signorolo d.conſ.*95.*nu.*25. quòd apertè probatur *in d.cap.forus, verſ.negotium, de verb.ſignif.* & *gl.in c. ſuper quibuſdam, in verb. præterea pedagia, de verb.ſign.* & *Abb.* optimè in *cap.fin.n.*14.*de vita, & honeſt.Clericorum*, facit *text.in cap.quoniam,* 88.*diſtinct. in l.fin.C.de eunuch.l.fin.C.de pign. l.*1. *§.licet, l.procuratoris,§.mercis nomine in primo, & fin. at §.quibus,ff.de trib.act.in l. Athletas,§.ait prætor,ff.de his,qui notant. infam.gloſ.& Aret. nu.*3.*in §.introduxit, inſtit.quod cum eo,* & *Stracc. fol.*5.*num.*5. & vt res non careat exemplo,locatores equorum,dicuntur negotiatores,non autem mercatores,vt adnotauit *Alber.* per illum *text.in l.legatis in princ.de leg.*3.*Abb.in c.*1.*in fin.de Iud.* facit *text.* iuncta *gloſ.in l.mercis appellat.ff. de verborum ſign.* & declarat *Stracc.fol.*13.*n.*38.*&* 39. & eſt *text. in l. ſemper,§.negotiatores, ff.de iur.immunit.* ſi hoc eſt genus negotiationis:ergo eſt commercium, nam *Iaſ.in l.cætera, §.ſed & ſi quis, n.*11.*de leg.primo*, commercium eſſe ſcripſit, vbi aliquid ſimùl cum alio geritur, ideſt negotium exercetur, commercium etiam, commutationem mercium dici,declarauit *Alber.in ſuo dictionario,in verb. commercium*, ſi hoc frumentum cadit in ſpeciem commercij, & negotiationis: ergò eſt ſubiectum gabellæ, quæ habet locum in omni frumento, quod inducitur cauſa commercij,& negotiationis.

68 Quartò,& vltimò, dato, & non conceſſo, quod hoc frumentum introducitur ad vſum ciuium,& ſic non poſſit dici commercium, non tamen debet eſſe immune, ſiquidem id tantùm eſt immune à gabella, quod importatur gratia vſus proprij tantùm, ideſt vt quis vtatur pro ſe, & familia ſua, non autem ſi ità emiſset, vt venderet, *text.* eſt determinans expreſsè caſum iſtum in *l. in lege cenſoria, verſ. itemquè de ſeruis, neque ideò emiſſet, vt venderet, ff.de verb.ſignif.* & ità doctiſſimi illi Patres, qui interfuerunt in decreto lato in fauorem Franciſci Sarnetani de anno 1570.declararunt, nam dum quæreretur,quę frumenta debeant cenſeri importata pro vſu Ciuitatis, & quæ pro commercio, declararunt frumenta elargita in ælcemoſynas, & mutuata Reg. Cameræ hæc intelligi cauſa vſus, & eſse immunia à gabella, ſed quæ ſunt vendita,& diſtributa piſtoribus, hæc intelligi cauſa commercij, & eſse obnoxia gabellæ, vt patet ex decreto in hoc *proceſſu*, & *Bart. in l.legatis,n.*2.*in fin. de leg.*3. declarat, quod illa eſt propria negotiatio, vel mercatura, quando interuenit actus vltrò, citròq; obligatorius.

69 Vlteriùs, quæ inducuntur gratia vſus proprij, ſunt immunia à gabella, non autem gratia vſus communis, ità dixit *Bald. in d.l. vniuerſi, C.de vectig.et commiſſ.* & expreſſius hoc adnotauit *Raym.de Forli*,quem refert, & ſequitur *Flor. in l.hoc legatum, de leg.* 3. nam per illum *text.* qui determinat, quòd ſi maritus legauit vxori parata ad vſum ipſius vxoris, in hoc legato non veniunt ea, quæ ſunt parata ad vſum communem, ideſt viri, & vxoris, allegatur, ait *Flor.* hìc *text.* quod ſi ſtatutum prohibet, non exigi gabellam de importatis ad vſum, intelligitur de vſu proprio, non de vſu communi, & *Alber. in d.l. hoc legatum*, per illum *text.* & *in ſecunda parte ſtatutorum, quæſt.*210. dixit, quòd ſi ſtatutum diſponit, poteſtatem non teneri ad ſolutionem gabellæ pro his, quæ pertinent ad vſum ſuum, tamen tenebitur pro his, quæ pertinent ad vſum familiæ ſuæ, refert, & ſequitur *Natt. conſ.*139. *Andr. Sicul. num.*10. *vol.* 1.

70 Accedat tandèm, quòd Ciuitas tenetur

ad

ad ſolutionem gabellæ impoſitæ à Superiore, & etiam à ſemetipſa, *l.1.§.in cauſa,ff.de quaſt. Bart. in conſil.* 226. & pulchrè per *Rayn. de Forlì in l.licitatio, §.Fiſcus, ff.publ.& vectig.* quamuis aliqui videantur innuere contrarium, ſcilicèt, quando ipſa Ciuitas impoſuit gabellam, prout huius opinionis videtur fuiſſe idem *Bart.in d §.Fiſcus, & in l.1. C.de nauic.lib.11. Bald.& Salye.in l.emptor. C. de hared. vel act. vend.* vbi dixerunt, quod ſi Ciuitas vendidit gabellam ſalis, & ipſa poſteà emit ſal, quod non teneatur ad gabellam, tamen quando gabella eſt impoſita ab alia Ciuitate, vel à Fiſco, nemo dubitat, quod Ciuitas teneatur ad eam gabellam.

71 Non obſtant modo adducta in contrarium. Et primò non obſtat, quod Ciuitas eſt immunis vigore priuilegiorum; nam reſpondeo, illa priuilegia allegata, & producta in hoc proceſſu per Ciuitatem, non ſolum eam non iuuare, ſed ipſi nocere, nam *Capitulum Regis Ferdinandi Primi, fol.4.* loquitur, *Che ogni graſſa pertinente alla Città di Napoli debbia eſſer franca d'ogni gabella, eccetto della gabella del buon denaro, ò pertinente alla Maeſtà del Rè nel tenimento di Napoli*, cuius *Capituli* decretario eſt; *Seruetur, quod hactenùs eſt conſuetum*: hoc Capitulum loquitur contra Ciuitatem; nam ipſamet noluit eſſe immunis à gabella pertinente ad Regem; hæc gabella eſt regalis, ideò Ciuitas eidem eſt obnoxia ex propria voluntate. Nec eidem opitulatur *Capitulum* Regis de anno 1496. productum in *proceſſu Ioannis Dominici Spina fol.* 181. nam ſupplicauit Ciuitas, ſe, ſuoſq; Ciues debere immunes haberi à ſolutione cuiusvis gabellæ in terris Baronum, ſicut ſunt immunes Capuani, & Liparoti, ergo non habent Neapolitani immunitatem à gabellis Regijs, patet in ſpecie in hac gabella Sbarrarum, quam ſoluunt Neapolitani pro medietate, quando introducunt frumentum cauſa negoriationis, & hoc ab ipſamet Ciuitate non negatur.

72 Nec obſtat aliud Capitulum Regis Catholici de anno 1505. *Che li Napolitani ſieno franchi di tutti datij, e gabelle per tutto lo Regno, & in eſſa Città di Napoli, cosi per vſo, come per mercanzia*, cuiuſque *Capituli* decretario: *Placet ſicut meliùs fuit aſſuetum tempore Regum Aragonia*; hoc *Capitulum* non præbet immunitatem, nam tempore Regum Aragoniæ Ciuitas ſoluit gabellas pertinentes ad Reges, vt patet ex *ſupradictis*. Imò in terris Baronum, & feudatariorum huius Regni Ciuitas fuit per decretum Regiæ Cameræ condemnata ad ſoluendum pro his frumentis gabellam boni denarij, vt accidit in cauſa *Domini Faby Galeota* cum ipſa fideliſsima Ciuitate.

73 Non obſtat, quòd hæc frumenta inducuntur pro graſſia, & vſu Ciuitatis, ergo non ſunt ſubdita gabellæ; Nam in primis conſiderando graſsiam, quod nomen idem importat, quod annona, vt pulchrè declarat *Paul. de Caſtr.conſ.40.lib.1.* appellatione annonæ videntur contineri omnia vſualia, quæ ad pondus, vel menſuram venduntur, *l.annonam, §.fin.ff.de extraord crim. & in l.1. C.de erogat.milit.ann. lib.12.* dicitur, contineri panem, vinum, acetum, laridum, carnes, & in *l.1.§.cura carnis,ff.de off præfect.vrb.& in toto tit. ff.ad l.Iul.de annon. & in l.1. C.de Epiſc. aud.* ergò ſi Ciuitas debet eſſe immunis à gabella, id frumentum inducitur pro graſsia, ſiuè annona, ergò omnes mercatores, & mulliones debent eſſe immunes ab hac gabella, quia etiam inducunt frumenta pro graſsia Ciuitatis, & ſic gabella iſta ſeruiret de vento Regi, conſiderando verbum, *pro vſu*: iam ſuperius eſt reſponſum, hoc eſſe genus negociationis, vel commercij, cum frumentum ematur, vt vendatur, ſed dato, quod impropriè vſus appellari poſsit, tamen dicitur frumentum inductum gratia vſus communis, ideſt omnium ciuium, quo caſu non habet locum *text.in l. vniuerſi, C. de vectig. & commiſſ.* ex doctrina *Rayner. Alber. Flor. & aliorum in d.l.hoc legatum.*

74 Non obſtat ſententia Regiæ Cameræ lata in fauorem Ciuitatis de anno 1564. nam, vt patet ex eo *proceſſu Io: Dominici Spina* habuit multas ſpeciales rationes. Prima, quod frumenta fuerunt inuecta de ordine Ill. Ducis Albæ pro imminente *guerra del Tronto* in illis annis 1556. 57. 58. & de hoc atteſtatur Regens Albertinus per fidem productam in *proceſſu Io: Dominici Spina folio* 101. & ſic, quia frumenta fuerunt importata de ordine Regij Fiſci, non tenetur fiſcus ad gabellam, *l.licitatio, §.fiſcus, ff.de public.& vectigal.*

75 Inſuper in eo proceſſu Arrendator habuit aliam commoditatem, nam die 12. Martij fuit emanatum bannum, quod ſoluerentur vectoribus farinæ vnus carolenus, & deinde duo pro quolibet tumulo, qui immittebatur ab eis ad hanc Ciuitatem, vt conſtat per fidem in dicto *proceſſu Io: Dominici Spina folio* 115. & ſpe huius lucri muliones maximam introduxerunt quantitatem farinæ, propter quod Arrendator nimium fuit lucratus, quod quidem temporibus noſtris, nō solùm, non fuit obſeruatum, ſed omnia banna ſunt emanata in manifeſtam perniciem, & deſtructionem Arrendatoris, nam fuerunt emanata banna, vt nemo vendat frumenta vaticarijs, ſed retineat pro Ciuitate, & ſic omnia frumenta fuerunt ſequeſtrata: fuit etiam emanatum bannum, vt animalia accedans

dans

Digitized by Google

dant ad ſeruitium Ciuitatis,& ſæpè immutatum pondus panis, adeò vt ignorarent vaticarij, quo precio poſsent emere frumentum, & poſteà vendere.

76 Nec obſtat, quod quando ciuitas fuit in lucro, tunc fuit condemnata, vt de anno 1564. nam hæc diſtinctio lucri,& damni non debet eſse in conſideratione, alioquin quilibet mercator poſset dicere, ſe nolle ſoluere gabellam, niſi prius conſtiterit ſe lucrum reportaſse ex venditione frumẽti,& ſic vnuſquiſque ſe excuſaret à ſolutione gabellæ, & per conſequens hæc gabella ſeruiret de vento Regi. Solùm ergo debet eſse in conſideratione, an frumentum fuerit immiſsum per Sbarras cauſa negotiationis, non enim gabella ſoluitur de lucro, ſed de immiſſione.

77 Imò in proceſsu Franciſci Sarnetani Ciuitas nihil aliud allegauit, niſi quod ex venditione frumentorum conſequuta erat maximum damnũ, ideò non tenebatur ad gabellam, proùt antè decretum Regiæ Cameræ allegauit Ferdinandus de Puteo procurator Ciuitatis *folio* 5. *àter.* & *fol.* 6. & poſt decretum *fol.* 55. *àter.* & *in artic.fol.* 89. & 81. *àter.* 83. *àter fol.* 84.85.91.92.94. & 106. & non obſtante tali allegatione Ciuitas fuit condemnata, quinimò in cauſa liquidationis, in *artic. fol.* 89. dum voluiſset deducere damnũ, mediante decreto Regiæ Cameræ, articuli fuerunt reiecti, tãquam impertinentes *fol.* 62.

78 Denique non obſtat decretum Domini Præſidentis de anno 1538. *fol.* 5. *às.* quod populi coacti conduxerunt frumentum,& de damno occurrente in venditione ipſius, non teneantur ad ſolutionem gabellæ; nam reſpondeo, illud decretum non loqui de gabella regali, ex eo, quia non diſtinguit, de qua gabella intelligatur: inſupèr decretum dicit, quod Vaticarij, qui coacti conducebant frumenta, non tenebantur ad gabellam, non autem, quod Ciuitas, ſi ipſa emiſiſset frumentum, vt venderet, non teneretur ad gabellam.

79 Ex quibus debet omninò prouideri, quod Arrendator *Regalis Sbarrarum* manuteneatur in poſſeſsione, ſeù quaſi exigendi dictam mediam gabellam pro omnibus frumentis in præteritum immiſsis,& in futurum immittendis per terram ſub nomine fideliſsimæ Ciuitatis Neap. & quod fideliſsima Ciuitas ſoluat mediam gabellam pro omnibus frumentis, hucuſq; immiſsis, iuxta liquidationem faciendam, cùm totum hoc damnum euenerit propter ſequeſtrationem frumentorum, & animalium.

80 Eſt aduertendum, quod Arrendamentum eſt in damno ducatorum viginti millium, & ſi Ciuitas non condemnabitur ad dictam mediam gabellã, Regius Fiſcus tenebitur facere excomputum dicto Arrendatori, & in futuro arrendamento erit in damno pro tribus annis pluſquam in ducatis viginti mille, qui de capitali important pluſquam ducati tercentum mille,& Ciuitas ſoluit omnes alias gabellas.

Agatius Aſſantus.

81 PRO corroboratione eorum, quæ doctiſſimè per dominum collegam ſcripta ſunt in hac cauſa Arrendatoris Sbarrarum, colligendo ſpicas, poſt terga metentis: cogitabam, clarum eſſe in facto, Ciuitatem non habere priuilegium exemptionis iſtius ſolutionis, nec expreſsè, neq; tacitè, nam licet pro graſſia Ciuitatis, omnes aſportantes graſſiam, non ſoluãt alijs gabellarijs, tamen omnes ſoluunt hanc gabellam, ergo in priuilegio graſſiæ non comprehenditur.

Replicat Ciuitas, quod ex antiquo vſu Ciues pro eorum vſu non ſoluunt hanc gabellã, ſed cum Ciuitas, ex ipſis ciuibus conſtituatur, vt per Doct. *in l.* 2. *ff. de verb. ſign.* ſicuti illi pro vſu non ſoluunt, ita & ipſa Ciuitas emendo, & immittendo pro vſu Ciuium.

82 Sed puto aliter eſſe iudicandum, quia priuilegia ſunt ſtrictè interpretanda, tanquàm exorbitantia à iure cõmuni, per ea, quæ habẽtur *in l. quod vero, ff. de legibus*, & *reg. quæ à iure, de regulis iuris in* 6. proinde priuilegia conceſſa membris, non extenduntur ad corpus, vt per *Imol. Alex.* & omnes *in l. ex pupillari, de vulg. & pupill.* Item conceſſa ciuibus, nõ extenduntur ad comitatenſes, vt per *Imol. in rub. ſolut. matr. per Bart.* & alios *in l.* 2. *de ver. ſign.* & propriùs accedendo ad caſum noſtrum, conceſſum clericis, non extenditur ad Eccleſiam, ita vt, ſi clerici omnes ſint immunes, non per hoc Eccleſia illa erit exempta, & immunis, eſt *tex.* ad literam *in cap. ſi per exemptionem, de priuileg. in* 6. ſicuti ergo clerici exempti non faciunt Eccleſiam exemptã, ſic & Ciues exempti, nõ debent facere Ciuitatem exemptam, & ſicuti Ciues immittendo frumentum,& vendendo alijs Conciuibus, & ſic immittendo pro vſu aliorum Ciuium ſoluunt, ſic & Ciuitas vendendo piſtoribus, pro vſu aliorum Ciuium, debet ſoluere, nam quæ pro priuato vſu conceduntur omnibus Ciuibus, non poſſunt ad publicum vſum extendi, latè per *Felinum in cap. cum omnes, de conſt. nu.* 15. hinc maior pars, non poteſt diſponere circa res, quæ ſpectant ad ciues omnes, vt ſingulos, niſi omnes conſentiant, vt eſt *gloſ. in cap. quod omnes, de reg. iur. in* 6. quod eſt ſecus in his, quæ competunt pluribus, vt vniuer-

uerſis, quia in his maior pars præiudicat minori, per *l. quod maior, ad municip.* ergò aliter iudicatur de priuilegijs conceſſis Ciuibus vt ſingulis, quã de eo, quod conceditur ſingulis vt vniuerſis, ergò priuilegium cõceſſum Ciuibus, vt ſingulis, non debet extendi ad Ciuitatem, quod corroboratur ex *tex.* ſatis notab. iudicio meo, qui voluit, quod factum à Ciuitate, non intelligitur factum à priuatis Ciuibus, ſic è contrà, quod permittitur fieri priuatis ciuibus, non intelligitur permiſſum Ciuitati, eſt *tex.* ſing. *in l. ſed ſi hoc, §. qui manumittitur, ff. de in ius vocan.* vbi libertus manumiſſus à Ciuitate, ipſam cognoſcit in patronũ, non ſingulos Ciues; Alia enim ſunt bona Ciuitatis in vniuerſo, vt Campus Martius, Theatra, ſtadia, muri, & portæ Ciuitatis, & ſimilia; Alia ſunt bona Vniuerſitatis pro vſu particularium, vt nemora, & paſcua, & de his diuerſimodè iudicatur, ſic etiam priuilegia ſunt diuerſa, & quod inter ſe differant Ciuitas, & ciues probat, latè *Bar. in l. aut facta, §. fin. ff. de pæn. num.* 3. & clarè patet de iure canonico, nam Ciuitas ſubiacet interdicto, Ciues verò excommunicationi, *cap. ſi Ciuitas, de ſent. excomm. in 6.* & ſi eſſet exempta Ciuitas, ſicut Ciues, gabella reduceretur ad nihilum in perniciem Regis, cui fuit conceſſa loco collectarum, à quibus Ciuitas eſt exempta, vt pars fatetur, & in banca Regiæ Cameræ audacter firmauit, & addo, ſic etiam tenere *Capycium in inueſtit. fol. 232. in verbo, collecta, & fol. 223. in verbo, Neapolitani*, debet enim Rex aliquid percipere, poſtquàm exigitur loco collectarum, à quorum ſolutione ceſſauit, & per conſequens, vt priuilegium intelligatur, abſque graui detrimento, vt vtar verbis *Capituli, quid per nouale, extra de verb. ſign.* non debet extendi.

83 Poſſet etiam attentari, fruſtra Ciuitatem prætendere hoc frumentum eſſe immiſſum ad vſum Ciuitatis; potiùs enim poteſt dici immiſſum ad vſum Ciuium; tunc enim diceretur immiſſum ad vſum Ciuitatis, quando Ciuitas vellet conſtruere mœnia, balnea, portum, angiportum, Eccleſias, puteos, fontes, aptare vias, & alia ſimilia facere ad vſum communem, vt in *l. 1. & l. legata, ff. de adminiſtrat. rerum ad Ciuit. pertin.* & ad hæc opera conficienda haberet quamplurimos operarios conductos, & immitteret frumentũ pro alendis operarijs, tũc diceretur quidẽ ad vſũ Ciuitatis, & tunc Ciuitas poſſet contendere, quod pro immiſsis ad vſum Ciuitatis, non tenetur ad gabellam, & hoc fuit iudicatum per R. Cameram de anno 1570. dum declarauit, quod pro frumentis datis in eleemoſynas, non teneatur ſoluere gabellam: Sed iſtud frumentum immittitur ad vſum Ciuium, quia diſtribuitur, & venditur Ciuibus in particulari, ſed quando vnus Ciuis immittit ad vſum alterius ciuis, ideſt vt vendat, ipſe tenetur ad gabellam, ergò Ciuitas, quæ immittit, vt vendat Ciuibus, debet teneri ad gabellam, & ratio eſt, quia hæc negotiatio non remanet in finibus ſimplicis vſus, quia emens non conſumit frumentum in domo ſua, & pro ſua familia, ſed emit pro vſu alterius Ciuis, ideſt vt vendat ipſi; ergò talis negotiatio tranſit in commercium, & per hoc debet ſolui gabella.

84 Addo, quòd hoc frumentum, quod emitur à Ciuitate, dicitur eſſe annona Ciuitatis, *l. 1. C. de annon. Ciuil. lib. 10. l. Decuriones, ff. de admin. rer. ad Ciuit. pertin.* & appellatione annonæ veniunt frumenta, fruges, & omnia, quæ ſunt ad victum quotidianum hominum deſtinata. *l. 1. C. de frum. vrb. Conſt. & l. 1. C. de erog. milit. ann. lib. 12.* annona autem vulgari ſermone appellatur graſsia, vt declarat *Paul. de Caſtr. conſil. 40. lib. 1.* ſed pro his, quæ immittuntur à vectoribus pro graſsia Ciuitatis, ſoluitur gabella, vt eſt notorium; ergò pro his frumentis debet ſolui gabella.

85 Nec debet eſſe in conſideratione illud, quod pro parte Ciuitatis allegatur, ſcilicèt in hac frumentorum venditione maximum paſſam eſſe dãnnum; ſiquidem ipſa Ciuitas vendendo viliùs, quàm emerat, culpa ſua damnum paſſa eſt, & damnum, quod quis ſua culpa ſentit, non intelligitur damnum ſentire, *cap. damnum, de reg. iur. in 6.* fecit enim actum prohibitum, & contra legum diſpoſitionem, nam in *l. Imperatores, ff. ad leg. Iul. de annon.* dicitur, Decuriones, non debere viliùs vendere frumentum, quàm annona exigit, & in *l. non debere cogi, ff. ad municip.* dicitur, Decuriones non eſſe cogendos præſtare vilius frumẽtum Ciuibus ſuis, quàm annona exigit, & in *l. Decuriones, ff. de admin. rer. ad Ciuit. pertin.* determinatur his verbis: *Decuriones pretio viliori frumentum, quod annonæ temporalis eſt, patriæ ſuæ præſtare non ſunt cogendi.*

86 Ex quibus iuribus duo colligo; Primum, quòd Ciuitas vendit Ciuibus; ergò contrahit, ſicut alij Ciues, quando Conciuibus vendunt, contrahunt, & cum ex contractione ſoluatur gabella, ergò & ipſa Ciuitas ſoluere tenetur, etiam quod Ciuibus vendat pro eorum vſu.

87 Secundum, quòd non viliori pretio, ſed prout annona currit, deberet vendere, & notorium eſt, quod pretium frumenti cõmuniter fuit tale, ob quod fuiſſet in maximo lucro Ciuitas, ſi vendidiſſet, prout ius diſponit, & prout ſanctiſsimè per Ducem de Alcala fuit mediante *Pragmatica* prouiſum, quod non

liceat

liceat vendere viliori prætio; ergò apparet, ex quo Ciuitas contraðauit, & cum lucro, non enim debet attendi, quod fit, ſed quod fieri debet, proindè cum ſimus in cauſa commercij, quia Ciuitas frumentum, quod pro vſu Ciuitatis aſportari facit, dùm Ciuibus diſtribuit, dicitur ciuibus vendere, ergo debet ſoluere gabellam, tantò magis hoc anno, in quo non tantum frumentum totius Regni aſportauit, ſed prohibuit, ne alij aſportarent; quare vſus iſte debet moderari, ne priuilegiũ reducatur ad ius iniquum, & enormè præiudicium afferat, ex regula *text. in cap. ſuggeſtum, de decimis*, & notat *gloſ.magiſtral.in cap. decet, de reg. iuris in 6.* Proindè rectè dixit *Andreas*, quod decreta Decurionum iniuſta, ſunt monopolia in *cap.1.§.poſt natale, de pace tenenda*, auctoritate *Innocentij* per ipſum adducti.

88 Nec dicat quis, quod Ciuitas vtitur iure ſuo, & ideò non videtur dolo facere, *l. nullus videtur dolo facere,l.factum ſuum, §.non videtur,ff.de reg.iur.l.altius,C.de ſeruit. & aqua*, & ideò qui in agro ſuo fodiens,fontem vicini auertit,de dolo non tenetur *l.1. §.deniq; ff. de aqua pluuia arc.*cum alijs allegatis per *Dec.* & *Cagnol.in d.l.nullus videtur,de reg.iur.* Nam reſpondeo,quod non omne,quod licet,honeſtum eſt *l.non omne, ff.de reg.iur.* ſemper enim in rebus honeſtitas ſeruari debet, & temperãtia *l.ex damn.*& ibi *Ang. ff. de damn.infec.* declarant *Dec. & Cagn. in l.ſemper in contractibus, de reg.iur.* & tandem ad hoc,videtur ſatis conſerre *text. in l.binas, §. fin.ff.de ſeruit. vrb. predio.*vbi ſi quis binas ædes habens, alteri legat,& eas hæres legatario præſtat, non poterit hæres, ſuas ædes ita altius tollere, vt in totum legatas ædes obſcurare habeat, ſed moderatè tollere, ne faciat inutilem conceſſionem; Ita excellentiſſimus Prorex, qui gubernat introitus, & gabellas regias, & gubernat Ciuitatem,dum concedit Ciuitati, vt poſſit emere frumenta, & conducere animalia pro vectura, non debet hæc conceſſio intelligi, vt in totum extinguat directus gabellæ Regiæ, ſed quod medietatem ſoluat, vt ipſi Ciues ſoluunt,& ita ſpero, religioſiſſimos Iudices fore iudicaturos.

Iulius Caſar Minadous.

AD §. XIII.

De Gabella Carnis, Hædorum, Ouorum, Volatilium, &c.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Carnium vſus, ac lanienum munus deſcribitur, n.1. & 2.
Vectigal macelli apud Romanos, aliosquè, quid, n.3. & 4.
Animalia extrà Vrbem mactari debent,n.5. & 6. & vendi in locis deſtinatis, n.7.
Ius Bucceria, ſiuè Scannagij vetus, & nouum,exponitur, n.8.& 9.
Ius macelli, & ius ſtannagij, in quo differant,n.10. & 11.
Ius macelli,ſeù facultas ſcindendi, ac vendendi publicè carnes, ad quem ſpectet, & quid in Eccleſiaſticis, à num.12. ad 15.
Macellatores publici, an teneantur dare carnem explicitam, n.16.
Ius Scannagij in Ciuitate Neap.ad quam rationem exigitur,num.17.& 18.
Gabella carnium, cur vocetur Platea maior, il Reale, *ac ſalati, & minutilli,à nu. 19.ad 22.*
Neapolitani ementes animalia infrà triginta milliaria circà Neapolim, pro ijs vendendis, non ſoluunt, ſed vltrà, ſoluunt grana quindecim pro qualibet vncia, n.23.
Gabella carnium,fuit antè Regem Manfredum, tanquàm membrum Dohanæ, ac vnita gabella Sbarrarum, ſeù Cenſalium,ſub quartucij nomine,à num.24. ad 27.
Ritus Reg.Cam.de Iure quartucij, tranſcribuntur, à n.28.ad 33.
Gabella hædorum, ouorum, ac volatilium origo, et exactio, à n.34.ad 36.à Rege Ferdinando conceſſa Dragonecto Bo-

Boniſacio, ac ob hæreſim Marchionis Oyræ Reg. Curiæ reintegrata, n. 37. 41. et 42.

Gabella tinctoriæ declaratur, à n. 38. ad 40.

Gabella piſcium, quæ ſit, n. 43.

Gabella grani vnius cum dimidio, quando impoſita, et de quibus rebus exigatur, à num. 44. ad 52. et an liceat piſcari pro vſu, abſque ſolutione gabellæ, n. 53.

Debeantur nè eius dirictus pro caſeo recenti, ac lacte preſſo, vulgò, ricotta, *an verò includantur ſub gabella grani vnius lacticiniorum recentium?* Re*cenſetur imminens lis, eiusq; ſtatus, à num. 54. ad 56.*

1 CVm eſus carnis hodiè in vniuer-
ſo Orbe ſit receptus, carnium
ratio quoque habenda eſt, ne
Reipublicæ deſint; quando autem car-
nis vſus cæperit, vide *Hieronym. Ro-*
man. lib. 9. cap. 14. de Rep. gentil. Io: Com-
bachium lib. de Homine cap. 13. Polydor.
Virgil. lib. 3. cap. 5. Celium Rhodigin. lib.
18. cap. 2. Inde Lanij, & Victimarij *l. vlt.*
D. de iur. immun. à laniandis pecoribus
2 dicti; Lanionis enim munus eſt, anima-
lia, puta boues, vaccas, vitulos, oues,
agnos, & verueces, capellas, ſues, aliũ-
dè procurare, & ad eſum Ciuium ma-
ctare; cuius meminit Iuriſconſultus, cũ
inſtrumentis, menſa ſcilicèt, ponderi-
bus, ferramentisquè laniandæ carnis
cauſa præparatis, item trutinis, culttis,
dolabris, in *l. 18. in princ. de inſtrum. le-*
gat. de quibus etiam apud *Garzon. in*
Platea vniuerſ. cap. 16.
3 Dicuntur etiam Macellarij à mactan-
dis pecoribus, qui in macello non ſo-
lùm vendunt carnes, ſed omnia obſo-
niorum genera, & etiam panem, & fru-
mentum; Vnde apud Romanos fuit
olim Vectigal Macelli, pro ijs, quæ ad
hominum victum pertinerent, quod
ſublatum eſſe ait *Liuius lib. 38.* ſed po-
ſteà reſtitutum, *Fauſt. in conſ. pro Ærar.*
claſſ. 1. ord. 15. & claſſ. 5. ord. 522. Iul.
Cæſar Bulenger. de Imper. Roman. lib. 9.
de Vectigal. Pop. Rom. cap. 15.
4 Et ex vna domo mactatoria *Norim-*
bergenſes vltrà 15000. talerorum quo-
tannis percipere, & Ærario inferre te-
ſtatur *Klock. de Ærar lib. 2. cap. 11. n. 16.*
& n. 17. diciтq; quod è macello extrà
Vrbem *Conſtantinopolim* mactantur
oues, & maiores pecudes, quæ deindè
mactatæ, & mũdatæ in Ciuitatẽ, vitãdæ
mundiitiei gratia importãtur, ſoluiturq;
ob vectigal XXII. onera monetæ, ibiq;
ſeruiunt 200. lanij, quos Turcæ *Capſa-*
pleros vocant, quorum Præfectus, &
magiſter *Capſabaſsà* dictus, hi operam
dant, vt recentes carnes præſtò ſint
ſemper, & de pœna fraudantis verum
pretium, qua viuus in quatuor partes
ſecatur, refert idem *Klock.* ibiq; *n. 18.*
refert legem *Ioannis* Caſtellæ Regis à
Marian. libr. de ponder. & menſur. c. 24.
relatam, ſancientem, quod ſi quis la-
nius flatu carnes intentiores, & grauio-
res fecerit, ijs publicatis ſpoliari de-
beat.
5 In benè inde conſtitutis Vrbibus
mactari ſolent, & debent extrà muros
Vrbis, eo in loco, vbi aquæ copia ſup-
petit, ne fœtore aër inficietur, *Klock. de*
Ærar. d. lib. 2. cap. 11. num. 16. Paris de
Puteo de reintegr. feud. cap. 15. num. 23.
& 24. proùt in hoc Regno de lanie-
nis, ſiuè buccerijs diſponitur in *Ritu 2.*
Reg. Cam. ſub rubr. 18. de Iure Bucceriæ,
ac tradunt *Andreas de Iſernia,* prædi-
ctorum Rituum compilator, *in Conſtit.*
Regni, ſalubritatem aeris, lib. 3. Viſconte
concluſ. iur. verb. Bucceria, ſiuè macella,
Nouar. de grauam. Vaſſall. to. 1. grauam.
216. de Angelis in add. ad Gizzarell. de-
ciſ. 54. num. 12. Piſan. in add. ad Gaetam
ſup. d. ritu 2. num. 12. At hodiè, ob tem-
6 porum variationem (penè dixerim
deprauationem, cum *Muccio in dilucid.*
ad Reg. Sanfel. deciſ. 127. nu. 5. verſ. hæc
de Iure) hæc ampliùs non ſeruantur,
proùt allegati *DD.* annuunt.
7 Carnes autem non poſſunt vendi, ni-
ſi in locis deſtinatis à Ciuitatibus, ac
Villis, vt latiſsimè tradit *Pegas ad or-*
dinat. Regn. Portug. tom. 2. gloſ. 171. ad §.
111. quem refert *Romaguera ad Con-*
ciol. ſupèr ſtatut. Eugub. lib. 5. rubric. 10.
8 *n. 2.* In hoc tamen Regno adeſt ius an-
tiquum bucceriæ, ſiuè ſcannagij, vt an-
notauimus ſuprà ad *§. 6. de Iure Dohan.*
membr.

Digitized by Google

membr.1.num.35. Deindè cum tempo-
9 re Imperatoris Federici carnes non poſſent macellari, niſi in vno loco certo, & deputato, cum iure prohibendi, quod nemo haberet lanienas,ſiuè Buccerias (ità dictas à verbo, *bucca*, vel *buccella*, eò quod in plures partes caro cædatur, *Turneb. lib.26. Aduerſ.cap.15.Menagius in orig.lingua Itala, ver. Bucciere*) in macello, niſi Curia, vt dicit *Ritus 1. ſub d.rubr.de Iure Bucceriæ*, & poſt *Andr. de Iſernia d.l. Author* noſter hìc *num. 1. et 2.* Demùm fuit permiſſum macellari vbiquè, ſoluto hoc iure, quod dicitur, *Bucceriæ*, & olim per *d. Rit.* erant grana octo pro quolibet animali, poſtmodùm exegiſſe plus Regiam Curiam, teſtatur *Author* noſter hìc *n.3.* Vnde diſtinguitur Ius Bucceriæ vetus,& nouum per *Iſern. in Rit. R.C.rubr.33.de decim.et in Conſt. Regni, Quantò cæteris.*

10 Differt autem ius Scannagij à iure macelli; nam pro iure macelli nulla exactio debetur, cum ſit locus, in quo carnes ſcinduntur, publicèq; venduntur, vtporè quis habet ius prohibendi, quod nemo alibi carnes emat, niſi in ſuo macello;vt diximus ſuprà ad §.10. *n.6.* licet aliquandò accipiatur pro gabella, quæ ſuper edulijs indicta eſt, vt *ſuprà nu.3. et 4.* Solum autem Scanna-
11 gium conſiſtit in exactione certæ pecuniæ pro quolibet animali, quod macellatur, vt ponderat *Conſ. Ioſeph de Roſa lib.1.conſult.66.nu.2.circà fin.* qui ſcripſit pro Ill.Principe Ottaiani.

12 Ius hoc macelli, ſeù facultas ſcindēdi,& vēdendi facere publicè carnes ad Regem ſpectat, vel ad Barones ex priuilegio, conſuetudine, vel præſcriptione, *Fontanella deciſ. Cathalon.512. vol. 2.* qui in *deciſ.510.* latè agit, an liceat Eccleſiaſticis tenere macella? & deciſionem refert pro Syndico Capituli Eccleſiæ Barchinon. competere ſcilicèt facultatem deſignandi locum pro ſcindendis carnibus, & vendendis perſonis Eccleſiaſticis, & earum familiæ; & in *deciſ.515.* quærit, à quo debeant menſuræ,& pondera recognoſci,ſequitur doctiſſ. *de Luca in animaduerſ. ad Gratian.lib.1.cap.149.n.18.et 19.*

13 Idemq; *Fontanella d.deciſ.510.num. 23.et deciſ.511.* inquit, quod ne fraus fieret, fuit taxatus numerus arietum, qui ſingulis diebus ſcindi poterant, ſecundùm quod viſum fuit neceſſarium pro Clero, & *n.14.* ait, hanc taxationē
14 ratione exemptionis Clericorum à gabellis fieri in Ciuitate Neapolis, ex *Ricc.in praxi reſol.393.num.4.et Squill. de priu.Cler.priuil.8.n.66. et 67.* & *Nos* diximus *in annot.ad §.6.de Iure Doban. quæſt.3.n.4. par.1.* Et ſi non adſint Cle-
15 ricorum macella, ſed tantùm laicorū, in quibus pretio limitato carnes minutatim venduntur pro aliqua gabella, Clerici non tenentur, ad illius ſolutionem, niſi impoſita ſit propter ea publica onera,ad quæ illi compelli poterāt, *Burſat.conſ.42.n.20.lib.1. Laderch.conſ. 103.n.13. vol.1.*

16 Cumq; macellatores teneantur emptoribus dare carnem explicitam, ſeù exoſſatam, & quando non aſcenderet ad pondus ab emptore petitum, eſt neceſſe addere aliam particulam,quam an liceat dare cum oſſibus, vel cum aliqua parte capitis, vel pedum? affirmat, dummodò ſit bonæ qualitatis,niſi alitèr ſtatutum eſſet, *Danza ad priuil. Montiſfuſc.fol.220.verſ. et ad ornatum.* Et de ſtatuto Regij cogente macellarios ad vendendum carnem cuilibet, etiam ſi dixerint, priùs alteri vendidiſſe, niſi carnes fuerint ſeparatæ, & prior emptor iuret ſe emiſſe, loquitur *Gerard. Mazoll.conſ.101.n.48.*

17 Ius hoc ſcannagij animalium, quæ in hac Ciuitate Neap. macellantur, conſiſtit v3. pro quolibet boue, ſeù vacca, caroleni quatuor, pro annicula carol.tres, pro vitula caroleni duo, pro ſue itidem caroleni duo, exceptis ſuibus pauperum Ciuium,pro bubalo caroleni octo, pro vitulo anniculo carol. duo, pro veruece grana ſexdecim, pro agno grana ſex, & pro agno grandiori grana duodecim, cum tamen iſti agni à Ciuibus pro vſu emuntur, non ſoluitur hic directus: Et de hoc iure ſcanna-

nagij mercatus, mentio fit in *Pragmat.* 23. *de Vectigalib. lib. 3. fol.* 1450.

18 Et licet *Io: Ant. Summont. 2. tom. hiſt. Neap. lib. 2. c. 1. f.* 324. dicat, quod Rex Carolus I. reliquit Clero maioris Eccleſiæ Neap. gabellam ſcannagij; Fuit tamen Regiæ Curiæ poſteà reintegrata, vel quia fuit ad tempus dicta conceſſio, vel forsàn permutata.

19 De gabella iſta carnium, & animalium, quam vocant, *Plateam maiorem*, memores ſunt *Reg. Tapia de Conſtitut. Princ. cap. 4. num. 93. Scipio Mazzella in deſcript. Regni Neap lib. 2. fol.* 338. dicebaturq; antiquitùs gabella *Publicani*, deinde *Plattea maioris*, vt tradidimus ſuprà *ad §. 6. de Iur. Doban. membr. 1. num.* 28. & 29. cum ſit ius antiquum,

20 à iure Regiæ Dohanæ, & Maioris fundici dependens, & cum eo vnitum, & perſpici poteſt in quibuſdam Capitulationibus initis inter *Manfredinum de Bucchis* dominum dictæ gabellæ Plateæ maioris, ſalati, & minutilli, cũ *Io: Paulo Marzato* ſuper locatione dictæ gabellæ, à primo die Ianuarij xv. Ind. 1506. per totum menſem Decembris 1511. pro annuis duc. 1250. Deindè vel pro fraudibus euitandis, vel faciliore adminiſtratione ſeparatim arrendata fuit.

21 Diciturq; etiam vulgò, *il Reale*, tanquàm vectigal Regale, vel fortè à nũmorum denominatione, cum pro eo exigantur tot caroleni, quos *Reales* ap-

22 pellarunt; Imò & gabella *Salati*, & *Minutilli*, eò quod eius dirictus pro dictis rebus paruis exigantur, & ex animalibus, quæ in hanc Ciuitatem tàm per mare, quàm per terram conducuntur, vaccinis, bouinis, ſuinis, ac ouinis, pro quibus cum exteri ſoluunt grana quindecim pro qualibet vncia pretij, & ciues dicta animalia habentes in mercatu, & territorio Neap. pro ijs viuis vendendis, tarenum vnum pro vncia, pro iure boni denarij; & exteri denuò ea vendentes, ſoluunt grana decem, & octo pro vncia: Et volentes extrà Neapolim extrahere per terram, ſoluunt grana triginta quinque pro ſingulis vncijs, idq; tã in Ciuibus, quã cæteris.

23 Et Neapolitani dicta animalia ementes intrà triginta milliaria circa Neapolim, pro ijs vendendis in ipſa Ciuitate, non ſoluunt, ſed vltrà triginta milliaria, ſoluunt grana quindecim pro qualibet vncia, fidem exhibentes, vbi nàm emerint, vt patet ex antiquis Inſtructionibus per Reg. Cam. traditis Credenzerijs gabellarum Scannagij, & Plateæ maioris, & ex *Reg. Lanario in ſuo conſ.* 27. *per tot.* qui ſcripſit pro conductore dictæ gabellæ Plateæ maioris, & Fiſco contrà Mercatores, & Macellarios huius Ciuitatis.

24 *In Regeſto Regis Caroli I. anno* 1269. *ſign. lit. D. fol.* 250. adeſt ſequens ordo, ex quo colligitur, antè *Manfredum* hanc gabellam adfuiſſe.

Carolus &c. Eiſdem Secretis, &c. Ex parte militum, & aliorum Ciuium Neapolitanorum noſtrorum fidelium Maieſtati noſtræ fuit expoſitum cum querela, quod licet Nos dudùm ad ſupplicationem ipſorum, Secretis Principatus, & Terræ laboris, & Aprutij, tàm præſentibus, quã futuris per patentes literas ſub certa forma dederimus in mandatis, vt cum ipſi de antiqua, & approbata conſuetudine de omnibus mercibus, quæ per mare ad Ciuitatem ipſam, ad maiorem v3. portum, qui dicitur, de Capite Surrentinorum, & Amalphitanorum, necnon, quæ tàm per mare, quàm per terram ad Plateam maiorem afferuntur, vel extrahuntur de ipſis portubus, et Platea, ſeù ementur in eis, aut ponderantur in ſtatera Ciuitatis ipſius, ſexageſimam partem percipere debere dicatur; ac quoniam Manfredus olim Princeps Tarentinus de tota prædicta parte, nonniſi ducentas vncias, de pecunia prouentuum officiorum ſuorum annis ſingulis, donec de ipſorum iure cognoſceretur, ſolùm mandaueris militibus, et Ciuibus ſupradictis huiuſmodi ducentas vncias de pecunia prouentuum officiorum ſuorum annis ſingulis exhibere, ſine qualibet difficultate curarent, etc.

25 Hanc gabellam fuiſſe membrum Dohanæ, ſed vendi ſeparatim extra

Ban-

Bancam Dohanæ, proùt aliæ gabellæ minutæ, ex quodam *regeſto* R. Cameræ de venditionibus gabellarum extrà Dohanam anni 1453. & 1457. recenſet noſter *Author* hìc *num.4. et 5.* & clariùs ſuprà §. 11. *de gabella Equor. num.8. et 9.* & habetur etiam in *Repertorio n.5.Præſ.Petri Maſturtij lit.C.pag.* 173.vbi refert hoc modo:

Quaternus contiuens in ſe venditiones, ſeù locationes factas per Reg. Cam. Summariæ, et Dom. Iulianum Riccium de Neap. Militem Regium Dohanerium Maioris fundici, et Dohanæ Ciuitatis Neap. pro parte Regiæ Curiæ de omnibus gabellis minutis Ciuitatis Neap. quæ extrà bancam Maioris fundici, et Dohanæ dictæ Ciuitatis recolliguntur, quæ in poſſeſſione Curiæ ſunt pro anno VI. Indict. incipiendo à die 1. menſis Septembris dicti auni 6. Ind. 1457. et vſque, et per totum meuſem Auguſti eiuſdem anni, necnon omnes licitationes, et augmentationes de ipſis gabellis factas iufrà dictum annum, qui confectus eſt, per me Iacobum Ruſſum de Neap. Regium Notarium Credenzarium dicti Maioris fundici, & Dohaua, & ad notandum dictas venditiones, locationes, licitationes, & augmentatioues per S. Regiam Maieſt. deputatum.

26 Inter alia ibi: *Die primo menſis Septembris ſexta Ind. quia infraſcripta gabella, v3. gabella tertij vini, cum gabella maritima gr. vigiuti quatuor, per vnciam, viuorum ab extrà per mare conductorum, gabella carnium, gabella quartaticorum, & boui denarij, gabella Plateæ maioris, & publicani, gabella ſalati, & minutilli, gabella piſcium, & gabella equorum, & ſperduti, remanſerunt vendita, ſeù locata, vt ſuprà notatur, pro ducatis viginti tribus mille, cum pacto, quod ſi dicta gabellæ eruns augumentata, ſupradictus Gaſpar Cocius lucrari debeat pro incautu duc. ſexcentos, &c.*

27 Hæc gabella vnita fuir alteri gabellæ Sbarrarum, ſeù Cenſalium, quæ ambæ dicebantur quartùcium, ſeù quartaticum de victualibus; vnde ambæ vocatæ fuere quartaticum, vt oſtendimus ſuprà ad §. 12. *num.4.* vbi poſt *Reg. Galeot.* meminimus *Rituum R.Cam.de curribus, ſalmis, barcis, & quartucio rerum ſale conditarum*; Verùm ſciendum eſt,
28 quod *Rit.de curribus, ſalmis, et barcis,* legi poſſunt inter *Cap. et Priuil. Ciuit. Neap.fol.1. & 2.Ritus* verò de *Quartucio,* cum fuerint in nouiſſimis typis *Iac. Raillard* inter Reg.Cam. Ritus omiſſi, illos hic pro publica vtilitate inſerẽdos fore curauimus.

Dirictus de quartucio per vſum carnium mortuarum.

29 B*Vccerij exiſtentes iu Ciuitate Neap. & eius diſtrictu de omuibus beſtijs mortuis per eos, cauſa vendendi ſoluant pro qualibet beſtia ad rationem iufraſcriptam.*

Pro qualibet porco domeſtico gr. 6.

Pro quolibet caſtrato, pecora, vel caperrono, gr.4.

Pro qualibet vacca perfecta, gr.12.

Pro qualibet iencha, gr.9.

Pro qualibet vitella, quando non ligatur, uec poteſt ligari in cornibus, gr.6.

Pro qualibet bubula, gr. 1.

Pro qualibet iencha bubulina, gr. 15.

Pro qualibet vitella bubulina, gr.10.

Apothecarij Ciuitatis Neapolis, cum emunt porcos, ſeù ſcrophas pro faciendis ſalcitijs, conſueuerunt ſoluere gr. decem, v3. gr. quinque gabelloto quartucij, & gr. quinque gabelloto bucceria, lougas, capita, & pedes, pro quibus ſe componunt, & ſoluunt gabelloto quartucij.

De Quartucio Piſcium.

30 S*I quis Ciuis, vel exterus emerit piſces cauſa veudendi, vel vendiderit in Ciuitate Neapolis, & eius diſtrictu, qui diſtrictus intelligatur à loco vbi dicitur,* alli ſaſſi, *vbi ſtat,* lo bagnulo, *& vltra Turrim Octaua, vbi dicitur,* lo Capo dell'anno, *vſq; Neap. ſoluat pro qualibet vncia pretij tarenum vnum ad duplum.*

De qualibet ſalma piſcium Patria, vel Liquila venientium per Terram, ſoluuu-

tur

tur tarenus vnus, gr. ſex, & denarij quatuor, & ſic de omnibus piſcibus fluminum, exceptis aloſis, & florionibus, & lampredis, de quibus ſoluitur tarenus vnus per vnciam.

De qualibet ſalma piſcium maris ſoluitur per vnciam tarenus vnus.

De piſcibus, qui ſalati ſunt in Capreis, Caieta, Caſtromaris, Iſcla, & Puteoli, qui portantur Neap. & eius diſtrictu ad vendendum, ſi non ſunt infiſcati, ſoluatur pro eis tarenus vnus per vnciam, de infiſcatis nihil ſoluatur.

De Tunnina, & Sardis ſalitis.

31 SI quis apothecarius exiſtens in Ciuitate Neap. & Ciuis Neap. emerit tonninam, vel ſardas ſalitas fundicatas, & portauerit extrà territorium Neap. & eius diſtrictum, nihil ſoluat, ſi verò portauerit cauſa vẽdendi eas ad Caſalia Neap. ſoluat ad rationem infraſcriptam, v3.

De quolibet barili de tunnina necta non fundicata, gr. 9.

De quolibet barili de tunnina necta fundicata, gr. 7.

De quolibet buſanale, aliàs oſſa non fundicata, gr. 6.

De eiſdem fundicatis, gr. 4.

De quolibet barili ſardium fundicatarum, gr. 2.

De non fundicatis, gr. 2. vel per vnciam gr. decem.

De tunnina, quæ portatur in giarris, & venditur, ſoluatur ab emptore, de quolibet rotulo, quarta part vnius grani, (non obſeruatur, ſed ſoluitur, proùt alia tunnina pro rata capacitatis barrilium.)

Sciendum eſt, quod illud ius, quod dictum eſt de Ciuibus portantibus tunninas in pertinentijs Neap. habet locum in apothecarijs vendentibus in Ciuitate; nam ſi apothecarius Neap. emerit tunninam, vel ſardas ſalitas, ſoluat per vnciam gr. decem, & ſi poſteà exfundulauerit, venit cauſa vendendi, ſoluat pro exfundulatura, ſi verò apothecarius non emerit Neap. ſoluat vt dictum eſt de Ciuibus portantibus tunninam, vel ſardas non fundicatas in pertinentijs Ciuitatis Neap.

De Oleo.

32 SI quis vendiderit oleum in Dobana Neap. vel extrà, ità quod in Ciuitate, vel diſtrictu Neap. vendatur, ſoluat venditor pro eodem oleo ad rationem infraſcriptam; Intelligatur venditor tàm Ciuis, quàm exterus, & quod emptor prædicti olei velis ipſum oleum cauſa vendendi, nam ſi emptor ſit Ciuis, & voluerit oleum pro vſu ſuo & familia ſua, venditor pro eodem oleo nihil ſoluere debet, tantùm quando tenetur ſoluere, ſoluat, vt infràſcribitur.

De qualibet vegete olei groſſa ſoluatur duc. 1.

De qualibet vegete demena, tar. 4.

De qualibet carratello, tar. 2.

De qualibet ſalma olei muli, iumenti, vel equi, t. 1. gr 8.

De qualibet ſalma olei aſini, t. 1. gr. 5.

De quolibet vtro pleno veniente per mare, gr. 7.

De oleo, quod venit de Vico, vel Surrento, & venit in barrilibus, ſoluuntur pro quolibet ſtario gr. duo, & quarta.

Quia dictum eſt de oleo, cuius venditor ſoluere debet, & non emptor; Notandum eſt, quod ſecundùm conſuetudinem Dobanæ, olei, cartharum, & ceraſi, venditores ſoluunt ius, & non emptores, niſi fuerint in pactis.

De Vino.

33 SI quis Ciuis, vel exterus extraxerit vinum, vel acetum de Ciuitate Neap. nihil ſoluat; Si tabernarij Neap. emerint gracum, vel vinum in ſalmis, vel vegetibus, natum vel in Caſalibus Neap. vel in pertinentijs eius, pro eo nihil ſoluant; Si verò emerit gracum, vel vinum, aut guarnetum Ianuæ S. Lucidi, Nuceriæ, Caſtrimaris, Puteolorum, vel alterius loci, ſoluit gr. 10.

Tabernarij qui faciunt venire vinum, gracum, vel acetum de ſupradictis locis, & velint prædictum vinum nauigare, nihil ſoluant.

Si quis Ciuis, vel exterus fecerit ſibi ve-

venire vinum, græcum, vel acetum de Regno, vel extrà Regnum, & poſuerit extrà Dohanam de conſenſu Dohaneriorum, ſi vendiderit alicui volenti nauigare, nihil ſoluant, ſi non voluerit vendere alteri, ſoluat per vnciam gr. decem, præterquàm ſi vendatur Ciuibus Neapolitanis pro vſu eorum, pro quo nihil ſoluant.

34 CVm hac gabella carnis olim erat
annexa, tanquàm illius membrum, gabella dicta hædorum, ouorũ, ac volatilium, quæ hodiè ſeparatim exigitur, noſter *Author* hìc *n.6.* memorantq; *Reg.Tapia d.cap.4.nu.94. Mazzella d.fol.338.Reg.Galeota reſp.fiſc.*10.
35 *num.66.*Quæ eſt etiam antiqua, nam
tempore Ser. Regis Alphonſi I. ſeruabatur, vt, cum reperiretur aliquis caupo, lanius, aut pullarius, qui ritui dictæ gabellæ contrauenisſet, ſolueretur pœna, quæ erat quatuor vnciarum: Et ex *inſtructionibus* antiquis cõſtat, quod
36 ex *columbis*, & *mellardis*, qui ab exte-
ris hùc commercij cauſa immittuntur, exigendi ſunt tres pro ſingulis cẽtum, aut grana decem, & octo pro vncia, & pro alijs volatilibus ad rationem quinque pro centenario; Ex ſingulis item centenis ouis, oua quinque; ex ſuina, granum medium, proùt etiã pro agnis, & hædis, ſupèr conducentium ſalmis, & à pullarijs pro ſcannagio grana duo; quando verò agni ſunt maiores, ità vt cornu traſcendat aures, non ſoluunt in dicta gabella, ſed in illa dicta, *del Reale*, ſeù Cenſalium, ad rationem granorũ ſex pro ſingulis, *vt ſuprà.*
37 Fuit dicta gabella anno 1486. con-
ceſſa *Dragonecto Bonifacio* à Rege Ferdinando I. *Author* hìc *n.* 7. dùm eam permutauit cum gabella tinctoriæ, quã ex aliorum Regum conceſſione poſſi-
38 debat; cum enim Rex Ferdinandus ar-
tem ſerici in hac Ciuitate introduxerit, & res ſericæ tingendæ eſſent in Tinctoria dicti *Dragonecti*, quia mercatores de hoc conquerebantur; voluit Rex, vt quiſq; ſerici mercator poſſet illud in quolibet Ciuitatis loco tingere abſq; ſolutione gabellæ: Et de hac lite inter d. Dragonectum, & mercatores agitata, teſtatur quoque *Goffred. de Gaeta in lect.ad Rit.Reg.Cam. rubric. 19. de Iure tinctoriæ, num.* 3. vbi tranſcribit etiam quaſdam literas anni 1368. declarantes pannos, quos tingere poſſunt tinctores in eorum domibus.
39 *In Repertorio m.ſ.Præſ.Petri Maſtur-
tij lit. C.fol.* 134. notatur, quod per Regiam Siclam, fuit mandatum gabelloto tinctoriæ Ciuitatis Neap. quod de omnibus pannis, qui deferuntur de Salerno, & aliunde cauſa commercij ad vendendum, recipiat à quolibet deferente pro quibuslibet centum cannis tarenos duos tantùm, & non plus, & deducta cauſa in R. Camera anno 1471. die 14. Iulij decretùm fuit, *Quod pro dictis pannis lini tinctis, qui conducuntur ad Ciuitatem Neap.ad vendendum, exigatur ab eorum conductoribus, pro dicta gabella tinctoriæ, proùt meliùs exactores gabellæ ipſius cum conductoribus dictorum pannorum, poterunt ſe concordare, dummodò exactio ipſa non excedat tarenos duos pro quolibet centenario cannarum dicti panni de lino, iuxtà tenorem præinſerti decreti, in Reg. partium 6.fol.*27.
40 De hac gabella tinctoriæ mentio fit
in *Regeſto Regiæ Dohanæ* ab anno 1565. ad 1567. quo tempore mandatum fuit ſuperſederi dictam gabellam, quæ tunc per *Ferdinandum Brunellum* poſſidebatur.
41 Fuit tamen dicta gabella hædorum,
ouorum, ac volatilium Regię Curiæ incorporata, teſte *Auth.*noſtro hìc *n.8.*ob crimen *Io:Bernardini de Bonifacio Marchionis Oyræ*, qui ſui, ac DEI Opt.Max. oblitus, ſequutus fuit hæreſim Lutheranam, ſeq; in *Geneuæ* Ciuitatem recepit, vbi ſuos infelices dies obiuit; Vn-
42 de anno 1565. die 27. Iunij fuit per R.
Cam.expedita *Conſultatio* relatiua, pro neceſſitate deputandi Credenzerium in hac gabella ouorum, & hædorum, nouitèr deuoluta, proptèr hæreſim Marchionis Oyræ, vt in *Reg.Conſultat. Cur.2.fol.*104.
43 Gabellã piſcium, eandem originem
quar-

quartueij habere agnoſcimus;non agimus verò hìc de antiquo vectigali piſcium;vulgò, *Sexantino*, quaſi de ſexagintâ piſcibus vnusR.Curię debcretur, de quo in *Rit.R.C.ſub rubr.22. de Iure Piſcaria*, *& Portus*, vt inquit *Camill. Borrell.de magiſtr.edict. lib.4. cap.4. nu.*

44 *4.& 5.* Sed breuitèr loquendo de noua impoſitione grani vnius cum dimidio pro quolibet *rotulo;* ſciendum eſt, quod prima impoſitio fuit vnius denarij pro rotulo, cui, ſuperindicti fuere alij denarij duo anno 1538. & alij denarij tres anno 1550. ſiuè vnus tornēſis pro rotulo carnis, caſei, ac ſalſuminum; de quo etiam loquitur *Reg. Reuerter deciſ.455.544.& 548.* (& vide *cap.8.Regis Federici I.de anno 1462. in Priuil.Neap.fol.13.* vbi mandatur,ſolui gabellam grani vnius pro quolibet rotulo rerum ſalitarum etiam de rebus, quæ per mare Puteolim aſportantur, exterisq; venduntur.)

45 Quæ impoſitio, præuio Reglo aſſenſu ad inſtantiam fideliſſ.Ciuitatis Neapolis, fuit anno 1564. confirmata,cum ſuperindicto alterius tornienſis pro conſtructione murorum, aliiſq; neceſſitatibus, noſter *Author ſuprà §.7.qu.9.* vbi quod ab hac gabella non ſunt exēpti patres duodecim filiorum, Clerici,

46 vel alij; idemq; diſponitur in *Capitulis* eiuſdem *gabellæ cap. 19. exceptis Caſtro Nouo, & Caſtro S.Eraſmi*, vt in *Pragm. 7.de Vectigalib.* Et in *cap. 14.* ità cauetur: *Item, che li formaggi tanto freſchi, come ſalati, che ſi fanno nelle pertinenze, e diſtretto della Città di Napoli, ſiano tenuti alla detta gabella di vn grano per rotolo,&c.*

47 Anno deinde 1617.ad petitionem dictæ Ciuitatis fuit alterum granum ſuperindictum: Quæ duo grana pro rotulo, per dictam Ciuitatem die 1. Ianuarij 1626. ſuis creditoribus in ſolutum data fuere,cum pacto de retrouendendo, vt patet ex inſtrumentis deſupèr celebratis per *Not.Franc.Ant.Stinca*,& atteſtatione exiſtente in actis *in banca Franc.Antonij Cioffi.*

48 Poſtmodùm anno 1635. die 4. Ianuarij,pro donatiuo S.C.M.facto vnius millionis, ad inſtantiam d. Ciuitatis fuit impoſitum tertium granum, etiam ſupèr olei rotulo, ità vt exigeretur carolenus pro quolibet ſextario olei, quod in hanc Ciuitatem, eiuſq; Caſalia immittitur (exceptis ab hac tertij grani exactione, *le ſaracbe*, *baccalà*, *e peſce freſco*, declarataq; fuit, S.C.M.

49 ea donatiui ſumma,vti habita quoque ratione gratiarum Ciuitati elargitarum de Officijs Iuſtitiarij, Portulani,& de abrogatione gabellæ meretricum: Quæ poſtrema impoſitio die 20. Iunij 1636. fuit in ſolutum data ſuis creditoribus; vt *ex actis inſolutum dationis tertij grani pro quolibet rotulo,apud Stephanum del Giorno, à mandatis Scribā.*

50 Verū,cū ob plebis ſceleſtā ſeditionē anno 1647. fuiſſent omnes gabellæ ſublatæ,& anno 1649. iterùm pro medietate redactæ, remanſit dicta gabella ad rationem grani vnius eum dimidio pro quolibet rotulo, vt ex *Pragm. 22. §. 3. in tit. de Vectigal.* iuxtà ſupplicata per fideliſſ. Populum Neapol. *in antecedenti Pragm.21.§.3.*ibi:

51 *Et in quanto alla gabella del peſce, ſi ſupplica, che reſti per metà, in quanto al nuouo impoſto, reſtando per intiero il Reale confirmato per lo Seren. Rè Federigo nel 1497. quale è vn cauallo per ogni grano, per eſſer conforme la gabella del quartuccio della Carne, quale ſi eſigge per intiero frà i Cenſali della SS. Annunciata di Nap. oltre che hà origine dalla ragione, che tiene il Rè N.S. di prohibire la peſca, come mere Regalie, attente le coſtumanze.*

52 Et vide generales ordines, ſeù *Cap. in d. Pragm.7. de Vectig. & Pragm. 35. de Extract.* vbi prohibetur, introduci merces,de quibus ſoluēda eſt dicta gabella, tàm de rebus ſalitis, quàm recentibus, vel macellatis carnibus, non data priùs notitia Officialibus, ſolutiſquè diritibus. Et piſces rectò tramite aſportari debent ad loca gabellæ, non verò vendi, aut donari in mari, ſub pœnis contentis in *Pragm.46.de annona.*

53 Pro vſu tamen licitum eſt piſcari abſq; lo-

ſolutione diriɛtuum, vt prouiſum fuit per Reg.Cam. anno 1661. *Arreſt.*722. apud *Reg.de Marin.*

54 Ingens verò contentio fuit anno 1691. inter Gubernatores Sacræ Domus SS. Annunciatæ, prætendentes, quod ſub gabella grani vnius (quæ antè dictam reimpoſitionem medietatis gabellarum anno 1649.factam,erat duorum granorum) lacticiniorum recentium,includatur exactio diriɛtuum, pro caſeo recenti, & lacte preſſo, & molli, vulgò, *ricotte veraci*; Cui petitioni adhæſit Regius Fiſcus, inſiſtens pro dicta exactione grani vnius, non verò grani vnius cum dimidio, inſtando pro reſtitutione tornienſis exacti per Gubernatores dictæ gabellæ grani vnins cum dimidio, contendentes, ſub impoſitione tertij grani facta, fuiſſe comprehenſas etiam ſpecies caſei recentis, & lactis preſſi.

55 Vnde dicto anno 1634. cum idem fuiſſet prętenſum per Arrendatores dictæ gabellæ lacticiniorum recentium, à Reg. Conſ. *D. Didaco Varela* ordinatum fuit, *ſeruari ſolitum*; Et rursùs anno 1650. per doctiſſ.Reg.*Ill. Ducem Diani D.Carolum Calà* tunc Fiſci patronum, ac dicti Arrendamenti Delegatum, decretum fuit; *Quod ſuper omnibus hinc inde pretenſis, capiatur ſummaria informatio, teſtes habeantur pro citatis, & recipiantur per Actuarium, & interim Gubernatores grani vnius cum dimidio, manutenentur in poſſeſſione exigendi diriɛtus ſpectantes ad dictam gabellam pro recoctis, & caſeis recentibus, in qua reperiuntur*: quod fuit confirmatum die 3. Nouembris 1652. per Spectab.Reg. *D. Stephanum Carrillo*, tunc R.Cam. Præſid.ac Delegatum, vt in *Actis in banca Act. Matthiæ Troiſij*; Verùm obtento pro parte d. SS.Domus, in integrum audiri; Et diſcuſſa nupèr

56 cauſa, vtraq; parte audita, fuit facta paritas votorum in Regia Camera; vndè cum in dicta Regia Cam. obſeruetur *text.in l. inter pares*, *D. de re indic.* pendet controuerſia, ad cuiusnàm beneficium ſit publicanda, vel dandi ſint Iudices adiuncti ad paritatem dirimendam; Sententiam pro dicto Arrendamento grani vnius cum dimidio, tanquàm reo, & poſſeſſore proferendam eſſe ſubſtinent, ex *d. l.inter pares, & cap.fin.de ſentent.& re iudic.* Ex parte verò d. SS.Domus,pro ea publicandam eſſe dicitur, ex quo cauſa pro diminutione gabellæ ſit fauorabilis, ex *Bart.in l.ſi pupillus* 21.*in fin. D.ad l.falcid. Crauett. conſ.*735. & in cauſa fauorabili ſententiam pro actore proferendam, ex *gloſ. in d. cap. fin. Bender. de reuiſione concluſ.*19.*num.*24. *&* 25. poſt *Zaſium.in l.duo ex tribus,num.*6. *D.de re iudic. Duaren. ad d. l. inter pares* 38. *prelect.* 31. Vel ſaltem dandos eſſe Iudices adiunctos.

AD §. XIV.

De Iuribus Paſſuum.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

*Pedagia largè pro qualibet exactione, ſtrictè pro tributis per tranſeuntes ſoluendis accipiuntur, n.*1.

*Pedagia, an pro ſolo tranſitu per vias publicas,territoriorũ Domini exigere poſſint, latè diſſeritur,à n.*2. *ad* 9.

Pedagiorum cauſalis ratio, dependet à ſecuritate tranſeuntium, ac impenſis in vias,pontes, ac portus erogandis, nu. 10. *& ſeq.*

X *Pe-*

Pedagia, pontagia, ſeruagia, guidagia, ſaluinaria, &c. unde denominentur, à n. 13. ad 16.

Exigentes pedagia, quibus caſibus ad damni reſtitutionem teneantur, à num. 17. ad 19.

Paſſuum cuſtodia in hoc Regno Neap. ad quem ſpectet? Indeciſum relinquit Dom. Reg. *at diſtinguuntur plures caſus, à n. 20. ad 24.*

Ius ſcaphæ, ſeù Scaphagium, an ſit de Regalibus, & an ſpectet ad Barones, num. 25. & 26.

Scaphæ exactio, quomodò facienda, & an etiam priuilegiati ad eam teneantur, à num. 27. ad 30.

Ius pedagij, an veniat conceſſo territorio? affirmatiuè arguitur, n. 31. ſed negatiuè concluditur, n. 32. & 37.

Ius pedagij, an ſit de regalibus, & quibus eiuſdem indictio competat, à n. 33. ad 36. & n. 44.

Ius exigendi pedagij, an transeat, ſi ædes pedagij exactioni deſtinatæ in feudum dentur, n. 38.

Et an ſufficiat, abſque inueſtitura, allegare ſimplicem illius recognitionem pro titulo valido, n. 39. & 40.

Ius pedagij, an communicetur Baronibus, per clauſulam in inueſtituris apponi ſolitam, cum paſſagijs, *à num. 41. ad 43. & quomodò ad eoſdem ſpectare poſſit, n. 45. & 46.*

Ius pedagij alio iure, quàm conceſſione ad feudatarium ſpectans, an deuoluto feudo, illud euaneſcat, n. 47.

Ius pedagij, an poſſit in alieno territorio, renitente domino eiuſdem, à Rege impetrari, ac de eo inueſtiri, à num. 48. ad 51.

Pedagia, an in Baronum terris imponi poſſint, vel augeri à Rege, abſque eorum conſenſu, n. 52.

Immunitas conceſſa alicui à pedagijs, an extendatur in præiudicium eorum, quæ per dominos locorum exiguntur, latè dilucidatur, à n. 53. ad 58.

1 PEdagia, quæ propriè accipiuntur pro illis tributis, quæ exiguntur, & ſolui debent à tranſeuntibus pro rebus, vel mercibus, quæ exportantur, vel importantur in Ciuitatem, ſolùm ratione tranſitus; latè pro qualibet exactione quandoq; vſurpātur, *Petrus de Vineis lib. 5. epiſt.* 37. ibi: *Sine alicuius pedagij exactione ire, ſtare, & ad noſtram Curiam redire, ſecurè, & liberè permittatis*; cuius meminerunt *Gerhard. Io. Voſſius. de vitijs ſermon. lib. 3. cap. 34. Gonzalez in comment. ad lib. 3. Decret. in cap. innouamus, de cenſib. nu.* 2. docentq; *P. Molina tom. 3. de iuſt. & iur. tract. 2. de tributis diſp. 662. num. 8. P. Enric. Pirbing. in Iur. Can. meth. noua tom. 3. tit. 39. de cenſ. ſect. 2. §. 3. n. 47.*

2 Sed nùm pro ſolo tranſitu per vias publicas, territoriorum Domini aliquid exigere poſſint, non leuis eſt diſquiſitio: Pro affirmatiua ſiquidem opinione, facere videtur *text. in l. ſi quis pro uxore ſua vectigal, quod in itinere præſtari ſolet, ſoluiſſet, D. de donat. inter vir. & uxor.* licet hanc legem non loqui de pedagio gratis dicat *Ferrer. in add. ad Guid. Pap. deciſ. 413.* Tùm quia Principes hodiè domini ſunt viarum publicarum in territorijs ſuis, vt in *cap. vn. quæ ſint regal.* vndè poſſent, arg. *l. 8. in fin. D. de ſeruit. vrban. & l. 21. C. mand.* ſubditis, & forenſibus prohibere, ne alitèr, quàm ipſi velint, ſua loca ingrediātur, *l. Diuus 16. D. de ſeru. præd. ruſt. l. fin. §. 3. D. quod vi, aut clàm*: Tùm
3 etiam, quia ſæpè ſunt prohibiti viatores, ac tranſeuntes à Principibus per eorum exactores, & ſtationarios, ne abſque vectigalis ſolutione tranſirent, cui prohibitioni per longiſſimum tempus acquieſcendo, ius Principibus eſt quæſitum, vt in poſterum illos cogere poſſint, arg. *l. hæc autem 6. D. de ſeru. præd. vrb. l. ſi quis diuturno 10. D. ſi ſeru. vind. l. 3. C. de ſeru. & aqua*: Tùm deniq;
4 quia à neceſſitate ſoluendorum pedagiorum eximuntur Eccleſiaſtici, ex *cap. quamquam 4. de cenſ. in 6.* & *Clem. vlt. eod. tit.* Cæteri ergò exempti non remanent, ex traditis per *Euerhard. in loco ab exceptione ad regulam.*

5 Pro negatiua tamen, primò pugnat liberrimus ille iure gentium omnibus patens viarum publicarum vſus, *l. 2.*

§. viam

§.viam 21.D.ne quid in loco publ. l.1. D. de via publ.c.vlt.23.qu.2. vbi S. *Auguſtinus*, Iſraelitas, contrà Amorrhæos, tranſitum denegantes iure pugnaſſe, ſcribit; Quod non modò de priuato, ſed ſummo quoque Principe accipiendum eſt, *Menoch.conſ.901.num.6.& 8.* vbi loquitur de tranſitu ſalis per Dominium Ferrarienſe, *Natta conſ. 139. num.8. Choppin. de iuriſd. Andeg. cap.9. num. 31.*

6 Deindè ſupremus Princeps, non poteſt alijs tranſeuntibus hunc vſum impedire, cum & ipſa naturæ æquitas dictet, vt quilibet permittat, quod ſibi non nocet, ac alteri prodeſt, *l.2. §.quāquam, D.de aqua pluu.arc. Sixtin.de Regal.lib.2.cap.2. nu.28.* Longè verò maior eſt æquitas vectigalium exactionis, quæ onus eſt mercium, quàm pedagiorum, quæ eſt onus perſonæ, eius libertatem in tranſeundo reſtringens, vnde ius colligendi pedagij, ſeruitutem quandam eſſe, quæ ſcilicèt à tranſeuntibus territorio debeatur, dixit *Bald.in cap.1.num.2.de fratr. de nou. ben. inueſt. Thoming. conſ.18. num. 54.* quæ reſtrictio eſt maximè odioſa, *l.ſuccurritur 9. D.ex quib. cauſ. mai. l.2. D.de lib. hom. exhib. cum concord.*

7 Quinimò actus commeandi per publicas vias, facultatis eſt publicæ, præſcriptionem omnem excludentis, *l. 2. D.ne quid in loc.publ.l.viam 2. D.de via publ.* ac per *text. in l. 11. C.de ſeruit. & aqua*, vbi per alienum quidem agrum, qui ſeruitutem non debet, ire, vel agere non licet; vti autem via publica, nemo rectè prohibetur.

8 Demùm, ſi tranſeuntes, pro ipſo trāſitu debent pedagia, vel hoc fit ex iuriſdictione, vel ex obligatione, vel ex ſeruitute. Non ex iuriſdictione, quia licet pedagium indigiter iuriſdictionem loco limitatam, ex *Chaſſan.in Conſuetud. Burg.rubr. 1.§.4.ver.indire, nu.7.* tamen vniuersè concedi nequit, vt cui iuriſdictio in via publica competit, etiā ius exactionis huiuſmodi tribuendi ſit, *Feudiſtæ in cap.vn.quæ ſint regal.* Non ex obligatione, quod poteſt demōſtrari per remotionem omnium obligandi modorum, qui plenè recenſentur in *l.obligamur 25. D.de obl.& act.* Neque ex ſeruitute, non in rem, quia in propoſito territorium exigentis, pro prædio dominante haberi poſſet, ſed nullum apparet prædium ſeruiens, iuxtà *§.3. Inſt.de ſeruit.præd cum concord.* non in perſonam, quia Principes non concedunt iſtud ius exigendi cum perſona ſua extingui, ſed territorio cohærere volunt, *Thoming.conſ.18.n.54.*

9 Et in dubio pro libertate, *l.antepen. D.de manumiſſ.l.38.D.de re iud.l.20. D. de reg. iur.* & pro liberatione potiùs, quàm obligatione pronunciandum eſt, vt res ad liberam ſuam naturam redeat, *l.Arrianus 47.D.de obl.& act. c.1. §.ad hæc, tit.hic fin. lex:* Et in hanc partem negatiuam inclinare videtur *Io: Georg. Bechtius in diſp. de ſecuritate, & ſalu. cond. cap. 3. th. 69.* eamq; tuetur *Thomas Maulius de iure conducendi tit. 3.n.14.15.& 16.*

10 At horum vectigalium (quæ ex trāſitu per pontem, vel per itinera, Pedagia, ſeù Pedatica, Guidagia, vel Seruagia, item Paſſagia, ac Pontagia vulgò appellantur) cauſalis ratio dependet à fide, & ſecuritate publica, tù immenſis impenſis, quas in portus, pōtes, ac vias publicas erogari oportet, *Caſp.Klock.de Ærario lib.2.cap.77.num. 23.& 24. Chriſtoph.Pellerus in annotat. ad eundem d. lib.2.cap.76. num.1. Hug. Grotius de iure belli, ac pacis lib.2. cap.2. §.14. Samuel Puſendorfius de iure naturæ, & gentium lib.3. cap.3. §.7.* Quare

11 fiunt plerumq; ſolutiones iſtæ in locis nemoroſis, & ob latronum ſuſpicionem parùm tutis, vel ob tranſitum fluminū, & ſtagnorum, in quibus facti extiterūt pontes, naues, vel ſcaphæ, ob eorundem fluminum pericula; *Præſ. Maſturtius in notis ad Rit.3.de Iure Paſſag.in Rit.R.C. editis fol. 423. Borrell. de Reg. Cath.præſt.cap.11. num.48.* pons namq; ſupèr flumen factus, viæ appellatione continetur, *Bald.in l.fin. D.de ſeru.ruſt. præd.*

12 Publicæ enim vtilitati congruit, vt ince-

incedentes valeant abſque aliquo me-
tu, & periculo per itinera commeari,
l.1.§.sūma, D.de his,qui effud.vel deiec.
l.ſi putator,D.ad l.Aquil. Hinc Principes
haud exiguū munificentię monumentū
poſteris ſe relicturos duxerunt, ſi via-
rum ſecuritate fluminum diſcrimina
eludenda præberent, *Ann. Robert. rer.*
iudic.lib.2.cap.3. Et Labeo I.C. in *l.cum*
in plures 60. §.vehiculum, D. locat. edi-
xit, ne cuiq; per pontes, abſque porto-
13 rio pateret trāſitus: Quod pontorium,
ſeù pontagium tempore Neronis ſo-
lutum habetur, ex *Seneca de conſtantia*
cap.14. Nec indignabitur aliquid impen-
dere, vt limen tranſeat, cogitans, & in
pontibus quibuſdam pro tranſitu dari.

14 Ea lege proindè illa exigunt, vt te-
neant loca, & vias tutas, innoxiumq;
ac indemnem præſtent tranſitum, *Fr.*
Perſonal.de gabell.nu.48. & ſeq. Rebuff.
in Bulla Cęnæ Dom. Pauli III. artic.3.
Azeued.ad Conſt.Reg.lib.8.tit.9.l.fin.nu.
1. Matthaus ad Guid. Pap. deciſ. 549.
Fauſt.in conſ.pro Ærar.claſſ.10.ord.798.
Camill.Borrell. de Regis Cath. præſt. cap.
11.n.55.& 56. iuxtà illud *Claudiani.*

——Patrium vectigal ſoluere gaudet
Immunis, qui clade fuit——

15 Vndè ab *Andrea de Iſernia in cap. vn.*
quæ ſint regal. ver. ripatica, hæc iura
ſeruagia appellantur, ex eo, quia illa
exigentes ſeruant in illis locis, pro ſe-
curitate tranſeuntium, vbi *Liparulus*
lit.L. ſub alijs vocabulis refert, ab eo-
dem *Iſern.* eſſe nuncupata, *Guidagia*
ſcilicèt, quia ipſi guidant, & aſſecu-
rant; & *Saluinaria*, cum ſalui reddan-
tur in illo itinere, & hac ratione iuſta
reddi, diſponitur in *Rit. R.C. ſub rubric.*
14. de Iure Paſſagij: Et in ditione Man-
tuana, pèdagium vocant *datium tranſ-*
uerſia, eò quod pro tranſitu in illo ter-
ritorio præſtatur, *Franc. Burſat.conſil.*
190.num.19.& 20. vol.2.

16 Ità vt, ſi quid damni ſoluentibus in
via publica contingat, vt ſi depræden-
tur, illi, niſi malefactorem exhibeant,
ad præſtationem, ſeù refuſionem eius
teneantur, ex *Nouell.134.cap.4.* poſt
alios *Marquard.de Iure mercat.lib.1.c.*
38.Klock.d.lib.2.cap.76.num.2. vbi *Fel-*
lerus in annot.num.3. & cap.77. num.8.
Sixtin.de Regal.lib.2.cap.2.nu.35.Henr.
Bocer.eod.tract.cap.2.num.156.& ſeqq.
Henric.Klok.in diſp.de Vectigal.iur.con-
cluſ.77.78.& 79.Borrell.d.cap.11.num.
58. & 59. Capiblanc.lib. 1. de Baron.
Pragm.8.par.2.nu.40.& 41.& in Prag.
19.cap.96.num.13.lib.2. Montanus de
Regal.§.via publica,n.5. Piſanus in add.
ad Goffr.de Gaeta ſupèr Rit. R.C. d.rubr.
14. de Iur.Paſſ.n.8.& 9. & *Nos in noſtr.*
Viſion.iur.feud.par.2. rubr.4. viſ.5.fol.
247.circà fin.& ibi.

17 Indifferentèr tamen Dominus ad re-
ſtitutionem condemnandus non eſt;
etenim æquum erit illum ſeruare in-
demnem, ſi ea ſit potentia latronum,
vt ijs reſiſti non poſſit, *l.1.§.6.D.ſi fam.*
furt.fec.dic. Paris de Put.de ſyndic. ver.
robaria, nu.1.Coler.de proceſſ.exec.par.1.
cap.2.nu.297. vnde tempore belli, actio
18 contrà Dominum ſilet, *Carpan.ad Stat.*
Mediol.cap.375.num.85.par.2. nihilo-
minùs Domino omni conatu enitendū
eſt, vt reſiſtat prædonum irruptioni-
bus, aliàs de damno tenetur, *Perſonal.*
de gabell. nu.5. ſecùs ſi mercator viam
inſolitam capeſſat, *Maſcard. de prob.*
concl.473.num.3.& concl.834. num.23.
indeq; fuiſſe deciſam controuerſiam
Florentinorum, & Vbaldinorum, qui
promiſerant vias ſecuras tenere, vt de
damno in vijs inſolitis illato non poſ-
ſit ea promiſſio intelligi, *Mynſig. lib.5.*
obſeru.70.Gayll.2.obſer.64.num.11. Ca-
là de modo artic.gl.5.vnic. §.2. nu.659.
Aſin.de exec.§.9.cap.55.num.3. Borrell.
d.cap.11.num. 95. & 96. licet recepto
19 vectigali, ignorantia, quod neſciuit
deprædationes illic fieri conſueuiſſe,
ei parùm patrocinetur; culpæ enim
ſuæ adſcribat, qui vias regias diligen-
tiùs tutatus non eſt, ex *Parid.de Put.d.*
loc.Kopp.deciſ.37.nu.9. Coler.ibid. Aze-
ued.in cit.l.fin. num.4. Henr.Klock.dict.
concluſ.78. Io: Lopez in cap. per veſtras,
§.9.n.9.de donat.int.vir.& vxor.

20 Noluit verò R. Camera in hoc Re-
gno Neap. determinare, an horum paſ-
ſuum poſſeſſores, teneantur tranſeunti-
bus

Digitized by Google

bus reficere damna paſſa ob non ſer-
uatam ſecuritatem, ex eo, quia cuſto-
dia totius Regni ſpectat ad Regem,
poſtquam Vniuerſitates Regni, ſoluunt
quãdam impoſitionem pro ſalario Bar-
ricelli, in locum emendationis damno-
rum, ad quam Vniuerſitates teneban-
tur per *Conſt. Regni, ſi damna clandeſti-
ma*, ac præſertim, quia plurimi ex iſtis
poſſeſſoribus, non ſunt deſcendentes
ab ijs, qui ius illud pro itineris cuſtodia
acquiſiuerunt, vel quia cauſam habent
à Regia Curia, cui ſoluunt adoham
pro illo reditu in feudum conceſſo,
teſte noſtro *Authore infrà in q.4.à n. 27.
ad 32.* quem ſequitur *Capiblanc. in d.
Prag.8.par.2.n.42.* Imò ait *Reg.Lanar.
conſ. 11. nu.8.* quod hoc cuſtodiæ onus
poteſt præſcribi, maximè per centum
annos.

21 At ex hoc probat *Horat. Montan.de
Regal.d.§.via publica num. 5.* quod hoc
vectigal paſſus poſſit licitè fraudari,
quia cauſa, ob quam fuit inſtitutum
redacta eſt ad nõ cauſam, ſcilicèt, quia
exigentes nõ cuſtodiunt vias, & ſtatim,
atq; inuentum fuit remedium ſoluendi
certam pecuniam Regi à Populo totius
Regni, pro ſtipendijs Barricellorum,
pro itinerum cuſtodia (vt annotauimus
ſuprà *ad q.11.§.3.*) ceſſauit vtiq; vecti-
gal paſſus introductun pro dicta cuſto-
dia: *Et ſi de iure* (inquit *ibid. Montan.*)
*datur repetitio, ipſi exigentes videant,
an ſint tuti in conſcientia*; Facit *Rol. à
Valle conſ.91.nu.50.vol.2.*

22 Duplex tamèn in hoc poteſt eſſe
inſpectio: Prima, quoad ſupremũ Prin-
cipem, in quo non tàm hæc ratio cu-
ſtodiæ, quàm pacis, ac belli ſubſidium
pro Regio Patrimonio ſubſtentando
conſideratur, vt docet *P. Molina tom.
3. de iuſt. & iure, tract. 2. de tribut. diſp.
674. nu.8. verſ. Antequàm*, his verbis:
*Victoria in commentar. manuſcriptis in
2.2.qu.62.ar.3. eiuſmodi vectigalia, an-
tèquàm augerẽtur, appellabat latrocinia:
fortè ductus, quod cauſa ceſſauerit, &
quod rigorosè exigerentur, maximaq;
cum vexatione tranſeuntium; Cum verò
hodiè valdè ſint aucta, & longè maiori
cum rigore exigantur, neſcio quid de illis
hodiè diceret. Fortaſsè autem prima origo
horum vectigalium, non fuit ſolùm onus
defendendi aſportantes, & extrahentes
merces, ſed etiam, vt Principes inde quo-
que haberent ex parte, vnde Rempublicã
defenderent, & vnde ſumptus in ea ne-
ceſſarios facerent.*

23 Altera, quoad particulares horum
pedagiorũ poſſeſſores, qui habent cau-
ſam à Regia Curia, eiq; pro hoc iure
ſoluunt adohã, & ne duplici onere gra-
uentur, poterit militare dicta noſtri
Authoris põderatio; ſecùs autem proce-
deret *Montani* opinio, quia damni
emẽdatio iàm antiquauit, reſpectu om-
nium Vniuerſitatum Regni, vt ſuprà,
non verò quoad iſtos poſſeſſores, in
quibus permanere ſemper deberet di-
cta exactionis cauſa; Ideò enim à Rege
Regalia habẽt, vt ijs regalitèr vtantur,
hoc eſt, regia manu, vias publicas ſecu-
ras, & purgatas ſuis ſumptibus teneant,
ex *l. 3. & l. congruit, D. de Off. Præſid.
Pellerus in annot.ad Klok.d.lib.2.cap.76.
ſub num.1.* & in puncto *Camill. Borrell.
de Reg.Cath.præſt.d.cap.11.num.55.* vbi
24 *num.61.& 62.* recenſet, dictam emen-
dationem damni receſſiſſe ab aula, &
ſubditos perſoluere dictam impoſitio-
nem, ac *num.64.* ità ſubdit: *Alÿ autem
domini, qui exigunt vectigalia à tran-
ſeuntibus, cauſam aſſignare minimè va-
leo, quare tutiſſima itinera manutenere
non debeant, ac proprÿs illorum ſumpti-
bus, ipſorum pontium refectionem, ac re-
parationem facere non teneantur.*

25 Adeſt etiam ius Scaphæ, ſeù ſcapha-
gium, quod etiam Ripaticum vectigal
vocant, ex eo, quia ratione ripæ, ſeù
aggeris in eo conſtructi, ac traiectus
ſoluitur, cum ſcilicèt tranſeuntes cum
mercibus, traiectorijs nauiculis de ri-
pa in ripam fluminis tranſuehuntur, ac
de Regalibus eſſe notant *DD. in c. vn.
quæ ſint regal. Sixtin.de Regal lib.2.cap.
58.Klock.de Ærar.d.lib.2.cap.74. nu.3.
& 4.Larathà in theatr.feud. par.11. di-
luc.50.* Sed hãc exactionem in flumini-
bus, ordinarijs de regalibus nõ dici in-
quit *Capibl.de Baron.in prag.8.p.2.n.40.*

26 Et

Digitized by Google

26 Et in hoc Regno ſpectat ad Barones, ex communi forma priuilegiorum, *cum fluminibus, aquis, aquarumq; decurſibus*, vel *cum ſcaphis, & pontibus*, & ſic in praxi videmus portorium ſcapharũ eſſe Baronum, *Montan. de Regal. §. flumina nauig. ſub num. 4. & ver. ripatica, ſub nu. 1. Capiblanc. d. loc.* & ex his prouentibus Scaphæ, tanquàm feudalibus, ſolet Regia Curia exigere releuium, *Reg. Capyc. Latro conſult. 41. num. 60. lib. 1.* quem refert *Conſ. Franc. Rocc. lib. 1. reſp. 94. num. 6.* qui ſcripſit pro Ill. Marchione Calatiæ, qui poſſidebat tres ſcaphas in flumine Vulturni, contrà Ill. Ducem Laurenzani prętendentem conſtruere nouam ſcapham in eodem flumine in illius præiudicium.

27 Solet etiam hæc exactio iuris Scaphæ, fieri ratione laborum, & expenſarum, quæ erogantur pro manutentione Scaphæ, & non ratione vectigalis, ſeù pedagij, *Reg. Lanar. conſ. 11. ante nu. 1. Reg. Capyc. Latro d. conſult. 41. num. 30.* vbi declarant, quomodò probetur eſſe ſimplex ius ſcaphæ, vel pedagium;

28 Ex qua diſtinctione alias reſoluemus quæſtiones, infrà ad *quæſt. 4.* Et ab hoc iure traiectus, ſeù ripatici neminem, etſi Eccleſiaſticum, immunem eſſe, fundat *Burſatt. conſ. 142. vol. 2.* traditquè *P. Thom. de Afflicto de iuſt. & iure par. 2. cap. 16. num. 318.* neque Rex immunes facere poſſet in præiudicium tertij, *Conſ. Rocc. d. reſp. 94. n. 9.* poſt *Reg. Capyc. Latro d. loc. num. 63.*

29 Quæ exactio ſcaphæ eſt diſſimilis, proùt variat labor, ad differentiam exactionis pedagij, quæ eſt vniformis, ac per Reg. Cam. taxata, *Reg. Lanar. d. conſ. 11. num. 5. & 6.* & *Reg. Capyc. Latro d. conſult. 41. num. 54.* At præſtationes

30 hæ, quæ ſunt incertæ, regulari debent boni viri arbitrio, & ità exigendæ ſunt, vt ſubditos vltrà modum non grauent, & ſi contrà fiat, ſubditi ad Superiorem recurrent, *Laratha d. par. 11. dilucid. 72. num. 4.* Et hoc ius ſoluitur ſemèl, vbi exonerari incipit, iuxtà Ritum Regni, teſte *Præſ. Petro Maſturtio in ſuo Repertorio m. ſ. ver. Scaphagium, fol. 22. & ver. Rito, fol. 244. àt.*

Et regularitèr per Reg. Cameram taxari ſolet granum vnum pro qualibet perſona ſpontè tranſeunte, vel pro qualibet animaliũ ſalma, vel animali, abſq; ſalma, proùt noſtro *Autb.* referẽte prouiſum fuit in Scapha Terræ Limatæ die 18. Iulij 1570. in Scapha Dragonis die 15. Septembris 1573. & nouiſſimè in Scapha Macchiæ Saracinæ propè Iſerniam die 11. Decembris 1690. ad relationem Dom. Præſid. D. Andreæ Guerrero, apud *Act. Ioſephum Stabile.*

31 Hoc ius pedagij, venire cõceſſo territorio, cum eidem territorio ſit cohærens, ex *Baldo conſ. 289. vol. 4.* ait *Borrell. d. cap. 11. num. 47.* & ità plerumq; fieri ſolere in Regno Neap. ſubdit; & confert *Signorol. conſ. 108.* vbi loquitur in Principe Sabaudiæ cõtrà dominum ſuum Comitem Sabaudiæ; quod confirmat *Schrader. de feud. par. 3. cap. 4. nu. 38. & 39.* quia vectigalia inter iuriſdictiones feudo cohærentes referuntur, ex *Bald. in l. ſtipendia, C. de exec. rei iud.* neque infrequens eſſe, vt cum territorio nonnulla alia regalia, flumina videlicet, & bona damnatorum transferantur, *Alex. conſ. 35. lib. 5.*

32 Contrarium tamen verius eſt, quia Regalia, & Principi reſeruata, per quęcumq; verba generalia, & generaliſſima non cenſentur tranſlata, iuxtà *Doctores* omnes *in c. vn. quæ ſint Regal.* etiam ſi conceſſio fiat cum mero, & mixto Imperio, vt per Reg. Cameram deciſum refert *Reg. Reuerter. deciſ. 344.* Et exemplis de fluminibus, & bonis damnatorum adductis, contrarium ſtatuendum eſſe docet *Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 12. n. 9. 12. & 97.* & in ſpecie, quod in generali, ac generaliſſima conceſsione, non veniant vectigalia, idem *Bald. conſ. 238. verſ. in contrarium, vol. 4. Anna ſingul. 587. Reg. Tap. in l. fin. par. 1. cap. 2. n. 52. de Conſtit. Princ. Cacher. conſ. 31. nu. 16. & 19. Bertaz. conſ. crim. 281. nu. 5. Rota Rom. deciſ. 33. num. 1. par. 1.* latè *D. Io: Bapt. Larrea alleg. fiſc. 10. & 13. per tot. lib. 1.*

33 Ius

33 Ius enim pedagij eſt de Regalibus,
nec, niſi à ſupremo Principe poteſt im-
poni, vt patet ex iure ciuili, *tot.tit.Cod.
vectig. noua inſtitui non poſſe*, vbi licet
non fiat de pedagijs ſpecifica mentio,
ſunt tamen correlatiua, *Sixtin. de Re-
gal.lib.2.cap.6. num.13.* Sed expreſſum
eſt in Iure canonico *in cap.ſuper quibuſ-
dam,§.prætereà,de verb.ſignif.c.innoua-
mus*, & *cap.quamquam, de cenſib. cap.ſi
quis Romipetas 24.qu.3.* ac in *Bulla
34 Cœnæ Domini* §.5. Et in Iure feudali §.
*penult.tit.quis dicat.Dux, March. Com.
Capit.vel valuas.* vbi mirificè pro ethy-
mologia *pedagij* torquentur Interpre-
tes, cum alij legant *paradogium*, ideſt
nobilitatem, vt *Bald.& Aluarot.* alij *pa-
ragium*, vt *Cuiacius* à paribus Curiæ,
alij *pedagium*, à pede, quod ſit vectigal
exigi ſolitum ab ijs, qui iter faciunt, vt
Eguin. Baro, meminit & *Borchold. in
tract.feud.cap.4.num.13.* Et quia vecti-
galia, inter Regalia numerantur, per
Imp. Federicum *in tit.quæ ſint regal. in
lib.2.feud.* vbi eorum appellatione *pe-
dagica* comprehendi ait *Cuiacius*, ſen-
ſum *d.§.penult.* expeditum eſſe ait *Petr.
Frid.Mindan. lib.2. de mandat. cap.42.
num.11.* quod ſcilicèt ij, qui non ab
ipſo Principe, ſed ab inferiore aliquo,
puta Capitaneo, vel valuaſore de be-
neficio aliquo inueſtiti ſunt, plebei, ni-
hilominùs ſunt, & pedagium, nobiliſq;
feudi vſum, qualis eſt penès Duces, &c.
non habeant. Quos valuaſores, adhùc
Barones dici, ſubdit idem *Mindan.
ibid.num.12.& 13.* proùt & *Nos* eluci-
dauimus *in Viſion.iur.feudal.par.2.rub.
2.viſ.2.n.8.& 9.*

35 Idemq; Imp. Federicus in pace inita
Conſtantiæ cum Ciuitatibus Lombar-
diæ, cum ijſdem regalia, merum, ac mi-
xtum imperium conceſſiſſet, non tamen
conceſſit ius imponendi, ſeù exigendi
pedagia; nam Mediolanenſibus, non
alitèr ea permiſit, niſi legitimè habuiſ-
ſent, vt *in tit.de pace Conſtantiæ*, his ver-
bis: *Saluo iure aquæ Lambri Mediolanē-
ſibus, ſi quod habent, vel in pedagio;* vt in
lib.5.feud.d.tit.& fol.225. apud *Cuiac.*

36 Verum non ſolùm Imperatori, ac
Regibus, ſed & ijs, qui neminem pro
Superiore recongnoſcunt, vt ſunt Reſ-
publicæ liberæ, ac Principes ſupremi,
quos abſolutos vocamus, hæc ſuprema
facultas competit; vt vel mediocritèr
in noſtra Iuriſprud. verſatus fatetur;
Vnde *Abbas conſ.20. vol.1.* ait, quod
Ciuitas Senarum, tunc libera, potuit in
ſuo territorio indicere gabelles rerum
vehendarum; & *Decius in conſ.649.* di-
cit, Ciuitatem Ianuæ, quæ vtitur iuri-
bus ſummi Principis in ſuo territorio,
potuiſſe concedere Communitati Ve-
xani ius percipiendi pedagia in eius
territorio; nam huiuſmodi Ciuitates
dicuntur Reges, vt poſt *Afflict.* monet
Rol.à Valle conſ.91.nu.4.et 5.lib.2. Hinc
inferiores, vt ſunt Comites, Barones,
&c. non poſſunt ea imponere, adeò vt
Bart.in l.vectigalia, D. de publ. et vect.
affirmarit, quod vectigalia ſine Principū
permiſſu impoſita fraudans, haud co-
ram Deo, neq; Mundo peccet, *Mynſ.
centur.5.obſ.29.n.4.*

37 Imò & in indiuiduo ipſemet *Bald.
in conſ.243.vol.5.* rectè probat, ius col-
ligendi pedagij non venire in generali
cōceſſione; quia quamuis cohæreat ſo-
lo, non tamen ad ſolum, vel territorium
pertinet vtilitas illa, neque eſt eiuſdem
ſpeciei cum iuriſdictione; ſimilemquè
rationem tradit *Petra de fideicommiſſ.
quæſt.13.num.486.* quia ius pedagij di-
uiduum eſt à territorio Caſtri, ſicut
chorda à balliſtra; & *Baldum* referen-
do ſequuntur *Ægid.Boſſ.tit.de Regal.n.
28.Girond.de priu. et exempt. num.721.
Larrea d.alleg.10.num.12.& d.alleg.13.
num.9.* vbi id confirmat, quia vecti-
galia ſunt de Regalibus, & reſeruata
in ſignum ſupremæ iuriſdictionis.

38 Notatu quoque dignum eſt, quod
ſi ædes vectigali deſtinatæ, in feudum
dentur, ius exigendi vectigalis mini-
mè tranſeat, *Afflict.in rubr.de Capit.qui
Cur.vend.num.7. Henning. Goden. conſ.
109. num.58. damn. Author in Conſuet.
Pariſ.§.1.gl.5.nu.45. Schrader. de feud.
par.3.cap.4.n.17.* cum ius vectigalis de
territorio ſit vniuerſalitèr, non de loco
particulari, ſecundùm *Bart. in l.fin. D.*

de

de iuriſd. vel quia verba generalia debent ſupponere, vel referri ad ea, quæ ſunt de natura rerum venditarum, ſeù conceſſarum, vt docet *Bald. in l. à procuratore, n.1.et 2.C.mandati*, vbi tamen ſubdit, quod tenetur dominus iuſtum pretium vaſallo rependere, ſi ædibus in feudum datis vti velit pro exigendo pedagio.

39 Specialis igitur conceſſio fieri debet in inueſtitura, per quam vectigalia inferioribus communicantur, *Roſenth.de feud.cap.5. concluſ.33.nu.6.* vbi reijcit *cit. Schraderi* ſententiam;

40 Adeò vt, deſtitutus beneficio Principis, & præſcriptione immemorabili, ſi ſoli recognitioni nitatur, qua quis in feudum ſe tenere vectigalia fatetur, audiri non debet; Ius enim vaſallo, quoad tertium, quem oneri vectigalis ſubiugare conatur, illa non adijcit, poſt *Alex.conſ.68.n.3.vol.3.Hotom.cōſ.11.n.9.* cum nec probet feudi conceſſionem, nec nouā eius dationem, *Natta conſ.634. num.*11. ſed ius, quod inuenit, tantùm foueat, *Syluan.de feud. recog.quæſt.34. à num. 1. damn. in Conſ. Pariſ.tit.1.des fiefs, §.1.gl.5. in ver. le fief, n.26.et §.11.gl.1.num.9. et tract. de vſur.num.203.Felic.de Sol.de cenſ.lib.3. cap.6. num.* 4. & actum exequutionis, ſeù poſſeſſionis feudalis tantùm demonſtret, *Caſtr.conſ.147.in fin.lib.2.Seraphin.Oliuar. deciſ.*1387. *nu.* 7. nuda autem probatio poſſeſſionis, in materia priuilegij vectigalium nihil iuuat, *Fulu.Pacian.de probat.lib.2.cap.2.n.*50. quinimò abſque titulo vitioſa eſſe cēſetur, *cap. ad decimas, de reſt.ſpol.* cum qualitas ſtatus, in cuius poſſeſſione quis conſiſtit, non ſit apta ab origine ineſſe poſſeſſori, *Nic. Euerb. Præſ. conſ. 3.num.3.* & probat *Henric. Klock in cit. diſcept.de vectig.iure concluſ.*21.

41 Quod adeò verum eſt in hoc Regno, vt ſimplex conceſſio in inueſtituris, ſeù priuilegijs fieri ſolita, *cum paſſagijs, etc.* non communicet hoc ius Regale Baronibus; Eſt enim clauſula hæc de ſtylo, & conſuetudine, quæ nihil tribuit, proùt & alia, cum angarijs, tappetis, &c. Sed tantùm hæ clauſulæ operantur ea, *quæ tempore dictorum priuilegiorum, et conceſſionum iuſto titulo, aut legitima præſcriptione erant in Ciuitatibus, ac Terris taliter conceſſis acquiſita*, vt rectiſſimè declaratum fuit anno 1536. per Inuictiſſ. Imp. Carolum V. in *Pragmat. 16. de Baronib.* vbi *Capiblanc. in comment.à num.8.*

42 Vnde doctè *Montan. de Regal. ver. vectigalia, ſub num. 4. fol.68.* tradit ex *cit.Pragm.* quod clauſula, *cum collectis*, non transfert ius Regale collectandi, ſed ipſam collectam, ſi legitimè con-
43 ſtituta eſt; Verùm habens priuilegium cum dicta clauſula, *cum collectis*, & poſſeſſionem, ſeù quaſi exigendi per ſpatium 60. aut 70. annorum, nititur titulo præſumpto, ſecundùm *Præſ. Fulu. Lanar.in add. ad Reg.Lanar.eius patrui in repet. cap. ſi quis per triginta, ſi de feud.def.contr.num.62.* vbi ſubdit, eſſe maximam declarationem ad *Regias Pragm. 14.15.et 16.ſub tit.de Baron.*

44 Et inter Regia iura, adnumerantur paſſagia per Regem Gulielmum Nortmannum, in *Conſt. Regni, Magiſtri Camerarij*; ibi: *Dohanas autem tàm terræ, quàm maris, foreſtagia, plateatica, paſſagia, et alia, tàm vetera iura, quàm noua Curiæ noſtræ, noſtrorum fidelium fidei committere, poterint, vel locare*; quæ iura vetera appellabantur tempore *Andreæ de Iſern.* vt ipſe refert in *Conſtitut. Regni, quantò cæteris*, & in *Rit.R.C.ſub rubr.de decimis*, teſte *Authore* noſtro ſuprà in *§.1.de Reg.Fiſcal. nu.13. & in §. 9. de Iure Baiulat. num. 38.* vbi ex *d.Conſtit.* exponit, quod hæc iura per Magiſtrum Camerarium interdum locabantur, quandoq; in credentiam locorum Baiulis committebantur; cumq; deinde à tempore Sereniſſ. Regis Alphonſi cæpiſſent concedi feuda cum mero, & mixto imperio, omneſquè regales reditus ſub nomine Baiulationis venire, non tamen omnes Baiulationes retinebant omnes introitus ſpecies; ideòq; quaſdam habuiſſe paſſum, aliàs verò non, vt etiam *Nos* annotauimus ad *§.6.de Iure Doban. memb.1.*

br.1.num.31.et 32.et in d. §.9. & ità in-
45 telligendus idem noſter *Author* hic *n.*
3. dicens, quod multi Barones habent
illud ius incluſum ſub baiulationibus,
vel etiam ſeparatum ex ſpeciali con-
ceſſione.

46 Quare, paſſagij ius inter alia iura
Regiæ Dohanæ numeratur in *Rit. Reg.
Carn.9.incip.Paſſagium.ſub rubr.de Iure
fundici*, vbi dicitur, quod hoc ius ſol-
uitur ſecundùm diuerſos mores in lo-
cis, vbi conſuetum eſt exigi, licet ibi
non ſoluatur ius fundici, vel Dohanæ;
& in *Rit.1.& 2.ſub rubr. de Iure Paſſa-
gij*, quod ſit etiam in Terris Baronum,
nedùm demanij, ſecundùm id, quod
conſuetum eſt, ideſt ſecundùm *Goffred.
de Gaeta in comment. ibid.* à tempore,
cuius non extat memoria, vel quod
ſtatutum eſt per Regem; Et patet cla-
riùs ex annotandis *ad ſeqq.quæſt.*

47 Dubium hic ſuboritur, ſi dominus
in feudo, vectigalis colligendi ius non
habeat, ſed id à vaſallo præſcriptione,
vel alio titulo acquiratur, nunquid
aperto feudo ius illud ad dominum
tranſeat? Et diſtinctè reſpondet *Hen-
ric* Klock *d.diſc.de vectig.iure concl.* 18.
lit.F. quod ſi ratione feudi acquiſitum
ſit vectigal, ad dominum peruenit, ſi
alio reſpectu, reſoluto iure vaſalli, eua-
neſcit, ex traditis in ſimili per *Molin.
de Hiſp.primog.lib.1.cap.26.nu.6.& 7.
Io:Guttier.pract.quæſt.70.n.35.lib.3.*

48 Cæterùm non minima eſt quæſtio,
verùm quis colligendi pedagij ius in
alieno territorio, renitente domino
eiuſdem, à Rege impetrare, ac de eo
inueſtiri poſſit? Et vix videtur ambigi
poſſe; cum ex Regia poteſtate Ius quę-
ſitum, nedum quærendum alteri au-
ferri poſſit, præcipuè ratione vniuerſa-
lis dominij, quod habet, *l.deprecatio,
D. ad l. Rhod. de iact.* ſeruitutemq; rei
ſuæ imponere licet *l.1.C.cōm. præd.* Cū
& aliàs non inconuenire videamus, vt
alius dominus territorij ſit, alius iuriſ-
dictionem in eo habeat, vt nouiſſimè
oſtendit, poſt alios *D. Carol.Ant. de Lu-
ca ad Gratian.diſcept.396.à nu.18.lib.2.*
& in terminis, quod ſit iuriſdictio pe-
nès vnum, & beneficio Principis, vel
præſcriptione, ius vectigalis penès
alium, *Crauett.conſ.673.num.16. vol.4.
Capyc. deciſ. 96. num. 9.* Sed *Henric.
Klocb. d.diſp.de vectig. iure concluſ.* 19.
49 duas proponit difficultates, ſi Impera-
tor, reluctante domino territorij dire-
cto, tertium quendam nihil iuris in eo
habentem de iure pedagij inueſtire
poſſet; Aut ex plenitudine poteſtatis
rem tertio auferre, ſeù rei alienæ ſer-
uitutem imponere; Aut vectigalia ſine
territorio concedere eum poſſe neceſ-
ſariò ſtatueremus: Priori diſtinctionis
membro, ſemota cauſa publicæ vtili-
tatis, omnia iura Mundi reclamare,
docent *Innoc. in cap. innotuit, de elect.
Guid.Pap.conſ.195.num.4. Natt. conſil.*
268. *n.* 4. ne quidem vtile dominium
auferre, *Soccin.conſ.10.n.22.* imò rega-
lia, & iuriſdictionem à ſe conceſſam
aliquo modo deteriorare non poſſe,
*Coler.de proceſſ.exec.p.2. c.2. num.138.
Panciról.conſ.185.n.14. Lancell.in tem-
plo omn.Iud.lib.1.cap.1.§.4.num.10.* Po-
50 ſteriorem verò partem è diametro ad-
uerſari manifeſtæ *DD.* traditioni, qui
aſſerunt, pedagia territorio ineſſe,
*Bald.conſ.289. nu.2. vol.4. & in cap.1.
quæ ſint Regal. Afflict. in cap.1. §.ſcien-
dum, n.2.de feud.cogn.Iaſ.conſ.81. n.16.
vol.3.Becc.in add.ibid.lit.I.Tiraquell de
retract.par.1.gl.7.num.36.Menoch.con-
ſil.901.num.52.Card.Tuſch.pract concl.
lit.P.concl.203.num.2. Schrad. de feud.
par.3.cap.4. nu.38. Præſ. de Curte in di-
uerſ.feud.in cap.incip.In hoc igitur, num.
17.fol.20.* Eiq; iuriſdictionem cohæ-
51 rere, tanquàm nebulam paludi, *Gra-
tian.d.diſcept.396. num.* 17. & iuriſdi-
ctionem, cuius reſpectu dicitur terri-
torium, diuidi in ſuas ſpecies, puta in
cognitione cauſarum, in perceptione
pedagiorum, &c. quibus ceſſantibus
non eſt ſuum territorium, *Gratian.ibid.
n. 19. Chriſtoph. Vuintzler. de Collectis
deciſ.1.n.107.*

52 Vnde ex vetuſto more Andium, non
licere Regi, terris Baronum noua vecti-
galia, ſine conſenſu eorundem impone-
re, ſcriptum reliquit *Choppin. de iuriſd.*

And.lib. 1.*c.*49.*n.*2. Imò, quod non poſſit Princeps augere exactionem pedagij ad ſui commodum, poſt conceſſionem ab eo factam, fundat *Menoch.conſ.* 34.*lib.* 1. confert *Boer. deciſ.* 180. *num.* 7. & 8.

53 His affinis eſt quæſtio, an immunitas conceſſa, obſit dominis portoriorum, priuilegia exigendi vectigalis ab vnoquoque habentibus? Certè, eum de Principis voluntate quæritur, non eſt de eius intentione præiudicare tertio, *l.*2. *§. ſi quis à Principe*, *D. ne quid in loc. publ. cap. ſuper eod. de Off. Deleg. Abb.conſ.*57. *num.*2. *par.*2. & ſic ei, qui ius exigendi pedagij habet, *l. eius militis* 34.*§.*1. *D. de teſtam. mil. Guid. Pap. conſ.*65.*num.*15. maximè ſi conceſſum ſit, vt à quibuſcumq; poſſit exigi, ex traditis per *Menoch. conſ.*312. *nu.*3. *& ſeqq.* cum priuilegiū tāgens præiudiciū tertij, quantumvis ſpeeie pietatis conceſſum, ſtrictè ſit interpretandum, *cap.* 1.*de reſcript.* vbi *Dec.nu.*46. *&* 52. *Iac. Marchiſell.recollect.lib.*2.*qu.*59. *num.*2. proùt contrà Ciues Brixienſes, per laudum declaratos immunes à paſſagio, & gabellis nobilium de Gambara, reſpōdet *Carol.Ruin.conſ.*112.*à num.*9. *lib.*5. quod copulariuè debeant eſſe ciues, & habitatores, atq; ſub *n.*13. ibi: *Et tantò magis, quia agitur de præiudicio tertij, ideſt ipſorum nobilium, quibus competit ius exigendi vectigal, & pedaginm pro rebus exportatis per ſua territoria ex priuilegio, aut ex præſcriptione tanti temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium, d.cap.ſupèr quibuſdam, §. prætereà, de V.S. & iuxtà not. per Bart. in l. ſi publicanus, §. fin. de public. vel ſi illis non competeret ius exigendi, fruſtrà de hoc dubitaretur; Vbi autem de præiudicio alterius tractatur, ſtrictiſſima ſit interpretatio, cap. quamuis de reſcript. in 6. &c.* confert *Choppin.de doman.lib.*1.*c.*9. *n.*7. vbi cum quæreretur de vera interpretatione immunitarum à Rege conceſſarū mercatoribus, *Ligerim* amnem frequentantibus, concluſit Parlamentum, dominis inferioribus, legitimum exercendorū vectigaliū titulū demonſtrantibus, ea priuilegia nihil obeſſe.

54 Ideò ſupplicans pro impetratione telonei, ſeù pedagij, narrare debet primò, cauſam; ſecundò, Principes vicinos; tertiò, ipſum locum, in quo telonium exigere vult, ne vicina pedagijs onerata nimis grauentur, *Mynſ.cent.*5. *obſeru.*31.*Roſentb.de feud.cap.*5. *concluſ.* 43.*num.*7. *Sixtin. de Regal. lib.*2. *cap.*6. *num.*53. *Nic. Mylerus de Princ. & ſtat. Imp.cap.*64.*n.*7.

55 Æquilorem nihilominùs immunium cauſam exiſtimat *Henric. Klock. in d. diſcept. de vectig. iure concluſ.* 31. *lit. C.* quia exactio odioſa eſt, & contrà ius commune; immunitas autem fauorabilis, *Bertaz.in add. ad conſ.*331. *lit.B. Guid.Pap.d.conſ.*65.*n.*17. tùm quoque maximè differre, habere ius in re, & ad rem; cui priuilegio ius ad rem conceſſum, in totum auferri poteſt ex illo priuilegio poſteriori, etiam non faciente mentionem prioris, *l. ſi ſponſus* 5. *§. maritus, D.de donat.inter vir. & vx. l.*6.*in pr.D.quæ in fraud.cred. Dec.conſ.*147.*n.* 5.*Menoch.conſ.*36.*n.*4. *Gylm.dec.*10.*nu.* 39.*lib.*1. *Scip. Rendina in prompt.recept. ſent. tom.*1.*tit.*92. *num.*1. Domini au-

56 tem vectigalium nonniſi ius in ſpe habent, neque par ratio eſt, debita amittere, & lucra capere, *l.fin. C.de codicill. l.vn.C. de imp. lucr. deſcr.* tranſeuntes agunt de damno vitando, alij de non omittendo lucro, & in priuilegiatorum concurſu potior eſt cauſa illius, qui agit de damno vitando, *Dec. d.conſil.* 147.*num.*5. *Guttier.pract.lib.*4. *quaſt.*3. *num.*7. & quod actus percipiendi pedagium, videatur ſpes, dixit *Bart. in l. vectigalia, §.qui maximos fructus, nu.*5. *D.de publ.& vectig.* & *in quaſt.*4. *nu.*4. *& quaſt.*22.*ſub num.*1. Siuè ſecundùm *Goffred.de Gaeta in comm.ad Rit. Reg. Cam.rubr.*2. *de Iure fundici, ſub n.*187.

57 talis immunitas dicitur magis reductio ad ius illius, cui conceditur, quàm auferre ius exigentium; cum ius de facili rem ad ſuam naturam reducat, & hoc ſit contrà ius naturale; dum perſonæ, & res de iure naturali liberæ eſſe debent, &c.

58 Et

58 Et hanc ſententiam expreſsè tenet *Calliſt. Ramirez in tract.de lege Regia §.26. num.33. & 24.* per hæc verba: *Quæ iura, non ſolùm Regi, ſed & aliquibus dominis priuatis intrà ſui territorij limites, ſicut alij ſupremi dominij effectus, competunt, ex præſcriptione immemoriali, vel Regis priuilegio quæſita; non tamen ex hoc cenſetur ablata domino Regi facultas concedendi priuilegia exemptionum, non ſolùm à ſuis pedagijs, ſed ab iſtis, quæ per dominos locorum exiguntur, quia hoc ei competit ratione vniuerſalis dominij, & ſuæ ſuperioritatis, quæ ſemper reſeruata cenſetur*; eumq; ſequitur *Dominic. Antunez Portugal de donation.Reg. lib.3. cap.3. num.67. & cap.6. num.10.*

AD QVÆST. I.

Vtrùm Barones poſsint vocari ad exhibendum titulum Iuris paſſuum.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

POſſeſſionis ſuæ titulum, an quis exhibere Fiſco teneatur, à n.1.ad 4. Et quid in Regalibus, feudalibus, officijs, beneficijs, ac iuriſdictionibus, à num.5. ad 10.

Pedagiorum poſſeſſores, an cogi poſſint ad titulum exbibendum, n.11. Et quid ſeruatum tempore Ser. Regum Ladislai, Alphonſi, Ferdinandi, *ac Exc. Proregum* Ducis de Alcalà, *ac* Ducis Oſſunæ, *memoratur, à n.12.ad 14.*

Paſſus, ſeù pedagia, an immemorabili præſcriptione legitimè acquiri valeant? Negatiuè adſtruitur, à nu.15. ad 22. Affirmatiua verò opinio firmatur, à nu.25. ad ſeqq. Expenditurq; Conſt. Regni, quadragenalem, *à num.30. ad 32.*

Scientia Principis, eiusvè Officialium, an requiratur in præſcribendis pedagijs per tēpus immemoriale, à n.33.ad 36.

Pedagia, an præſumantur præſcripta per timorem, ac extorſionem per Barones, vel bona fide præſcripta præſumantur, num.21.37.38.& 39. Et quid contrà priuatum, n.40.

Poſſeſſores pedagiorum, an ſint lite pendente in poſſeſſione manutenendi, vel ſtatim priuari queant, n.23.24. & à nu. 41.ad 45.

Præſcriptio immemorabilis, an proſit vltrà contenta in titulo, vel ex titulo inualido, à n.46.ad 49. Et an Procuratoris confeſſio domino noceat, n.50.

Pedagiorum detentores, nupèr à Regia Cameræ Summariæ vocati fuere ad recipiendum modum exactionis faciendæ, ſub pœna amiſſionis eorundem, n.51.

Pedagia, ſeù paſſagia à nullo imponi poſſe præter Principem; eorumq; exactiones, quæ abſque conceſſione per nonnullos Barones, ac Vniuerſitates Regni fiūt, nulla longæua poſſeſſione iuuari; ac lite pendente, in aſſerta immemoriali poſſeſſione adhùc non probata, minimè illos fore conſeruandos, longè, lateq; fundauit Reg. Conſil. Dom. Franciſcus de Andrea, *ſtrenuus Regij Fiſci patronus, cuius egregium* Reſponſum *hìc publicæ vtilitati exponitur, à nu.52. ad 160.*

EX hac pedagiorum materia, ad inſtar Hydræ Lernææ capitum innumerorum feracis, frequentes, cognituq; digniſſimæ pullulant quæſtiones, quarum prima annotationi noſtræ ſe offert; an huiuſmodi Iuris poſſeſſores, poſſint cogi ad titulum exhibendum? In qua concluſiuè procedemus, ne ab inſtituti noſtri ratione digrediamur.

1 Et ſanè vulgati Iuris eſt, neminem teneri oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis, iuxtà Imperatoris reſcriptum in *l.11. C.de petit.hæred.* ibi: *Cogi poſſeſſorem ab eo, qui expetit, titulum ſuæ poſſeſſionis dicere, inciuile eſt;* Idemq; probatur ex *l.in ſpeciali 74.D.de reiuind.l.fin. C.eod.* & apertiùs in *l.2. C.Theodoſ. tit.39.de fid.teſt. & inſtrum. lib.11.* Comprobantq; Interpretes in *d.l.cogi 11.*

Digitized by Google

Aſſtict.deciſ.265.n.87.& in cap.1. n.83.
de controu. inueſtit. Soccin.in reg.525. in
ver.titulus, Boer.dec.8. Maſcard.de pro-
bat.concluſ.590.t.1.& t.3. concl.1373.
Pacian.eod.tract.lib.1.cap.7.ex n.81.&
cap.61.à nu.7.Padilla in l.altiùs, C.de
ſeruitut.& aqua ex n.4. Card.Tuſch.lit.
P. concl. 539. Hugo Donell. in comment.
iur.ciu.lib.19.cap.12.n.50. Anton.Faber
in ſuo Cod. de petit. hæred. lib.3. tit. 21.
diff.8. Caſtill.controu.iur.lib.6. de tertijs
debitis, cap.16.n.3. to.7. Giurba dec.93.
ſub num.3.verſ.nemo enim, Præſ.Merlin.
controu for.cap.13. n.1.cent.1. D.Io:So-
lorzan.de Indiar.gubern.lib.2.cap.28. n.
37.Iac.Gothofredus in comment. ad cit l.
12.C.Theodoſ. de fide teſtium, & inſtr.
2 Idquè etiam aduersùs Fiſcum, ac
Principem locum ſibi vindicare ex l.
extat 25. D.de iur. Fiſci, tradunt Pere-
grin.de Iure Fiſci lib.7.tit.3.num.12.&
conſ.86.n.4.lib.4. Aluar. Valaſc. de Iur.
emphyt.quæſt.8.n.20.Caſtillo d.c.16.n.5.
Quod confirmatum eſt legibus huius
Regni, vt in cap.Item ſtatuimus, quod ſi
Procuratores, 120.in ord. iuxtà Io:Ant.
Nigr. ſub tit. Quod ſi aliquis tenet ali-
quam poſſeſſ.Curiæ, concordatq; Regni
Conſtit. Ab Officialibus, ſub tit.2. nullus
Officialis cogat aliquem ad oſtendendum
titulum ſuæ poſſeſſionis, vbi Reg.Tapia
in annotat.num.4. lib.7. Iur.Regni tit.1.
fol. 4.
3 Vnde etiam in Regalibus, non poſ-
ſe, quem cogi ad oſtendendum titu-
lum ſuæ poſſeſsionis, ait Io: Vinc. de
Anna alleg.68.num.3. lib.1. & alleg.79.
4 n.2.lib.2. Et ſic in terminis edicti Pon-
tificij, præcipientis hominibus Senoga-
liæ, vt in termino viginti dierum oſten-
derent titulum eorum poſſeſſionis,
elapſo termino eorum bona confiſcari
non poſſe, conſuluit Corn.conſ.313.lib.
4.quem, loquendo de ſimili proclama-
te, ſequitur Ant. Gobius in tract. de
Aquis quæſt.7.à n.10. & quod eſſet dã-
dus alius terminus contemnenti præ-
ceptum, in ſimili oſtendit Amat. reſol.
92. lib. 2. ac tempore Traiani Imper.
ſublatam fuiſſe fiſcalem illam inquiſi-
tionem, quæ habes? vnde habes? pone
quod habes, ſcribit Tiraquell.de leg.con-
nub.gloſ.1.par.11.n.11. ac teſte etiam
Iuuenale: Vnde habeas, quærit nemo.
5 Præfata tamen concluſio non pro-
cedit, quando ius commune, poſſiden-
ti, eiuſq; poſſeſſioni reſiſtit, tunc enim
tenetur poſſeſſor oſtendere titulum ſuæ
poſſeſſionis; proùt in regalibus, iuriſdi-
ctionalibus, & officijs, cap.omnes Baſili-
cæ 16.quæſt.2. c. contrà morem 100. diſt.
cap.conſtitutus 47.de elect. cap.cum con-
tingat, 24.& cap.dudum, §.nos igitur, de
decimis, c.conſtitutus, de religioſ.domib. c.
cum dilecta 4.de confirm. cap. cum perſo-
næ de priuil.in 6.c.1.de præſcript.in 6. Et
6 præfatas Regias Sanctiones Regni, lo-
qui de allodialibus, non verò de Rega-
libus, aut feudalibus contrà cit.de An-
na, fundat Reg.Tapia in d. Conſtit. à nu.
2.ad ſeq.
7 Et ſic in beneficialibus, idem de ti-
tuli exhibitione firmarunt, ex Io:Andr.
Anchar. Abb.& Felyn. Vaſqu.de ſucceſſ.
reſol.lib.1.§.7.num.19.& 20.vol.2. Luc.
de Penna in l.2.n.2. verſ. ſic etiam bene-
ficio, C.de fund.limitroph.lib.11.Roſenth.
de feud.t.2.cap.8. nu.6. Maur. alleg.65.
Epiſc.Ricc. collect.889. Viſconte concluſ.
iur.ver.titulum, Melchior Lotter.de re
benefic.lib.3.quæſt.24.n.10.& 11.Reg.de
Ponte deciſ.79.nu.1.& de poteſt. Proreg.
tit.de regal.impoſ.§.6.n.38.
8 Et in poſſeſſore alicuius iuriſdictio-
nis, quem poteſt Fiſcus cogere ad oſtẽ-
dendum titulum, poſt Auendan. de
de exequ.mand.cap.1. nu.7. & Bouadill.
lib.2.Polit.cap.16.num.92.tradunt Ma-
ſtrill de magiſtr.lib.3.c.2.n.12. Caſtill.d.
cap.16.n.11.Cancer.var.lib.3.cap.14. n.
43.Cyriac.contr.178.n.13. Georg.de Ca-
bedo dec.9.n.4.p.2.Reg.Tapia de Conſtit.
Princip.cap.4.n.11. Gratian. diſcept.for.
cap.441.n.15. Capiblanc.de Baron.prag.
1.n.230.& t.2.cap.77. n.30. Præſ.Mer-
lin.d.contr.13.n.17. Conſil.Staiban.reſol.
188.n.43.& 44.lib.2.
9 Proùt etiam in officij poſſeſſore lo-
cum habere, poſt Capyc. deciſ.77. teſta-
tur Reg.Tap. lib.6.Iur.Regni d.loc.num.
16.Præſ.de Franch.dec.165.num.4.Reg.
Galeot.reſp.fiſc.12.nu.365. Reg.de Phi-
lippis

Digitized by Google

lippis diſſertat.fiſc.1.num.46.

10 Etenim Regnantes, in hiſce iuriſdictionalibus, ſiuè feudalibus, Regalibusq; firmatam habent intentionem, cap.1.quæ ſint regalia,c.1.§.Iudices de pace ten iuram.firm. ideò Regalium detentores, ad titulos exhibendos compelli valent, ex cit.Iurib. Luc.de Penna in d.l.2. verſ.fortius, C.de fund. limitroph.lib.11. Iſern.in cap.Imperialem, §.illud, n.67.de probib.feud.alien. per Federic. ibiq; Afflict. n.37. & in c.1.n.32. verſ.ſextò fallit,de contron. Inueſt. & in cap.Imperialem,§.illud, n.12.verſ.tertiò pro illa parte, ibiq; Balzaran.n.17.verſ. facit, & n.18. cæteriq; Feudiſtæ, de probib.feud.alien. per Feder. Capyc. in Inueſtit.feud.verſ.feudatariorum editiones,fol.181. Freccia de ſubfeud lib.2. auth.17.n.2.Roſenth de feud.lib.1.cap.8. concl.33.n.9. Peregrin. de iur.fiſci lib.7. tit.3.num.17.& 18.& de fideic. art.52. num.139.Valaſc.de Iur.emphyt.qu.8.nu.22.Ludou.Sacca conſ.5.nu.102. Roland. conſ.89.n.24.lib.2. Gratian. diſcept.for. cap.441.lib.3. Petr.Gregor. de feud. p.1. qu.12.& ibi Maſtrillus in addit.E.Intrigl.de feud.cent.1.qu.68.Couarr.pract. qu.cap.17.n.6.verſ.primum,Cyriac.contr. 178.nu.15.16.36.& 52. Hartman. Piſtor.quæſt.iur. lib.2.p.2.qu.46.à num.2. Thom.Michael Luſatienſis diſput. iurid. Baſil.Acad. lib.1.diſp.2.theſ.62.lit.A. Bouadilla Polit.lib.2.cap.16.n.92. Maſtrill.de magiſtrat.lib.3.cap.2.n.17. Belluga in Spec.Princip.rubr.28.nu.1.& 2. Caſtill.controu.iur.lib.6.de tertijs debitis cap.3.n.5.& cap.16.n.10.tom.7. Cabedo decıſ.Luſit.9 à n.1. ad ſeq.p.2. Montan. de regal.§.Argentariæ,n.10.fol.164.Capiblanc.de Baron.ſup.pragm.1.n.230.& lib.2.cap.77.Reg de Ponte conſ.97. num. 24.lib.1.& de poteſt. Pror.tit. de regal. impoſ.9.6 n.38.Præſ.Merlin.d.contr.13. n.15.& ſeq.cent.1. Reg.Tapia lib.6.Iur. Regni in annot.ad cit. Conſtit.Ab officialibus n.7.& 20.Reg.Reuerter.deciſ.299. lib.1.& 566.lib.2. Reg. de Marin. lib.2. reſol.115.n.16.& in obſ. ad Reg.Reuert. dec.111.n.6.& in d.deciſ.566.n.1. latè Reg.de Philippo in diſſertat.fiſc.1.à num. 39.& ſeqq. Card.de Luca de Regal. diſc. 14.nu.2.& 8. Epiſcop. Rocca diſput.iur. cap.77.à n.1.ad ſeqq.lib.1. D.Carol.Ant. de Luca in animaduerſ. ad Gratian. cit. cap.441.n.1.

11 Cum igitur hæc pedagia ſint de Regalibus, & omnia loca iure gentium libera ſint, vt in anteced.§. notauimus, & exinde Princeps habeat præſumptionē iuris pro ſe, hæc vtiq; præſumptio transfert onus probandi ad reum, l.ſiuè poſſideris, C.de prob. Hinc poſſe eorundem poſſeſſores cogi ad titulum exhibendum, deciſum per Reg.Cam.refert noſter Author hic.n.3. quem ſequendo referunt Nouar. de grau. Vaſall. tom.3. grau.85.n.5.R.Tapia d.lib.6. Iur.Regni in annot.ad cit. Conſt. ab Officialibus noſtris,nu.21. Io:Bapt.Thor.in ſupplement. comp. dec. ver. Baro poſſidens fol.63.& par.3.d.comp.ver.Baro poſſeſſor,fol.105. & Pompeius Guzulinus, tunc Auditor Prou. Barenſis, in ſuo opuſculo de Iuribus paſſuum, edito, pro vtili domino paſſus Cannarum, cap.24.

12 Et ſic Sereniſſimus Rex Ladislaus anno 1400. & Ser. Rex Alphonſus anno 1454.ſuis edictis,prohibuere omnia Regni pedagia, ſiuè paſſus,abſque vllo titulo vſurpatos; Deinde anno 1466. Ser. Rex Ferdinandus I. omnes poſſeſſores in ius vocauit, vt infrà tres menſes eorum poſſeſſionis titulum exhiberent, ac per Regiam Cam.ad id deputato generali Commiſſario Petro Ægyptio de Atiſſa, eiuſdem R.C.Præſidente, compilatiſquè multis proceſſibus, fuerunt plures paſſus prohibiti,vt legitur quoque in Cap. & Priuil. Ciu.Neap. fol.102.& 103.in antiqu. & multi paſſus admiſſi,ac limitati anno 1469. teſte Auth.noſtro in præced.§.14.n.5.et 6.

13 Cumq; iterùm creuiſſent extorſiones, imò & alij paſſus ſine legitimo titulo introducti; ideò in generalibus Comitijs, ſeù Parlamento anno 1569. per totum Regnum ſupplicatum fuit Exc. Duci de Alcalà tunc Regni Proregi, vt ſuper ijs remedium adhibuiſſet, & per ipſum commiſſo negotio eidem Reg. Cameræ, & exiſtente noſtro

Au-

Authore Commiſſario, fuerunt omnes hi poſſeſſores citati ad exhibendum titulum, & gradatim paſſuum limitationes, conſtructiq; tercentum proceſſus, vt idem noſter *Auth.* refert in *d. praced.* §.*n.*7.

14 Præterea Rex noſter Catholicus, ſubditorum leuamen ſempèr præ oculis habens, huius rei curam enixè demandauit Exc. D. Petro Giron Duci Oſſunæ, tunc Regni Proregi, *in Regijs literis inſtructionalibus, cap.* 89. his notandis verbis: P*orque entiendo, que en mucha parte del Reyno ſe pagan dacios de las cargas, y caminantes, que paſſan, y que ſe lleua mas de lo que por priuilegio, ò coſtumbre antiqua es permitido, y pueden lleuar, y que los paſſayeros aun que veen, y conoçen ſer agrauiados por ſer poca coſa, ninguno quiere perder tiempo, ni ſu hazienda en proſeguirle por iuſticia, y diſſimulandoſe eſto podria poco à poco cauſar gran danno à los ſuditos, y foraſteros, que platican en el Reyno: que eſto ſe començò à remediar en la Camera de la Sumaria per orden de vueſtros predeceſſores: darey orden, para que del todo ſe acabe de remediar con breuedad. Aduertiendo, que à los Barones, que no tuuieren legitimos titulos de eſigir eſtos paſſos, ſe les quite la facultad dello, conforme à iuſticia, y a los que tuuieren legitimo, ſe mire, que non eſigan mas, de lo que antigamente eſigian, y de iuſticia boy pueden, y deuen eſigir, auiſandome de lo que en eſto hiziereies, y ſuccediere.*

15 Dubitatum verò fuiſſe inquit *Author* hic, nùm ſufficeret, probari exactionem ab immemorabili tempore factam per eos poſſeſſores, qui ſpecialē non habebant titulum illius iuris?

16 In quo articulo, negatiuè reſpondēdum videtur, cum res Fiſci (vt ſunt pedagia) nō poſſint vſucapi, ex *l.quamuis* 18. *et l.*24. *D.de vſucap.l.*2. *C.commun.de vſucap.*§. *res fiſci* 29. *Inſt.eod. tit. Fachinaeus* 8. *controu.*3. *Io: Iacob.Vuiſſenbach. ad Pandect.diſp.*20. *lib.*41. *tit.*3. *th.*8. vbi idem in Gallia ſtatutum eſſe teſtatur, ac *Themiſtoclem* olim Athenis, & *Catonem cenſorium* Romæ fundos Reip. Secularibus curriculis poſſeſſos, à præſcriptione priuatorum vindicaſſe, cum diceret: *Nec mortales cōtrà DEVM, nec priuatos contra Rempublicam præſcribere poſſe*, P*lutarch. in Themiſt. et Cat. cenſ.* P*etr.Gregor.de Rep.lib.*3. *c.*8. *nu.*2. *et* 6.

17 Vnde cum in his, reſiſtat poſſeſſoribus ius, cuiuſcumq; temporis præſcriptionem, nullum ius tribuere ex *l. fin. C.de fund.limitr.lib.*11. & alijs fundat *Camill.de Laratha in Theatr. feud. par.* 11. *dilucid.*88.

18 Si ergò exactio pedagij ab initio eſt nulla, titulus per conſequens abeſt requiſitus in præſcriptione, *l.nullo*, C. *de rei vind.* quia lex reſiſtit tali exactioni, *l.pater filium*, §. *Iulius Agrippa*, *D. de leg.*3. *Balb. de præſcript. par.*5. *qu.*5. *ſub n.*2. aſſerens ex hoc, nunquam titulum interueniſſe, & ſi non adeſt titulus, nunquàm initium accipere poterat exactio, *Peregr.de fideic. art.*41. *num.*16. *in fin.* ex *Natta*, dicente, non currere præſcriptionem, nec millenariam; Mi-

19 nimè refragante, quod præſcriptio immemorabilis habeat vim priuilegij, iuxtà *cap.ſuper quibuſdam*, §. *præterea, de verb.ſign.* Vetuſtas enim opinionis, errori non patrocinatur, *c.conſuetudo diſt.* 8. ac tempus non eſt modus tollendæ, vel inducendæ obligationis, maximè contrà hominum libertatem, 1. *qu.*1. *c. nullus*, nec per diuturnitatem temporis minuitur, ſed augetur peccatum, *c. non ſatis*, *de ſimon.* & in vſurpatis contrà iuſtitiam, conſuetudo non prodeſt, 10. *qu.*3. *c.qui cognouimus*, & *c.dilecto, de maior.et obed.* in puncto *Io: Igneus in repet.l.neceſſarios*, §. *non alias*, *D.ad Syllan.p.*4. *n.* 139. *et* 141. *inter Repetentes tom.*3.

20 Quare *D.Io: del Caſtillo de tertijs cap.* 30. *n.*6. *verſ. Item*, inquit, quod lex illa immemorabilem præſcriptionem, etiā præteritam excludens, iuri communi conueniens omninò ſtatuerit, ex *Barboſa in l.comperit, C.de præſcript.à n.*11. *ad* 16. quem ſequitur etiam P. *Aſſlict. in addit.ad ſuas controu.fol.*502. *num.*119. & ſic *Petr.Nauarr.de reſt.lib.*3. *c.*1. *num.* 258. probat, vectigalia impræſcriptibilia

bilia eſſe; nam ceſſat præſumptio iuſti
tituli, quando populi, quorum inte-
reſt, non audent ſe opponere; Vnde
Guid.Pap.conſ.65.num.4. ait, quod Ba-
21 ro exigens pedagia, aliudvè ius à va-
ſallis, præſumitur extorſio, & violen-
tia, vel clandeſtinitas; quem ſequitur
*Reg. Lanarius in repet. feud. cap. ſi quis
per triginta, nu.78. in fin.* ſubdens, hoc
caſu conſuetudinem, vel præſcriptionē
etiam longiſſimam non ſufficere, quia
eſſet irrationabilis, & inductiua pec-
cati; Et ſic loquendo de collectis per
Federicum impoſitis, *Capyc.in ſua inue-
ſtit.ver.collectis, verſic. collectarum, fol.*
117. ait, quod murmuratio ſubdito-
rum interrumpit præſcriptionem; Et
ex hac murmuratione nunquàm perfi-
ci præſcripriones iſtas Baronum, ſed
præſumi illegitimas extorſiones, notat
poſt alios noſter *Author ſuprà in §.3. q.
8.n.55.et 56.*
22 Et appoſitè *Lucas de Penna in l. vi-
ros* 8.C.*de diuerſ.offic lib.*12. *num.6.* do-
cet, quod licet conſueuerit dici, quod
huiuſmodi vectigalis exactio præſcri-
batur ſpatio temporis, cuius memoria
in contrarium non exiſtit, ex *d. c. ſuper
quibuſdam*, §. 1.*de verb.ſign.etc.* ſi tamen
proceſsit in præiudicium fiſci, vt quia
exactum eſt per priuatum, vectigal,
quod Fiſco debebatur, nullo tempore
præſcribatur; ſi verò in præiudicium
priuatorum, tempore immemorabili;
idq; verum, etiam eſſe putat, ſi ea cauſa
in exactione ſubſit, quam Princeps
iuſtam iudicaret; *Aliàs* (inquit ipſe)
*videtur omninò illicita, et furti, rapinaq;
vim habere potiùs, quàm iuſta exactio-
nis; nam ſi pedagia per Principem inſtitui
nequeunt, ſine cauſa, aliàs peccare cenſe-
tur, per ea, quæ not. Innoc. extrà de cenſ.
c.innouamus, & d.verb.ſign.et d.c.eò ma-
gis ſupèr vnius præſcriptione, quæ auctori-
tatem habet à Principe, & ſic eſt minoris
efficacia quã priuilegiũ eius, vt ſcripſi ſu-
prà; Et ſic videtur in his præſcriptio pro-
hibita, potiùs ratione ſui, quàm ratione
perſonæ Principis.*
23 His poſitis, intrat diſtinctio *Couarru-
uiæ pract.qu.17.n.6.* quem ſequitur *Cã-
cer.var.reſol.lib.3.cap.12.num.44.* quod
aut agitur de iuribus ad Principem
iure communi pertinentibus, & tunc
poſſeſſor non eſt manutenendus lite
pendente, niſi oſtendat titulum, iuxtà
textum in d.cum perſona; Aut non agi-
tur aduersùs Principem, ſed aduersùs
alium, & tunc ſi poſſeſſor ſit in diutina
poſſeſſione, manutenetur lite penden-
te, ſequuntur *Montan.de Regal. §. flu-
mina, n.8. & 9. de Luca in obſeru.ad Præſ.
de Franch.deciſ.163.nu.3.* & conferunt
tradita per *R. Reuerter. deciſ.* 251. vbi
Reg.de Marin. poſt *Reg.Galeot.lib.1.cõ-
trou.*51. ac fundat *Reg.de Philipp.alleg.
fiſc.1.à n.134.ad* 342. quod etiam, non
24 obſtante immemorabili præſcriptio-
ne, poſſit dominus cogere ſubditum ad
oſtendendum titulum ſuæ poſſeſsionis,
aliàs poſſit illum ſtatim ſua poſſeſſione
priuare, oſtendit *Roland. à Valle conſ.
89.vol.2.* quem ſequitur *Gratian. to.3.
diſcept.441.n.14.* & poſt alios *Capiblãc.
de Baron.pragm.1.n.231.*
25 Attamen Barones, qui non habebãt
titulum, ſed probauerunt exactionem
ab immemorabili tempore factam, ab-
ſolutos fuiſſe per Reg. Cam. teſtatur
noſter *Author* hìc *n.10.* quem ad id re-
cenſent *Nouar.d.grau.85.n.6. R.Tapia
d.lib.6. Iur. Regni ſupra cit.loc. num.22.
Thor.in comp dec. par.3. ver. Baro poſſi-
dens, fol.105. Piſanus in addit.ad Goffr.
de Gaeta ſupèr Rit.R.C.rubr.14.num.12.
Pompeius Guzulinus in cit. opuſc. de Iu-
ribus paſſuum, cap.13.* Idq; per expreſ-
ſum *c. ſupèr quibuſdam, §.prætereà, extr.
de verb.ſignif.* ibi: *Illa eſſe pedagia, ſa-
linaria, guidagia interdicta, quæ non ap-
parent Imperatorum, vel Regum, vel La-
teranenſis Concilij largitione conceſſa,
vel ex antiqua conſuetudine, à tempore,
cuius non extat memoria, introducta,* &
ex *Ritu R.Cam.3.ſub rubr. 14. de Iure
Paſſagij*, ibi: *Vel ſi eſſet conſuetudo, cu-
26 ius non extat memoria*; Proùt etiam in
puncto docent *Bart.in l.ſi publicanus, §.
in omnibus, D.de publican. Bald.conſ.11.
vol 2.conſ.420.n.5.verſ.Specul. par.1.et
conſ.445.n.7.par.5. Iac.Rebuff.in l.vſum
4.n.2. C.de aquaductu lib.11. Ant. Boi-*

diut

aius in rep.rubr.C.noua vectig.&c.n.18. & 49. inter Repetentes vol. 7. Decius conſ.649.num.1.& 2.vol.2. Paul.de Caſtro conſ.166.nu.2.verſ.item poteſt, lib.1. Ruin.conſ.112.num.13.circà med. vol.5. Pract. Papienſ. Petr.de Ferrar. tit. pedagium.fol.478.Rol.à Valle conſ.66.num. 48.49.& 52. & *conſ.91. num.13. lib.2. Card.Tuſch.pract.concluſ. ver.pedagia 204.n.6.& 7. Guid.Papa deciſ.549.ſub n.1. Roffred.quæſt. Sabbathin.32.nu.26. Angel.Steph.Garon.ad Conſt. Mediol.tit. de iur.& priu.Fiſci art.44.n.3. verſ.porrò, Ramirez in tract.de lege Regia, §.26. ſub nu.33. Goden conſ.3. in cap.incip. Et videtur, num.8. Fachin.8.contr. cap.23. verſ.Non de rebus, Goffred. de Gaeta in Ritib.R.Cam.rubr.2.de iure fundici, à nu. 35.ad 38. & à n.183. ad 187. Reg.Lanar.conſ.11.à n.9.ad 11.Capiblanc.in d. Pragm.8.par.2 ſub n.41.*

27 Idq; inueterata Regiæ Cam. praxis admittit, teſte *Conſ. Ioſepho de Roſa lib. 1. conſult.12.ſub num.37.* quod ſcilicèt, ſæpiſſimè à poſſeſſoribus feudorum, vel aliorum iurium regalium citatis ad oſtendendum titulum, fuit allegatus titulus conceſsionis, & probata poſſeſſio immemorabilis, vel centenaria ad tituli comprobationem, & licet non fuerit titulus, ſeù conceſſio reperta in Regeſtis, nihilominùs fuiſſe ſemper pro poſſeſſoribus iudicatum, quia ex immemorabili poſſeſſione, tituli ſolemnitas præſumitur.

28 Cum enim vectigalia ſint conceſſibilia, ità & præſcriptibilia, ex poſſeſſione tamen immemorabili, *Acac. de Ripoll.de Regal.cap.7.à n.79.Sixtin.eod. tract.lib 2.c.6. à num.50.* & contrà *cit. Luc. de Penna* idem tradit *Reg. Galeota reſp.fiſc.10. nu.62.* cum omne conceſſibile, ſit etiam præſcriptibile, *Horat. Montan.de Regal.in prælud.ſub n.31. & n.33. Dominic.Antunez Portugal de donation.Reg.lib.3.cap.45. n.6. & ſeq.* vbi à *num.*18. in durioribus terminis ordinationis Regiæ, prohibentis in iuriſdictionalibus omnem præſcriptionem, etiam immemorabilem, ſubſtinet poſt alios, quod ſaltem ſubditus allegando titulum Superioris, ſi illum probet immemorabili præſcriptione, non dicitur ſe fundare in præſcriptione, ſed in titulo præſumpto per præſcriptionem.

29 Præſcriptioni equidem immemoriali *DD.* noſtri, adeò miros effectus adſcripſere, vt eam, dici alterum ius naturale, æquiualere pacto, ac veritati, vim priuilegij, tituli, ac elargionis veræ, non fictæ habere, tantùm poſſe, quantùm Imperator eum cauſa, in omni prohibitione cenſeri exceptam, imò nec tolli poſſe à Principe, & ſimilia, fateantur; ac in regalibus omnibus, & feudalibus, quæ ſine Principis conceſsione poſsideri non poſſunt, generalitèr firmarunt, longiſſimi temporis poſſeſſionem, ſiuè immemorabilem, titulum tribuere, ex *l. hoc iure, §.ductus aquæ, D.de aqua quotid.& æſtiua, d.cap. ſuper quibuſdam, §.præterea, Iſern.in cap. Imperialem, §.illud, n.50.de probib. feud. alen.per Feder.Barboſ.in l.omnes, nu.39. & ſeq.C.de præſcript.30.vel 40.ann. Afflict.dec.254.n.4.Alex.Trentacinq.var. reſol.lib.1.tit.de ſeruitut.reſ.1.n.22. Antonell.de Temp.legali lib.2.c.67.n.11.& 55.& c.73.n.19. Fōtanell. de pact.nupt. clauſ.4.gloſ.17.à n.30.cum ſeqq.t.1.Seſe de inhibit.cap.8.§.3.n.121. & à nu.158. de Graſſis de effectu Cleric. effect.1. à nu. 376.Theſaur.quæſt.for.27.n.17.& ſeqq. lib.2.Salgad.de Regia Protect.par.1.c.1. prælud.3.n.132.t.1.Solorzan.de Indiar. iure lib.3.c.3.à n.76.t.1.Pereyr.de manu Regia cap.37.à n.15.lib.2. Caſtill.contr. iur.lib.6. de tertijs debitis cap. 3. à nu.5. cap.21.& cap.23.to.7. Klockius de contribut.cap.16.ſect.2.n.120.& cap.20.n. 232.Chriſtoph. Beſold.conſ.49. à nu.79. par.2. Epiſc.de Afflicto in addit. ad eius cōtr.46.& 47.n.85.& 86. Reg.Valenz. conſ.93.n.42.Maſtrill.de Magiſtrat.lib. 1.cap.11.n.5 & cap.19.per tot D.Hieronymus Borgia Inueſtig. Iur.ciu. contrà Ant.Fabrum de coniect.lib.19.cap.12.n. 7.et 9.t.2.Capiblanc.de Baron.in pragm. 1.n.215.& pragm.11.nu.144.& lib.2. cap.6.num.22. Reg.de Marin.reſol.115. lib.2.* & *ad Reg. Reuerter. deciſ. 376.& 503.*

503. *& lib.3. alleg. 8. n. 13. alleg. 113. num.16. & 17. alleg.149.num.28. & alleg.150.num.6.Conſ.Franc.Rocc. de offic. rubr.13.§.7.n.41. & 73.Conſil.de Roſa conſult.12. à n.21. Creſpi de Valdaura obſeru.93.n.9.lib.2.Poſtius de manut.obſ. 44.n.25.R.Marcian.diſp.65. n.29.lib.2. Portugal.d.cap.45.Goffred.de Gaeta ſup. ritib.R.Cam.rub.2.n.39.41. 63. & 183.* vbi *Piſanus in add.à n.88. ad ſeq. Mattheù de regim.Regni Valent.cap.6. §.1. à n.20.Cortiada deciſ.Cathal.7.à nu.30. p. 1.Epiſc.Rocca diſput.iur.lib.1.cap.84.nu. 19. & 20. D. Carol.Ant. de Luca in animaduerſ.ad Gratian.cap.441. nu.6. to.3. Io:Bapt.Saminiati controu.22.n.29.*

30 Et licet in *Conſt.Regni, Quadragenalem*, per Imp. Federicum, præſcriptio quadragenalis de iure comm. & ſexagenaria, Iure Longobardorum attento, quæ contrà Fiſcum in publicis cõpetebat, vſq; ad centum annos prorogata fuerit; (Quam in rebus fiſcalibus incorporatis loqui, non verò in publicis fũctionibus,ac tributis,in quibus nõ cadere præſcriptionẽ, ex *l.comperit, C.de praſcript.* aduertit *Gloſ. in d.Conſt. ver.publicis*, ſequiturq; *P.Afflict.in add. ad ſuas cõtrou.d.fol.502.n.112. & 119.*)

31 Attamen verius eſt, quod Regalia, de quibus in *c. vn. quæ ſint Regal.* non comprehendantur in *d.Conſtit.* ſed immemorabilem in his requiri præſcriptionem, quæ præſtantior eſt centenaria,vt rectè docet *R.Tapia in lib.4. Iur. Regni, in annot.ad cit.Conſtit. à num.10.* quicquid oſcitantèr ex *d.Conſt.* aſſerant *Præſ.Merlin.controu.13. n.21. & Montan.de Regal fol.30. nu.32.* quem ſequitur *Reg. Capyc. Latro conſult.1. num.22.*

32 Proùt in vectigalibus, quæ ex immemorabili tãtùm tẽpore præſcribi poſſe, ſuperiùs oſtendimus,& in noſtris terminis docuit *Andr.de Iſernia in d. Conſtit. Quadragenalem, n.80.* ibi: *Et ſi priuilegium Principis hoc faceret, idem faciet præſcriptio, cuius non eſt memoria, D. de aqua quotid.l.1.§.ductus, vbi aqua ducitur de flumine publico, vt not. Innoc.extrà de præſcript.c.de quarta, in fin. Sic in actione nouorum vectigalium, & pedagij, & guidagij, vbi valet præſcriptio, cuius non eſt memoria, etiam ſine titulo, vel iure alio, de verb.ſign.c.ſuper quibuſdam.*

33 Requirit tamen *Bart. in l.ſi publicanus,§.in omnibus, D. de public.* ſcientiam Principis, cum non præſcribatur, niſi contrà ſcientes; quem latè defendit *Goffr.de Gaeta ſuper Rit. R.C. d.rubr. 2.de iure fundici à num.184.ad* 188.vbi etiam reſpondet *Baldo* dicenti, non præſcribi contrà Principem,ſed contrà homines tranſeuntes,per dominum,qui ius colligendi pedagij habebat; Ex eo, quia per indirectum tollitur in hoc poteſtas Principis, ſine cuius placito talia iura imponi nequeunt, vt *in tit. C. noua vectig.* & etiam ad Regem pertinet ſuos ſubditos à grauaminibus defendere,& præcipuè,cum ex *cap.Regis Caroli I. incip. Prædeceſſorum noſtrorum* 8. nullum ius poſſit ſine Regis voluntate occupari.

34 Imò idem *Bald. in conſ.340. num.3. vol.5.* tradit, quod ius colligendi paſſagia acquiritur prçſcriptione,ſeù conſuetudine, cuius contrarij memoria nõ exiſtit,ſciente Principe,vel locum eius tenente; vnde in præſcriptione immemorabili, quoties requiritur ſcientia Regis, ſufficere illam Proregis tradunt *R.Reuerter. deciſ.11.circà fin.* ibiq; *Reg. de Marin.in obſeru.n.9.in 2.edit.* & *Mõtanus controu.26.ſub n.9. & de Regal. in prælud.fol.17, ſub n. 13.* vbi rationem reddit, quia hæc non eſt propriè præſcriptio, ſed habet vim priuilegij; & ideò ſubdit, quod cautela eſt, vt allegetur titulus Regiæ conceſſionis,& erit probatus ex dicto tempore immemorabili; cum etiam Rex teneatur reſidere in Regno, & ſic ſcientia Vicarij Regis,eſt loco ſcientiæ Regis.

35 At alij ſimplicitèr aſſerunt,ſcientiam Regis non requiri,vt ex cõmuniori ſententia, noſter *Author* hìc *n.11.Rob.Maranta conſ.103. num.14.Capyc.in inueſt. feud. ver. gabellis,fol.115.1.col.Reg.Reuert. deciſ.376.* vbi *Reg.de Marin.nu.3. Caſtill. de tertijs cap.28. num.5. & ſeqq. Antunez Portugal.d.lib.3.cap.45.nu.14. & 15.* poſt alios; ſiuè potiùs, quòd per

tanti temporis curſum, ſcientia, & patientia præſumatur, & ſic aduerſam ſententiam conciliat *Oliua de foro Eccleſ. p. 2. qu. 7. n. 17. & 18.* vnde quando apertè conſtaret, ſcientiam Principis non adfuiſſe, eſſe illam probandam infert *Larrea lib. 1. alleg. fiſc. 15. nu. 27.* ſed quia hæc conſuetudo vim priuilegij habet, ideò *cit. Bald. in conſ. 11. ſub n. 1. vol. 2.* ſubdit: *Et quia generalitèr hoc ſeruatur in Italia, præſumitur de conſcientia Principis præſcriptus vſus iſte imponendi, & exigendi paſſagia.*

36 Concurrente autem ſcientia Principis, quadraginta annis præſcribi vectigalia, tradiderunt *Peregrin. de iure fiſci lib. 6. tit. 8. n. 14. Coſta de facti ſcient. & ignor. inſpect. 67. num. 9.* quod admittitur, ſi titulus aliquis concurrat; nam cum malæ fidei præſumptio exigentes prægrauet, ideò ſola ſcientia Principis abſque aliquo titulo, bonam fidem non tribuit, *Azeued. ad Conſt. Reg. lib. 6. tit. 11. l. 1. n. 11.*

37 Proùt nec bonam fidem in conſue-
tudine immemorabili exigi fatentur,
ſeù verius, vt ea ex tanto temporis cur-
ſu præſumatur, ſecundùm eundem *D.*
Io: Bapt. Larrea alleg. fiſc. 15. n. 17. lib. 1.
& alleg. 68. n. 24. & 25. lib. 2. & *Conſ. de*
Roſa d. conſult. 12. nu. 47. Id verò, quod
38 diximus, pedagium, ſeù collectam
ſempèr præſumi ex timore præſtari po-
tiùs, quàm ex debito, ſiuè per Barones
extortam, verùm eſſe fatentur in alia
præſcriptione, quàm eius temporis, cu-
ius memoria non extat, *Luc. de Penna*
in l. hac lege, verſ. & nota, C. de aquædu-
ctu lib. 11. Præſ. Iacob. de Agello de iure
adohæ n. 44. fol. 171. in tomo XII. tract.
P. Molina de iuſt. & iur. tom. 1. tract. 2.
diſp. 75. num. 22. vbi limitat, quando
39 alioquin fama, & indicia vrgentia ſūt,
fuiſſe per iniuſtitiam extorta, cum ma-
læ fidei poſſeſſor nullo tempore præ-
ſcribat, quæ bona fides, eſt vnum ex
quatuor elementis præſcriptionis, poſ-
ſeſſione ſcilicèt, traditione, bona fide,
& titulo, quæ in immemorabili præſu-
muntur, vt declarat etiam *Capiblanc. de*
Baron. pragm. 1. ſub n. 217. imò & aliam
rationem inſinuat *Capyc. in inueſt. feud.*
ver. collectis, fol. 117. col. 2. ibi: *Quia*
quando Superior exigit, ſubditi non ha-
bent Superiorem alium, quem adeant, quæ
ratio ceſſat in Baronibus inferioribus.

40 Hinc eſt, quod quando ius recolligendi pedagium fuiſſet alteri quæſitū, & eſſet contrà illum præſcribendum, tunc minus tempus ſufficit, habita diſtinctione, an præſcribens habeat titulum, vel nè, bonam fidem, vel malam, vt tenet *Bart. in d. §. in omnibus,* quem ſequuntur *Capyc. in d. inueſt. fol. 115. col. 1. Præſ. de Franch. deciſ. 131. nu. 32.* confert *Goff. de Gaeta d. rubr. 2. n. 189.*

41 Tantò magis, quia nullus ex iſtis paſſuum poſſeſſoribus hodiernis, eſt ſucceſſor vniuerſalis primi acquirētis, propter multas deuolutiones deinde ſequutas, plurimiq; cauſam habent à Regia Curia, teſte *Auth.* noſtro infrà *qu. 4. n. 30.* Confirmaturq; ex *Baldo,* qui *in conſ. 289. per tot. vol. 4.* probat, quod bonæ fidei poſſeſſor, vel habens publicam famam pro ſe, vel etiam poſſeſſionem ſuorum progenitorum in exactione pedagij, non præſumitur in dolo, nec poteſt criminalitèr inquiri, & quod licet conſuetudo à maioribus inchoata ſit in fieri, & non in facto eſſe, ſiuè non adhùc præſcripta, non tamen præſumitur dolus in eo, qui habet etiam à non domino, ſed debeat in quaſi poſſeſſione manuteneri, donec cauſa ſit cognita.

42 Et licet ex *cap. cum perſonæ, de priuil. in 6.* dici videatur, quod pendente probatione dictæ immemorabilis conſuetudinis, non ſit poſſeſſor manutenēdus, ſed Princeps tantùm, qui fundatam habet intentionem, ex *Rol. à Valle in d. conſ. 89. vol. 2.* quem ſequuntur *Peregr. de iure fiſci lib. 6. tit. 8. de præſcript. num. 24.* & *Gratian. d. c. 441. n. 14.*

43 Attamen id non militare, quando conſtaret, conuentum, eſſe in poſſeſſione, vel ex præſumpta conceſſione, vel ratione bonæ fidei, ait *P. Afflict. in d. add. ad controu. fol. 480. num. 12.* & ſic quando poſſeſſio eſt aliquo titulo colorata, vtpotè ſi ad cautelam allegetur

titu-

titulus, qui deindè per immemorabile probatur, manutentionem poſſeſsionis dandam eſſe, determinatum per Reg. Cam.refert *Reg.Reuert.deciſ.*313.*lib.*2. oſtenditq; *Reg. Marcian. diſp.*65. *à nu.* 27.*lib.*2. & hoc æquius eſſe ait *Capiblanc.de Baron.lib.*2.*cap.*77.*nu.*17.& vide infrà *ad qu.* 5. vbi etiam annotabimus, qualitèr hæc præſcriptio probetur.

44 Vnde ait *Reg. de Marinis in obſeru. ad Reg.Reuerter.deciſ.*566.*nu.*3.diſpoſita in *d.cap.cum perſona.*in Regno noſtro cum Regio Fiſco,nuſquàm fuiſſe ſeruata, ſed ordinariè Regium Fiſcum iuxta ſua propoſuiſſe, poſſeſſores ad titulum oſtendendum vocando, quibus exceptiones, vel immemorabilem allegantibus, fuit terminus impartitus,& interim lite pendente illi in poſſeſſione cõſeruati: Conſonat *cap.*1. *de præſcript. in* 6. ibi:*Vbi tamen eſt ius commune contrarium, vel habetur præſumptio contrà ipſum, bona fides non ſufficit,ſed neceſſarius titulus, qui poſſeſſori cauſam tribuat præſcribendi, niſi tanti temporis allegetur præſcriptio,cuius contraria memoria non exiſtat.*

45 Quod & optimè fundauit *Hartmãn. Piſtor.quæſt.iur.lib.*2.*par.*2.*quæſt.*46.*per tot.* vbi licet vaſallus titulum ſuæ poſſeſſionis indicare teneatur, fallere tamen, quando longiſſimo tempore poſſedit,ac in re præſcribi prohibita abſq; titulo, ſatis eſſe illum allegare, & ad probationem eius præſcriptione niti;& inde contrà *cit. Rol. à Valle*, concludit *n.* 24. his verbis: *Ex quibus omnibus ſimùl liquet, qua conſcientia conſuluerit Roland. à Vall. in d. conſ.*89.*lib.*2. *quod dominus vaſallum etiam, qui ab antiquo feudum poſſèderat, propria auctoritate expellere poſſit, niſi titulum ſuum proponat; nam ſi quis DD. iam adductos, & alios etiam, quorum auctoritate ipſe nititur, rectiùs introſpexerit,facilè inueniet, omnium eſſe aliam mentem,ſicuti non ſolùm iuris, ſed & naturalis æquitatis ratio cuiuis aliud perſuadere poteſt, vt propterea longiori refutatione non egeat.*

46 Veruntamen ſi exhibeatur titulus, prodeſt quidem, vt præſcribatur, quod in eo continetur,aut id,quod ex eo colligi poteſt, non autem ad præſcribendum vltrà contenta in titulo;tunc enim potiùs impedimentum præſtat, ne præſcriptio procedat,etiam ſi ſit immemorialis, arg. *l.ſi is, cui*, ibi: *Non autem conceditur plusquàm pactum eſt in ſeruitute, D.quemadmod.ſeru. amitt.* vt poſt alios notat *Larrea alleg. fiſc.* 28. *à nu.*2. *lib.*1.& *alleg.*68.*n.*9.*lib.*2.

47 Proùt exhibito titulo inualido, ſeù vitioſo, corruit præſcriptio immemorialis, *cit.DD.*& *Montan.controu.*26. *n.* 10.& 13.*Reg.de Philipp.diſſertat. fiſc.*1. *n.*130. *Conſ. Altimar. in obſeru. ad Reg. Rouit.conſ.*91.*num.*10. *lib.*1. Vnde fundat *Conſ.Rocc.reſp.*61. *n.*10. *lib.*2. quod licet in poſſeſſorio,exigens per longum tempus eſſet manutenendus, ſecùs tamen ſi conſtet de titulo inualido; confert *Reg.Reuert.deciſ.*158. Et hac ratione in Regia Cam. quamplures centenarias, cum omnibus requiſitis,iudicatas fuiſſe nullius roboris, teſtatur *Reg. Camill.de Curte in* 1.*p. diu. iur. feud. fol.* 78. *àt. nu.*11. & 12.vbi ait,quod cauti Aduocati nõ exhibent titulum,ne incidant in ſcopulum, quia quandoq; eſt nullus,& vitioſus, ideòq; ſuccumbunt; ex quo *Io:Vinc.de Anna alleg.* 79. *nu.*4. *lib* 2.notat, quod omnes ſunt Aduocati, pauci verò Doctores, & Aduocati; ſed hoc minimè faciendum eſſe in foro poli monet *Goffred. de Gaeta d. rubr.* 2. *num.*45.

48 Vndè ſi per Fiſcum oſtendatur prior inueſtitura, omnis præſcriptio cadit in collectione pedagij, quia præſumitur exceſſus præſcribentium, vt inquit *Franc.de.Amic. de feudis fol.* 173. *in fin.* Sed hoc procedit, cum manifeſtè conſtat, titulum illum præſcriptioni cauſam dediſſe,ſecùs præſumi poteſt,quod poſteà alius titulus habilis, & validus interuenerit, vel ſi exhibetur ab aduerſario,vel fiſco,poterit dici adeſſe alium meliorem, vt benè probant *P. Affict.in d.addit.ad contr.fol.*498. *à num.* 102. & *Conſ.de Roſa d. conſult.*12. *à num.*48. ac exponit *Cæſar. peregrin. quæſt.*31. *n.*20.

vbi, quod ſemper ſolet eſſe in ore Ad-
49 uocatorum, vt tunc dicatur titulus de-
fectiuus, quando ex ipſius lectura con-
ſtat, non potuiſſe ex alio titulo ſupple-
ri, ex *R. Galeota lib. 1. contr. 51. ex n. 30.*
50 Sed an Procuratoris confeſſio in
actis facta, quod principalis poſſidebat
pedagia, ex Priuilegio ſcripto in libris
Archiui, noceat ipſi Domino opponen-
ti non egere titulo ſcripto, ex dicta præ-
ſcriptione? affirmatiuè tuetur *D. Io:
Baptiſta Larrea alleg. fiſc. 87. lib. 2.*
51 Nupèr ad iniuſtas pedagiorum exa-
ctiones extirpandas è Supremo Regiæ
Cameræ Tribunali, ſeù potiùs *Regia
Iuncta paſſuum*, ordine Exc. Dom. Pro-
regis deputata, exijt Edictum die 8.
menſis Nouembris 1690. ad inſtantiam
Regij Fiſci, vt Poſſeſſores paſſuum to-
tius Regni, infrà duos menſes compa-
rerent in Regia Camera, ad recipien-
dum ab ea formam, ſeù *tariffam*, exa-
ctionis faciendæ, aliàs abſtinerent ab
exactione prædicta, ſub pœna amiſſio-
nis cuiuſcumq; iuris, ſi quod fortè ha-
berent: ad relationem meritiſſimi eiuſ-
dem R. Cam. Præſid. Dom. D. Andreæ
Guerrero de Torres, commiſſarij ge-
neralis paſſuum Regni. Iura verò Re-
52 gij Fiſci magna acrimonia, maiore fa-
cundia, maxima iuris diſciplina tuta-
tus eſt Reg. Conſil. Dom. *Franciſcus de
Andrea*, iamdiù intèr Aduocatos noſtræ
Vrbis, imò & Italiæ facilè Princeps,
omnigenæ eruditionis Iuriſcōſultus, ac
Iuriſconſultorum eloquētiſsimus, nūc
in Supremo Regiæ Cameræ Prætorio,
digniſſimus Regij Fiſci patronus, no-
biſq; multis officijs colendus, qui ad-
uersùs iniuſtas pedagiorum exactio-
nes, pro communi Regni bono, ac Re-
gij Ærarij vtilitate, diſpoſitè, grauitèr,
ardentèrq; peritiſsimum elucubrauit
Reſponſum, quod vti tanto viro dignum
hic curauimus imprimendum.

IVRA
PRO
Regio Fiſco, & Regno.
ADVERSVS
Pedagiorum, ſeù Paſſuum exactiones, quæ exercentur à nonnullis Baronibus, & Vniuerſitatibus eiuſdem Regni.

In Reg. Camera abbreuiata, ordine Excellentiſſ. D. PROREGIS.

Coram Spect. D. Regente Locumtenente Regiæ
Cameræ D. Sebaſtiano Cotes, & DD. eiuſ-
dem Cameræ Præſidentibus D. Octa-
uio Scondito, Fr. Ant. Andreaſ-
ſo, D. Andrea Guerrero
Commiſſ. & D. Cæſa-
re Natale.

53 IVra paſſuum, ſeù paſſagia, quæ latinè pe-
dagia, à nullo imponi poſſe, præter Prin-
cipem; Ac ideò inter maximè regalia ad-
numerari, adeò certum, vt de hac re dubita-
re omninò ſit nefas.

Eſt enim pedagiū propriè tributum, quod
exigitur pro tranſitu pedeſtri, vt notat *D.
Emanuel Gonzalez in cap. innouamus* 10. *de
cenſibus.* Et datur à tranſeuntibus in loco con-
ſtituto à Principe, qui illum ideò tenetur ſe-
curum reddere. Vt notat *Prateius apud Cal-
uinum in lexicon, verb. pedagium.*
54 Ideoq; nec niſi à Principe imponi poteſt,
qui non recognoſcit Superiorem, ſeù à Re-
publica libera, vt idem *Gonzalez loc. vbi ſup.
nu.* 3. & docet Nos Iuriſconſultus *in l. vecti-
galia* 10. *D. de public. Vectigalia ſinè Impera-
torum præcepto, neque Præſidi, neque Curatori,
neque Curiæ conſtituere; neque præcedentia
reformare, & his vel addere, vel minuere li-
cet.* Vt hinc conſtet, neque Supremis Magiſtra-
tibus permitti aliquid circà ea indulgere, aut
quouis prætextu immutare. Concordant *l.* 1.
& 2. *C. Vectigalia noua inſtitui non poſſe.* Et Iu-
ra Canonica *in d. cap. innouamus, de cenſi. Nec
quiſquam alicui nouas pedagiorum exactiones,
ſinè authoritate, & conſenſu Regum, aut Princi-
pum ſtatuere aliquo modo præſumat. Et in cap.
ſuper quibuſdam* 26. *de V. Sig.* his verbis: *Illa
eſſe pedagia, ſalinaria, guidagia interdicta, quæ
non apparent Imperatorum, vel Regum, vel
Lateranenſis Concilij largitione conceſſa.* Et
vtrobiq; *DD.*
55 Hinc apud *Federicum Imperatorem in tit.
quæ ſint regalia*, inter Regalia Principis, prin-
cipem locum obtinent portoria, & vectigalia.
Et in pace inita Conſtantiæ cum Ciuitatibus

Lom-

Digitized by Google

Lombardiæ, cum conceſſiſſet illis regalia, & merum, & mixtum Imperium, vt *in titulo de Pace Conſtantiæ*, non tamen conceſſit Ius imponendi, ſiuè exigendi pedagia. Nàm Mediolanenſibus non alitèr ea permiſit, niſi quatenùs anteà habuiſſent. Ibi *Salno Iure aquæ Lãbri Mediolanenſibus, ſi quod habent, vel in pedagio.* Et Placentinis, non niſi ex pacto, & ſuper ponte Padi, & cum onere ſoluendi penſionem Abbatiſſæ S. Iuliæ de Brixia, §. *Vaſſalli noſtri, verbo pacta.*

56 Quod adeò verum eſt, vt *Cardinalis Hoſtienſis in dicto cap. ſuper quibuſdam* dubitauerit, an Ius iſtud tanquàm proprium Imperatoris, alijs etiàm Regibus eſſet permittendum. Vndè, quod ibi dicitur de Imperatoribus, & Regibus, accipiendum duxit de Regibus Romanorum, non de alijs Regibus.

57 *Abbas* verò in *eod. cap. nu.6.* accipiendum putauit de Regibus, quatenùs præſcripſerunt Iura Imperij. Quod & priùs ſcripſerat *in d. cap. innouamus*; cum dixerat, *Secundò poteſt intelligi de Regibus, & Principibus, qui præſcripſerunt hoc Ius imponendi pedagia, vel alia Iura Principis. Nàm communitèr hodiè Reges inferiores præſcribunt in eorum Regnis hæc Iura Imperatoris, quo caſu poſſunt hoc exercere, vt Imperator.* Sed vterq; peſſimè. Nàm regia poteſtas plenior, & antiquior fuit poteſtate Imperatoris, vt vel mediocritèr eruditis notum.

58 Vndè quod de Imperatore dicitur in Legibus Romanis, intelligendum quoq; de Regibus, qui plenam in ſuos ſubditos, planèq; regiam, habent poteſtatem. Quin & de alijs Principibus, ſi eandem poteſtatem habeant. Vt expreſſim *Gonzalez loco ſup. cit.* ibi: *Etſi non ſint Reges, modò ſint Superiores.* Et paulò poſt, *Tributa, & vectigalia tantùm imponere poteſt Princeps non recognoſcens Superiorem, ſeù Reſpublica libera.*

59 Quæ cum ità ſint, conſtat inferiores à Principe, quales ſunt noſtri Barones, non poſſe abſq; crimine hanc poteſtatem exercere. Nam Sereniſſimi noſtri Reges adeò illis Ius iſtud non conceſſerunt, vt repetitis edictis expreſſim prohibuerint; ſubiecerintque eos pœnis à Iure ſtatutis contrà noua vectigalia imponentes. Vndè à *Rege Ladislao A.* 1400. ſtatutam legimus pœnam publicationis bonorum. Et à *Ferdinando I. A.* 1471. pœnã amiſſionis feudi; Pratèr alias pœnas pecuniarias ſubſequutis temporibus additas, Vt demonſtratum in narratione facti.

60 Siquidem, qui pedagia imponunt abſq; Supremi Principis authoritate, tenentur Iure communi, lege Iulia de vi publica, *l. vlt. D. ad leg. Iul. de vi public.* vbi *Paulus*; *Qui noua vectigalia exercent, lege Iulia de vi publica tenentur.* Quin & lege Iulia de ambitu, *l. vnic. §. item ſi quis, D. ad leg. Iul. de ambitu*, vbi *Modeſtinus*; *Item ſi quis nouum vectigal inſtituerit, ex Senatus Conſulto hac pœna plectitur.* Et ex Conſtitutionibus Principum *in l. 4. C. Vectig. noua inſtitui non poſſe*, ſtatuitur pœna perpetui exilij, ſcilicèt deportationis, ibi: *Rei tanti criminis perpetuo exilio puniantur.* Prout & Iure Regio Hiſpaniarum, pœna capitis, & amiſſionis bonorum. Teſte *Amaya*, poſt hæc ſcripta viſo, *in l. omnes 3. C. de annon. & tribut. lib. 10. num. 14.*

61 Et ideò noſter *Campagna in cap. Regni Caſtellani* conſuetudinem, quæ in quibuſdam locis ſuo tempore vigebat, vt Barones, ſeù Caſtellani exigerent aliquid à tranſeuntibus per loca, quæ ipſis ſuberant; non alio nomine dignam putauit, quam extorſionis, & abuſionis. Dum quærit, *Numquid Caſtellani, vel ſeruiẽtes poſſint aliquid exigere à tranſeuntibus per loca vnde ſunt Caſtra; vel poſſint exigere carnagium, quandò tranſeunt cum Animalibus, prout in quibuſdam locis fit?* Et reſpondet id minimè licere, quià omnia iſthæc erãt abuſiones, & extorſiones. *Breuitèr dicas, quod non; Quià omnes iſtæ dicuntur abuſiones, & extorſiones. Vt probatur in Cap. Regni Caſtellani infr. nu. 86. in Rubric. de Caſtellanis. Vbi dicitur quod Caſtellani, & ſeruientes nullas extorſiones facere debent per terras, campos, vel mãdras de rebus, & animalibus. Item ex quo imponere noua vectigalia, & pedagia, cum ſit de maximo Imperio, inferior à Principe imponere non poteſt. Niſi hoc haberet ex priuilegio à Principe.*

62 SEd non tantum legibus hoc crimen punitur, ſed & Canonicis Sanctionibus; Nam cum ſuperioribus ſæculis Comites, & alij inferiores Principe, qui tamen Iura Imperij vſurpabant, nouis pedagijs, & exactionibus Prouinciales ſuos atterere non dubitarent, valdè eos à ſacris Conſtitutionibus increpatos legimus; Vt ex *Concilio Turonenſi, & Cabilonenſi*, alijſq; illius Æui ſcriptoribus, benè oſtendit *Gonzalez in d. cap. innouamus num. 4.* Adeo vt *Alexander III.* congregato Romæ Concilio, vt huic malo obuiam iret, eos ſub excommunicationis pœna, ab huiuſmodi exactionibus abſterrendos curauerit. Vt conſtat ex *d. cap. innouamus de cenſibus*, ibi: *Si quis autem contra hoc fecerit, & commonitus non deſtiteris, donèc ſatisfaciat, communione careat Chriſtiana*; quod tranſumptum eſt ex *cap. 22. illius Concilij.* Quod ideò factum, inquit *Gonzalez*, à Patribus in eo Concilio, vt radicitùs extirparent hanc corruptelam imponendi pedagia à Comitibus, & alijs Principibus.

Et cum malum non ideò fuiſſet extinctum,

ſed

ſed in dies repullularet, & creſceret, opus fuit noua Conſtitutione *in bulla Cęna Domini §. 5.* Qua ità cauetur: *Item excommunicamus omnes, qui in Terris ſuis pedagia, ſeù gabellas, prȩterquàm in caſibus ſibi à Iure, ſinè ex ſpeciali Sedis Apoſtolicȩ licentia, permiſſis, imponunt, vel augent, ſeù imponi, vel augeri prohibita exigunt.*

63 Hæcque fuit cauſa, cur *Legatus Apoſtolicus* in Gallia ſub *Innocentio III.* diras comminatus fuerit *Comiti Tholoſano*, quòd in ſuis ditionibus, quas ampliſſimas poſſidebat, à ſubditis pedagia exigeret. Vndè coactus ille fuit ea de re conſulere Summum Pontificem. Cuius reſponſum habemus *in d. cap. ſuper quibuſdam, de verbor. Sign.*

64 Atque hinc omnes Canoniſtæ conſentiunt pedagia nedùm non poſſe inſtitui à ſubditis, quod illa inſtituendi nullam habeant poteſtatem, ſed & ipſum Principem, qui ſuprema Iura habet, ſi ea alicui concedat abſque iuſta, & rationabili cauſa, mortalitèr peccare. Vt docuit *Innocentius in d. cap. innouamus*, cum inquit: *Item à Regibus poſſunt imponi de nouo, cum in eis plenam habeant iuriſdictionem; Veruntamèn peccant, ſi hoc faciunt ſine cauſa. Et Ioannes Andreas ibid. nu. 6.* ibi: *Peccant tamèn, ſi hoc faciunt ſine cauſa.* Et ex *Hoſtienſi, Butrio Iſernia*, & alijs *Regens de Ponte de pot. Pror. tit. 4. nu. 1.* ibi: *aliàs peccarent;* Citat alios *Sixtinus de regalibus lib. 2. cap. 6. nu. 44.* Quibus ſubſcribit *Amaya loco vbi ſup. nu. 27.*

65 De qua re monere non fuit verita Regia Camera Sereniſſimum Regem Ferdinandum I. cum indulſerat ſuis literis Comiti Populenſium, nè teneretur deſiſtere ab exactione paſſus, in ſuo Caſtro Populi, in cuius Iuris exigendi quaſi poſſeſſione reperiebatur. Expoſuit enim Regi, peculiari libello, iſtud ab eo ſinè iuſta cauſa, abſque animæ ſuæ periculo, concedi non potuiſſe; Cum non dicamur poſſe, quod ſinè peccato non poſſumus. Vt latius in nota facti.

66 De qua re notandam habemus deciſionem Senatus Cathalaunici aduersùs Regem prolatam (illuſtri Regiæ moderationis exemplo) apud *Cancerium var. p. 3. cap. 3. num. 127.* In qua cum fuiſſet dubitatum, an Vniuerſitas Palafoll, poſſet conqueri de quadam exactione impoſita à Rege, qui à nonaginta annis reperiebatur in quaſi poſſeſſione illam imponendi, fuit deciſum poſſeſſionem illam, quòd eſſet contrà Ius, non potuiſſe dici poſſeſſionē, Proindèq; fuiſſe abſolutam Vniuerſitatem ab obligatione illam ſoluendi contrà Fiſcum.

Non alia ratione niſi, quià, vt priùs fundauerat, *num. 119. Certum erat, quod Dominus Rex non poterat Iure communi ad libitum, & ſinè cauſa, noua inſtituere, aut concedere vectigalia;* ex *Boſſio. trac. Cauſar. crimin. tit. de Principe, & priuileg. eius num. 96. vbi, quod ſicut Princeps non poteſt noua imponere vectigalia, ſic nec nouam collectam.* Verba ſunt eiuſdem *Cancerij citato loco.*

67 Quæ deciſio eò magis notanda, quò non agebatur de præſcribendis à ſubditis Iuribus regalibus contrà Regem. Contrà quem in huiuſmodi, nec centenaria prodeſt ſinè titulo, & bona fide. Sed agebatur de quaſi poſſeſſione imponendi gabellam in beneficium Regis contrà ſubditos; Contrà quos potuiſſet Ius illud præſcribi per conſenſum Populi, ſpatio triginta, vel quadraginta annorum, & fortè etiam minori. Et tamen, quòd poſſeſſio illa imponendi ſine cauſa eſſet iniuſta, non profuit Regi ſpatium nonaginta annorum.

68 Ex quibus ideò deducitur ad fundandam iuſtitiam conceſſionis Iuris exigendi pedagia duo pernéceſſè requiri. Et quod fuerit facta ab habente poteſtatem; Et quod fuerit ex iuſta cauſa. Vt in proprio puncto aduertit idē *Cancerius ibid. nu. 120. in fin.* Inquiens ipſum conſuluiſſe validum fuiſſe priuilegium, quod Sua Maieſtas cōceſſerat cuidam Vniuerſitati, vt quilibet tranſiens per quemdam pontem conſtructū ab ipſa Vniuerſitate ſolueret duos denarios; Quia illud, quod ſoluebatur pro tranſitu pontis, erat intrà modum legitimū, attentis ſumptibus factis per Vniuerſitatem in conſtruendo ponte, & qui ſe offerebant ſingulis annis faciendi in eius conſeruatione; per ea, quæ in ijſdem terminis ſcripſit *Abbas*, quem ait omninò videndum *conſil. 6. vol. 1.* Igitur, ſi non adfuiſſet iuſta illa cauſa concedendi pedagium, priuilegium fuiſſet nullum.

69 POtiſſimum verò requiſitum, vt poſſit à Tranſeuntibus exigi pedagium, eſt ſecuritas, *Vndè Additio ad Abbatem in d. cap. innouamus. Ille qui exigit pedagia, tenetur ad emendam omnium damnorum, quȩ inferrentur ipſis Mercatoribus, & alijs ſoluentibus gabellas, & pedagia in ſuo territorio, vt hic per gloſſam; ſiuè illud damnum inferatur de nocte, ſiuè de die, ſiuè ab hoſtibus, ſiuè ab alijs.*

Et *Prateius, loco ſuperiùs citato. Capiens pedagium debet dare ſaluum conductum, & territorium eius tenere ſecurum. Adeò vt ſi quis ſpolietur, teneatur dominus eius Terrȩ rapinā reſarcire; ſecundum Baldum in vſibus feudor. de pace iuram. firm. §. conuenticulas.*

Imò pedagia in hunc tantùm finem inſtituta, nec aliam ob cauſam iuſta reddi poſſe, docet nos *Gregorius Tholoſanus syntag. Iur. par. 1. lib. 3. cap. 7.* cum inquit: *Si de vectigali, quod pedagium dicitur, inquiras, inuenies penſitari meritò, quia inſtituta ſunt in itineribus periculoſis, vel difficilibus, vt ex illa penſitatione, qui eam capit, tutum iter prȩbeat, & aſpera,*

vel

Digitized by Google

vel difficilia complanet. Et paulò poſt; *Veruntamen dominus, qui colligit vectigal huiuſmodi à tranſeuntibus per ſuum territorium, tenetur reſarcire omnia damna, quæ paſſi ibi ſunt, qui ſoluunt.* Deq; hac re eſſe communem ſententiam, & pluribus præiudicijs,tàm in Gallia, quàm in Germania ſeruari; Vt qui huiuſmodi penſitationes exigunt,teneantur *deprædatis omne damnum,quod paſſi ſunt reſarcire*, oſtendit citatus *Sixtinus d.tract. de regal.lib.2.cap.2.nu.35.& 36.*

70 Vt hinc conſtet, quàm iniuſta ſit exactio introducta in hoc Regno à Baronibus, ratione pedagij; abſque vlla legitima cauſa, & ſola lucri cupidine;contrà omnia Iura,tàm diuina, quàm humana; contra Regum edicta, & Tribunalium decreta; & abſque vllo exigentium onere, in cuius compenſationem potuiſſet licitum reddi, quod aliàs ſui natura fuiſſet inlicitum. Præcipuè,quandò iſtiuſmodi paſſus, vt vulgò dicimus, adeò creuere in immensũ, vt omnes Regni viæ,quæ communi Gentium Iure, ab omni exactione deberent eſſe immunes, ab improbis hominibus huic exactioni præpoſitis, videantur obſeſſæ. Adeò immani extorquentium auaritia, vt ſatius ſit negotiatoribus, alijſque, qui iter agunt, omni negotiationis,ſiuè rei familiaris cura abiecta, domi otioſos degere, quàm huiuſmodi rapinis ſe exponere.

71 Quod ſi neq; Supremus Princeps poſſet viarum vſum alicui ſinè cauſa interdicere. Vt docet idem *Sixtinus loco cit.nu.28.* Quòd viæ non dicantur eſſe Principis, niſi ſolummodò quoad protectionem; Cæterum Iure Gentiũ in bonis nullius ſiut, illarumque vſus ſit omnibus communis; Quid dicendum de dictis Exactoribus, qui etiam cathenis noſtras vias ſepſerant, vt facilius ab iter agentibus pecunias extorquerent? Vt Iure merito exteri, qui in noſtras oras appellunt, quiq; vnius diei itinere, ſex, ſiuè octo, & interdum decem pedagia ſoluere coguntur, poſſent nobis exprobare, quod olim Afris *Æneas* in ſimili re, apud *Virgilium.*

Quod genus hoc hominum, quæuè hunc tàm barbara morem
Permittit Patria?

72 NEc fucũ facere debet antiqua poſſeſſio, in qua dicunt ſe reperiri.Nã vt ſuprà cum *Canecrio*, Iniuſta poſſeſſio, & in perniciem commercij, à quo Reipublicæ fælicitas pendet, non poteſt dici poſſeſſio, ideòq; nec manutenẽda. Et quamuis ex ijs ſolummodò, quæ in facto attulimus ſat cõſtare poſſet omnia, quæ de immemoriali poſſeſſione à *DD.* traditur in hanc rẽ ineptiſſimè adduci. Quòd ex octingentum ferè paſſibus (quod vix credas) qui in Regno exiguntur, quamplurimos conſtet fuiſſe decretis R.Cameræ prohibitos, vel limitatos; alios verò omnes poſt Regum edicta introductos; In quibus ideò, quòd cõſtet de memoria contraria, & de Regum diſſenſu, minus certè applicabiles ſunt termini immemorialis præſcriptionis.

73 Tamen nè alia, quæ ad eneruandam hanc prætenſam præſcriptionem dici poſſent, intacta relinquantur; Erit aduertendum, Omnem quæſtionem circà immemorabilem præſcriptionem in re, de qua agimus, ad duo Capita poſſe referri.

Alterum, concernens Iuſtitiam. Si ex hac longæua poſſeſſione prætendatur ius quæſitũ Baronibus, exigendi hæc pedagia, tanquam præſcripta, Siuè ex priuilegio præſumpto.

Alterum concernens ordinem. Si lite pendente, & allerta immemoriali poſſeſſione adhuc non probata, prætendatur ipſos in vſurpata quaſi poſſeſſione exigendi fore conſeruandos.

Primum Caput duplicem quoq; habet inſpectionem. Alteram,reſpectu Regni, ſeù eius Incolarum, qui de inlicitis his exactionibus queruntur. Alteram, reſpectu Fiſci, qui nomine Regis, petit vt Barones tanquàm vſurpatores Iuris ad ſolum Regem ſpectantis, ab illo deſiſtant.

74 ADuersùs Regnum nulla videtur poſſe allegari quaſi poſſeſſio,ſuper qua fundari poſſit præſcriptio. In huiuſmodi enim iuribus incorporalibus quaſi poſſeſſio oritur ex ſcientia, & patientia Aduerſarij; eaque ceſſante, nulla eſt poſſeſſio, *l.2.C.de ſeruit.& aqu.*ibi: *Eo ſciente*, tractant *Bartolus,& DD. in leg.1.§.denique, D. de aqu.pluu. arcen.* Nam in his Iuribus,quæ tangi non poſſunt, patientia eſt loco traditionis, quæ non poteſt eſſe ſinè ſcientia. Nil enim patitur, qui ignorat. *Et ideò eſt neceſſe, quod Aduerſarius ſciat*,inquit *Bartolus in d. §.denique,nu.4.* Quod non ita eſt in poſſeſſione rerum corporalium; *Quid poſſeſſionem tui fundi,poſſum habere te ignorante.* Quam concluſionem benè explicat *Couarr.de præſcrip. p.2.in initio nu.8. verſ. Ego verò, & verſ.verùm.* Vbi ideò fundat ad adquirendam poſſeſſionem in his Iuribus requiri ſcientiam; Ad eam quæſitam poſtmodum præſcribendam, requiri tempus immemoriale.

Igitùr non probata Scientia totius Regni, non poſſunt dici Barones reſpectu Ipſius vnquam fuiſſe in quaſi poſſeſſione exigendi pedagia. Cum prò certo habendum, ex ſingulis centum, vix decem habuiſſe notitiam harum exactionum; Et fortè neminem, qui ſciret eas fieri de facto, & abſque priuilegio. Et cum de re agatur, quæ tangit ſingulos, vt ſingulos, Scientia aliorum, alijs non noceret.

75 NEc obſtat *dictum c. ſuper quibuſdam de Verb. Sign.* vbi ab Interdictione Legati Apoſtolici excipit Summus Pontifex pedagia, quæ apparerent, *ex antiqua conſuetudine à tempore, cuius non extat memoria, introducta.* Nam ea decretalis loquitur de conſuetudine, non de præſcriptione. Et de conſuetudine introducta in Prouincijs ſubiectis Comiti Tholoſano, in quibus ille latè imperitabat. Vndè lex, quæ prohibebat imponi pedagia, per conſuetudinem contrariam videbatur ſublata. Ideòque neceſſariò ſupponit conſenſum Populi; principale requiſitum ad introducendam cõſuetudinem. *Diuturni enim mores conſenſu vtentium comprobati legem imitãtur*, inquit *Iuſtinianus in §. ſinè ſcripto, Inſtit. de iur. nat. gent. & ciuil.* Qua ratione dicitur conſuetudinem eſſe fauorabilem, præſcriptionem odioſam; Vt tractant *Canoniſtæ in eod. cap. & in cap. final. de Conſuetudine.*

76 Ob antiquitatẽ igitur Conſuetudinis apud illos Populos receptæ ſoluendi pedagia, præſumebatur eorundem conſenſus, de quorum præiudicio agebatur. Etenim nõ erat quæſtio intèr Regem Galliæ, vti dominum, & Comitem Tholoſanum vti ſubditum. Iam diù enim Comites ab illius Imperio ſe exemerant, illique non niſi vmbratilem præſtabant obediẽtiam. Imò ſæpiùs cum ipſis Regibus bella gerebant, & ligios modò ſe Imperatorum, modo Regum Aragoniæ, modò Angliæ profitebantur; vt mutatis pro lubitu dominis, nullum haberent. Vt videre eſt apud *D. Dupuy de iuribus Regis Galliæ, tract. de Comitatu Tholoſano.*

Erat igitur quæſtio inter Comitem, & Legatum Apoſtolicum, qui illum, vti ſuſpectum de hæreſi, ideòque inuiſum, Eccleſiaſticis cenſuris ſubijcere intendebat. Intèrque alia crimina obiecerat, quòd Populos adſidua vectigalium impoſitione vexaret. Et ideò res fuit à Comite delata ad Summum Pontificem.

77 Quod profectò nihil commune habet cum noſtris Baronibus. Qui parui, vt plurimùm, Oppiduli Domini, adhùc non dubitant pedagia exigere, non à ſuis Subditis, ſed à cunctis Regnicolis, per ipſorum loca tranſeuntibus. Vndè non id ſibi aſſerunt, vigore conſuetudinis apud ſuos ſubditos receptæ, ſed vigore antiquæ, quam allegant poſſeſſionis, qua ius iſtud præſumunt præſcripſiſſe, non minus aduerſus Regnum, quam aduersùs Regem.

78 Igitùr ſi in Incorporalibus poſſeſſio non adquiritur niſi ob patientiã Aduerſarij, perneceſſè præcedere debuiſſet ſcientia, tàm Regis, quàm Regni prò nanciſcenda poſſeſſione. Prout ſenſit *Bartolus in d. l. 1. §. denique, de aqu. pluu. arcend.* dùm ait videri nullam ex Ciuitatibus Italiæ, quæ dicebantur aduersùs Imperatorem præſcripſiſſe merum, vel mixtũ Imperium, verè illud præſcripſiſſe; quià propter abſentiam Imperatoris, non poterat in illo præſumi ſcientia. *Quià in incorporalibus*, inquit, *requiritur quaſi poſſeſſio ſciente Aduerſario, ſed Imperator iàm eſt longũ tempus, quod non fuit; Ergò* &c.

79 Idem docuit *in l. 3. §. in omnibus, de publicanis;* Vbi in puncto loquitur de iure exigendi vectigalia, in hæc verba. *Et ideò puto, quod Ciuitates, & Caſtra Tuſciæ, quæ exegerunt vectigalia longiſſimo tempore, cum hoc non peruenit ad notitiam Principis, nec Iudicis competentis, hoc eſt Præſidis; Quia Præſes non fuit in Tuſcia à tempore Federici Imperatoris citra, non præſcripſerunt; Quia non fuerunt in quaſi poſſeſſione, quæ conſtituitur per patientiam Aduerſarij, & quià Aduerſarij ſcientia non interuenit.*

80 Qua in re aduertendum *Bartolum*, non requirere ſcientiam Populi, ſiuè ſubditorum; Quià illa ſupponebatur. Dùm Ciuitates Hetruriæ, poſt exceſſum Federici II. Imperatoris, aſſeruerant ſe in libertatem, ſub regimine populari, vſurpauerantque omnia iura regalia, & ſpeciatim ius imponendi, & exigendi vectigalia. Ideòque non poterat requiri alia Populi Scientia; Quià ipſe Populus ea ſibimet ipſi imponebat. Vndè præiudicium omne erat ſolius Imperatoris, qui iura ſua amittebat, dum vſurpabantur à Populis.

81 Idem docuit *Paulus de Caſtro*, quem Doctorem veritatis appellant, *in l. ſeruitutes prædiorum 14. D. de Seruit. nu. 11.* Probans etiam alia ratione; Quià præſcriptio immemorialis, inquit ipſe, non tàm eſt præſcriptio, quàm præſumptio priuilegij, ſiuè conceſſionis, orta ex poſſeſſione tanti temporis, cuius contrarij memoria non extat; *Quomodò igitur*, inquit, *poteſt præſumi conceſſio facta ab eo, qui ignorauit? Nam vbi non poteſt eſſe veritas, nec etiàm fictio. Ignorans autèm nihil facit.*

82 Prò hac eadem ſententia *Sixtinus d. tract. lib. 1. cap. 4. nu. 148.* citat *Aretinum in l. mora, num. 4. verſ. Intellige tamen, D. de adquir. rer. dom. Imolam in l. 1. §. deniq; nu. 5. & 6. D. de aqu. pluu. arc. Baldum in tit. quæ ſint regalia, nu. 3. Salicetum in l. vectigalia, n. 5. & 6. C. noua vect. inſt. non poſſ. Abbatem in cap. cum contingat, nu. 13. de foro compet. Oldradum conſ. 254. n. 4. verſ. non enim ſimpliciter, & Alexandrum conſ. 16. nu. 19. vol. 5.* Quamvis ipſe *num. 149.* contrariam ſequatur; non alia ratione motus, niſi quia eam dicit eſſe communiorem.

83 Sed prò noſtra ſententia *Couarruuias dict. tract. de præſcriptionib. parte 2. in initio verſ. Tertiò* citat *Baldum, Romanum, & Albertum Brunum in conſilijs; & Ripam in cap. cum Eccleſia, de cauſ. poſſeſſ. num. 67.* dicitque ſe non

vide-

videre, qua ratione ea ſententia à contrariæ opinionis aſſertoribus, poſſit improbari. *Siquidem immemorialis præſcriptio*, ſunt eius verba, *requirit continuam, vel nunquàm interruptam poſſeſſionem, aut quaſi poſſeſſionem. Hæc etenim antè omnia probanda eſt; Et prætereà immemoriale tempus. Quorum prius probari nequit, niſi ſcientia, & patientia probetur, ſecundùm communem, quæ exigit prò ratione intrinſecæ qualitatis ad quaſi poſſeſſionem ſcientiam, & patientiam*. Ideòque concludit, eam eſſe veram; dum ſubdit. *Atque ideò vera eſt hæc vltima opinio; ſicuti hac ratione veram eſſe cenſet Aymon Sauilli in tract. de antiquitate temporis, parte 4. cap. abſolutie, num. 15.*

84 Et quamvis *eod. nu. verſ. deniquè*, videatur in praxi admittere opinionem contrariam. Limitat illam tamèn, *ſi tractetur, de adquirendis iuribus incorporalibus, quorum vſui, & exercitio ius reſiſtit. Tùnc etenim*, ait, *exigerem ego ſcientiam Principis, aut eius, qui eum vſum permittere poteſt*. Probans ex *Alexandro, Roccho de Curte, Dominico, & alijs.*

Quapropter, ſi facultati imponendi pedagia non dubitatur Ius, quam maximè reſiſtere; ſequitur ad illius poſſeſſionem adquirendam, omninò requiſitam fuiſſe ſcientiam Aduerſarij, & per conſequens totius Regni, in cuius præiudicium tendebat.

85 At quis ferret dicentem præſumendam ſcientiam, & patientiam totius Regni, cùm hæ inlicitæ exactiones à ſingulis Baronibus, in eorum Oppidis, priuatim cœperunt inſtitui?

Præcipuè ſi memoria repetatur, quod pluries diximus, has exactiones non eo tantùm capite fuiſſe inlicitas, quod non potuiſſent inſtitui ſine Regis licentia; ſed vel ex eo potiſſimum, quod ſinè iuſta cauſa, nec ab ipſo Principe potuiſſent concedi. Quo caſu neque contrà ſcientes proceſſiſſet præſcriptio. Argumẽto eorum, quæ, ex communi ſententia, de Vaſſallis ab immemorabili tempore, ſoluentibus Baroni annuam præſtationem, ad quam non tenebantur, tradit idem *Couarr. ead. p. 2. §. 3. num. 1.* vbi ait: *Licèt prebetur immemorialis præſtatio vaſſalli, ergà dominum, præter ea, quæ lege Domino debentur à vaſſallis, præſumitur coacta vaſſallorum voluntas, eorumque oppreſſio potiùs, quàm libera cum ipſo Domino pactio, quæ iuſtum titulum exhiberet. Atque colligitur ex communi omnium reſolutione in cap. quod latenter, de Regul. Iur.* Et eum. ſ. ad dit hæc verba ſanè notanda: *In hoc caſu non tantùm eſt præſumptio aduersùs Dominum ſimplex prò ſubditorum libertate; ſed vehemens valdè; quòd eas præſtationes, per extorſionem, violentiam, & tyrannidem à ſubditis Dominus extorſerit.* Comprobans ex *Innocentio, Bellamera, Io. Fabro, alijſq;* quos allegat. Vndè nec aliud dici debebit reſpectu hominum Regni, qui traſeundo per loca ſubiecta Baronibus, illis pedagia ſoluere fuerunt coacti.

Et hæc quidem habito reſpectu ad Populos Regni, qui conqueruntur, ſeù conqueri poſſunt de huiuſmodi inlicitis exactionibus, non obſtante prætenſa immemorabili poſſeſſione.

86 SEd ſi eandem poſſeſſionem conſiderabimus reſpectu Regis, nota eſt diſtinctio, qua *DD.* vtuntur circa effectũ prætẽſæ huius immemorabilis poſſeſſionis. Vt ſi tractetur de his, quæ Regi competunt in recognitionem ſupremi dominij, ea nullo pacto poſſint præſcribi, neque per immemorabilem. Sin verò de ijs, quæ illi competunt ratione dignitatis, qualia ſunt regalia, de quibus agitur *in tit. quæ ſint regalia*; ea quòd poſſideri non poſſint ſinè priuilegio, præſcribi quidem poſſint, ſed non niſi per immemorabilem, quæ habet vim tituli; ſiuè quæ, vt melius alij loquuntur, inducit præſumptionem, vt præceſſerit Titulus. Vt per eumdem *Couarr. dicta p. 2. §. 2. nu. 7. & 8.*

87 Inter ea, quæ competunt Principi in recognitionem ſupremæ poteſtatis, ponit *num. 7. verſ. ſecunda rerum ſpecies*, Solutionem vectigalium, ſiuè gabellarum. *Vndè tributa*, inquit, *& cenſus, qui Principibus ſolui debent, non poſſunt præſcribi. Nec vlla præſcriptione ab eorum ſolutione quis excuſari poterit.* Quæ ſententia communis eſt, vt tradit *P. Barboſa*, qui alios refert *in l. comperit 6.* per illum *textum, C. de præſcript. 30. vel 40. annorum*, ibi: *Cuiuſcumq; temporis præſcriptionem*, & ſequitur nouiſſimè noſter *Cæſar de Afflictis*, Vir Patritius, diù inter noſtræ Vrbis Aduocatos, doctrina, ingenijquè acumine nulli ſecundus, deindè Epiſcopus Cauenſis, in *Additionibus ad ſuas Controuerſias*, in quibus materiã omnem præſcriptionis immemorabilis aduersùs Fiſcum diligentèr examinat, *nu. 119. & nu. 128.* Qui etiam *nu. 129.* declarat, quomodò intelligenda ſit illorum *DD.* concluſio, qui volunt in generali prohibitione præſcriptionis non comprehendi præſcriptionem immemorabilem.

88 Inter Iura verò, quæ competunt Principi ratione dignitatis, & in quibus non prohibitam ait præſcriptioné immemorabilem, enumerat *Couarr.* Ius creandi Tabelliones; Imponendi vectigalia; Naturales efficiendi legitimos, & his ſimilia, de ijſdemque agit *d. nu. 8. verſ. Tertia ſpecies.*

Quare in re, quod attinet ad Ius imponendi vectigalia, vix videtur poſſe percipi, quo pacto, ſi immunitas ab ijs ſoluendis non poteſt præſcribi, quià debentur Principi in recognitio-

nem ſupremæ poteſtatis, ius eadem imponendi non concernat, niſi ſolummodò illius dignitatem. Itaùt immunitas ab illis ſoluendis non poſſit præſcribi; facultas verò illa eadem indicendi in proprium commodum, poſſit præſcribi. Quãdo magis lædere videtur Principis ſupremam poteſtatem, qui illius authoritatem vſurpat, inq; alios exercet, quàm qui ſe tantùm ab illorum præſtatione, quæ illi ratione ſupremi officij debentur, exemptum dicit.

89 Quod alijs prætermiſſis, videtur agnouiſſe *Amaya in d.l.3.C.de annon. & tribut.lib.10.n.6.* Cum inquit, *Hoc Ius*, ſcilicèt imponèndi vectigalia, *competere Principibus ratione Supremæ poteſtatis; Ideòq; ad illum ſolum ſpectare. Quia tenderet in illus contemptum, ſi alius ea Iura vſurparet, qua omnes ad ſolutionem compellerent.* Quod propriè eſt, quod agunt noſtri Barones, quorum ſinguli in ſuis oppidis, vectigal imponunt toti Regno.

90 Hinc ius iſtud imponendi vectigalia à *Sixtino d. tract.lib.1.cap.2.nu.40.& lib.2.cap.6.n.14.* adnumeratur inter Regalia maiora, quæ à *DD.* dicuntur adhærere perſonæ Principis, ſeù eſſe annexa Coronæ. *Vt per eundem d.lib.1. cap. 2.num.2.* Quæque ideò, neque per immemorabilem præſcribi poſſe, abſq; titulo in præiudicium Regis, ſtatutum legimus lege Regia apud Hiſpanos, teſte *Amaya loco vbi ſ. nu.21.& ſeq.* Quam legem, vti *plenam omnimoda Iuriſprudentia*, prout eam vocat, quandò non habemus legem Iuris Romani contrariam, allegari poſſe, etiàm in alijs Regnis, tanquàm rationi nixam, non dubitandum.

91 Siquidèm, quidquid ſit de alijs Regalibus, quod ſpectat ad Ius imponendi vectigalia, nedùm nullam habemus legem, quæ huiuſmodi præſcriptioni faueat, vt potiùs habeamus cõtrariam *in l.4.C.vect.noua inſtit.non poſſe.* In qua eatenùs vectigalium exactio, ex antiqua conſuetudine licita eſſe dicitur, quatenùs cum ea concurrat etiam Supremi Principis iuſſio, ibi: *Vltrà antiquam conſuetudinem, & noſtræ terminos iuſſionis.* Adeò vt qui contrà fecerint, perpetuo exilio puniantur. Vndè abſurdum eſſet, ex conſuetudine delinquendi vllam legitimam oriri poſſe præſcriptionem.

92 Ideòq; *Ioannes Igneus in repetit. l.neceſſarios 5.5. non aliàs D.ad Syllan.p.4.nu.135.* inter *Repetentes tom. 3.* expreſſim docuit ea, quæ Regi ſoli ſunt reſeruata in ſignum Supremæ poteſtatis, qualia eſſe dicit *tributorum, Indictorum, & ſuperindictorũ impoſitiones*, nullo vnquàm tempore, à quopiam poſſe præſcribi. Et quamvis ex cauſa poſſint ſpeciali priuilegio concedi, *Qualia ſunt*, inquit, *guidagia, & pedagia, ex cauſa ad reſectionem viarum, & pontium.* Adhùc tamen ea, non exhibito priuilegio, per ſolam immemorabilem poſſeſsionem præſcribi, contra tot Iuris communis cõſtitutiones, quæ ea abſq; Principis authoritate inſtitui vetant, expreſsim negat. Vndè poſt rem latè diſputatam concludit *n.210.*

93 Ego *in Iure puto verum eſſe, Iura regia, quæ maximè Coronæ Regiæ adhærent, adeò ab ea eſſe inſeparabilia, vt nullus capax illorum eſſe poſſit, & hac ratione impræſcriptibilia, quia poſſeſſio in his initiũ accipere non poteſt.* Et iſtud eſſet ſi Barones contenderent præſcripſiſſe Ius imponendi pedagia toti Regno. Quod Ius, tanquàm continens crimen, nullo pacto poſſet dici præſcriptum. Si verò allegarent Ius iſtud fuiſſe ipſis conceſſum per priuilegium, cum iuſta cauſa, tunc, inquit, illud pernecesſè fore exhibendum proptèr Iuris reſiſtentiam, his verbis: *In his autèm, in quibus titulus cadere poteſt, puto præſcriptibilia eſſe cum titulo; Aliqua decem, aut viginti annis; Nonnulla triginta; Alia verò quadraginta, Et pleraq; centum; Et ad ſummum tanto tempore, cuius initij non extat memoria, ſicùt ſuprà diſtinximus. Sed dicens ſe titulum habere, de eo docere debet, proptèr Iuris reſiſtentiam.*

94 Hinc cùm reſpondere vellet *Decretali Innocentij in d.cap.ſupèr quibuſdam, de verb.ſign.* Quamvis, ex eiuſdem littera potuiſſet dignoſcere eam non loqui de ſubdito præſcribente Iura Coronæ aduersùs Regem, ſed vt ſuperiùs aduertimus, de Dynaſta exigente pedagia à ſubditis, quatenùs excuſabatur à pœna excommunicationis, Agebatur enim de ea Iuriſdictione, ſeù vi coactiua, quam tribuunt ſibi Pontifices, etiam aduersùs Reges, cum agitur de materia peccati. Tamèn, accipiendo eam epiſtolam, proùt communitèr intelligunt, adeò ſibi viſa fuit exorbitans à recta Iuris ratione, vt gallica libertate vſus, accuſandos putauerit omnes eos, qui Decretalium collectioni incubuerunt, quod abſque vlla ratione, à Iuris ciuilis diſpoſitione receſsiſſent, admittentes pedagia, aliavè his ſimilia vectigalia poſſe exerceri per ſolam immemorabilem, abſque Principis permiſſione.

Vndè inquit num. 138. *Qui à Gregorio ad compilandum Decretalium librum commiſſi ſunt, neſcio qua ratione ducti, adeò Iuris Ciuilis conſtitutiones reſtringere curauerunt, vt abſque permiſſione vlla, præſcribi permiſerint tanto tempore, cuius initij non extet memoria.* Eoſq; oſcitantiæ redarguit, quod etiam illorum, quæ in eiſdem libris Canonicis ſtatuta erant, fuiſſent obliti: *Communione nanque Chriſtiana, & Eccleſiaſtica ſepultura eos priuãdos eſſe priores Pontifices ſtatuerant, vt eos tempus non excuſaret. Non memorantes etiàm ſe ſtatuiſſe, neque tempore, neque aliqua conſuetu-*

dine

dine, cuiuſcumq; temporis ſit, vſum ſimilis exactionis, ſinè Principis authoritate confirmari poſſe, in cap. quamquam de cenſib.in 6.

95 Etſi quod attinet ad Cōſtitutionem *Greg. X. in cap.quanquam*, Compilatores Decretalium ſub *Gregorio IX.* nullum ad eam reſpectum habere potuerunt, quæ eo tempore non erat lata. Sed tamen non erit ea minimi ponderis ad probandum, exactiones pedagiorū, abſque publica authoritate, nedùm *Iure, tàm Canonico, quàm ciuili eſſe damnatas*, proùt in ea expreſsim dicitur; Sed & inſupèr nulla contraria conſuetudine poſſe excuſari; Ibi: *Contraria conſuetudine quorumcumque, quæ dicenda eſt potius corruptela, non obſtante*. Quod quamvis ibi Pontifex ſtatuat de pedagijs, quæ exigerentur à perſonis Eccleſiaſticis, eadem tamen ratio in vtriſque militat. Cum omnia ſint æquè prohibita; Omnibuſque æquè ſit ſtatuta pœna, ſi alio, quàm Principe authore, exerceantur. Nam ità poſſet allegari priuilegium conceſſum à Summo Pontifice exigendi à clericis, proùt à quouis alio Principe, exigendi ab illius ſubditis.

96 Ideòq; idem *Ignens* ad oſtendendum abſurda, quæ ex hac opinione ſequerentur, addit *num.* 139. *Quomodò enim fieri poteſt, vt quod pacto, ſeù facto priuatorum hominum fieri non poteſt, eorum patientia introduci poſſit? Alioqui abſurdum ſequeretur ex eo, quod omnis corruptela, quamuis peruerſa, & ab omni Iure damnata, ſemper ſubſtentari poſſet, ſi diutiſsimè obſeruata fuiſſet. Poſſetq; iniquus vſurpator, vt tituli oſtenſionem euitaret, dicere, Priuilegium perdidi, ſed probo ipſum, per ſpatium tanti temporis, cuius initij non extat memoria. Et ſic omnis corruptela valeret, contrà cap. quantò, & cap. fin. extrà de conſuetud. & d. cap. quamquam; Quo nihil abſurdius.*

Præterea, vbi aliquid fieri non poteſt propter legis diuinæ, & humanæ reſiſtentiam, neq; pacto priuatorum, & minus facto, vel patientia fieri poteſt. Et multò magis, vbi à lege ſcripta, & viua prohibitio fit, cum pœna interminatione.

97 Vndè tādèm *n.* 144. firmat concluſionem, huiuſmodi Iura, abſque Principis licentia Iure ciuili nulla præſcriptione, adquiri poſſe, etiàm cuius initij memoria non extaret. Probans inter alia ex *Textu in l. vnica, C. de ſuperind. lib.* 10. In qua nullus titulus, neque ſolemnis admittitur ad excuſandam ſuperindicti exactionem, ni à Principe fuerit confirmatus. Vndè *non ſufficit*, inquit, *antiqua conſuetudo, niſi cum ea conceſſio à Principe interueniat, et cauſæ cognitio præcedat, ex d. l. vnica; & l. 1. C. non. vectig. inſt. non poſſ. & l. placet, C. de excuſ. mun. lib.* 10.

Ex quibus ideò addit clarè conſtare, non ſufficere præſumptam Principis ſcientiam, ſed deſiderari neceſſariò non tantùm expreſſam, ſed & cauſæ cognitionem. Nam aliàs Princeps peccaret, ſi ſecùs faceret; quod ideò non præſumendum.

Cuius rei affert rationem *n.* 143. quia huiuſmodi conceſsiones damnoſæ ſunt Reipublicæ, quia per eiuſmodi exactiones commercia, & negotiationes retardantur. Nec Princeps vult liberalitatem ſuam alteri nocere.

98 Qui *num.* 145. Addit, etiam ex *Canoniſtarum* ſententia, *præſcriptionem illam tanti temporis non præiudicare Principi, ſed tantùm illis, qui ſpontè pedagia, & guidagia ſoluerunt; nàm Primeps ea reuocabit quandocumq, tanquam Reipublicæ noxia. Sicuti aduersùs plures in contradictorio iudicio obtentum eſt qui ſimilia guidagia ſuper flumen Ligerim exigebant. Sola enim ea, quæ prò Reipublicæ beneficio à Principe impoſita ſunt, & ad tuitionem Populi, totiusq; Reipublicæ ſunt ordinata, licet exigere, l. 1. & 2. C. de exactor. tribut. lib.* 10. cum alijs pluribus concordantibus, quas allegat.

Quorum omnium ea eſt generalis ratio, quam affert *n.* 135. quamq; Iudices, alijquè qui poſſunt prohibere tenentur menti tenere; *Nè fortè de manu Regis ſanguis ſubditorum poſtuletur.*

99 MVltiplici igitùr ex Capite ius hoc à Baronibus, neque per immemorabilem præſcribi potuiſse dicimus.

Primùm; Quià eſt ius proprium Principis illi competens in ſignum ſuæ ſupremæ poteſtatis; quod ideò nec ſuis Magiſtratibus cōmunicatur, & à Nemine poteſt vſurpari ſine crimine, *d. l. vectigalia* 10. *D. de publicanis, l. vlt. D. ad l. Iul. de vi public. l. vlt. D. ad leg. Iul. de ambitu*; Cùm alijs adductis ab *Amaya loco vbi ſupr. n.* 5.

Quapropter ſi iura, quæ debentur Principi, ratione ſuæ ſupremæ poteſtatis præſcribi non poſsunt, neque per immemorabilem, proùt eſt communis ſententia, ſequitur neque à quoquam poſse præſcribi ius hoc indicendi pedagia propria authoritate; iuxtà ea, quæ ſuperius fuerunt adducta.

100 Quod peculiari ratione obtinere debet in noſtro Regno, in quo ſpecialem habemus Conſtitutionem *in Conſtitutione, cum Vniuerſi*; Nè demanialia Regis poſsint aliquo modo præſcribi. Ibi: *Præſcriptionem etenim aliquam ijs prodeſſe non volumus*. Vbi *Gloſſ.* explicat præſcriptionem non poſse procedere *vllo tempore*; ſicque excludit etiam immemorabilem. Quod latiùs proſequitur *de Afflictis in d. Addit. num.* 113. *& ſeq.*

101 SEcundò; Quià ius hoc indicendi pedagia fuit expreſsim vetitum Baronibus vſq; ab anno 1400. à Sereniſsimo Rege Ladislao, & deindè continuatis temporibus à

Sereniſsimis Regibus Alphonſo, & Ferdinando Aragoneis, & ab immortalis Memoriæ Rege Philippo II. eiuſque Pro-Regibus, generalibus edictis.

Quapropter ceſſat Titulus præſumptus, quem, qui plurimùm fauent præſcriptioni immemorabili, volunt oriri ex illius probatione. Nàm cùm conſtet de diſsenſu, & de prohibitione, etiàm ſub pœna amiſsionis feudorum, vna præſumptio vincit aliam. Nec aduersùs legem, vel Principem prohibentem vlla poteſt adquiri poſſeſsio. Proùt nec villa valere conſuetudo; vt docet *Vlpian. in l. 3. §. Diuus Adrianus, D. de ſepulchr. violat.*

102 Vndè quandò adhùc, contra ea, quæ ſuperius ſcripſimus, magis arrideret ea *DD.* opinio, quæ vult, vt ad fundandam immemorabilem in his Iuribus incorporalibus, non ſit opus probare ſcientiam, & patientiam Aduerſarij, Adhùc Nullus dixerit, idem procedere aduersùs Regem, quandò nedùm non conſtaret de eius ſcientia, ſed conſtaret de diſsenſu omnium ſuorum Prædeceſsorum, & de prohibitione, per ſtatuta, & Edicta contraria, quæ omnem patientiam, præſumptamq; ſcientiam, ſiuè tacitum conſenſum excludunt.

103 In quam rem faciunt tradita per *Antoninum Boidium in repetit. rub. Cod. vectig. nou. inſt. non poſſ. to. 7. inter Repet. num. 19. verſ. Et quod*, ibi; *Cum Princeps hoc expreſsè proteſtatus ſit, nolo fieri, quomodò in ſequentibus coniecturabimus eius conſenſum adeſſe? Imò potiùs coniecturabimus abfuiſſe.* Et inferiùs: *Cum appareat de prima voluntate Principis, vt Ciuitates circa vectigalia imponenda non habeant poteſtatem. Ergo ſequentis temporis patientia magis inclinabit cum priori voluntate, quàm cum eius oppoſito.*

104 Quinimmò ad elidendam vim præſcriptionis immemorabilis ſat eſse, vt agatur de non ſolitis concedi per Principem, adhoc vt ſit opus probare priuilegium, ſaltèm per famam, nec ſufficere probationem per immemorabilem, poſt *Felinum*, & alios probat *de Afflictis in d. Addit. à n. 145. per plures ſequẽtes*. Nàm Lex nunquàm præſupponit, quod non eſt veriſimile. Nec credere Nos cogit ea, quorum fidei aſsentiri non valemus. Vndè potiùs præſumendum huiuſmodi abuſus ad Regis notitiam non perueniſse. Nec negligentia Miniſtrorum, ſiuè facti ignorantia, poſset Principi præiudicium inferre. Proùt de vſu non ſoluendi gabellam, etiam per tempus immemoriale, ſcripſit *Caſtillus*, acerrimus alioquin immemorialis poſseſsionis aſsertor, de Tertijs *cap. 20. n. 33. Quia patientia proceſſit potiùs ex quadam naturali obliuione, prò multitudine negotiorum, & incuria Officialium.* Vt latiùs per eundem *de Afflictis à num. 162. vſq; ad n. 168.*

105 Tertiò, hæc omnia redduntur extra dubium in re, de qua agimus. In qua Ius non tàm fortitèr reſiſtit poſseſsioni, qui fortiùs reſiſtat priuilegio. Habet enim poſseſsio Iuris reſiſtentiam vehementem, quòd Iura regalia, & Principi reſeruata non poſsint poſsideri abſque priuilegio. Sed fortiorem Iuris reſiſtentiam habet priuilegium præſumptum, quòd contrà Iura Canonica, & Ciuilia non potuiſset concedi ſine cauſa, vt principio oſtendimus.

106 Igitùr quantumvis concedere vellemus per poſseſsionem immemorabilem legitimè probatam, in alijs caſibus, præſumi priuilegium, ac per conſequens ſubmoueri illam Iuris reſiſtentiam, quæ obſtabat poſseſsioni; Non tamèn Idem dicendum, quandò priuilegium iſtud aliam haberet Iuris reſiſtentiam, præſumptionemq; contrariam; ſcilicèt, quòd à Principe in ſuorum ſubditorum perniciem, totiuſq; Reipublicę damnum, ſinè cauſa, abſq; peccato, concedi non potuiſset. Tunc enim nedùm vna præſumptio tolleret aliam, ſed fortior præſumptio vinceret debiliorem; & veriſimilis inueriſimilem. Cum longè ſit veriſimilius has exactiones fuiſse à principio, & cum aliqua formidine vſurpatas à Baronibus; deindè paulatim auctas, donèc excuſso pudore, ad illum numerum, & quantitatem creuerint, quam hodiè videmus.

107 Sed admittamus, circa veri præiudicium, & ad detegendum ſolùm abſurda, quæ indè ſequerentur, poſse, hoc caſu, ob temporis antiquitatem, præſumi priuilegium; An ideò ſequeretur priuilegium hoc præſumptum maiorem debere obtinere efficaciam, quàm verum? Igitur ſi priuilegium verum non potuiſset concedi, & conceſsum tanquam ſine cauſa, & in perniciem Reipublicæ potuiſset reuocari. Proùt & Sereniſsimus Rex Ladiſlaus Anno 1400. omnes pedagiorum exactiones, tàm ab ipſo, quàm à Sereniſs. Carolo III. patre, diuerſis Baronibus conceſsas reuocauit; Quis adeò inops mentis erit, vt maiorem vim concedendam putet priuilegio præſumpto, quàm vero? Aut potiùs, Quis adeò erit impudens, vt ob ſolum temporis curſum præſumendum hoc caſu dicat priuilegium fuiſse conceſsum à Principe, in detrimentum ſuorum ſubditorum, ſuæq; Animæ periculum?

108 Proùt in caſu longè minùs forti arguebat *Andreas in cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Federic. n. 30.* Vbi agens de immunitate à ſoluendis gabellis, quam ſinè cauſa concedi iura prohibent, inquit huiuſmodi cauſam, tanquam extrinſecam eſse probandam, nec præſumi ex temporis vetuſtate; ibi:

Et ſi verum priuilegium non valeret, nec præſumptum ex vetuſtate. Niſi & tùnc dicat, & probet cauſam. Quia cauſa extrà priuilegium eſt; Et extrinſeca non præſumuntur; Prouť illam in hac re expendit *de Afflictis loc, vbi ſupra num.* 165.

109 Atque ex his Quarta deſumitur ratio, qua præſcriptionem immemorabilem à re, de qua agimus, excludendam dicimus; ſcilicèt, quià Nos non loquimur, niſi de ijs pedagijs, quæ abſq; priuilegio, & abſq; vlla cauſa iuſta à Baronibus exiguntur, in contemptum Regis, & in perniciem Regni; propter quæ certum eſt eos incurriſse in pœnas à Iure, noſtriſq; Regibus ſtatutas, contra noua vectigalia imponentes, ſiuè exigentes. A quibus ideò, quantumvis vellemus hodiernos poſseſsores excuſari, propter iuſtam cauſam ignorantiæ, haùd tamèn excuſari poſset Iudex, qui ſub antiquitatis prætextu, eos in huiuſmodi vſurpatione diutiùs manere permitteret.

110 Corruptela enim eſset hæc, non conſuetudo, quæ quantò antiquior, tantò execrabilior. Vt monet Nos *Summus Pontifex in cap. final. de conſuetudine*. Inquit enim, *Cum tantò ſint grauiora peccata, quantò diutiùs infelicem animam detinent alligatam, Nemo ſanæ mentis intelligit naturali iuri (cuius tranſgreſſio periculum ſalutis inducit) quacunque conſuetudine (quæ dicenda eſt veriùs in hac parte corruptela) poſſe aliquatenùs derogari. Licèt etiam longaua conſuetudinis non ſit vilis auctoritas, non tamèn eſt vſque adeò valitura, vt vel iuri poſitiuo debeat praiudicium generare, niſi fuerit rationabilis, & legitimè praſcripta.*

111 Ex quo *textu* duas Concluſiones elicit *Gonzalez ibid. n.9.* ad rem, quam tractamus adprimè facientes,

Alteram, Conſuetudinem iuri naturali cõtrariam nullam eſse; Alteram, Conſuetudinem contrariam iuri poſitiuo poſse præſcribi, ſi adſit legitima cauſa. Duo enim hoc ſecundo caſu, Pontifex requirit, nempè, quod conſuetudo ſit rationabilis, & legitimè præſcripta.

112 Igitùr ſi obſidere vias publicas, tollere libertatem commercij, vſurpare iura Coronæ, & à quibuſuis tranſeuntibus, nullius eorundem vtilitatis intuitu, ſed ſolius priuati lucri gratia, pecunias exigerę, dicemus eſse contrà ius naturale, Conſuetudo ſimilia perpetrandi non erat, niſi corruptela, ideòque abolenda. Sin verò illam conſidrrabimus, tãquam contrà ius poſitiuum, ſcilicèt tanquam contrà leges communes, & Regum edicta hæc fieri prohibentia; & tunc eatenùs poterit pręſcribi per curſum temporis, quatenùs fuerit rationabilis, ſcilicèt quatenùs fuerit iuſta aliqua cauſa illam introducendi; quæ cum in re noſtra nulla adſit, nulla per conſequens erit præſcriptio.

113 Ex qua ideò decretali Conſtitutione verus intellectus affertur ad aliam Decretalem in *d.cap.ſuper quibuſdam*, in qua permitti videntur pedagia, ſalinaria, & guidagia *ex antiqua conſuetudine, cuius non extat memoria, introducta*. Pernecesſè enim erit intelligenda de ijs pedagijs, quæ à Comitibus Tholoſanis, ex legitima aliqua cauſa ſubditis fuiſsent impoſita. Quibus cum Populi cõſenſiſsent, prouť ex immemorabili conſuetudine præſumebatur illorum conſenſus, derogari potuit iuri poſitiuo, quatenùs ea, non niſi à ſupremo Principe imponi poſse permittebat.

114 Tùm maximè, quia ea erat omnium Galliæ Procerum ijs temporibus conſuetudo. Vt de Comitibus Engoliſmenſi, & Carnotenſi tradit idem *Gonzalez in eodem capite nu.6.* & de omnibus illius ætatis Comitibus, ſiuè Ducibus; in *d.cap.innouamus, n.4.* Tacitè id permittentibus Regibus, ſeù potiùs non curantibus, aut impedire non valentibus. Vt proindè opus fuerit pro eorundem coertione, recurrere ad poteſtatem Eccleſiaſticam, ne Populi iniquè opprimerentur. Et præcipuè eo Iure vſus fuerat Comes Tholoſanus, *Vt pedagia, ſalinaria, guidagia, & alia huiuſmodi in ditionis ſua finibus inſtàr Regum exigeret*; verba ſunt *eiuſdem Authoris eodem loco*.

115 Igitùr ſi exigebat *inſtàr Regum*, abſit vt eam poteſtatem protrahamus ad noſtros Barones, qui non minùs ſe Regis ſubditos profitentur, quàm cæteri omnes. Et quamvis iuriſdictionem exerceant, eam non exercent, niſi tanquã Officiales Regis. Proindèq; quemadmodùm non poſsent pręſcribere, per quantamcumq; poſseſsionem immemorialem, ne ab ipſorum ſentẽtijs appellaretur ad Regem, quia iſtud Ius ſpectat ad ſupremam Regis poteſtatem, vt benè oſtendit *Couarruuias d. p.2.§.2.n.8., verſ. ex his verò*;Ità nec etiam potuerunt pręſcribere Ius imponendi pedagia, propria authoritate, & ad inſtar Regum; Prouť expreſsim hanc conſuetudinem in huiuſmodi inferioribus dominis, quos Caſtellanos vocat, improbat *Abbas in eod. cap. ſuper quibuſdam*, cum inquit, *Hodie tamen non tantùm omnes Reges, & Ciuitates, ſed, quod peius, omnes Caſtellani imponunt iſta pedagia, quod fieri non debet.*

116 Et quod dicit de Ciuitatibus Italiæ intelligit de Ciuitatibus Lombardiæ, & Hetruriæ, quæ poſt obitum Imperatoris Federici, arripuerunt ſibi Iura Imperij, itaùt nonniſi nominetenus, Imperatores recognoſcerent; ſubdens ex *Ioanne Andrea: Videmus de facto poſt*

ſa.

ſactam pacem Conſtantiæ,ex qua Ciuitates Italiæ receperunt merum,& mixtum Imperium, quod vſurpauerunt ſibi de facto Ius imponendi iſta vectigalia. Quod non poteſt dici de noſtris Baronibus,qui quamuis à Rege Alphonſo accepiſſent merum , & mixtum Imperium, quod anteà non habebant, non potuerunt indè prætendere , nec de Iure , nec de facto ipſis conceſſam hanc poteſtatem . Cum ipſe idē Rex Alphonſus , ſuo regio edicto , eam illis expreſsim prohibuerit. Vndè nec circà eam introducere potuerunt conſuetudinem ; Qui eſt propriè caſus, de quo loquitur *S.Pontifex in d. c. ſuper quibuſdam* . Quæ vel eò maximè differt à præſcriptione , quod non poteſt induci abſq; conſenſu Regis , de qua re videndus *Author Additionum ad eundem Couarruuias lib.1.variar.cap.17. nu.123.*

117 ET hinc deſcendit Quinta Ratio , cùr nulla poſsit à Baronibus circà hanc rem,allegari immemorialis præſcriptio.Nēpè quià oporteret probare eā fuiſſe legitimè inductam antè annum 1400. A quo tempore conſtat Reges perpetuis edictis , Regiamq; Cameram , & Collaterale Conſilium iteratis Ordinibus generalibus; Quin ipſum Regnum in Parlamento generali anni 1570. huiuſmodi vſurpationi ſe oppoſuiſſe. Vndè tribus his proximis ſæculis.ob perpetuam contradictionem Regum, & Regni, Ius iſtud non potuiſſet præſcribi.

118 Oporteret igitùr probare Baronibus hanc præſcriptionem legitimè inductam , antè annum 1400. Imò antè tempora Regis Caroli III.qui cæpit regnare Anno 1362.cum & cōceſsiones ab ipſo Carolo factas Rex Ladiſlaus eius filius reuocauerit.

Quod tantum abeſt , vt à Baronibus probetur, vt potiùs ex parte Fiſci oſtendatur cōtrarium . Oſtenduntur enim Inueſtituræ poſt ea tempora conceſſæ omnium feudorum , intrà quorum fines pedagia exiguntur ; In quibus nil vnquàm huiuſmodi conceſſum apparet . Vndè ceſſat priuilegium præſumptum, quandò conſtat de vero.

119 Prout in puncto in materia exactionis paſſus ſcripſit *Franciſcus de Amicis in tit.de his, qui feud. dar. poſſ. q.12.fol.172.col.2.* Vbi docuit,non poſſe Barones , ſeù Vniuerſitates allegare præſcriptionem huiuſmodi exactionis paſſus , ſi fiſcus oſtendat primam inueſtiturā, in qua Ius iſtud conceſſum non reperitur ; in hęc verba: *Hinc etiàm fit,vt aliquandò Vniuerſitates , & Barones innitentes priuilegio legis, ſeù temporis , ſcilicèt præſcriptionis, ſi monſtrauerint aliqua poſſidere , vt aliquandò vidi in ſecundis cauſis , & in collectione pedagij , ſeù paſſus ; Si poſteà per Fiſcum monſtretur prior inueſtitura,omnis probatio cadit,quià in eo præſumitur exceſſus Baronis, aùt Vniuerſitatis. Et tolerantia , aùt indulgentia Officialium non poteſt dare Titulum, vbi non eſt, l. licitatio, aliàs locatio,§.earum rerum,D.de public. probat Andreas in c. 1. quæ ſint regalia,verſ. vectigalia in 2. addit.n.16.* Quæ dicit eſſe notanda.

120 Hinc allegantem conceſsionem à Rege, non eſſe audiendum , quandò ex inſpectione librorum R.Curiæ poteſt conſtare conceſsionem non adeſſe, poſt *Georgium, & Loffredum,* quos allegat , ſcripſit optimè *de Afflictis in dictis Addit.nu.155.& 156.*

121 Huicque potiſsimùm rationi nititur ſtylus iudicandi receptus in Regia Camera, vt Barones fuerint coacti ſoluere pretium quamplurium Corporum feudalium , quæ quamvis allegarentur vltrà centum annos poſſeſſa, & poſſeſsione, cuius non conſtaret initium, habita tamen fuerunt prò vſurpatis ; quòd ex eorum Inueſtituris,& ex inſpectione librorum R.Cam.conſtabat ea non fuiſſe conceſſa. Ex traditis per eundem *de Afflictis ibid. num. 152.& 153.& 161.* Apud quem videri poſſunt alia , quæ aduersùs vim huius prætenſæ præſcriptionis immemorabilis , contrà Fiſcū oppoſitæ adduci poſſunt, *à nu.* 110.per totum tractatum , & præcipuè *num.* 132.*& ſeq.* Vbi etiàm latè de reſtitutione in integrum , quæ Regi abſenti ab hoc Regno , & per incuriam eius Miniſtrorum læſo , aduersùs huiuſmodi præſcriptionem competere potuiſſet , *vſq. ad num.*141.

Vndè de hac re iterùm diſputare in hac materia paſſuum prorsùs cenſeri deberet inutile .

122 Et indigna eſſet Viro docto Reſponſio,dicere ſtylum hunc iudicandi fuiſſe introductū ſolummodò in cauſis Regij Cedularij. Quaſi quod ſi hæ cauſæ ſpectantes ad pedagia non fuiſsent ab Aula Cedularij , ſpeciali reſcripto Excell. Pro-Regis , traductæ ad Cameram abbreuiatam, præſcriptioni tùnc immemorabili in eis non fuiſſet futurus locus.

Ruſtica enim , vel vrbana, non locus , ſed materia facit, inquit *Iuriſconſultus in l.Vrbana 198. D. de Verb. Sig.* Et Ratio, quæ præſcriptioni obſtat,lōgè fortius militat in huiuſmodi iuribus , quæ neque à volente Principe concedi poſſunt , abſq; iuſta cauſa, quàm in ijs , quæ ſolùm reſpiciebant præiudicium Regis . Quæque adeò non erant concedi vetita, vt poſseſsores, quandò prompti erant ea reddere , potiùs illorum pretium ſoluere fuerint coacti.

123 Præcipuè , quandò in iſtis , de quibus modò agimus, ridiculum eſset aſserere, ex adeò longæua poſseſſione præſumendum eſse priuilegium. Dùm conſtat de pertinacia Exigentium hos paſſus , qui tot edictis , totq; R.C. de-

Digitized by Google

decretis, nullo legum metu, impunè reſtitetunr. Et in omnibus paſſibus prohibitis, vel limitatis, tantùm abeſt, vt ab exactione deſtiterint; Vt vnius loco duos, vel tres, & interdùm plures inſtituere non ſint veriti. Et quod omnem fidem ſuperat, etiàm vltimis decretis, ipſis conſentientibus, vel quatuor ab hinc annis prolatis, quibus exactio illis, ſub certa forma permittebatur, parere neglexerunt.

124 ET ex his demùm deſumitur Vltima Ratio, quæ omnem radicitùs in hac re euellit vim immemorialis poſſeſſionis. Cũ ex octingentum ferè paſſibus, qui exiguntur in Regno (ſi paucos quoſdam demas, quorũ apparent conceſſiones, ex cauſa refectionis pontium) alij omnes, vel fuerint prohibiti tempore Regis Ferdinandi I. Vel fuerint limitati ſub Rege Philippo II. Vel fuerint demùm poſt illud tempus, propria authoritate, nouitèr introducti. Et de nonnullis etiam antiquiſſimis, ſuperſunt adhùc informationes captæ à tùnc *Præſidente R. Cam. Nicolao Cyptio poſteà Regente*, ex quibus conſtat de illorum principio.

125 At repugnat naturæ poſſeſſionis immemorabilis, illam à determinato aliquo tempore exordiri. Præſcriptio enim immemorabilis dicitur temporis infiniti, vt eam adpellat *Cuiacius tract. de præſcript. cap. vlt.* ſcilicèt, quià tunc procedit, quandò nulla extat memoria eam aliquandò incæpiſſe, & vt *Iuriſconſultus* loquitur, *in l. ſi arbiter 28. D. de probat. Cum omnium hæc eſt opinio nec audiſſe, nec vidiſſe, cum opus fieret. Nec ex ijs audiſſe, qui vidiſſent, aut audiuiſſent, & hoc infinitè ſurſum verſum accidet, cum memoria operis facti non conſtaret.*

126 Et ideò rectè *A. Faber in ſuo Cod. tit. de præſcr. 30. vel 40. annor. defin. 3.* docuit in immemorabili nullam conſiderari poſſe malam fidem, *Quià non eſſet immemorabilis, ſi ponas malæ fidei, quæ ab initio interuenerit, memoriam aliquam conſtare.*

127 Quod & aduertit etiàm ex noſtris *Conſil. de Georgio repetit. feudal. cap. 29. nu. 42.* vbi ſcripſit, quotieſcumque adeſt huiuſmodi notitia, non nocere malam fidem, ſed deſtrui immemorabilem. *Proptèr memoriam, quâ probata, oportet probare titulum, & bonam fidem.* Plures in id citat *Addit. ad Molinam de primog. lib. 2. cap. 6. nu. 43. & de Afflictis loco cit. n. 186.* Quamuis quamplures, ex noſtris *DD.* ex hoc principio malè intellecto, plerùmque immemorabilem præſcriptionem cum centenaria confuderint.

128 SEd de his omnibus prematurè diſputauimus. Nàm quod attinet ad ſecundum Caput; An oppoſita hac immemorabili, eàque nondùm probata, teneantur Barones ab eo, quod vſurpauerunt, iure exigendi deſiſtere, res videtur extrà controuerſiam.

Habemus enim de hac re apertam deciſionem in *cap. cùm perſona 7. de priuil. in 6.* Vt in his, quorum poſſeſſioni Ius vehementèr reſiſtit, poſſeſſio nihil proſit, quominùs poſſidens, non exhibito priuilegio, tenetur pendente iudicio à poſſeſſione abſtinere. Quod & *Canoniſtæ omnes* communitèr docent.

129 Et huiuſmodi eſſe quaſi poſſeſſionem exigendi pedagia, abſque iuſta cauſa, & abſque conceſſione, nemo inficias iuerit, niſi qui ſe ipſum decipere amet. Habet enim iuris reſiſtentiam nedùm vehementem, ſed vehementiſſimam ex parte poſſeſſoris, quòd Ius iſtud ſoli Principi reſeruatum, & cuius exercendi Subditus propria authoritate eſt penitùs incapax, velit exercere, Principe non tantùm inſcio, ſed inuito. Habetque Iuris non minùs apertam adſiſtentiam, ex parte Regis, vt illud non tantùm poſſit, ſed & debeat cuicumque prohibere, ſi non à ſeipſo impetrauerit, & ex iuſta cauſa.

130 Quo caſu communiſſima eſt *DD.* Concluſio; Vt ſi agatur de Regalibus, quæ poſſideri non poſſunt abſque priuilegio, & lis ſit inter Dominum, & Vaſſallum, teneatur vaſſallus exhibere titulum ſuæ poſſeſſionis, aliàs ſtatim ſit illa priuandus. Vt ex ijs, quos lato calamo affert *D. Regens de Philippis ſuarum diſſertationum fiſcalium cap. 1. à nu. 40.*

Quam Concluſionem procedere, quantũuis ex parte poſſeſſoris allegaretur poſſeſſio immemorabilis, ex eaq; titulus præſumptus, peteretùrque terminus ad illam probandam, communitèr etiàm docuerunt *DD.* Vt vix ſit reperire contradictorem.

131 ITà enim in proprijs terminis primus conſuluiſſe videtur *Rolandus a Valle conſ. 89. vol. 2.* tractans articulum, vt dici ſolet, in puncto. Dùm loquitur de Vaſſallo, qui poſſidebat Iura ſpectãtia ad Dominum à tẽpore, cuius non extabat memoria in contrarium. Erat enim in quaſi poſſeſſione meri, & mixti Imperij in quodam Caſtro, vltrà centum annos.

132 Et quamuis à principio omnia, & doctè quidem, attuliſſet, quæ afferri poſſunt prò poſſeſſione immemorabili. Quod habeat vim tituli; Imò quòd ipſa ſit titulus; Quòd æquiparetur priuilegio; Quod ſit fauorabilis; aliaque huiuſmodi, itaùt nihil diſſimulaſſe videatur; *à num. tamen 19.* fundat licitè potuiſſe à Domino ſtatim priuari ea poſſeſſione. Ex prædicta regula; *Vt quotieſcunq; eſt controuerſia inter Dominum, & Vaſſallum; & Dominus habet intentionem fundatam, poſſit cogere Vaſſallum ad oſtendendum titulum ſuæ poſſeſſionis; aliàs poſſe illum ſtatim ſua poſſeſſione priuare.*

Nec

Digitized by Google

Nec qnidquam obſtare, quòd tutus præſcriptione tanti temporis, cuius memoria non eſt in contrarium, non teneatur oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis; Quia vt reſpondet *n.* 30. *&* 31. Poſſeſſio cum ſit quid facti, non poteſt præſumi, niſi probetur, & in dubio facienda interpretatio contra allegantem præſcriptionem. Vndè cùm Princeps interim habeat intentionem fundatam, haud erit prohibendus, pendente ea probatione, ſuam iuriſdictionem exercere.

133 Id quod optimè probat ex ipſomet *capite, cum perſona*. Vbi dicitur poſſe Epiſcopum exercere Iuriſdictionem adversùs omnes Clericos ipſi ſubditos, quantumvis illi allegarent ſe reperiri in quaſi poſſeſſione exemptionis, eandemq; exemptionem præſcripſiſſe. *Donèc Clerici*, ſunt verba textus, *de exemptione Canonica plenam fecerint fidem*. Igitur ſi facienda plena fides, antequàm Epiſcopus teneatur ſua iuriſdictione abſtinere, conſequens eſt, etiam ſi fuiſſet allegata poſſeſſio immemorabilis, antequam fuiſſet probata, ſicq; antequã de ea plena fuiſset facta fides, nihil eam fuiſſe obſtituram Epiſcopo, quominùs ſuam Iuriſdictionem lite pendente, in eoſdem Clericos exercere potuiſset.

Igitùr idem dicendum reſpectu Regis, qui litem habeat cum eius Vaſsallo poſſidente Iura regalia, quamvis allegaret ſe ea poſſidere à tempore immemorabili. Nàm verba illa, *plenam fidem*, *Veram probationem important, non præſumptam*. Verba ſunt *Authoris eodem loco*.

134 EAndemq; ſententiam, tanquàm veriſſimam probauit *D. Ioſeph Seſè de inhibit. cap.* 5. §. 10. *n.* 36. Nàm cùm docuiſſet *n.* 33. caſus, in quibus Iuris præſumptio dicitur adſiſtere vni ex Partibus, & alteri reſiſtere, eſse, cùm ageretur de poſſeſſione eorum, quæ Iure communi pertinent ad Principem, & à Vaſsallo poſsideri non poſsunt absque priuilegio, vt ſunt Regalia quæ præſumuntur Regis, inter quæ enumerat Iuriſdictionem, Salinas, aliaq; ſimilia; Et in Regno Aragoniæ, Ius coronationis, pedagij, cæteraque id genus, inquit *n.* 33. *&* 34. In his caſibus pro firmiſſima regula tenendum, Vaſsallum, qui allegat reperiri ſe in poſseſsione alicuius ex prædictis Iuribus non eſse in ea conſeruandum, lite pendente, ni titulum exhibeat, quo iuſtam oſtendat ſuam poſseſſionem. Nompè quia, vt ſubnectit *num.* 35. *Ex quo tùnc Ius commune præſumit contra talem poſſeſſionem, reputando eam vitioſam, & iniuſtam; & è contrariò præſumit bene pro Rege, ſicq; adſiſtit vni, & reſiſtit fortitèr alteri; Indè fit, vt ex ſola poſſeſſione, abſque probatione tituli, non debeant huiuſmodi poſſeſſores defendi, ſed debeant ſuas poſſeſſiones iuſtificare*.

135 Quam ideò Concluſionem extendit *nu.* 36. vt procedat etiam ſi ex parte poſſeſſoris allegaretur poſſeſſio immemorabilis, ſequutus *Molinam*, qui idem docuerat in *tit. de firmantibus contra iura regalia*. Ex prædicta ratione, quòd poſſeſſio, quæ habet præſumptionem contrariam, cuiq; ius fortitèr reſiſtit, non mereatur manutentionem. Vndè inquit: *Et hæc eſt ratio, cùr Molina noſter aſſeruerit firmantem ſuper Iuribus regalibus, in quibus dominus Rex habet intentionem fundatam de foro, non eſſe audiendum, etiam ſi poſſeſſionem immemorabilem alleget; Niſi poſſeſſionem, quam allegat, iuſtificet, exhibendo titulum, vel probando immemorabilem poſſeſſionem, quam deducit. Alioquin poſſeſſionis allegatio ſufficiens non eſt, vt firma, vel inhibitio alicui concedatur, ſeù vt in ſua poſſeſſione conſeruetur*.

136 Imò *n.* 37. dicit hanc Concluſionem non eſſe vni, aut alteri Doctori tribuendam, ſed communem eſſe omnium, quotquot voluerunt huiuſmodi Iura regalia poſſe præſcribi, per poſſeſsionem immemorabilem. Nàm cùm omnes doceant poſsidentem Iura regalia, non eſſe conſeruandum aduersùs Regem in ſua poſſeſsione, *niſi vel titulum exhibeat, vel immemorialem poſſeſſionem probet*. Vtique omnes videntur docere, antequàm immemorialis illa poſſeſsio probetur, interdicendam illi poſſeſsionem. Nàm ſi pendente probatione, non eſſet ille ſua poſſeſsione exturbãdus, ſequeretur poſsidentem Iura regalia, immemoriali non probata, conſeruari in ſua poſſeſsione adversus Regem. Sicque deſtrueretur communis Concluſio, quæ contrarium docet. Vndè ait: *Quoniam cùm is, cui Iuris præſumptio reſiſtit, aduersùs eum, cui adſiſtit, in poſſeſſione, lite pendente tuendus non ſit, niſi, vt prædiximus, titulum producat, aut immemorialem probet; Indè manifeſtè reſultat non fore audiendum allegantem poſſeſſionem iſtam, niſi titulum exhibeat, vel immemorialem probet. Nam aliàs per firmam, ſeù controfirmam conſeruaretur in ſua poſſeſsione, lite pendente, contra Iuris præſumptionem, & expreſſam deciſionem dicti Capituli, cùm perſona*.

137 HAnc ipſam ſententiam, tanquam extrà omne dubium, probat *Couarr. lib.* 1. *practicae, cap.* 17. *n.* 6. *verſ. primum*. Nec tantum in poſseſsorio plenario, ſed etiam in ſummariſſimo, siuè vt Hiſpani loquuntur *en el entretanto*. Dùm ait: *Vbi de iuribus ad Principem Iure communi pertinentibus agitur; Et quoties pro Principe præſumptio iuris eſt, tunc ſanè non eſt locus huic interdicto, ex ſummaria poſſeſsionis probatione. Niſi probetur titulus aliquis, qui valeat elidere, ſaltem ad effectum huius interlocutionis, præſumptionem Iuris*

ris communis. Etenim Rex nunquàm litigat ſine poſſeſſione in his, quæ ſibi vt Regi, ſummo iure conceduntur. Comprobans ex *Rebuffo tract. de materia poſſeſſorij, artic. 2. gloſ. 2. nu. 26.* Et ex ijs, quæ ipſemet *Couarruu.* ſcripſerat *lib. 1. variar. cap. 16. nu. 11.*

138 ADſtipulatur *Couarruuia Peregrinus,* loquens in ſpecie de allegante poſſeſsionem immemorabilem, *de Iure Fiſci tit. 6. de praſcript. n. 24.* Quamuis enim admiſiſſet *nu. 14.* Iura regalia, & quæ ſunt reſeruata Principi, vt ſunt creare tabelliones, naturales legitimos reddere, ipſamque monetam cudere, poſse præſcribi, per poſseſſionem immemorabilem. Quod de regalibus maioribus, & quæ dicuntur annexa Coronæ, non ità facilè concedendum, ex ijs, quæ ſuperius adduximus. Tamèn, poſtquàm *nu. 23.* docuit formã, qua huiuſmodi præſcriptio debeat probari, quam aliòquin ait eſſe difficillimæ probationis, inquit *num. 24. Sed donec lis, & probatio pendet ſuper hac poſſeſsione immemorabili, Fiſcus, & Princeps, qui intentionem fundatam habet, poteſt vti Iure ſuo, ex Rolando d. conſ. 89. Nec ſummaria, ex aduerſo probatio poſſeſsionis, interim, lite pendente illum iuuaret. Sicuti rectè ex illo textu tradit Didacus practicar. cap. 17. nu. 5. Idemque Didacus variar. cap. 16. num. 10. & 11.*

139 IDem in ijſdem terminis ſcripſit *Gratianus to. 3. diſcept. c. 441. nu. 14.* ſubſcribẽs in omnibus *Rolando* authori huius ſentẽtiæ, *d. conſ. 89. lib. 2.* Nã cũ ſcripſiſſet *numeris anteced.* ex cõmuni ſententia, quotieſcũq; ageretur de eiuſmodi re, quæ non poſſet præſcribi, niſi per præſcriptionem immemorabilem, vt ſunt corpora iuriſdictionalia, oportere illam non tantùm allegare, ſed etiam probare; addit *dict. nu. 14. Qua adeò vera ſunt, vt etiam donèc durat probatio huiuſmodi temporis immemorabilis, non poſsit vllo modo pratendens talem Iuriſdictionem illam exercere, nec in ea ſe ingerere, cum non obſtante poſſeſsione, habeat Ius cõmune contrà ſe. Rolandus d. conſ. 89. nu. 35. & 36. Vbi etiam, quod requiritur vera probatio, non praſumpta; Itaùt talis poſſeſſor, contrà quẽ facit Ius commune, poſsit etiam lite pendente turbari, & violentèr expelli de exercitio talis Iuriſdictionis; tanquàm is, qui poſsideret vi, clam, vel precario.*

140 SVbſcripſit *Peregrino, & Gratiano* ex noſtris *Capiblancus*, poſt rem attentè examinatam, *de author. Baron. to. 2. quaſt. 77. nu. 16.* Imò communem eſſe ſupponit *DD.* ſententiam, dùm inquit: *Cateri DD. dixerunt, quod in caſibus, in quibus immemorabilis praſcriptio eſt neceſſaria, quis in poſſeſsione retineri non debet, quouſq; de ea non doceat.* Citans in id etiam *Afflictum in cap. 1. §. angariarum nu. 4. tit. qua ſint regalia; Grammaticum conſil. ciu. 98. & 147. ac voto 12. & Palaez in cap. per veſtras fol. 409.* cum alijs ab ipſis adductis.

141 Et quamuis *nu. 17.* dicat opinionem contrariam videri magis æquam, cum poſſeſſio longiſſima videatur ſufficiens ad obtinendũ in poſſeſſorio ſaltèm ſummarijſſimo; Id tamen eo ſolùm caſu dicit procedere, *Quandò ſi non exhiberetur titulus legitimus, exhiberetur ſalsèm coloratus, talitèr quod poſſet Iudex ad credendum induci iuſtitiam eſſe prò poſsidẽte.*

Coloratum autèm titulum dicit *nu. 18.* reduci ad eum ſolum caſum, quandò præſumptio eſſet tacitè Principem conſenſiſſe. Quod an poſſit præſumi in re, quam tractamus, in qua conſtat de perpetuo bello, ſi hoc verbo vti licet, tercentum annorum ſpatio, inter noſtros Reges prohibentes, & Subditos parere contumacitèr recuſantes; Videat qui velit.

Vndè idem *Capiblancus nu. 19.* in Iuriſdictionalibus, quæ non ſolent à Principe concedi abſque priuilegio, admittit, abſque exceptione, ni illud exhibeatur, teneri poſſeſſorem ab illorum exercitio abſtinere, non obſtante allegata immemorabili poſſeſſione.

142 QVam Concluſionem eſſe receptiſſimã apud omnes *DD.* teſtatur *D. Regens de Marinis variar. lib. 2. cap. 204. nu. 7.* Cum inquit: *Vndè fiebat locus receptiſſima concluſioni; Nimirùm, quod in caſibus, in quibus immemorialis requiritur praſcriptio, quotiès illa allegatur, non poterit allegans in poſſeſſione, quam allegat, conſeruari, niſi prius tempus illud immemorabile probet.* Ex *Rolando, Peregrino, caterìſq;* ſuperiùs citatis.

143 Quæ ſanè doctrina videtur probari ea inexpugnabili ratione, cui vix erit, vt poſſit vnquàm validè reſponderi; Nempè, quia ſi huiuſmodi Iura non poſſunt poſſideri abſque priuilegio; & eatenùs eſſet tutus poſſeſſor, per præſcriptionem immemorabilem, quatenùs, ex ea præſumeretur priuilegium; Vtiq; quemadmodum ad conſeruandam poſſeſſionem non ſat eſſet priuilegium allegare, ſed opus eſſet illud exhibere, vt in puncto docuit *Philippus Francus in d. cap. cùm perſona nu...* & eſt ex mente *omnium DD.* Ità paritèr non ſat erit allegare poſſeſſionem immemorabilem, ſed opus erit illam probare; Ne maiores vires tribuamus priuilegio ficto, ſeù præſumpto, quàm vero.

144 Nec mouere debet, quod interim nemo ſit ſua poſſeſſione priuandus. Nàm hæc ratio magis vrgere debet, cùm allegatur immemorabilis, quam cùm allegatur priuilegiũ. Vtroque enim caſu ſupponimus allegantem reperiri in poſſeſſione, & tamen ſi alleget pri-

uilegium, omnes fatentur, eo non exhibito, haud eſſe in poſſeſſione conſeruandum; adeò vt nec ſpoliato competat remedium reſtitutorium; Prout ex communi docet *Cancerius tom. 3. cap. 14. nu. 39.* Igitùr idem procedere debebit, ſi alleget poſſeſſionem immemorabilem, quouſque eam probet.

145 Et quod ſpectat ad Interdictum Interim, ſiuè poſſeſſorium Summariſſimum, iam ſuperiùs ex *Couarr.* alijſque oſtendimus haud illi eſſe locum, cùm ageretur de Iuribus ad Supremum Principem ſpectantibus, in quibus habet ille intentionem fundatam, quod à nemine, abſque priuilegio, poſſint poſſideri; etiam ſpeciali Fiſci fauore, qui nunquàm Iudicio certat ſinè poſſeſſione.

Cuius doctrinam libentèr ſequitur *Cancerius* loco mox citato, cùm quærit, *An Interdictum Interim habeat locum in poſſeſſione, cui reſiſtit Iuris præſumptio*; Et poſt adductos plures *DD.* prò ſententia affirmante, quòd in huiuſmodi Interdicto non inſpiciatur, niſi mera detentatio, nec attendatur iuſtitia, ſiue iniuſtitia poſſeſſionis, inquit *nu. 44. Mihi in iſto puncto placet diſtinctio Couarruuias practicar. cap. 17. num. 6. quæ tria membra continet. Quorum Primum eſt, quod vbi de Iuribus ad Principem, Iure communi pertinentibus agitur, & prò Principe eſt Iuris præſumptio, tùnc poſſeſſor non ſit manutenendus in ſua poſſeſſione, quæ ex ſummaria probatione conſtet; niſi adpareat de titulo, qui valeat elidere dictam Iuris præſumptionem, ſaltem, quoad effectum dictæ interloquutionis. Redditurq; Ratio; Quia Rex nunquam litigat ſine poſſeſſione in his, quæ ei, vt Regi à Iure conceduntur. Vt poſt Rebuffum, & alios notat idem Couarr. &c.* Comprobans ex prædicta communi ſententia, cuius authorem dicit *Innocentium in cap. ſolet de ſent. excomm. lib. 6.* Vt ſi Rex reperiat aliquem poſſidere aliquam Iuriſdictionem, poſſit de facto illum repellere, & non dicatur illum ſpoliare, niſi oſtendat titulum, ſeù præſcriptionem legitimam, in quam rem citat etiam *Rolandum, & Peregrinum.* Vt dubitandum non ſit, quin loquatur, etiam cùm allegaretur immemorabilis; Cùm alia, quã immemorabilis, in huiuſmodi Iuribus, non poſſit dici præſcriptio legitima.

146 Proùt optimè eandem ſententiam probat *D. Reg. Rou. pragm. 1. de iuriſd. non turb. à n. 29.* qui *nu. 31.* ſcribit, ita eſſe ex mente *omnium Scribentium in d. cap. cum perſonæ.* Scilicèt interdictum vti poſſidetis nõn dari ei, cui reſiſtit Ius, contrà illum, qui habet intentionem fundatam Iure communi, niſi probet titulum, etiamſi ageretur de poſſeſſorio ſummariſſimo. Probans ex *Philippo Franco, Aucharano, Zabarella, Io: Lopez, alijſq.* Et ſpeciatim ex *Regente de Ponte deciſ. 40. num. 3.* Vbi docet, *quod quandò qualitas repugnat poſſeſſioni, & detentioni, quià res non poteſt detineri ſinè titulo, tùnc ſi titulus non iuſtificatur, non poteſt in hoc Iudicio* (ſcilicèt in poſſeſſorio ſummariſſimo) *obtinere ſimplex poſſeſſor.*

147 Et iterùm optimè idem *Rouitus conſil. 58. to. 1.* In quo quamuis ageret de lite inter priuatos, adhùc conſuluit in his, quorum poſſeſſioni Ius reſiſtit, etiàm poſſeſſionem quadraginta annorum, nihil prodeſſe ad obtinẽdum in hoc poſſeſſorio ſummariſſimo. Quid igitùr conſuluiſſet, ſi res fuiſſet intèr Regem, & ſubditum; quamuis fuiſſet allegata immemorabilis?

148 Etenim circà hanc rem ſummoperè aduertendum, Nos agere de quaſi poſſeſſione Iurium incorporaliũ, in quibus propriè nõ cadit poſſeſſio; Et de cauſa, quæ vertitur inter Principem vendicantem Iura ſuæ coronæ, prò quibus habet intentionem fundatam; & ſubditum, qui ſuæ vſurpationi conſiſtit, habetque contra ſe Iuris reſiſtentiam. Quo caſu audactèr dicimus, nullum reperiri Doctorem, qui contrarium auſus ſit tentare. Imò ità paſſim vſu receptum videmus, quotieſcumque de ſimili re accidit inter Regium Fiſcum, & priuatos diſputari. Proùt præcipuè ſeruatum vidimus præteritis annis in celebri cauſa, inter R. Fiſcum; & *DD.* Electos fideliſſimæ Ciuitatis, circà iuriſdictionem, quam ab immemorabili tempore allegabant ab ipſis exercitam in ſubditos; à qua tamen, pendente Iudicio, coacti fuerunt abſtinere.

Quotquot enim ſunt, qui prò contraria ſententia poſſent afferre, ij vel loquuntur de poſſeſſione rerum corporalium, vel cùm lis eſt inter priuatos, nullus cùm lis eſt, cum R. Fiſco, nomine Principis.

149 Vndè non videmus, quo pacto contrà Fiſcum adduci potuerint ſcripta per *D. R. Marcianum diſp. to. 2. cap. 63.* Quamuis enim ille ageret de controuerſia inter priuatos, adhùc *nu. 12. & ſeq.* admiſit omnia, quæ hucuſque ſcripſimus; Vt quandò Iuris præſumptio reſiſtit fortitèr alicui, & adſiſtit alteri, non debeat poſſeſſor in illa poſſeſſione manuteneri, niſi titulum exhibeat, quo iuſtã poſſeſſionem oſtendat.

150 Proùt nec negauit cum *D. Ioſeph Seſe nu. 30. verſ. & licèt*, immemorabilem præſcriptionem nihil prodeſſe ad conſeruandum aliquem in huiuſmodi poſſeſſione, niſi eam non tantùm allegauerit, ſed etiam probauerit.

Sed quoniam in caſu ſuo prætendebat Ius reſiſtere quidem illis de Palagano ſuis Clientibus, ſed non aſſiſtere Aduerſarijs, vt ſupponit *nu. 24.* & aliàs dato termino in cauſa,

fuerat

Digitized by Google

fuerat iam plenè probata quaſi poſſeſſio immemorabilis Iuris prohibendi, cum omnibus ſuis requiſitis, vt refert *num.* 16. Nec de vllo agebatur intereſſe R.Fiſci, vt expreſsim *num.* 17. Idcircò etiam attenta ſententia, quam docuit *Seſe*, contrà quam nè muttire quidem fuit auſus, fundauit, ſuos Clientes fuiſſe in ipſorum poſſeſſione conſeruandos.

151 Vt clarè ex ipſius verbis *d.num.*30.*verſ.& licet. Et licet idem Seſe vbi ſup. nu.*36. *teneat ſolam poſſeſſionis, quamuis immemorabilis allegationem non ſufficere, quandò Iuris præſumptio fortiter reſiſtit, niſi titulus etiam ſaltèm coloratus exhibeatur; Subnectit tamèn, niſi immemorialem allegatam probet, vel titulum exibeat; Quia tunc in his duobus caſibus, etiàm lite pendente poterit manuteneri. Ideòq; cùm in caſu noſtro fuerit allegatum nedum priuilegiū, ſed immemorabilis, & illa probata, citatis, & auditis omnibus, nullo modo in dubium reuocari poſſe dicebam, quin lite pendente, deberent illi do Palaganis in quaſi poſſeſſione prad. manuteneri.*

Quibus verbis, ſententiæ, quam tuemur, adeò nihil præiudicij affert, vt potius faueat.

152 Et hæc, latiori certè calamo, quàm fuiſſet opus, in hanc rem ſcribenda duximus, Non quòd eorum indigere crederemus, ſed vt omnibus palam fieret, quàm iuſta fuerit totius Regni, & per conſequens eorundem Baronum expoſtulatio facta Prudentiſſimo *Regi Philippo II. in Parlamento generali Anni* 1570. contrà exactores huiuſmodi paſſuum; quam legere licet in omnibus proceſſibus paſſuum illius temporis, vltra tercentum.

153 Vt hinc conſtet, non eſſe cauſam hanc iudicandam, tanquàm contrà Barones; Cum eorius Baronum coetus potius intereſſet omnes hos paſſus aboleri; Vt tàm ipſi prò ſuis bobis, quàm ipſorum ſubditi, liberi eſſent à frequentibus his exactionibus paſſuum. Quin longè ſint plures intèr eos, & numero, & feudorum dignitate præſtantes, qui alienæ pecuniæ non auidi, in ſuis Oppidis, vel nullos exigi permittunt, vel non niſi ex præſcripto R.C. Et ſi quid peccatum, potiùs malitiæ exactorum tribuendum, quàm vt ipſis ſcientibus illud factum præſumamus. Imò prò certo habemus promptiſſimos ipſos fore ad omnia emendandum, ſi ipſorum finitimis, alijſque, qui toto Regno idem Ius exercent, inlicitæ hæ exactiones prohiberentur. Omne enim in hac re malum ortum fuit ab exemplo. Cum aliòquin hæ exactiones, dùm tendunt in detrimentum totius Regni, nulli magis obſint, quàm ipſis Baronibus, qui nobiliorem, digrioremq; partem Regni conſtituunt.

154 Quæ ideò, vt prohiberi debeant, illud vnum repetere iuuabit. *Pedagiorum exactiones nedùm Iure Canonico, & Ciuili meritò eſſe damnatas*; Vt expreſſim *S. Pontifex in d. cap. quanquam de cenſib. in* 6. Sed præcipuè eſſe contrà Ius Gentium. Cùm publicæ Viæ liberæ eſſe debeant Iure Gentium, quibuſuis iter facientibus, etiam exteris, ratione humanæ ſocietatis; vt benè ex *D. Auguſtino* docet doctiſſimus inter noſtros *Horatius Montanus in tit. quæ ſint regalia, §. viæ publicæ, nu.* 2. Ideòque eas nec Supremi Principis in Dominio eſſe, cum earum vſus omnibus Gentibus ſit communis, ſicùt, & littorum maris, tradit *ibid. num.* 1. Vndè quemadmodum non poſſet Princeps cuiuis nè quidem extero, prohibere viæ vſum, niſi ex iuſta cauſa, quæ concerneret bonum Reipublicæ; ex *D. Th. de regim. Principum lib.* 2.*cap.* 12. Ità nec poſſet illi imponere pedagia, niſi ex iuſta cauſa, quæ pariter reſpiceret Reipublicæ vtilitatem. Et ideò, *Si Principes ſinè cauſa imponunt, ;vel alijs imponere permittunt, peccant, & rapinam committunt, & tenentur ad reſtitutionem*, inquit optimè ad rem *P. Greg. Tholoſanus de Rep. lib.*9. *cap.*1.*nu.*30.

155 Iuſta autem cauſa nunquàm erit, niſi quæ etiam ſit publica. Vndè idem *Tholoſanus, Dehocque conſtare de cauſa iuſta, ſi velint immunes eſſe à crimine, vempè, quæ ſit ia vtilitatem Reipublicæ, & communem; ſcilicèt ſi portoria, pedagia, guidagia imponantur prò ſecuritate viarum, & viatorum, prò refectione itinerum, & pontium, aut ſimilium, quæ impenſas, & ſollicitudinem prò communi cauſa habent; aliòquin enim ſemper præſumuntur iniuſta.*

156 Quod adeò verum; Vt noſter *Iſernia in ritu R. Cam. ſub tit. de Iure paſſus*, non alia ratione ſcripſerit antiquitùs in aliquib. noſtri Regni locis fuiſſe inſtituta *Paſſagia*, quæ alio nomine *Guidagia*, Niſi *quia guidantur, & aſſecurantur homines; quia Recipientes hoc Ius aſſecurant ſoluentes, aſſecurando loca ſylvoſa exiſtentia propè paſſum.* Teſte *Liparulo ad eundem Iſerniam in rubr. quæ ſiat regalia, num.* 10. *verbo Seruagia.* Vt hinc idem *Montanus vbi ſupr. num.*5. *in fine*, velit, ex quo hodiè exigentes nullum onus ſubſtinent; Imò ipſum Regnum ſoluit impoſitionem, pro ſtipendijs militum, pro cuſtodiendis vijs, non teneri tranſeuntes ad ſolutionem eorundem paſſuum, ne Regni homines pro eadem re duplici onere grauentur; Imò & ſolummò poſſe repeti, tanquàm cauſa redacta ad non cauſam, & conditione, tanquam cauſa data, cauſa non ſequuta. *Et ſi de Iure datur repetitio, Videant*, inquit, *exigentes paſſuum, An ſint tuti in Conſcientia.*

157 Quæ ſi ità in paſſibus antiquitùs ritè inſtitutis, quid de nouitèr introductis, abſque vllo titulo, aut de no-

nouitèr auctis contrà antiquam formam, abſque vlla cauſa? Neque enim minus eſt crimen augere ſine cauſa antiqua pedagia, quàm noua introducere. Nec antiqua minus dicũtur noua, ſi ſiut nouitèr aucta. Vt clarè oſtendit *Sixtinus de regal. lib. 2. cap. 6. à num. 24.* Cui ſubſcripſit *Amaya in d. l. 3. C. de annon. & trib. num. 7.*

158 Vndè ceſſare debebit omnis ſcrupulus circà prohibitionem faciendam exactoribus lite pendente; Nam ſi ſine cauſa pedagia imponere eſt peccatum; tàm ex parte Principis concedentis, quàm ſubditi exigentis; & peccatum, quod nulla vnquam ſatisfactione poſſet emendari, quia tendit in detrimentum Reipublicæ; Quouſque non conſtet eatirè exigi, non poſſunt permitti. Et permitteret Princeps, ſi cum poſſet, non prohiberet. Vnde id præcipuè cordi habendum à Magiſtratibus, quorum ſollicitudini ab Auguſtiſſimo, pijſſimoq; noſtro Rege, munus hoc fuit demandatum, vt promptiſsimo remedio, commercio iam tantùm non extincto, propter graues adeò, ac frequentes pedagiorum exactiones, medeantur.

159 Id enim proprium eſt officium Principis, ſalutem Reipublicæ tueri, vt dicebat *Auguſtus* apud *Dionem lib. 15.* & *Suetonius in Aug. cap. 30.* Et habemus in noſtris legibus apud *Paulum in l. 3. D. de offic. Præf. Vigil.* Ac Reipublicæ felicitatem, vbertatem, & diuitias quis negabit non aliundè pendere, quàm ex libertate commercij? quid vè magis huic libertati obſtare, quam tot, tantaſq; pedagiorum exactiones, non alicuius publici boni, ſed priuati tantùm commodi cauſa, nullo Iure introductas?

Nam cætera vectigalia reſpiciunt ſalutem Reipublicæ, ac ideò non tantùm iuſta ſunt, ſed neceſſaria. Iſta verò pedagia, quæ exiguntur à priuatis, tendunt in detrimentum Reipublicæ. Vnde non ſine iuſtiſsima cauſa, & quæ publicum reſpiciat commodum, alicui concedenda.

160 Circà quam rem, prò coronide omniũ, quæ dicta ſunt, non erit omittenda pulcherrima obſeruatio, quam ab inſigni Viro, publici non minus, ac priuati Iuris peritiſsimo, nobiſq; multis nominibus colendo, poſt hæc ſcripta, accepimus. Nempe, quod quamvis in Imperio Germanico publica Vectigalium indictio pro ſalute Imperij commiſſa ſit Imperatori, vnà cum voto Electorum, ſeù ipſorum maioris partis. Prout ſtatutum à cunctis Imperij Ordinibus *in Comitijs Ratiſponenſibus A. 1576.* conſtat ex *Sixtino d. lib. 2. cap. 6. num. 16. & n. 22.* tamen cum quamplures à nonnullis Imperij Principibus fuiſſent in ipſorum dominijs introductæ pedagiorum exactiones, in maximum detrimentum commercij, & vicinorum Principum, quorum Subditi, dùm commercij cauſa per illorum fines tranſibant, odioſis illis exactionibus vexabantur. Fuit ideò ſtatutum in vltima Coronatione Inuictiſſimi Leopoldi Cæſaris nùnc regnantis A. 1658. apud Frãcofurtum, in Capitulatione Cæſarea inter Cæſarem, & Electores, vt nedùm aboleri deberent omnia pedagia, ſiuè aliæ exactiones impoſitæ iter facientibus, tàm per flumina, quàm per Terras, abſq; Imperatorum, & Collegij Electoralis licentia, ſed vt in poſterum nullæ ampliùs concederentur, abſque maxima cauſæ cognitione, & auditis Ciuitatibus, & Principibus vicinis, ſiuè alijs intereſſe habẽtibus ratione commercij. Nullo autem modo, abſque omnium, & ſingulorum Electorum conſenſu; Itaut vno diſſentiente, Imperatoris, aliorumque Electorum conceſſio irrita foret. Vt ex eiuſdem *Capitulationis Cæſarea*, c. 21. in collectione edita apud Hayas, A. 1685. Et ex *hiſtoria præſentis Statui Imperij Romano-Germanici, per D. de Heiſs. p. 2. lib. 4. cap. 3. pag. 29.*

Hæcque prò tuitione Iurium R.F. & Regni libertate, ſatis ſit ſcripſiſſe. *Neap. die 14. Octobris 1690.*

R. Conſ. F. D. A. Regij Fiſci Patronus.

AD QVÆST. II.

An ſit permittenda exactio pro bonis, quæ pro vſu tranſuehuntur.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Vectigal pro rebus ad quotidianum victum pertinentibus, graue, ac ſubditis odioſum eſt, & pro quibus exigendum, à num. 1. ad 4.

Vectigalia, ſeù pedagia, an exigi poſſint pro rebus, quæ ad vſum, vel ruris cauſa, aut Fiſco deferuntur, n. 5. & 6.

Immunitas pro vſu, quomodè intelligatur, à n. 7. ad 11.

Pecunia, an vectigali ſit obnoxia, à nu. 12. ad 14.

Immunitas pro rebus vſui deſtinatis, an etiam proſit, ſi ipſa res mutato propoſito deindè vendantur, à nu. 15. ad 21. Et an ſtetur iuramento, vt conſtet de primo propoſito, n. 22.

Et

Et quid per Reg.Cameram determinatum ſit, ad tollendas fraudes, exponitur, à num.23.ad 25.

Res ſolutioni pedagij ſubiecta, an ad perſonas immunes transferri poſſint, vel ſibi priuilegium accomodare quis valeat, num.26.& 27.

Vſus proprij cauſa res duci, an iuramento probari queat, n.28.& 29.

Et an paſſuum domini iuramentum deferre poſſint, n.30.& 31.

Vectigal, an ex conſuetudine exigi poſſit pro mercibus, quas vſus gratia quis ducit, n.32.& 33.

Et an obſtet Bulla Cœnæ Dom. *n.34.*

Quidvè ſeruetur, n.35.& 36.

1 VEctigal, quod imponitur rebus ad quotidianum victum pertinentibus, graue dicitur, & ſubditis eſt maximè odioſum, *Chriſtoph. Beſold. de Ærar.publ.cap.4. theſ.15.* & nonniſi extrema neceſſitate vrgente imponendum, cum aliàs cuiquè ſine onere vendere, & emere, ad vitam præſertim ſuſtentandam, libera ſit vndiq; facultas, *Azo in ſumma C.de contrah.empt.* & monent *Klock.de Ærar.lib.2.cap.78.n.5.* ac *Didac.Saauedra ſymbol.polit.67.pag.574.* Maximè quoad ea, ſine quibus viui nequit, quæ qui tollit, aut facit, vt cariùs vendantur, necare videtur, *l. necare 4.de liber.agnoſc.* Summa tamen
2 publici ſtatus neceſsitas, etiam alimentis onus aliquandò impoſuit, quod quantum fuerit venalium rerum vectigal, explanant *Lipſ.ad Tacit.lib.13.hiſt. & Iac.Cuiac.lib.1.obſ.28.* & *Gadd. in l.17.§.vectigal portus, D.de V.S.* & not. *in l.ex præſtatione 7. cum l.ſeq. C.de vectig.& commiſſ.Buleng.de Imp.Rom. lib.9.c.39.ad 44.* Et Princeps illa vectiga-
3 lia exigere debet, quæ ſine magno ſubditorum incommodo penduntur: Quod non agnoſcens C.Caligula, ideò necatus, *Suet.Tranquill. c.40.* ibi: *Vectigalia noua, atq; inaudita, primùm per publicanos, deinde, quia lucrum exuberabat, per Centuriones, Tribunoſq; Prætorianos exercuit: nullo rerum, aut hominum genere omiſſo, cui non tributi aliquid imponeret; Pro edulijs, quæ tota Vrbe venirent, certum, ſtatutumq; exigebatur;* Quia ex re à coniuratis 30. vulneribus confectus, gliſcente ætate interijt.

4 Potiùs barbaras, ac peregrinas merces vectigali eſſe oneranda, quæ non tàm ad vitæ faciunt neceſsitatem, quã ad luxum, ac delicias, & quarum vſus diuitum eſt peculiaris, veluti àromata, gemmas, & eiuſmodi generis alia; & à ſerico potiùs, quàm lana, cibiſq; lautioribus, quàm communibus, exigendum, cum hæc pauperes, illa diuites emant, *Simanch.de Rep.lib.9.c.24. nu.9. Bodin.lib.6.de Rep. cap.2. pag.1037. nu.663. Lorich.de Princip. inſtit. tit. de vectigal.c.72.in fin. Fauſt. in conſ. pro Ærario claſſ. 20. ord. 1534.* Reſpondente namq; Henrico III, Hiſp. Rege ad id monemur: *Non faciam equidem* (dixit) *non patiar; potiùs enim pauperum imprecationes, ac lacbrymas, quàm hoſtium arma timeo; plus illa Regi, ac Regno, quã iſta procùl dubio nocebunt;* vt refert *Stephan. Garibay in comp. hiſt. Hiſp. lib.15. cap.48.* cuius meminit *Reg. Galeota lib.2.controu.18.n.25.*

5 Ità vt vectigalia, ſeù pedagia imponantur, & exigantur tantùm ex rebus, mercimonij, & negotiationis cauſa aſportatis, vel delatis, iuxtà Imperatorium reſcriptum *in l. omnium, C.de vectigal.* & in *l.vniuerſi 5. C. eod.* exceptis cauſis eximendi à gabellis, pro rebus, quæ ad vſum, vel ruris exercendi cauſa reuehuntur, aut Fiſco deferuntur; ea verò, quæ extrà prædictas cauſas, vel negotiationis gratia portantur, ſolitæ præſtationi ſubiuguntur, capitali pœna propoſita exactoribus, ne gabellam exigant ex rebus in proprium vſũ inuectis; & ex *l.ſi publicanus, §.1. D.de publican. & vectigal. l.in lege cenſoria 203. D. de v.ſign.* communitèr concludunt *Boſſius in pract.crim. tit. de Principe, §.Princeps dicitur, n.178. Rol.à Vall. conſ.34.num.13.& conſ.42.n.28. vol.3. & conſ.71.n.15.vol.4. Burſat.conſ.42.n.4. Bertaz.conſ.crim.207. n.4. Claud.in add.ad conſ.26.lit.a. Hotom.conſ.11.nu.7.& 8. Bucrb.iun.conſ.2. num.74. Surd. conſ.*

Digitized by Google

conſ.41.n 3.& conſ.307.n.1. & in tract. de aliment.tit.8.priu.91. num.3. Franc. Marc.deciſ.214.n.2.p.2.& dec.285. nu. 3 lib.1.Perſonal.de gabell.nu.103. Guid. Pap.dec.4. Mart.Benenkd.in add.ad Seraphin.de iuram.priuil.14.nu.1. Ant.Sola in Conſtit.Sabaud.in proœm. gl.5. nu.13. Villalob.in comm.opin. ver.gabella ſi debet ſolui, Viuius in comm.opin.ver.Statutum probibens, Peregrin.de iure fiſci lib.6. tit.5.n.23.Card.Tuſcb.lit.S.concl.3. à n. 11.Mindan.lib.2.de proceſſ.cap.42.num. 21.Henric Klock.in diſp.de Vectigal. cõcluſ.57.lit.a. Io Koppen.deciſ.50.n.30.p. 1.Molfeſ.in ſumma t.2.tract.12.cap.22. n.93.Fauſt.in Conſil. pro Ærario claſſ. 5. ord.522.& claſſ.20. ord.1534. Faber in Cod. lib.4. tit. 40. defin. 3. Reg.Tapia lib. 6. Iur. Regni in annot. ad Pragmat. 1.tit.de Vectigal. ver. mercibus, quæ fol. 96. Goffred.de Gaeta ſup.ritib. Reg.Cam. rubr.2. de Iure Fundici n.60. & in rubr. de Iure Paſſagij, n.2. Autbor noſter hìc *nu.2.* quem ſequitur *Nouar. de grauam. Vaſſall.t.3.grau.85.n.7.*

6 Ideòq; priuilegium de exigendo vectigali pro frumentis, vel pro equis, &c. ſimpliciter loquens, recipit interpretationem à iure communi, vt pro ijs, quæ vſus proprij cauſa ducuntur, nihil ſoluatur, *Rol.à Vall conſ.71. nu.16. & 21. vol.4. Marc.deciſ.14. n.4.p.2. Maſcard. de ſtatut.interpr.concl.2.n.21. & ſeqq.*

7 Vſus autem proprius, etiam vſum familiæ includit, *l.plenum 12. §. ſi vſus, D.de vſu, & babit.l.pen.de precar. Chopp. de Iuriſd.Andeg.lib.1.cap.57.n.2. in fin. Petr.Gregor.ſyntag.lib.3.c.9.n.5. Sixtin. de regal.lib.2.cap.6.nu.130. Boer. deciſ. 213.nu.8.& 13.Peregrin.d.tit.5.nu.21. Reg.Tap.d.l.in fin. Autbor* noſter hìc *nu. 3.* quem refert *Nouar. d.grau.85.nn.7.* proùt immunitas conceſſa alicui, extẽditur ad totam illius familiam, nempè vxorem, filios, & famulos, *Rebuff. in l. deſtinatio, §. familię, D.de v. ſign. Capiblanc.de Baron.pragm.8.p.3.n.173. Reg. Rouit.conſ.60.n.6.* vbi *Conſil. Altimar.n. 3.lib.2.* Proùt de famulis Scholarium, & Clericorum, poſt alios *Conſil. Altimar.d.loc.* Et deciſum fuit per R. Cam. anno 1659. ex *Arreſt.698.* apud *Reg.de Marin.* vt famuli alicuius Monaſterij, quibus pro eorum victu dietim ſubminiſtratur panis à RR. Patribus, ſint immunes à ſolutione gabellæ pro pane prædicto.

8 Vſus autem nomen, cum latiſſimè pateat ex *tit.de vſu, & babit.* Verẽdum erat, ne vectigalium prouentum inanẽ redderemus, *Gul. Forner.lib.1.ſelect.cap. 20.* Ideòq; *I.C.Alfenus in d.l.203.D.de v. ſign.* cũ *in lege Cenſoria portus Siciliæ* ſcriptum eſſet, vt pro ſeruis, quos pro vſu ſuo quis ducit, portotiũ nõ daretur, interrogatus, *quid eſſet vſu ſuo*, reſpondit: *Et magis placet, quod victus cauſa paratum eſt, tantùm contineri: Itemquè de Seruis eadem ratione quæri, qui eorum vſus ſui cauſa parati eſſent, vtrum diſpẽſatores, inſularij, villici, atrienſes, textores, operarij quoque ruſtici, qui agrorum colendorum cauſa baberentur, ex quibus agris paterfam; fructus caperet, quibus ſe toleraret: omnes deniquè ſeruos, quos quisquè emiſſet, vt ipſe baberet, atq; eis ad aliquam rem vteretur, neq; ideò emiſſet, vt venderet: Et ſibi videri eos demum vſus ſui cauſa patremfamilias babere, qui ad eius corpus tuendum, atq; ipſius cultum præpoſiti, deſtinatiq; eſſent, quo in genere vectores, cubicularij, coci, miniſtratores, atq; alij, qui ad eiuſmodi vſum parati*
9 *eſſent, numerarentur.* Et ſic etiam res corporis tuendi, colendiuè gratia comparatæ, *d.l.203.* ibi: *qui ad eius corpus, Rebuff.ibid. in §. item ſerui, Azeued. ad Conſt.Reg.lib.6.tit.11. l.7. n.3.* vbi vſus gratia vehi dicit, quidquid pro quotidiano vſu, & cultu perſonæ, & familiæ defertur, vt eſculenta, poculenta, & veſtes, *Afin.de execut.§.9. cap.55. nu.1. P.Duenn. in reg.iur. ver.gabella, num.6. Alciat.in d.l.203.n.13.* Itemq; res, quæ aduehuntur in neceſſariam ædium reparationem, *Guid.Pap.deciſ.4.* vbi *Add.* hoc diſputant, *Fr.Marc.dec.285.lib.1.*

10 Rursùs ob fardellum, & valiſiam, quam quis ſecum ducit, non ſoluitur vectigal, *Rol. à Vall.conſ.71.nu.19.vol. 4.Steph.Daoyſ.in Indic.Iur.Ciu.verb.gabella, Maſcard.d.concl.2. n.25. Trenta-*

cinqu.

cinqu.var.reſol.lib.1.tit.de Iure Fiſci reſol.5.n.18. nec ob anuulos, armillaſq; ornatus cauſa geſtas, aut veſtes, *Rolăd. cit.conſ.71.n.20. Caſtrenſ.in l.2. §.cum eadem,n.3. D.ad l.Rhod. de iactu*, ibiq; *Bart.in § ſi conſeruatis, Ranchin. in add. ad Guid.Pap. dec.4.* Et ille, qui vinum, vel fructus, ex proprijs fundis peruectos tranſportat in alium ſuum locum, immunis exiſtit, *Auendan.de exequ. mand. par.1.cap.19 num.14. Mexia in pragm. taxæ panis, concl.19. num.29. Rebuff.ad Conſt.Gall.tract.de mercator.art.fin.gloſ. vnic.n.23. Io:Kopp.d.deciſ.50. num.32. par.1.Iul.Capon.diſcept.313.num.18. to.4.Antonell.de loco legali lib.2.c.22.n.19.*

11 Item pro vaſis argenteis, quæ ſecum deferr pro vſu menſæ ſuæ,non incidi in pœnam contrà extrahentes argentum in Regno impoſitam, deciſum refert *Goffred.de Gaeta ſuper ritib.R.Cam.rubr.2.de Iure Fundici,n.156.* quia prohibita, non intelliguntur de eo, quod quis exportat ſui victus cauſa, idem *de Gaeta d.l.num.155.* poſt *Bart. Bertachin.* & alios *Roland.d.conſ.71.n.16.vol.4.*

12 Sed an de pecunia ſolui debeat vectigal, quæritur? Et videtur affirmatiuè reſpondendum, eò quod de omnibus rebus, quæ commercio ſubiacent, ſoluatur vectigal, *l.6. C.de vectig.* ſub rerum autem mobilium appellatione comprehenditur pecunia, *N.22. cap.5. verſ ſi verò, Gratian.deciſ.95.nu.8.* maximè ſi ad mercaturam data ſit, *Manzica de coniect.vlt.vol.lib.9.tit.3.num.2. in fin.* & ſufficit,vt deſtinatione,cum ea negotietur, licet expenſa nondum ſit, *Redoan.de reb.Eccl.non alien.rubr.15.n.8.* Deinde, pecunia collectationi ſubiacet, ſi otioſa non ſit, *Flor.de Mena qu.21.nu.6. Sixtin.de Regal.lib.2.c.14. nu.140. Caſp.Klock. in diſp.de contribut. concl.19.lit.C.* & collecta, vectigal, pedagiaq; à pari procedunt, *Burſat. conſ.161.n.38.vol.2. Petr. Frid. Mindan.lib.2.de mandat.cap.42.n.9.* Et cum in ea militet etiam ratio ſecuritatis tranſeũtium, idem ius ſeruandum quoque eſt, *l.illud,D.ad l.Aquil.* Et cũ anno 1568. Inſtitores quidam Itali, ſpecie liberi commercij magnam monetæ ſummam ad A. ſecundo Rheno exportarent, P. contrà Imperij decretum de moneta non imporranda, nec vetita inuehenda, tùm vectigal defraudatum arguẽs, M.nauim inhiberi curauit:quæ res graues contentiones peperit, *Thuan. hiſt. lib.43.* In priori facti ſpecie conſultus *Leonin. conſ.56.* negatiuè reſpondit.

13 Si tamen hæc argumenta conferantur ad vectigalium regulam,portorium ſcilicet ex ijs rebus exigi tantùm, ex quibus conſuetum *l.4.in fin.l.9.§.6. D. de publ.& vect.* ſunt magis apparentia, quàm concludentia; vnde de pecunia non ſoluitur vectigal, non enim omnes merces vectigali obnoxiæ ſunt,vt patet ex *l.fin. § ſpecies, D. eod.* Cum enim pecunia nunquàm commercio eximatur, & dominis portoriorum vectigal exinde dependendum eſſet, paulatim tanquàm hamo ad ſe omnem pecuniam trahent, aut facient, vt ipſa commercia tollantur; Conſuetudo autem exigendi non valet, quando ità capitur vectigal, vt annis ducentis res annihiletur, *Goden conſ.7.n 2.verſ.deniquè;* Et
14 ità de Conſuetudine generali totius Imperij Germ.teſtatur *Henric.Klock.in diſcept.de vectigal. iure concluſ. 60. in vol.3. diſp. Baſil.* Idẽq; in Hiſpania, ex *nou.recop.Reg.lib.9. tit.18. leg.34.* cautum eſt, *que no ſe pague alcauala de la moneda amonedada;* quod intelligit *Laſſarte de decim.vend.c.20. nu.31.* de quacumq; moneta, qua aliquid ematur, aut quæ permutetur cum alia pecunia, aut re; ſequitur *P. Molina to.3. de iuſt.& iur.tract.2.de tribut. diſp.664. num.7.* à quo mutuatus eſt *Maximil. Fauſt.in cõſ.pro Ærario claſ.18.ord.1398.*

15 Qui vſus ampliatur, quamvis res vſui deſtinatæ,mutato conſilio,deinde vendantur; ex *l.1. §.9. D.de exercit.act. l.cætera 41. §.ſed ſi parauit, D. de leg.1. Rol.à Valle d.conſ.71.nu.19.vol.4. Clar. §.fin.qu.82.ſtat.7.verſ.ſed pone, Franc. Marc.deciſ.283.n.3.lib.1. Maſcard.de ſtatut.interpr.concl.2.num.26. Surd.conſ.41.nu.4.vol.1. Reg.Reuerter. deciſ.277. circà fin. Heliſ.Danza ad priuil. Montis-*

fu-

*fuſcoli f.*184.*n.*30.quia ſemèl inciderũt in perfectum caſum immunitatis,à quo recedere non poſſunt, *Perſonal. de gabell.n.*104.*Gylm.deciſ.*8.*n.*15. vel quia contractus ſumit dominationem à tempore, quo celebratur, *P. Thom. de Afflicto de iuſt.& iur.par.*2.*diſp.*16.*n.*88.

16 Proùt aiunt in ſtatuto prohibente emptionem frumenti, quod ſi mutato propoſito non conuertit in vſum, non incidat in pœnam, & ſufficit, quod à principio emit in ſuos vſus, ex *Afflict. deciſ.*72.*n.*8. ibiq; *Vrſill.n.*15. *R. Rouit. conſ.*72.*n.*6.*vol.*2. nam ſola deſtinatio, magni momenti eſt, *l. ſi chorus* 79. §.1. *D.de leg.*3.*l.qui res* 88.*§.arenam, D.de ſolut.Ferrett.de gabell.n.*174. *Clar.d.loc.* ex *Alberic.in* 2.*par.ſtat. qu.* 206. qui teſtatur de communi.

17 Conferunt dicta per *Guttier. de gabell.quaeſt.*93.*à num.*18. quod ſi Clericus emeret aliquam rem cauſa proprij vſus, ſi poſteà vendiderit illam, non poterit dici negotiator; nec incidit in pœnam Clerici negotiatoris, nec deberi gabellam,quia voluntas vendendi ſuperueniens ſecundariò, non facit, eũ cenſeri negotiatorem, ex *Molina de iuſt.& iure tom.*2.*diſp.*342.*num.*11. Vel ſi Clericus mercatus eſt rem, non vt venderet, ſed vt domum reficeret, deindè ex cauſa mutato conſilio tigna, vel cęmenta, quæ emit, venderet cariùs, id ex *Salyceto* ait, Clerico interdictum non eſſe, *Straccha de mercatur.* 3.*par.num.*5.

18 Sed hæc intelligenda ſunt, ſi de primo propoſito conſtet, eo ſiquidem non apparente, ex proximiori actu id præſumitur,ideò mercatum,vt poſteà venderet, ex *l.item* 7.*§.*12. *D. ad S.C.Maced.* & probari videtur ex *d. l.*203. *de V.S.* ibi:*Neque ideò emiſſet,vt venderet*, ac ità docent *Ferrer. in fine addit. ad Guid.Pap.deciſ.*4.*Alber.de Roſate de ſtatut par.*1. *qu.*79. *Ripa de peſte tit. de remed.præſer.*§.*deuenio nunc,n.*113. *Choppin.de iuriſd. Andeg.d.cap.*57.*num.*2. Vt ſi domeſticus vſus, in negotiationem tranſeat animo fraudandi pedagium, quæ fraus nemini vtilis eſſe debet, *l. ſi ab hoſtibus*, §.1. *D. ſol. matrim.* & ſimu-
19 latio eſt,quando aliquid fingitur fieri, quod reuera non ſit, quod ipſo iure eſt nullum, præſertim in præiudicium tertij; cum ex effectu ſequuto ſimulatio rectè probetur, *Dec. conſ.*453. quem refert *Tuſch.ver. ſimulatio concluſ.*259. *num.* 25.quare animus antecedens, ex actu ſubſequenti clarè dignoſcitur, *l. ſed Iulianus,§.proindè*, *D. ad Macedon. Crau.conſ.*77.*num.*10.*Gramm.conſ.*13.*n.*2.*Oſaſch.deciſ.*71. *num.* 32. & ab initio fuiſſe pręſumitur,qualem euentus ſubſequutus demonſtrat,*Tiraquell.de retr. lign.§.*1.*gl.*8.*num.*26.*in fin.* Hinc regularitèr ſempèr actus iudicatur ab effectu, à quo argumentum ſumi validè poteſt,ex *Euerbard.in Top.in loco ab effect.Neuiz.in ſylua nupt.lib.*1. *in fin. in arg.ab effect.* Voluntas enim, tantùm declarata ex ipſa venditione,qualificat actum, *Gemin. conſ.*7. *Fed. de Sen. conſ.* 13. ex *c. nupèr,de bigam.* vbi quod effectus magis attenditur, quàm veritas ipſa in eo, qui ex effectu actum prohibitum facit,ac *tot.tit.C.plus valere,quod agitur,quàm quod ſimulatè concipitur;* & ſic ; ceſſante priuilegio deſtinationis vſus domeſtici,ex venditione ſequuta immunitatis ceſſat priuilegium, *Menoch.conſ.*744.*ſub n.*12.*&* 13.

20 Imò obitèr dicimus, quod nec res vocantur in vſum deportatæ, ex ſola deſtinatione, niſi cum effectu *blada*,aut res in vſum conuertantur,*l.*1.*§.hæc autẽ verba,D.quod quiſq; iur.*& probatur ex *textu in l.ligni* 55. *§.ſi lignũ, D.de leg.*3. vbi ſcriptũ eſt, nec lignum paratum ad carbones coquendos,appellatione carbonum contineri, ex *text.in l.fundi* 17. *§.pen.& vlt.de act.empt.*vbi, deſtinata ad affigendum, non habentur pro affixis, *l.ſi & quod* 58.*§.*1.*D.pro ſoc.*vbi pecunia deſtinata ſocietati, non ex eo ſolo intelligitur eſſe ſocietatis; nec libri nondum perſcripti appellatione librorum veniunt, *l.librorum* 50.*§. vnde, & §.chartis, de leg.*3.*Iaſ.in l.Cætera, §. fin. D.de leg.*1,qui dicit,quod, quãdo factũ conſideratur, deſtinatio non attenditur, idem docuit *Bald. in l. ſi non dum,*

C.de

C.de furt. rectè *Natta conſ.*329. *nu.*13. *& conſ.*350.*n.*1.

21 Vnde *D. Io: Bapt. Larrea alleg. fiſc.* 111.*lib.*2.*à n.*35.*ad ſeqq.* probat, & deciſum refert pro Fiſco contrà Monaſterium Ord. D. Hieron. Vrbis Hiſpalenſis,ex quo conſtabat, multotiès Monaſterium habuiſſe lucrum, vt tàm ex ſuis areis, quàm alienis, & conductis faceret tegulas, & lateres fabricari, vt per ſuos famulos,& factores vẽderet,vt ex illorũ venditionibus deberet ſoluere gabellam; quia id non tàm fructuum rerum ſuarum venditioni,quàm animo negotiandi,lucrifaciendi cauſa,tribuẽdum eſt: quo caſu Eccleſiaſticos ex ſimilibus negotiationis contractibus debere gabellam, & pedagium ſoluere, expreſſum eſt de iure Canonico in *cap. quanquàm, de cenſ.in 6. Larrea d.loc. n.* 43.*&* 44. & poſt alios *Card.de Luca de Regalib.diſc.*131. *n.* 14. vbi loquitur in materia pedagij.

22 Air verò *Ferrett.de gabell.nu.*174. *in fin.* quod datur iuramentum,an à principio, quando emit frumentum,aut vinum,habuerit voluntatem conſumendi pro vſu ſuo, vel vendendi,lucri cauſa; Niſi aliæ præſumptiones iuramentum impediant, vt *infrà num.*29.

23 Hinc præfata concluſio mutationis conſilij, locum haberet, quando res vſui domeſtico deſtinatæ introduceretur, ſeruata taxa Reg. Cameræ circà quantitatem, vel cum modico exceſſu; & ſi fortè res illæ ad vſum deſtinatæ,ab ipſo proprio vſu ſupereſſent, & venales fierẽt,poſt quàm Ciuitatem introierint, rectè diceretur, eas ob immunitatem vſus domeſtici, portorio ſubiectas non eſſe,quamuis deindè in negotiationem incidentèr tranſeant, & ſic prioris deſtinationis, quæ ad vſum fuit, ratio habenda eſt, vt loquuntur *cit.DD.* Secùs cum euidentèr patet, ex eorum quantitate, vel conſuetudine negotiandi, alijsvè circumſtantijs, illas ad vſum non poſſe deſeruire, ſed fraus committitur, ità aſſerendo, vt pedagio eximātur, quod non eſt ferendum; nam ſequeretur abſurdum cum maxima iactura Reipublicæ, vt omnes immunes totius Regni poſſent fraudulentèr introducere, pro eorum vſu, bona ſubiecta ſolutioni pedagij, aliorumq; vectigalium, & deinde millies vendere, ac dicere, quod ſufficit ſola deſtinatio: Quod argumentum ab abſurdo,eſt in iure validiſſimum, vt per *Euerhard. in loco ab abſurdo*, & in omni diſpoſitione eſt euitandum,*l.non abſurdum*, *D. de bon. lib.*

24 Quare ad hoc abſurdum tollendum, ſiuè ad fraudes euitandas, decreta R. Cameræ prodierunt,vt omnis immunitas,pro vſu, non excederet taxam; ſic milites gaudent immunitate iuxtà taxam, *Arreſt.*83. 84. *&* 520. apud *R.de Marin.* Neapolitanorũ alibi habitantium, & pro vſu immuniũ,nec vltrà taxam immunitas extenditur, *Arreſt.*94. Barones pro fructibus bonorum feudalium, non gaudent immunitate vltrà taxam, *Arreſt.* 566. 567. *&* 568. Proùt de Eccleſiaſticis diximus *ſuprà ad §.*13. *de gabella carnis*, *n.*13.

25 Et ſic fuit ordinatum in paſſu Cannarum, vt exceptis his rebus, quæ deſeruirent pro vſu, iuxtà taxam generalem R.Cam.pro alijs, quæ deinde vẽdentur in fraudem dirictuum,deberent cogi venditores, aut emptores ad ſoluendum pedagium, ex prouiſionibus R. Cam. directis Regiæ Audientiæ Barenſi, die 22.Febr.1666.ad relationem Præſ. Io: Bapt. Amendolæ, in banca *Act. Io: Bapt. Conſtantini*, & *in Reg. part.* 15.*fol.* 159.

26 Porrò animalia, aliaq; bona ſubiecta ſolutioni pedagij, ſi fraudis cauſa translata ſunt ad perſonas immunes, pendere debent ius currecturæ, ſeù pedagij, proùt ante donationem pendebant; quia bona, quæ quis ſimulatè perſonæ immuni donauerit, ſub ſpe futuræ tutelæ immunitatis, tributis nihilominùs ſubijciuntur, *Ep.Ricc. in praxi Eccl.par.*2.*reſol.*431. *Reg. de Marin. reſol.*47.*lib.*1.*n.*14. *& in obſ.ad Reg.Reuert.deciſ.*227.*n.*3.*& dec.*529.*Ventrigl. in praxi Eccl.annot.*14.*à n.*34. & ſimulationes iſtas ſola præſumptione ſatis,

ſupêrq; probari dixerunt *DD. in l. imaginaria, D. de reg. iur. R. Merlin. 2. centur. controu. for. cap.* 27. & patet ex *Arreſt.* 336. & 551. apud *Reg. de Mariu.* Simulatio autem præſumitur, attenta cauſa, proptèr quam fit ipſa translatio, & cõſiderata conditione, & qualitate donantis, & donatarij, *Specul. in rubr. de Cler. coniug. verſ. ſed quid*, vt latè declarant *Conſ. Staiban. reſol.* 103. *Conſ. de Roſa conſult.* 48. *à n.* 58. *Epiſc. Rocca lib.* 1. *diſp. iur. cap.* 46. *per tot.*

27 Sequitur etiam, viatores non poſſe ſibi inuicem priuilegium mutuare, & alterum alteri nomen accomodare, vt à pedagio ſint immunes, ſicut ſunt illi, quorum priuilegium, & nomen aſſumunt, vt ex diſpoſitis per *Reg. Pragm.* 4. *de Vectig.* tradit *Danza ad priu. Montisfuſcoli, fol.* 185. *num.* 41. & *Nos* declarauimus *in par.* 1. §. 6. *de Iure Dohan. quæſt.* 9.

28 Probatur verò iuramento deferentis, vel coniecturis, rem duci vſus proprij cauſa, *gloſ. in clem. vnic. de cenſ. Bald. in l.* 3. *C. de naut. fen. Ferrar. in forma libell pro ſolut. pedagij in ver. panni, n.* 1. *Ferret. de gabell. nu.* 128. *& ſeq. Seraphin. de priuil. iuram. priu.* 14. *nu.* 3. *Aſin. de execut.* §. 9. *c.* 55. *n.* 1. *Afflict. in cap. vnic. ver. vectigalia, n.* 10. *Marc. deciſ.* 286. *n.* 1. *vol.* 1. *& dec.* 172. *n.* 2. *vol.* 2. *Viuius comm. opin.* 765. *n.* 13. *et* 14. *Surd. conſ.* 307. *n.* 3. *lib.* 3. *Koppen. d. dec.* 50. *nu.* 37. *Author* noſter hic *num.* 4. Niſi aliæ
29 præſumptiones id impediant, fortè quia ea quantitas mercium ſit, vt veriſimilitèr plurium vſui ſufficiat, vel perſonæ qualitas, & temporis ratio cõtrarium ſuadeat, *Sich. in C. de vectig. & comm. Eucrb. iun. conſ.* 2. *num.* 25. *vol.* 2. *Gall. conſ.* 94. *n.* 38. *Goffred. de Gaeta ſup. ritib. Reg. Cam. rubr.* 2. *de Iure fundic. nu.* 157. Imò ſi contrarium quis probare niſus fuerit, non admitretur iurare, paratus ad Sacramentum retractabile, *Vveſemb. in paratl. D. de iure iur. nu.* 11. *Menoch. de arbitrar. caſ.* 86. *in fin. Io: Vvammeſſ conſ.* 137. *n.* 5. *in fin.*

30 Sed an ipſi domini paſſuum iuramẽtum deferre poſſint? Et videtur negandum, cum non poſſint eſſe Iudices in propria cauſa fraudati vectigalis; ſed alitèr in hac materia, ob periculum, quod in mora eſt, ſi res Iudicis arbitrio ordinariè definienda foret, determinari deberet, *arg. l. vn. C. de litt. & itin. cuſtod. & l.* 3. *C. de Naueler. lib.* 11. quæ nõ ad Iudicem, ſed cuſtodes, & ſtationarios littorum diriguntur, *Choppin. de iuriſd. Andeg. cap.* 50. *n.* 2. & hoc etiam de conſuetudine Germaniæ eſſe tradit *Henric. Kloek. de vectig. iure concl.* 58. *in fin. in diſput. Baſil. impreſſ. vol.* 3. licet
31 reſpectu Clericorum adeundum eſſe Iudicem Eccleſiaſticum in caſu, quo Iudicem adire oportet, dicat *Roland. d. conſ.* 71. *n.* 25. *vol.* 4.

32 Adeò autem, res, quas vſus gratia, quis ducit, à vectigali nonnulli eximunt, vt ne quidem conſuetudine cõtrarium induci poſſe, ac eam, ſi quæ extet, vti irrationabilem exterminandam eſſe, contendant *Hoſtienſ. in ſumma tit. de cenſib. Boich. in cap. innouamus, num.* 4. *de cenſ. Marſil. ſing.* 81. *Natta conſ.* 655. *n.* 3. *Rol. conſ.* 34. *nu.* 20. *& ſeq. Gall. conſ.* 94. *n.* 6. *Becc. conſ.* 96. *n.* 9. *Surd. conſ.* 41. *n.* 3. *& conſ.* 307. *n.* 2. *Farinac. in fragm. crim. ver. bannimentum, num.* 56. *Ludou. comm. concl.* 15. *num.* 58. *Sola in Conſt. Sabaud. in proœm. decret. gloſ.* 5. *& vlt. n.* 13. *Saiſon in Conſ. Turon. tit.* 7. *art.* 2. *in pr. Nigron. in Conſ. Andegau. de droicts des chaſſes p.* 1. *art.* 43. *num.* 3. qui diabolicam contrariam appellat, *Viu. comm. opin.* 765. *n.* 16. *Perſonal. de gabell. n.* 105. *Marchiſ. recoll. qu.* 7. *n.* 2. *Trentacinqu.* 1. *var. tit. de iure Fiſci reſol.* 5. *nu.* 25. *Marc. deciſ.* 41. *n.* 3. *vol.* 1. Imò *Toletus lib.* 5. *cap.* 74. docet, exigentes gabellam ex rebus, quæ inuehuntur ad proprium vſum incidere in *Bullam Cœnæ Domini*, qua excommunicantur, qui prohibita pedagia exigunt, & quod de rebus vſualibus ſit prohibitum exigi, patet ex *d. l. vniuerſi, & d. l. omnium*; Et huiuſmodi gabellas, ex rebus ad proprium vſum, eſſe iniuſtas, docent *Caietan. in ſumma verb. vectigal, Tabiena in ver. Pedagium, n.* 3. *Armilla in ver. gabella, n.* 20. *Ledeſma, Molina, Gabriel,* &

alij,

alij, quos refert *del Bene de immunit. Eccleſ p.1. cap.50. dub.31.ſect.2. P.Stephan.de Neapoli de præcip.iuſtit.part.lib. 1. de Trib. & Vectigal. cap. 15. num.8.* ex eo, quia non ſeruatur iuſta diſtributio oneris inter diuitem, & pauperem, imò plus grauantur pauperes, quàm diuites, qui ſolent proprios fructus ad vſum neceſſarios recolligere, & ex iſtis tributis æquè grauantur peregrini, & incolæ, cum tamen cauſa tributi ad peregrinos non pertineat.

33 At communior, ac practicabilior ſententia eſt, gabellam poſſe iuſtè imponi, etiam ſuper rebus ad vſum pertinentibus, ità *Suarez, Turrianus, Leſſius, Vaſquez, de la Crux*, & alij, quos ſequuntur *Diana par.1.tract.11.de Bulla Cruciatæ reſolut.38. Gibalin. de varijs commercijs lib.2.cap.2. art.8. num.20. Card. de Lugo de iuſtit. diſput. 36. num.26.* & *P.Ioannes Martinez Confeſſarius noſtri Auguſtiſſ. Regis Philippi IV. in ſuo elegãti tract. de tritico diſcurſu 5.6. & 7.* ac *Archiepiſc. Hiſpalenſis Petrus de Tappia lib.4. de legibus qu.11. per tot. Conſultores illius impoſitionis in Hiſpanijs de anno* 1660. Etenim neque ex natura rei, neque humano iure tale vectigal prohibitum eſſe fundãt *Gibalinus d.loc. Diana*, & alij, quos refert *Iul. Capon. diſcept.for.313.cap.2. num.65. & ſeqq.* Imò, quia pauperes ſunt, minùs emunt ex his rebus, quæ ad vſum vitæ ſunt neceſſariæ, quam diuites, imò, vt notant *Malderus 2.2.tract.5.cap.6. dub.6. Molina de iuſtit.tract.2.diſp.669. nu.2.* merces, ex quibus mercatores vectigal ſoluunt, pàuperes cariori pretio in vſus neceſſarios ab illis emere coguntur, & ſic moralitèr ſeruatur inter diuites, ac pauperes æqualitas, vt probant *del Bene, vbi ſuprà, Molina, Nauarrus, Valentia, Layman*, & alij, quos ſequitur *Fermoſin.in cap. Eccleſ.S. Mariæ, de Conſtit.quæſt.51.n.3.cum ſeqq.*

34 Neque vrget argumentum *Toleti*; Nam primò, poſſemus reſpondere cum *P.Gibalino Ieſuita d.art.8.num.20. verſ. verum*, quod *Bulla Cœnæ* vbiq; non obligat: quod in hoc ſenſu tamèn intelligit *Iul. Capon. d.diſcept.313.cap.2. nu. 68.* ſcilicet, quod talis *Bulla* in impoſitione gabellarum, non ligat Principes non habentes Superiorem, qui poſſunt, & de facto imponunt ſine aſſenſu Apoſtolico, vt defendunt *Reg. Reuerter. deciſ. 57.* & *Reg. de Marin.lib.1. reſol. 156.* notiſsimum eſt autem, quod *Bulla* prædicta cõfirmata fuit per *S.P. Alex.VII. in Conſt. Paſtoralis, data die 13.Apr.1656.* & quolibet anno publicatur in Eccleſijs; Dicimus tandem, quod *Bulla Cœnæ* ſolùm damnat exigentes vectigalia prohibita; Pedagia autem prohibentur ſolùm ea, quæ ſine authoritate fuerunt indicta, ab *Innocentio III.in d.cap. ſuper quibuſdam, de V.S.& cap.innouamus, de cenſib.* Et quidem in veteri teſtamento DEO. O.M. iniquum viſum non fuit, vt tenuiſſimus quisvis, ex fructibus agelli in proprium vſum ſatis, decimam ſolueret, *Molina de iuſtit. & iur. d.diſput.669.nu.2. tom.3.*

35 Vnde ex grauibus cauſis, poterunt Principes ſuper rebus ad vſum, & ſuſtentationem propriæ familiæ comparandis, tributum inſtituere, & hæc neceſſitas, ſcù conſuetudo, collectarum magiſtra, hodiè per Europam, ſine vſus proprij, aut alieni intuitu, mercibus impoſuit vectigal, teſte *Io: Marquardo de iure mercat.lib.2.c.3.n.72.* cuiuſmodi eſt illud Luſitanum, vulgò *Siſia*, & Hiſpanum, quod *Alcaualà* dicitur, quatenùs ad iſta vſualia ſe extendit, *Molina diſp.663.& ſeqq.tract.2.* Et de Gallia vſitatiſſimum, dicit *Gibalinus, de var. commerc.d.cap.2.art.8.n.20.in fine.* Et in Lombardia teſtatur *Io: Petr. Ferrar. in for.libelli ſup.ſolut.pedagij tit.29. gloſ.4. nu.3.* Et de tota ferè Germania, de his rebus ad vſum emptis vectigal ſolui, teſtantur *Kopp.d.dec.50.n.34.Gylm.dec. 8.n.5.lib.1.Fauſt. in Cõſ.pro Ærarioclaſſ. 20.ord.c534.verſ.Verũ*; Et *damn.mem. Henning.Arniſæus de Iure Maieſt. lib.3. c.7.ſub n.5.* his verbis: *Imò eò res deuenit etiam in nonnullis Germaniæ Prouincijs, vt pro frumento, quod ad molendinum*

deſertur, pro eo, quod edimus, quod bibimus, quo ſuſtentamus corpus, & vitam, vectigal præſtare, & ea, quæ noſtra ſunt, quaſi iterum emere cogamur.

36 Et in hac fideliſſima Neapolis Ciuitate, expreſsè anno 1649. fideliſſ. Platea Popularis ſupplicauit S. E. vt dignaretur, pro medietate renouare gabellas, ſpeciali gratia extinctas, vt in *Prag. 21. de Vectigal.* & *ibidem in* §.11. auferre vſum quibusvis perſonis, *Iul. Capon.d.diſcept.313.cap.1.n.27.* Seruatur tamen huius vſus immunitas, in gabella *Sbarrarum*, vt diximus *in* §.11. itemq; in omnibus pedagijs Regni, ex Regiæ Cameræ præſcripto,

AD QVÆST. III.

Pro Homine, & Capite libero, an poſſit exigi pedagium,

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Pedagium pro homine, & capite libero, an exigi poſſit, à n.1. ad 3.

Hominis gratia, omne conſtitutum in terra, num.4.

Pedagium, an debeatur pro tranſitu meretricum, lenonum, vel mulierum boneſtarum tranſeuntium, etiam equeſtèr, n. 5. & 6.

1 Pedagium pro homine, & capite libero exigi poſſe videtur ex *Iul. Ferrett.de gabell.n.46. & 47.inter tract. tom.12.fol.80. àt.* vbi ait, quod ſtatutum diſponens, ſolui gabellam pro tranſitu animalis, non habet locum in hominibus liberis, nec ſeruis, *Niſi* (ſubdit) *ſtatutum dictaret, quod pro qualibet re ſoluatur gabella, quia & homo liber comprehenderetur ſecundùm D.Rayner. de Forlin olim Bar. præceptorem in iure ciuili, &c.*

2 At contrarium per Reg.Cameram determinatum fuiſſe refert *Author* noſter hìc *n.1.& 2.* ex eo, quod ſub generali obligatione bonorum, vel mercium, non veniunt homines, *l.obligatione generali, D.de pign. & l. in bonis, D. de priuil.Cred.* & decima, licet debeatur de omnibus fructibus, non debetur de homine, ex *Card.Zabarell.in Clem.1.de decim. n.17.* & *Auth.* noſtrum ſequitur *Nouar.de grauam.Vaſall.t.3.grau.85.n.*
3 *9.10.& 11.* Etenim liber homo, non eſt in commercio, nec poſſideri, neque in bonis noſtris eſſe dicitur, *l. inter ſtipulantem, §.ſacram, D.de V.O.l.cum heredes, §.fin.D.de acqu.poſſ.l.ſi ſeruus, D.de ſeru.* Nec dicitur recipere æſtimationem *l. ex hac, D.ſi quadrup. pauper.feciſſ.dicatur, l.liber homo, D.de verb. obl.* Vnde nefas eſt, hominem oppignorare, *l. qui filios 6. C. quæ res pign. oblig. l. fin.C.eod.cũ cõcord.* vt poſt alios firmant *Petr.Gregor.ſyntagm.iur.lib.25.cap.9. n. 6.Connan.lib.4.Comment.cap.14.num.8. Oſuald. ad Donell. lib.15.comment.cap. vlt.lit.C.Ant.Faber in Iuriſpr.Papin. tit. 8.princ.6.illat.2.verſ docent. Molina de iuſt.& iur.t.2.diſp.530.nu.4. Neguſant. de pignor.par.2.membr.3.nu.50. Merlin. de pign. & hypoth. lib.2. tit.1. quæſt. 50. Gomez. de Ameſcua de poteſt. in ſe ipſum lib.2.cap.14, num.31. Antunez Portugal de Donat.Reg.lib.2.cap.30. nu.17. Velaſcus de priuil.paup.par.1.quæſt.22. n.68. Didac.Bolero de decoct.deb.fiſc,tit.1.q.2. n.31,* Fructus namq; eſt pignori dare licere, *l. fructus 71. D. de reg. iur.* & *l. vlt. D.de vſur.* Homo verò fructui non accenſetur, *l.vetus 68. verſ. nequè enim in fructu hominis, homo eſſe poteſt, D.de vſufruct. Andr. Dalnerus in tract.de Iu-*
4 *re hominis part.8. n.11.& 12.* Quis neſcit, hominis gratia, non ſolùm omne ius conſtitutum, *l.2. D. de ſtat.hom. Inſtit.de iure nat.gent.& ciu.§.fin.verſ.vlt. Cic.de Finib.* ſed etiam omnes fructus à rerum natura comparatos, *l.in pecudum 28.§.fin.* ibi: *Cum omnes fructus, rerum natura, hominum gratia comparauerit, D. de vſur. Inſtit.de rer.diuiſ. §.in pecudum, verſ.*

Digitized by Google

verſ.abſurdum, ibi: *Cum omnes fructus*, *M.Tull.Tuſcul. lib.* 1. quippè quod homini omnium rerum creatarum dominium à Deo concreditum eſt, *Gen.* 1. *verſ.* 28. *Pſalm.* 8. *Cic.de nat. Deor.lib.* 2. *Cælius antiqu. lect. lib.* 1. *cap.* 2. *Polydor. Virgil. de rer. inuent. lib.* 1. *cap.* 4. *Petr. Gregor.ſyntagm.iur.lib.*7.*cap.* 1. *n.* 3.

5 Idemq; iudicatum teſtatur, vt pedagium non debeatur, ſi ſit meretrix, vel leno, noſter *Author* hic *n.* 5. ac fatetur etiam *Danza ad priuil. Montisfuſc.fol.* 183.*nu.*25.vbi licet ad id referat *Montanum de Regal. tit. vectigalia ſub nu.*7. aientem, meretrices tranſeuntes non eſſe moleſtandas, quia non eſt habenda ratio, quà tranſeunt, ſed quò vadunt, & permanſuræ ſunt, & vectigal ſoluere, ſi ibi exigitur; loquitur tamen ibi de vectigali meretricio huius Ciuitatis Neap. quod iàm ex munificentia noſtri Auguſtiſſ.Regis ſublatũ eſt.

6 Proùt nec ad ſolutionem teneri mulieres honeſtas tráſeũtes,etiã equeſter, vulgò, *à cauallo con le condole*, cum aliquibus bonis pro eorum vſu, prouiſum fuiſſe memorat *idem Danza ibid.nu.*26.

AD QVÆST. IV.

An de corpore mortuo debeatur paſſagium.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Pedagium, an exigi poſſit pro cadauere tranſeunte, elucidatur, à n. 1. *ad* 6. *& quid ex Statuto ſpeciali,n.*7.

*Vectigal pro ſepultura, an accipi valeat, num.*8.

*Gabella debita pro animali, an de mortuo debeatur, n.*9.*&* 10.

Animalium groſſorum, *vel* minutorum *appellatione, quæ contineantur,n.*11.

*Paſſagium, ſeù pedagium, an pro rebus in collum delatis exigatur, n.*12.*&* 13.

*Ius ſcalatici, ſeù colli, quid ſit,n.*14 *&* 15.

*Pedagium, an debeatur de inſtrumentis ruralibus, fructibus ſeminatorijs, vaccæ lactante, ac de bonis Regiæ Curiæ, à n.*16.*ad* 18.

*Paſſagij ius, an debeatur pro vectura rerum immunium cum animalibus alienis, à n.*19.*ad* 21.

*Et quid ſtante pacto immunitatis ad vectoris beneficium,n.*22.*&* 24.

Paſſus feudalis Cannarum *in Barulenſi agro memoratur, n.*23.

*Ius curretura, ſeù paſsagij, an debeatur à vectoribus, quibus ſalarium, vel merces datur à Reg.Curia,à n.*25.*ad* 27.

*Et an pro ouiculis Dobanæ Apuliæ, vervecibus, agnis, alijsq; fructibus d.ouicularum, n.*28.*&* 29.

*Eccleſiaſtici, quando ad ius paſſuum teneãtur, à n.*30.*ad* 34.

*Pedagia, an exigi poſſint à laicis vectoribus mercium Eccleſiaſticarum,latè exponitur,à n.*35.*ad* 46.

*Et quid per Regiam Cameram,ac S. Congreg.determinatum, à n.*47.*ad* 49.

*Ciues Neapolitani, ac Barulenſes, an pro mercibus per vectores delatas, in paſſu Cannarum immunes ſint, à num.*50. *ad* 52.

*Pontium refectio, ad quem ſpectet, num.*53. *&* 54.

*Et quid in locis, in quibus pedagium exigitur,n.*55. *&* 56.

*Et in paſsu Cannarum, n.*57.

*Ponte deſtructo, an pontagium, ſeù pedagij ius exigi queat, à n.*58.*ad* 60. *Quid verò ſi reficiatur pons in veteri, ſeù alto loco, à n.*61.*ad* 63.

*Scapha exactio, quæ in flumine fiebat, an deindè constructo ponte, ſupèr eo fieri poſſit, n.*64.

*Pedagium, an quis ſoluere teneatur, ſi non vult tranſire per pontem, ſed natando, vel per vadum fluminis, à num.*65. *ad* 67.

*Ius paſsuum, ſeù pedagiorum, an in pluribus locis exigi, vel de vno ad alium locum transferri valeat, nu.*68.*&* 69.

*Et quid ſi conceſſum ſit ſupèr territorio, vel ad fraudes euitandas, à num.*70. *ad* 74.

*Sed quod pedagij tranſlatio prohibita ſit, alij firmarunt, nu.*75. *ac transfcribuntur*

buntur verba Henrici Klock. *n. 76.*

Refertur R.Cam. prouiſio ſupèr paſſu Cimitini, *n.77.*

Pedagium, an exigi poſſit de alijs rebus, de quibus non fuit conſuetum exigi, n.78.

Et quare ſeruandus ſit modus exactionis per R.Cameram præſcriptus, vulgò, tariffa, *n.79.& 80.*

Pedagiorum abuſus, quomodò in Germania creuerit, & nouitèr ea concedi vetitum, abſq; Imperatoris ſimùl, ac Electorum conſenſu, ex Capitularione Cæſarea, anni 1658. *n.81. & 82.*

Pedagium exigendi in pluribus locis territorij ſui priuilegium habens, ſi longo tempore vſus ſit in certo loco, vel minùs exegerit, an quoad reliqua illud amittat, n.83.& 84.

Paſſagium, an quis ſoluere debeat, manens in via limitropha, domino territorij, cum alio communi, n.85.

Pedagium, an extrà territorium exigi poſſit, vel pro eiuſdem ſolutione, res tranſeuntium capi, à n.86. ad 88.

Cuſtodes in territorio, an per dominos pedagiorum teneri queant, n.89.

Exactores paſſuum, an aſſiſtere debeant in loco deſtinato, vbi erectum eſt Epitaphium exactionis, n.90.& 91.

Merces proptèr fraudata pedagia, an incidant in commiſſum, n.92. Et quid ſi iàm tranſierint, an pedagijs hypothecata ſint, à n.94. ad 96.

Exactoribus, an tranſeuntes, pedagium fraudantes, in carcerem conijcere, vel pignorare liceat, n.93.

Ius paſſagij, an pro libris, ſiuè inſtrumentis ad eorundem impreſſionem neceſſarijs, etiam cauſa commercij delatis, debeatur, n.97.& 98.

Nundinantes, an moleſtari poſſint pro ſolutione pedagij, n.99.

Et quid pro iure fundici, n. 100.

MVlti paſſuum anfractus hìc occurrunt, quorum primus eſt Nobis extricandus, an pro cadauere pedagium debeatur?

1 Non etenim id nouum eſt; cum olim vectigal pro mortuis penſitatum eſſe, teſtetur *Boundica Britannica* apud *Xiphilinum in Nerone*: *Scitis, quantum pendamus pro mortuis: Romanis ſolis, etiam mortui viuunt, vt aliquid ex ijs accipiant? Neque enim mori licet apud eos ſine tributo, & mulcta; Ioſeph Laurentius in Polymathia lib. 2. cap. 5.* Imò *Lampridius* ait, *Commodum* vendidiſſe ſepulruras; quod crimen *Verri* quoq;

2 *Cicero* obijcit *act.7.* Aliquid etiam pēdi ſolitum eſſe pro cadaueribus eorū, qui alibi mortui ducerētur in patriam, cum portas Vrbium, aut portus inirēt, tradit *Ariſtot. lib.2. Rhet. cap. 6.* vnde prouerbium, à mortuo vectigal exigere, *Iul.Cæſ.Bulenger. de Imp.Rom. lib.9. de Vectigal. cap.52.* à quo tranſumpſit *Maxim. Fauſt. in conſ. pro Ærario claſſ. 1. ord.39.* quanquàm & aliò referri per tranſlationem poſſe ſcimus; & vide *Mirandol. in tract. intit. Gabella della morte.*

3 Legirur quoq; in *l. funeris 37. D. de religioſ.& ſumpt.fun.* pretium ſepulchri, & vectigal funebre, ità: *& ſi quæ vectigalia* (ſeù *veſtiaria*, iuxtà vulgatam lectionem) *ſunt, vel ſarcophagi, & vectura.* Deſignantur his verbis, ſumptus propriè pertinenres ad funus hominis peregrè mortui, vt & ſequentia illa: *Et quicquid corporis cauſa, antequàm ſepeliatur, conſumptum eſt*: Vocem verò illam, *vectigalia*, Florentini Codices præferunt, & *Baſilica*, ex quibus hæc ſuggerit *Cuiacius lib. 5. obſ. c. vlt.& lib. 11. cap. 21. Et quod vectigal, vrna, veſtiarium;* licet pro vulgata lectione ſtet *Elbertus Leoninus lib.3. emendat. cap.10.*

4 Vtcunq; ſit, vectigalia hìc accipimus, quæ in itinere, aur pontibus pro tranſitu præſtantur, dum ex loco in locum corpus mortui perfertur, à quibus nec immunem fuiſſe ſarcophagū argumentari licet ex *l. ſi quis ſepulchrum 12. verſ. Præſes, D. de religioſ.* Sunt tamen, qui vectigalis nomine in *d.l.37.* intelligunt portotium illud, quod vecturæ nomine *Charonti* porrigere mortuos debuiſſe, pro tranſmiſſione ſtygiæ paludis, veteres fabulabantur, vt ex *Ariſtophane in Pſyches fabula*, *Diodoro Sicul. lib.2. rer. antiqu. c.6. Apuleio lib. 6. de aſino aureo,*

quò

quò alludens *Albinouanus in Eleg. ad Liuiam de morte Druſi.* auarum portitorem *Charontem* indigitat, ſicut & auarum nautam, *Apuleius*; in quo ritu irridendo nimius eſt *Lucianus in Charontis, & Menippi Dialogo, & in Cratetis, & Diogenis, & in Cataplo ſiuè Tyranno, & de luctu*; ſed commodiùs ad portoria viarum, pontiumvè referrur; nec enim credendum eſt, grauem, ſeriumquè I.C. inter legitimos funeris ſumptus computaſſe, & vicesimæ præferendam cenſuiſſe minutam illam obuli in os defuncti impoſiti, vanamq; impenſam, vt egregiè oſtendit *Exc. Dom. D.Franc. Ramos del Manzano, Francorum Comes, in comment. ad ll. Iul. & Pap.lib.1.cap.17.n.5.& 6.*

5 Non tamen eſſe ſoluendum ius paſſagij de corpore mortuo, ſeù cadauere, reſolutum per Reg. Cam. ſub die 12. Iunij 1555. teſtatur noſter *Author* hic *n.1.& 2.* quem referunt, & ſequuntur *Nouar.de grau.vaſall.tom.3.grau.85.n. 12. Heliſ. Danza ad priuil. Montisfuſc. ſeù de priu.Bar.pag.183.àt.n.27.* idemq; poſt *Sebaſt.Medic.de ſepultur.qu.13. nu. 3.* tradit *Camill. Borrell. de magiſtrat. Edict.lib.3.cap.5.nu.47.* adde *Surd.conſ. 297.n.3. & 4. vol. 2.* quia homo mortuus, non dicitur homo; Et illicitum eſſe aliquid exigi ratione pontagij, ſeù paſſagij pro tranſlatione cadauerum de vno loco ad alium, longè, latèq; elucidat *Alphonſ. Perez de Lara lib. 1. de anniuerſar.cap.25.*

6 Sed & à vectigalibus immunia eſſe corpora, quæ aliò transferuntur, patet ex Græca Conſtitutione, quam *Cuiac. lib.11.obſ.d.c.21.* edidit ex *lib.59. Baſilicon tit.1.* his verbis latinè traductis: *In nullo quopiam loco vectigal ab aliqua perſona pro transferendis cadaueribus exigatur;* meminitq; *Ioannes Kirchmãnus de funerib.Roman.lib.3.cap.25. circà fin.* eamq; ſupplendam eſſe ad *tit. Cod. de religioſ.* monet *cit. Ramos d. cap.17. n.4.* ſequiturq; *Io: Hieronym.de Iranço in tract.de proteſtat.& pro harede geſt.in*

7 *apparatu num. 99.* vbi *num. 100.* hanc reſolutionem limitat, ſi alitèr cautum repetiatur aliqua lege particulari, quæ ſit in viridi obſeruantia.

8 Imò & deteſtandum vectigal, pro ſepultura acceptũ, docet *Gaſp Klock.lib. 2. de Ærario cap. 148.* vbi *num. 28.* refert, quod *Semiramis* Regina, cõſiderãs hominũ auaritiã, neq; in violandis, perſerutãdiſq; ſepulchris ceſſare, cum ſibi ſepulchrum admirãdi ſumptus conſtituiſſet, inſcribi iuſſit hæc verba: *Quicunq; Rex pecunijs indiget, aperto monumento, quot voluerit, accipiat*: Quæ cum legiſſet Darius, ſepulchri lapidem reuelli iuſſit, opinatus, theſaurum abſconditum eſſe, quo reuoluto, literas alias vidit: *Niſi Rex auarus eſſes, & pecunia inſatiabilis, mortuorum monumenta non violaſſes*: ſed vide *Solorzan.lib.5. de Iure Indiar. cap.vn.nu.41.& 42.* vbi inter alios, affert *Caſſiodor. lib. 4. epiſt. 34.* ibi: *Aurum enim ſepulchris iuſtè detrabitur, vbi dominus non habetur, &c.*

9 Comprobat inſupèr noſter *Auth.* hìc *nu. 4.* quod gabella debita pro animalibus, non debetur de mortuis, ex *Bart. in l.cum delanienis, in pr. D.de fundo inſtr.* quem ſequitur *Iul.Ferrett.de gabell. num.96.& 110.fol.82.in tomo 12.tract.* & poſt *Io: Bapt. Aſin.* ſequitur etiam *Borrell. d.cap.5.n.48.* & poſt alios *Surd. d.conſ.297.num.5.* vbi ex *nu.6. & ſeqq.*

10 concludit, contrarium verius eſſe, quia licet beſtia mortua, nõ veniat beſtiæ appellatione (& in hoc *Rainer.* cõtrarium tenuiſſe per *l. ſi vehenda, in princ. D. ad l.Rhod.de iactu*) ſecùs eſſe inſpecto communi vſu loquendi, ſeeũdùm quem ſtatutum intelligi debet, & propter obſeruantiam in caſu ſuo; Et ſi ſtatutum diſponeret, ſolui debere gabellam pro cadauere, non habere locum in cadauere oſſibus diſſoluto, ex *Bart.* tenet *idem Ferrett. d.n.96.*

11 Beſtiæ autem appellatione, etſi non veniant animalia manſueta, ex Conſuetudine tamen venire boues, pecudes, & ſimilia, ait *Surd.d.loc. n. 1. & 2.* Sed animalium *groſſorum* appellatione venire equos, boues, & ſimiles ſub nomine armenti; Minuta verò animalia eſſe pecudes, capras, ſues, arietes,

tes, & ſimiles, ſub nomine gregis, vt poſt *Ferrett.* declatat *Danza vbi ſuprà num.*45.

12 PRæterea aliquid in collum deferētes, non tenentur paſſagium ſoluere, quia deſeruiunt quodammodò pro vſu, ac modica ſunt, ex *l. ſed addes, §. ſi quis mulierem, D. locat.* ibi: *Cum neque vectura eius magna ſit*, & *l. ſed & ipſi, §. Iulianus, D. de naut. Caup. & ſtab.* & ità ſolere Reg. Cameram expedire prouiſiones, pro *collatis*, quaſi in collum latis, refert noſter *Author* hìc *nu.*6. *&* 7. quem refert *Nouar. d. grau.*85. *n.*12. *verſ. ſimilitèr*; at teſtatur etiam *d. R.C. Præſ. Petrus Maſturtius in notis ad Rit. Reg. Cam. rubr.*17. *de Iure Scalatici*, *fol.*447. *iuxtà nouiſs. edit. verſ. Pro zaffarana*; his verbis: *Si non conducuntur cum ſalmis, ſed con li zaini, & in collo, modo prædicto, non ſoluitur aliquod directum plateę, gabellæ, ſeù alterius directus, tàm eundo, quàm redeundo, ex literis Cameræ* 26. *Aprilis* 1515. *in literarum partium primo fol.*178. aliæq; literæ Reg. Cam. expeditæ fuere die 3. Decēbris 1567. in *commun. XII. fol.*152.

13 Hanc quæſtionem, de mercibus accollatis, frequentem eſſe ait *Danza ad priu. Montiſſuſc. d. fol.*183. *àt. num.*40. & ex *Nouario in pragm.* 5. *de vectigal.* ſe remittit ad *Maſtrill. deciſ.*209. *part.*3. vbi tamen diuersā agit quæſtionem, an ſcilicèt gabella debita ex alienatione rerum ſtabilium, ſoluenda ſit pro oneribus accollatis in cōtractu emptionis.

14 Adeſt Ius ſcalatici, ſeù ius colli, de quo in *d. rubr.*17. *Rit. R.C.* ex veteribus iuribus, eò, quod introductum fuit, ſolui grana decem, plus, minùsvè pro quolibet collo mercium, quæ de nauigijs in terram exonerantur, vbi tamen conſueuit ſolui; ibiq; idem *Præſ. Maſturtius in notis*, *verſ. li Colli*, & meliùs
15 in *ſuo Repertorio manuſcr. ver. Colli*, *fol.*133. notauit, quod per Reg. Cam. reſolutum fuit, mercatores pro mercibus, quas in collum, & cum fardellis in nundinas Lanciani, & in Ciuitatem Aquilæ immittebant, ſoluere debere, iuxtà æſtimationem, non verò tarenum pro collo, ad fraudes euitandas.

16 Porrò, ſi quis defert falcem, aratrū, vel ſerram, quod nihil ſoluat, ea ratione deciſum refert noſter *Author* hic *n.* 8. *&* 9. quia ſunt inſtrumenta neceſſaria pro cultura, ex *l. vniuerſi*, *C. de vectigal.* ſequitur *Nouar. d. grau.*85. *n.*14. idemq; tenent *cit. Ferrett. de gabell. nu.*125. *Bertaz. conſ. crim.*256. *num.*6. vbi ad rotas hoc extendit, *Forner. ſelect. lib.* 1. *cap.*20. *Sixtin. de Regal. lib.*2. *cap.*6. *num.*127. *Caſp. Manzius in ſpecial. iur. comm. ver. agricultura*, *num.*11. nec pro frumento, alijsq; fructibus, qui aſportantur ad ſeminandum, *Ranchin. in annot. ad Guid. Pap. dec.*4. *circà fin. Sixtin. d. loc. Ferrett. d. tract. n.*129. *Choppin. de priu. ruſtic. lib.*2. *c.*3. *verſ. eſt & alia.*

17 Sicut & de vacca vitulum lactantem habente, non ſolui paſſagium pro vitulo, ex *d. l. ſed addes*, *§. ſi quis mulierem*, ibiq; *Bald.* tradit *Auth.* noſter hìc *n.*10. quem refert *Nouar. d. grau.*85. *n.*15. adde *Ferrett. de gabell. n.*59.

18 Rursùs, nec ſolui de bonis Regiæ Curiæ, ac de curribus fœni aſportatis in Regiam *Caualleritiam*, deciſum fuiſſe contrà Baronem Caſalis Principis, vt ille deſiſteret ab exactione anteà facta ſupèr ponte *Annechini*, ex *d. l. vniuerſi*, *C. de vect.* refert noſter *Auth.* hìc *n.*11. *Nouar. d. grau.*85. *n.*16.

19 Pro curretura tamen admiſſam fuiſſe exactionem, ait noſter *Author* hìc *n.*12. ideſt, licet merces ſint immunes; mulio nihilominùs, vel dominus muli, non eſt immunis pro illo animali onerato tranſeunte, per *text. in l. cum in plures*, *§. vehiculum*, *D. locat.* & *Bart. in l.* 1. *§. hic titulus*, *n.*5. *D. de public.* ſequitur *Nouar. d. grau.*85. *nu.* 18. & fortè ſatis iuſtè, propter exactionem mercedis, quam ipſi faciunt, vt inquit *Luc. de Penna in l. ad reparationem* 7. *n.*1. *C. de aquæduct. lib.*11. idemq; tradunt *Reg. Rouit. conſ.*42. *nu.*5. *vol.*2. *Card. de Luca de Regal. diſcurſ.*131. *poſt nu.*14. ac *Præſ. Maſturtius in notis ad Rit. R.C. rubr.*14. *de Iure paſſagij*, *fol.*423. *in editis*, ibi: *Et nota, quod quando merces tranſeunt, ſeù portantur per pontem, aut flumen cum*

beſtijs,

Digitized by Google

beſtijs, vel barcis, vltrà iura mercium, tenentur ſoluere pro animalibus, & ſalmis diričtus gabelloto ſcapha, ex textu ſingulariſſimo in l. cum in plures, §. vehiculum conduxiſti, D. locati.

20 Portorium enim, pro rebus domini immunis ſoluitur, non ob res, quas vector iumento deportat, ſed ob clitellas, & ipſiusmet iumentum, atquè ob lucrum, quod vector facit ex illius locatione, *vt ſuprà*; Vnde nihil Fiſci intereſt, ſi ipſe agaſo de lucro ſoluat; quia onus gabellæ, non eſt annexum contractui, iuxtà annotata per *Nos in part. 1. §. 6. de Iure Doban. quaſt. 3.* imò Princeps pro mercimonijs immunis non eſt, ex *l. vniuerſi, C. de vectigal.* & equorum locatores, mercatorum appellatione continentur, ex *Alberic.* & *Bart. in l. legatis, D. de leg. 3.* ibi. *Locatores Roncinorum, poſſunt dici mercatores, Graſſ. de effect. Cler. eff. 6. num. 12.* Et

21 ſic per Reg. Cam. ordinatum in paſſu Cannarum, vt ex prouiſionibus ſeruata forma aliarum expeditis die 5. Decembris 1663. ad relationem Dom. Reg. tunc Præſ. Io: Hieronymi de Philippo, *in Reg. part. 14. fol. 248. àt.* & ità etiam prouiſum in paſſu Auellini, teſte *Reg. Rouit. d. conſ. 42. in fin.*

22 Nec pactum immunitatis in præiudicium tertij, ſeù conceſſionarij iuris pedagij validum eſt; nam, vt ait *Cic. lib. 1. de offic. qui alijs nocent, vt in alijs liberales ſint, non benefici, & liberales, ſed pernicioſi iudicandi ſunt*; & generaliter tunc, non de poteſtate Principis, ſed de voluntate quæritur, vt ius quæſitum tertio tollere nolit, vt ait *Ruin. conſ. 112. n. 13. circà med. vol. 5.*

23 Vnde cum inter alia pedagia, quę in Regno penduntur, ſit illud ſitum iuxtà Baruli Ciuitatem in agro Cannarum, *Dom. Reg. Fabius Capyc. Galeota*, eiuſdem paſſus vtilis dominus, *in lib. 2. cont. 67.* Cōſtat, quod hoc pedagiū Alphonſus II. Rex, Leonardo Como de ſe optimè merito conceſſit anno 1495. quam conceſſionem Ser. Rex Federicus confirmauit die 27. April. 1500. & deinde, Auguſtiſſimo Imp. Carolo V. regnante, Exc. D. Petrus de Toleto huius Regni Prorex ampliauit die 20. Iulij 1548. *in priuil. 58. fol. 169. in 40. inueſtit. R. Cam. Summ n. 72.* tranſijtq; cum eius integris iuribus ad eundem Ill. D. Fabium Capycium Galeotam, Reginæ Ducem; de cuius paſſus exactione plures exortæ quæſtiones in Reg. Camera, apud *Io: Bapt. Conſtantinum Act.* & integrum *opuſculum* edidit *Dom. Pompeius Guzzolinus Reg. Auditor in Barenſi Prouincia*, qui *in cap. 13. nu. 14. & ſeq.* refert, quod

24 anno 1654. Io: Mendez Henriquez cum Reg. Curia conuenit, & partitum fecit, tàm intrà, quàm extrà, cum immunitate diričtuū ei promiſſa pro frumento, quod Barulum per pontem Cānarum deportabatur, & inde portorium ſoluere recuſabat; ac inſtituto, iuſſu Proregis iudicio, conſtitoquè, Ill. Ducem Reginæ in quaſi poſſeſſione exactionis exiſtere, fuit prolatum decretum, referente Præſ. Io: Bapt. Amendola die 6. Febr. 1654. vt ſolueret diričtus paſſus Cānarum pro frumentis extractis, ac extrahendis; Ac deindè anno 1656. cum Carolus Vandaleſt, & Ioānes Viſpolus, qui cum Fiſco de ſuppeditando hordeo Regio Equitatui conuenerant, cum eadem Fiſci immunitate, ad portorium iſtud non teneri contenderent; per Regiam *Iunctam* Armamentarij, ſeù *Arſenalis* die 26. Febr. 1656. ordinatum fuit, vt expedirentur prouiſiones, iuxtà formam aliarum per Reg. Cam. expeditarum; apud *Bartholom. Galluccium Act.* Quæ prouiſiones fuerūt renouatę die 13. Auguſti 1665.

25 Et meritò R. Camera anno 1542. decreuit, mulionibus, ſeù vectoribus, tunc ſolùm deberi Immunitatem à ſolutione diričtus curreturæ, qui exigitur in paſſibus Regni, cum ipſis ſalarium tantùm à *Reg. Pragm. 1. de ſalar. cor.* ad neceſſarias expenſas aſſignatum, præſtatur, vt in *Arreſt. 67.* apud *Reg. de Marin.*

26 & ſic nō in mercedem, quam Fiſcus, vt cæteri quicumq; agaſoni præſtare conſueuit; Sed quia ſalarium taxatum pro neceſſarijs expenſis, & non in mercedem, de quo in *d. Pragm. 1.* vtpotè re-

ſtæ rationi, & æquitati parùm reſpondens, iam pridem exoleuit, vt monet *Reg.Rouit.in comment. ex Pragm.2. eod. tit.* imò in dies expediuntur prouiſiones per R.Coll. Conſ. ne ciues moleſtentur, ideò anno 1654. die 16. Ianuarij, referente Reg. tunc R.C. Præſ. D.Carolo Calà per R.Cam. expeditæ fuerunt prouiſiones pro vtili domino paſſus Cannarum, vt vectores, qui frumentum, ſalem, æs, aut ſalemnitrum, in vſum Arrendamenti ſalis, & nitri Apuliæ deportant, ſoluerent ius paſſagij Cannarum, non obſtante immunitate per Regiam Curiam Arrendatoribus promiſſa, vt ex actis in *d. Banca Io: Bapt.Conſtantini, & in Reg. partium 11.fol.99.àt.* ac teſtatur *cit.Guzulin.in d.opuſc.de Iurib.paſſ.cap.15.*

27 (margin note at "moleſtentur")

28 Ouiculas autem, ſeù pecora Dohanæ Apuliæ, & qui æra deportant in illorum vſum, à portorij penſione immunes eſſe, in paſſu Cannarum, teſtatur *idem Guzulinus cap.22.* fortè, quia olim eiuſmodi æra, tanquàm Inſtrumēta in vſum familiæ Regis deferrentur, & Regijs iumentis à Regijs vectoribus, qui vnà cum iumentis pecori iſti Apulo vacabant, ad *text. in l. vniuerſi, C.de vectigal.& l.ſi locatio, §.fiſco, D.de public.& vectig.*& ſic hodiè hæc immunitatis conſuetudo, in hac materia attendenda eſt.

29 At verueces, veruecina, chordos, agnos, & fructus d. ouicularum Apuliæ, tranſeuntes per agrum Cannarum, ad ſolutionem pedagij teneri ait *idem Guzulinus d.cap.22.n.26.* vtpotè impoſitum cōductoribus, qui dominium habent fructuū portionis colonicæ, & eſt totalitèr ipſorum, & à grege domini ſeparatum, ex *Menoch. conſ.562. nu.4. Abb.conſ.40.num.7. Rol.conſ.66. nu.29. lib.1.Crau.conſ.497.n.5.lib.3.* nec ſoluitur immediatè ex actu cum Rege inito, ſed ex actu adueniente, & nihil cōmune cum locatione habente, iuxtà diſtinctionem *Baldi in conſ. 31. vol.1. Menoch. conſ.136. num.19.* Vnde colonos ſub duplici ratione conſiderat, nēpè ad id, quod reſpicit coloniam, prout ſunt æra ad vſum ouicularum, & tunc dominum paſſus Cannarum limitatam habere poteſtatem exigēdi portorium, ne tangeret etiam intereſſe Regis; Aut verò Conductores pecoris Dohanæ conſiderantur in non concernentibus intereſſe domini, ob aſportationem, vel venditionem partis colonicæ, & tunc onera ſubire debere ex *l.ſi ager, §. ſtipendium, D. de verb. ſign.* & in hac quaſi poſſeſſione exigendi extare *Dom. Ducem Reginæ*, Baronem paſſus Cannarum ab immemorabili tempore, ſubdit.

30 Verùm in Eccleſiaſticis inſpicitur cauſa, ob quam introductum eſt paſſagium, vt in ſimili *Guid. Pap. deciſ. 5.* vtpotè, ſi pedagium exigatur pro tra-

31 iectu fluminis, refectione, vel conſtructione pontium, ac viarum, *Burſat.conſ. 142.vol.2.* Vndè Ciuitas Argentina, ob magnos ſumptus ad pontem Rhenanum neceſſarios, priuilegium habet, vt nemo, etiam Eccleſiaſticus, aliusvè de iure priuilegiatus, ſine vectigali, pōtem tranſire poſſit, vt poſt *Frid. Mindan.de mand.lib.2.cap.42.num.6.* teſtatur *Sixtin.de Regal.lib.2.cap.6. nu.142.* Nemo enim ab huiuſmodi contributionibus eximi poteſt, & ſic ipſos quoque Eccleſiaſticos ad pretium iſtud teneri, non modò iure ciuili, ex *l. ad inſtructionem, C.de SS.Eccl. l.placet, C.eod.* ſed & iure canonico ſancitum eſſe, oſtendit *Reg. Reuerter. deciſ. 36. 53. & 439.* vbi *Reg.de Marinis in obſeru.* poſt alios communem fatetur, vel quia Clericus pretium iſtud perſoluens, ad publicum tributum compelli non dicitur, ſed potiùs vēditur ei pontis vſus ab eo, cui, vt cæteris mortalium, res ſuas, prout libuerit, moderari licet, ad *text.in l.in re mandata, C.mand.c.de his, de ſepult.* vt arguit *cit. Guzulinus in d. opuſc.de Iurib.paſſ.cap. 1.n.21.* qui etiam *in cap.18.à n.11.* refert nonnullos caſus, in quibus Clerici ad vectigalium ſolutionem teneantur, licet coram Iudice Eccleſiaſtico conueniendi ſint:

32 Primò, quando tributum impoſitum eſt, pro cauſa reſpiciente pietatem, vt

pro

pro ſoluendo medico, manutenendo Hoſpitali, ſatisfaciendo Concionatori, ex *Caual.deciſ.*44 *num.* 100.*verſ.Niſi, Aluarez in ſpec.iur.Pontif. cap.*35.Secundò, quando imponitur pro liberanda Ciuitate ab aliquo morbo, ex *Burſat.conſ.*16.*nu.*21. *& ſeq.lib.*1. *Menoch. conſ.*800.*num.*21.*Decian.conſ.*14. *n.*24. *lib.*1. Tertiò, pro manutenendo ſtudio in Ciuitate, *Decian.d.conſ.*14. *n.*25. *& ſeq. Menoch.d conſ.*800.*num.*16.Quartò, pro expenſis faciẽdis in aduentu Principis, ex *Cald.conſ.*2.*num.*3. *de cenſ.* ſed contrà ſcripſiſſe *Aluarez d.cap.*35. *verſ.*
33 *qui autem;* Vel ſi bona peruenerunt ad eos, poſt maturatum tempus ſolutionis vectigalis, & ſic non liberè ex *Petro Antibol.de muner.par.*3. *n.*107. *&* 113. *in* 12.*tomo tract. Ferrett.de gabell. num.* 431. & ſic tranſierunt cum onere illo reali, ad quod Clerici tenentur, *Rebuff. in l.*1.*num.*28. *C.de mulier. & in quo loco. lib.*10.*Goffr.de Gaeta ad Rit. R.Cam. rubr.*2.*de iure fund. n.*13. Vel ex titulo lucratiuo, cum conditione, quod ad gabellam teneantur, ex *Duenn.reg.*100.
34 *limit.*6.*Anchar.conſ.*117.Vel ſi gabella eſſet impoſita ſupèr plauſtris, vel curribus introeuntibus in Ciuitatem, ex quo vias deſtruunt, & opus eſt refectione, ex *cit.Cald.*& *Franc. Marc.deciſ.* 460.*num.* 26. Vel Clerici poſſidentes prædia, vel animalia, vt teneantur ad contributionem impoſitam pro ſalario ſaltuarij, camparij, vel cuſtodis agrorum, aut animalium, ex *Mexia ſuper Pragm.tax.pan. conſ.*5. *num.* 17. *Auend. de exequ.mand.Reg.par.*2.*c.*4.*n.*3. *Paul. de Caſtro conſ* 423.*nu.*4. *vol.*2. *Nacta conſ.*311.*& conſ.*280.*num.*6.*lib.*2. *Capyc. reg.*96.*num.*40. *& Dom. Io: Bapt. Rupol. in doctis alleg. typis editis pro Ciuitate Melphitta.*

35 Et inter cæteras quæſtiones apparet, quod quando ſarcinæ alicuius Eccleſiaſtici, meritorijs iumentis laici vectoris tranſeunt, ab ipſo vectore, paſſus Cannarum exactoribus, de vectura ſolui pretium conſuetum; quando verò proprijs iumentis Eccleſiaſticus vtitur, gratuitus illi tranſitus patet.

36 Et licet pro Eccleſiaſticis diceretur, quod cum ipſi ſint à quocumq; vectigalium onere immunes, ità eadem immunitate gaudere debent, qui res eorum deportant, ex *gloſ. in l.ſi penès, in ver. recepta*, *C. de agric. & cenſ. lib.* 10. *Bald.in l.cum duobus*, §.*incoeunda*, *D.pro ſoc.& in l.placet, ver.item quæro*, *C.de SS.Eccl. Nacta conſ.* 409. nam vectigalia penduntur earum rerum cauſa, quas aliquis poſſidet, aut ſecum defert, *Capibl.ſing.*10.*nu.*32. *& c. qui per alium facit, per ſeipſum facere videtur*, *de reg. iur. in* 6. & immunitas, quæ colonis Clericorum datur, fauore ipſius domini datur, *Bald.in l.*2.*n.*2.*in* 3.*not.C.de Ep. & Cler.* Imò pretium ab agaſone exactum, indirectè immunitatem Eccleſiaſticam, lædebat, etiam minoris ſe, iumenta conducturos, ſi nullum tranſitus pretium agaſones pendere cogerẽtur, ex *Bald.conſ.*31.*vol.*1. *& conſ.*496. *vol.*4. Quò facit *conſ.* 155. *Anchar. & conſ.*13. *totius Collegij Bonon. inter eiuſdem conſ.* vbi cum priùs bladum moleretur tàm in molendinis Communitatis, quàm Archiepiſcopi Spalatenſis, & in eis ſolueretur duodecima pars bladi, ſtatutum poſteà factum à Communitate, vt dicta pars ſolueretur in porta Ciuitatis, cum id redundaret in præiudicium Archiepiſcopi, nam Ciues euertebantur à ferendo bladum moliendum in eius molendino, ne ſolueret aliam 12.partem, dicitur, dictum Statutum non valere, & indirectè eſſe contrà libertatem Eccleſiaſticam, & ſic *P.Diana par.*1.*in tract.* 2. *de immunitate Eccleſ.reſol.*48. teſtatur, quod cum Senatus Panormitanus intenderet imponere modo prædicto vectigal ſuper vino, non auſus fuit id agere, timore cenſurarum; & alia ad eandem rem facientia videre poteris apud *D. Ioann. Milazo aſſert.iur.*20 *ſect.*2.

37 Attamen pro vtili domino paſſus Cannarum multa excogitauit *idem Pompeius Guzulinus cap.* 4. *& ſeqq.* qui Sanctæ Romanæ Eccleſiæ decretis inhærens, *& quæ ſunt Cæſaris*, *Cæſari*, *& quæ ſunt Dei, Deo*, reddere volens,

præpouit ingenuum paritèr, ac diſertum monirum *Epiſcopi Campaniæ Caramuelis*, qua *P. Dianam* increpat, Eccleſiaſticam authoriratem immodicè ampliare conantem: *In ſimilibus materijs* (inquit *Caramuel*) *à tua ſententia abeo, cum agitur de immunitate Eccleſiaſtica, quia totus pro Clero, & Pontifice multa pulcherrima edidiſti, quæ ſecularibus non placent: Ego meis inſiſto principijs, nec facilis ſum in concedendo Pontifici, quæ iudico deberi Regi.*

38 Et quidem ex notiſsima regula id ſuadet, priuilegia paſſim concedi ſolita, vtpotè odioſa reſtringenda potiùs eſſe, quàm extendenda, *c. odia, de reg. iur. in 6. cum concord.* & præſertim priuilegia immunitatis, quæ ſempèr perſonalia habentur, ex *l. 4. §. quanquam, D. cenſ. l. ſemper, §. immunitati, D. de iur. iur. l. in honoribus, §. vacationem, D. de vac. mun. Larrea alleg. fiſc. 11. num. 18. & 19.* & *alleg. 12. num. 23.* & meritò in alias perſonas non transferuntur, *Gutier. de gabell. qu. 44. num. 3. & ſeq.* cum contemplarione perſonæ datum, perſonale procùldubio dicatur priuilegiũ, *l. in omnibus, D. de reg. iur. gloſ. in c. cum veniſſent, de conſtit. Alex. conſ. 86. nu. 6. Marta vot. 66. num. 10.* & vbi cauſa finalis immunitatis eſt perſona, perſonale priuilegium dicitur, *Bald. in l. apud Julianum, §. ſi quid alicui, D. de leg. 1. Anchar. conſ. 327.* & quod exemptio ſoluendi gabellam, quæ Eccleſiaſticis competit, perſonalis ſit, ait *Larrea alleg. fiſc. 57. n. 14. lib. 1.* & *Crauett. in conſ. 239. poſt nu. 4.* addit, quod etſi priuilegium ſit reale, tamen ceſſat, ceſſante perſona, cujus contemplatione conceſſum eſt, quem refert *Reg. Galeota lib. 2. controu. 51. n. 15.*

39 Porrò in Cannenſi ponte duplicitèr cum ſarcinis Eccleſiaſticorum agi conſueuiſse teſtatur; Aut enim illas ipſiusmet Eccleſiaſtici iumenta vehunt, & tunc nullum prorsùs pretium ab illis expoſcere pontis cuſtodiæ deputatos; Aut meritoria iumenta Eccleſiaſticus conduxit à vectoribus, qui vecturam mercede exercere ſolent, & tunc hi debitum pretium perſoluunt; non quidem rei Eccleſiaſticæ cauſa, ſed ipſius perſonæ, rei Eccleſiaſticæ vectura negotiantis, ex *Theſ. deciſ. 116. n. 14. R. Rouit. conſ. 42. num. 5. vol. 2.*

40 Eòq; magis, cum onus pedagij prædicti non ſit annexum contractui locationis inter agaſones, & Eccleſiaſticos, ſed in actu ſeparato, & in tranſitu agaſonum per agrum Cannenſem perſoluirur, qui nihil commune haber cum ipſa Eccleſia, aut perſonis Eccleſiaſticis, iuxrà originalem diſtinctionem *Baldi in conſ. 31. nu. 1. vol. 1.* quam poſt alios nouiſsimè dilucidat *cit. Io: Milazo aſſert. iur. 20. ſect. 3.* ſed ſubtilem magis, quàm veram eſſe hanc diſtinctionem, tanquã *textui in l. 1. & 2. C. de priu. Dom. Aug. l. 9. §. 1. D. de publican.* cõtrariã, tradidit *Io: de Amic. conſ. 18. n. 15.*

41 Aliudquè conſilium tradit idem *Bald. d. conſ. 31. num. 2. verſ. porrò in vno caſu*, quod tunc Eccleſia non ſoluente pedagium, nec emptor ſolueret, quando emptor ex pacto tranſportaret merces expenſis Eccleſiæ, & hanc praxim pro cautela emptoris valdè notãdam dixeiũt *Roland. conſ. 61. nu. 20. vol. 4. Surd. conſ. 305. nu. 9. Graſſ. de eff. Cleric. eff. 3. num. 60.* vbi licet de tali declaratione dubitet ob præiudicium tertij, vt eſt dominus gabellæ; eam tamen firmat *nu. 91.* ac poſt alios *Conſ. Altimar. ad Reg. Rouit. deciſ. 71. n. 1. verſ. obſer. 2. Milazo d. aſſert. 20. ſect. 4. nu. 74. & 75.*

42 Quam cautelam eſse bonam ad fraudandam gabellam, adeòq; examinandam eſſe, caſu emergente, aduertit *Fũtanella deciſ. 397. num. 20. vol. 2.* quia ſub hac ſpecie via aperiretur fraudibus in præiudicium Fiſci, & gabellariorum, *Guttierez de gabell. qu. 44. n. 12.* cum per pactum aliorum, non poſsit præiudicium inferri illi, quem res tangit, niſi conſentiat, *l. 2. & l. fin. C. de reb. alien. non alien.* res verò ſtatim onere vectigalis afficitur, *l. 1. C. de nauic. non excuſ. lib. 11.* & ità docent *Bald. conſil. 241. n. 2. vol. 4. Mod. Piſtor. conſ. 48. nu. 10. & 13. vol. 2. Fr. Marc. deciſ. 528. n. 5. lib. 1. Io: Kopp. deciſ. 50. à n. 20.*

43 Ne-

Digitized by Google

43 Neque ad rem facere, ſi fortè diſpēdium aliquod patiantur, nam id æquo animo ipſis ferendum, cùm ſecundariò, & per accidens contingat, *Menoch. de arbitr.lib.2.cent.2.caſ.562. nu.2. et 46. Molin.de iuſt.& iur.tom.3. tract.2.diſp. 663.num.5.* affirmantes, damnum, quod fortè ſecundariò, & per accidens euenīret, non eſſe conſiderabile, neq; contra tenorem *Bullæ Cænæ*; Vnde *Thor. vot.dec.18. ex num.15. Verricell. quæſt. moral.& legal.tract.8. quæſt.13. à nu.6. & per tot.* & *Card.de Lugo de iuſt.& iur. diſp.36.ſect.9.num.142.* ſentiunt, gabellam impoſitam venditori laico non eſſe illicitam, licèt inde reſultet, quod Eccleſiaſtici cariùs emant; Et grauamen Eccleſiæ in hoc caſu conſiſtit in maiori lucro, quàm in damno; quoties autem Eccleſiaſticus per indirectum lucrum amittit, id non attēditur, *Bald. conſ.496.n.3.vol.4. Ripa de peſte, tit. de remed.ad conſeru.vbert.n.128.*

44 Imò pretium tranſitus à vectoribus per Eccleſiaſticum conductis, tunc in illius fraudem exigi diceretur, ſi eodem modo cum alijs agaſonibus laicorum non ageretur, ex traditis per *Theſ. d.deciſ.116. num.9.* & ſic *Antonius Poſſeſſente*, ſcriptor Eccleſiaſticus, *in ſing. 135.nu.4.* ibi: *Minùs facere tenui, quod immunitas Eccleſiaſtica ex hoc lædi videretur, quaſi quod Coloni ſic à Colonia Eccleſiaſticorum detraherentur, vel Clerici aliquod damnum paterentur, quia non damnum in omnem caſum reportant, ſed lucrum amittebant, conſiderabile non erat, ſi à Colonis Eccl. plus nō exigeretur, quàm à Colonis laicorum, ad tradita per Menoch.de arbitr.c.562.n.55. nec videbatur, quare Eccleſiaſtici poſſent dici in dāno, ſi cōſequerentur, quod cōmunitèr alij conſequebantur; hinc enim ſequebatur, quod damnum eſſet ſolùm colonorum, qui nullo modo diminuta ſolita reſponſione partis fructuum dominorum ſoluere debebant. Collectam*; Et licet remotè, ac per accidens aliquod damnum Eccleſiaſticis reſultaret, non tamen conſiderādum ducit per ea, quæ tradit *cit. Card. de Lugo*; & in puncto docet *Card. de Luca de Regal. diſc.131. num.12.*

45 Si deniquè ipſis Clericis negotiatoribus immunitas non prodeſt, quò minùs ad publica vectigalia adigantur, vt nemini dubium eſt ex lege Canonica ex *cap.fin.de vita, et honeſt.Cleric.cap. negotiatorem 88.diſt. Card.de Luca de Regal.d.diſc.131.num.13.* & *Nos* ſuprà *par.1. §.2.de immunit.funct fiſc. à nu.6.* Ità contrahentes cum ijſdem non ſunt immunes, vt dicitur de illis, qui cum Fiſco contrahunt, ex *l.licitatio.§.Fiſcus, D.de publ. & vectig.* & patet ex Regijs literis Ferdinandi I. expeditis die 20. Iulij 1476. *in Reg. literar.4.fol.93.* his verbis: *E perche non ne pare coſa lecita, ne honeſta, che detti Frati, delle predette coſe vltrà loro vſo, e fornimento poſſano, nè debbiano negoziare in preiudicio delle ragioni à noſtra Corte debite da pagarſi per li compratori, & eſtrattori di quelle, e non fare lo contrario*; Vel ſaltem, quia iumenta locando, negotiationem exercēt, vt ex *Bart.& Stracc.* ait *Graſſ. de eff. Cler. eff.6. num.12.* Et hoc pedagium non quidem perſonis impoſitum, earum rerum cauſa, quas ſecum portant, ſed laicis agaſonibus, & vectoribus ob eam, quam ſuis iumentis exercent, negotiationem, ex *text. in d. l.cum in plures, §.vehiculum, D.locat.* Quæ negotiatio, cum ipſoſmet Eccleſiaſticos tributis obnoxios reddat, nullo pacto agaſones, aut vectores hanc immunitatem prætendere poterunt, *argumento de minori ad maius*, vel ex regula, *quod nemo plus iuris in alium trāſferre poteſt, quàm ipſe habet, l.nemo, D. de reg.iur. Rimin. iun.conſ.509. n.4.*

46 Et confert *Zabarell.conſ.12.* qui conſuluit contrà conducentes ſalinas, & ementes ſalem in Romandiola ab Eccleſia Romana, quod teneantur ſoluere pedagium in Ciuitate, ad quam deferunt, quem refert *Graſſ.d effect.3. n.89.* & reſpectu Reu. Cameræ Apoſtolicæ, quod teneatur ſoluere gabellam gabellario Placentiæ pro ſale vendito, quem conducit Mediolanum, dixit *Ruin. conſ.89. lib.1.* facit *Menoch. conſ. 901.* Datia autem pedagij, & ſalis æqui-

æquiparantur, teſte *Cephalo conſ.* 539.
*n.*18.*vol.*4.
47 Ac proinde Reg. Camera decreuit,
quod tulentes frumenta Reu. Epiſcopi
Melphitenſis cum ſalario, ſoluerẽt pre-
tium huiuſce tranſitus, minimè refra-
gante immunitate dicti Epiſc. vt ex
literis prouiſionalibus expeditis ad re-
lationem Præſ. Petri Ant. Maſtrilli die
16. Martij 1601. *in Banca Salerni*, & *in*
Reg. partium 5. *fol.* 63. Idemq; in cauſa
cum RR. Patribus Carthuſienſibus, ex
prouiſ. ſub die 5. Decembris 1663. ad
relationem Sp. Reg. Io: Hieron. de Phi-
lippo tunc Præſid. in *Banca Io: Baptiſtæ*
Conſtantini, *& in Reg. part.* 14. *fol.* 248.
àt. & cum Monachis S. Martini pro fru-
mentis euectis ex Abb. S. Leonardi, vt
in Banca Cannalonga. Et cum Collegio
Ortæ Soc. Ieſu in Apulia, pro victuali-
bus exportatis, ad relationem Præſid.
Amendolæ die 6. Martij 1665. ex pro-
uiſionibus *in d. Banca Conſtantini*, & *in*
Reg. part. 5. *fol.* 7. *àt.* fueruntq; renouatæ
die 29. Octobris 1665. vbi etiam inſe-
48 ritur fides Syndici, Decurionum, alio-
rumq; de regimine Ciuitatis Baruli, at-
teſtantium, quod ex immemorabili tẽ-
pore omnes vectores mediante ſalario
tranſeuntes per paſſum Cannarum,
eiuſq; territorium, ſoluerunt ius corre-
turæ, ſeù pedagij, non obſtante, quod
merces inuectæ, eſſent Eccleſiaſticorũ,
Regiæ Curiæ, alteriuſuè perſonæ pri-
uilegiatæ, vt in prouiſionibus *in eadem*
Banca Conſtantini, *& in Reg. part.* 15.
f. 116. *àt.* Et cum Archiepiſcopo Naza-
49 reth, pro mercibus in Nũdinis SS. An-
nunciationis introductis, fuit ordinata
ſolutio iuris pedagij; & pro Ill. Duce
Reginæ cõtrà d. Archiep. ſcripſit *Card.*
de Luca de Regalib. diſcurſ. 131. Et in
cauſa RR. Patrum Ord. Prędic. Ciuita-
tatis Trani, expoſita per cõductores di-
cti paſſus præfata obſeruantia, per Sa-
cram Congregationẽ immunitatis Ec-
cleſiaſticæ in Cõgreg. Romę habita die
21. Iulij 1665. decretum fuit, *ſeruari*
ſolitum, teſte *cit. Guzulino cap.* 7.
50 Proùt ſeruari ait noſter *Author* hìc *n.*
14. quoad Neapolitanos in gabella
Sbarrarum, qui licet ſint immunes, ſol-
uit tamen gabellam dominus muli, ſi
eſt exterus, pro illa induſtria vecturæ,
vt annotauimus ſuprà *ad* §. 12. *de gabell.*
Sbarr. ad qu. vn. nu. 6. Vnde etſi immu-
nes ſint ab omnibus gabellis, peda-
gijs, & ſcaphis Regni, vt *in Cap. et Priu.*
Ciuit. Neap. attamen per allatas ratio-
nes, per R. Cam. decretum fuit die 11.
Martij 1598. quod fideliſsima Ciuitas
Neap. ſolueret ius curreturæ pro fru-
mentis ad ſeruitium dictæ Ciuitatis ex-
portatis, ad beneficium conductorum
paſſuum Cannarũ, Pomiliani de Arco,
& Cimitini, vt in *Arreſt.* 511. apud *Reg.*
51 *de Marinis*; Idemq; decretum fuit die
22. Martij 1567. referente noſtro Au-
thore, contrà Martiũ Ciceren Neap.
confirmatum die 28. Aprillis 1567. &
ſic paſſim expeditæ prouiſiones: Idẽq;
declaratum die 2. Decembris 1601. ad
relationem Petri Antonij Maſtrilli cõ-
trà Ill. Ducem Montisleonis vtilem
dominũ Terræ Cirignolæ, vt *Dom. Fa-*
bius Capycius Galeota, deinde Regens,
vtilis dominus paſſus Cannarum manu-
teneretur in poſſeſſione exigendi diri¢tus
pro frumentis, & hordeis à dicta Terra
delatis, vt teſtatur ipſemet *Reg. Galeo-*
ta lib. 2. *contron.* 67. vbi ſcripſit contrà
d. Baronem Cirignolæ. Pro cuius de-
creti exequutione expeditæ prouiſio-
nes die 19. Decembris, vt *in Reg. part.*
51. *fol.* 3. Aliæq; expeditæ die 2. Augu-
ſti 1636. contrà Ill. Ducem Biſacciæ,
vtilem Dominum Cirignolæ, alioſq;
Neapolitanos; Et aliæ die 6. Octobris
1653. cum clauſula: *E per tal cauſa non*
ſe ne habbia più ricorſo da Noi, vt in *Reg.*
part. 1. *fol.* 67. *àt.*
52 Et ſic reſpectu Ciuium Baruli, de-
cretum fuit anno 1559. ad relationem
Præſ. Io: Bapt. de Oçeda Epiſcopi Tra-
nenſis, pro exactione iuris pedagij, pro
ſalmis oneratis, quæ aſportantur per
paſſum Cãnarum per Aprutinos, etiam
pro vſu Barolitanorum ad rationem
gran. 4. pro ſalma; Et in decreto anni
1560. lato contra Ciuitatem Neapolis
ordinatur, quod *Io: Angelus Comus ma-*
nuteneatur in exactione diri¢tuum dicti
paſſus

Digitized by Google

paſſus iuxtà formam decreti interpoſiti inter eũ,& Vniuerſitatem Terra Baruli; ac ijdẽmet Ciues Baruli hoc depoſuere anno 1666. Et expeditæ fuerũt prouiſiones contrà alias Terras immunes die 22. Decembris 1666. *in banca Io: Bapt.Conſtantini;* & vide ea, quæ in ſimili, cõtrà Barolitanorum priuilegium pro paſſu Canuſij ponderat *Reg.Lanar. co nſ.* 41.

53 QVia verò pedagia pleraq; ſuprà pontem exiguntur, quæritur hìc de illius refectione? Et licet pontium conſtructio, in flumine publico ad Principem ſpectet, *l.2. §. meritò, D.ne quid in loco publ. Peregr.de iur.fiſc. lib.1.tit.1.Azeued.ad Conſt.Reg.lib.6.tit. 17.l.9.n.2. Gratian.diſcept.84. num.*24. adeòq; non licere priuato in via publica, aut in flumine publico pontem cõſtruere, *l.2.§.tractatum,D.ne quid in loco publ.& in l.fin. D. de flumin.* Contrarium tamen receptum teſtantur *Azeued.d.loc.& Auendan de exequ. mand. p. 2.cap.3.num.*8. ex lege Regia 9. *tit.*11. *lib.*5. *Recopil.* Quod etiam intelligit *Camill. Borrell. de Regis Cathol.praſt. cap.* 11.*num.*50. in flumine nauigabili, quatenùs ex hoc, vellet vti iure exigendi,
54 vel ſi viæ publicæ deformarentur; aliàs videmus,præſertim in Regno Neapolitano, multa oppida pro communi vtilitate pontes ædificare, etſi non exigant iura paſſus; Quinimò ait, quod Regia Curia, ſiuè Reg. Camera pro iuribus Portulaniarum per terrã omnibus Regni Vniuerſitatibus mandat,quod vnaquæq; in ſuo territorio publicas vias aptet, & nemora; necnon pontes reparet in locis, in quibus hactenùs fuerũt; Contribuere autem debent conuicini, *Auendan.d.cap.3. num.8. verſ. ad fabricam;* ac etiam Eccleſiaſtici, ex *l.ad inſtructionem, C.de SS.Eccl. Borrell. d.cap.* 11.*ſub n.*51.habita priùs informatione neceſsitatis.

55 In locis autem, in quibus Barones, aut Vniuerſitates pedagium, aliudvè ius exigunt, earum ſumptibus ad illos reparandos cogendę ſunt, vt ob commoda exactionis, incommodum refectionis patiantur, *Capoll. de ſeruit.viat num.50.Auendan. d.cap.3. num.8. verſ. & ſi fortè, Chaſſanaus in Conſuet. Burg. rubr.1.§.4.num.13. Borrell.d.cap.11.nu. 54.verſ.in alijs autem locis,& n.76.in fin.Samuel Puſendorf.lib.3.de iur.nat. & gent.cap.3. §.7.* & ità decretum refert noſter *Auth.* hìc *num.* 19. quem ſequitur *Nouar. d.grau.86.n.1.*

56 Et habetur quoque in decreto generali Reg.Cam. publicato per banna, & Inſtructiones Portulaniæ per terram anno 1611 in quibus adeſt *Cap.*18. ſequentis tenoris:

Item ſi ordina, e comanda alli Baroni titolati, e non titolati, Vniuerſità, ed altre perſone, e loro parſonali, ſeù portolani, che debbiano tenere accomodati li ponti di fabrica, e di legname, ſcafe, e paſſi publici, per quanto ſi eſtendono i loro territorij, acciò ſi poſſa per quelli comodamente paſſare, e pratticare, per incumbere coſi al ſeruizio di S. Maeſtà, Regia Corte, e publico commercio; Però ſe ſono ponti, paſſi, e ſcafe, per ragione delli quali ſi eſiggeſſe alcuno diritto, in tal caſo l'Vniuerſità non ſiano tenute, ne obligate all'acconcio predetto, ma li proprij padroni, ſotto pena d'onze 25. ed alla rifezione di tutti danni, che occorreſſero per la cauſa predetta.

57 Sed in paſſu Cannarum adeſt pons ſupèr flumine *Auſidi*,& in Comitijs generalibus anno 1583. petitum fuit, & conceſſum, vt iſte pons reficeretur; Et ſic in cauſa *D.Fabij Capycij Galeota* vtilis domini dicti paſſus cum Vniuerſitatibus Baruli, Cirignolæ, Andrię, Canuſij, Mondrouini, & Lauelli die 15. Nou. 1593. decretum fuit, quod expenſæ faciendæ in dicto ponte Cannarum, fierent pro tunc, de pecunia perueniende ex impoſitione, quæ exigitur pro refectione Regiarum viarum, verùm contribuerent dictus Fabius, Vniuerſitates, & alij, qui tenentur contribuere; *De Amato Act.*

58 Et rationem eſſe inquit *Reg. Auditor Pompeius Guzulinus d.opuſc.cap.19.n.8.* quia portorium illud, non ob commodum pontis conceſſum fuit, vt in alijs ple-

pleriſq; accidit; ſed per agrum Canuenſem, & Barulenſem; Et cum Princeps in viatorum commodum, vel ob cuſtodiam paſſus, pontem iſtum ſupèr *Auſidum* extructum voluerit, ipſe ad illius inſtaurationem tenetur; tanquàm in alieno flumine, & priuato territorio, ex *Reg. Lanar. conſ.* 11. *n.* 12.

59 Et quamvis pons non adeſſet, adhùc tamen portorium exigendi ius remaneret, vtpotè à ponte minimè pendens, dùm per territorium, & non per pontem exigitur, & ſic exactio tantùm cohæret territorio, ſecundùm *Bart. in l. locare, D. locat. Bald. in l. ſi ea lege, C. de vſur. in fin. & in conſ.* 202. *n.* 5. *vol.* 2. *& conſ.* 293. *&* 123. *vol.* 4. *Iaſ. conſ.* 81. *vol.* 3 *Reg. Lanar. d. conſ.* 11. *n.* 3. *&* 4.

60 Secùs verò, quando paſſagium conceſſum eſt ſuprà pontem, quia tunc eſt iuriſdictio circumſcripra loco, & limitata, & ſic non poteſt extrà locum pontis exerceri, eoq; deſtructo nòn cōpetit exactio, vt rectè monet noſter *Auth.* hic *num.* 20. *&* 21. ex *Bald. Afflict. & Chaſſan.* quos etiam ſequuntur *Reg. Lanar. d. conſ.* 11. *num.* 2. & noſtro *Auth.* relato *Nouar. d. lib.* 3. *grau.* 86. *nu.* 2. *&* 3. adde *Capoll. in l.* 3. *in fin. C. de priu. Fiſc. Bertachin. de gabell. p.* 6. *nu.* 11. *Fr. Rip. in l. quò minùs, n.* 106. *D. de flum. Hieron. de Monte de finib. regund. cap.* 24. *num.* 15. *Chaſſan. in Conſuet. Burgund. rubr.* 1. *le droict de indire*, §. 4. *n.* 6. *Gratian. diſcept.* 396. *ex nu.* 6. *lib.* 2. ibiq; *de Luca in animaduerſ. nu.* 10. *R. Galeot. contr.* 52. *n.* 10. *lib.* 2. *Antonell. de loco legali lib.* 1. *cap.* 3. *qu.* 6. *nu.* 90. *Caſp. Klock. de Ærario lib.* 2. *cap.* 77. *num.* 28. cum enim extinctum ſit principale, omnia acceſſoria, iuriſdictiones, & ſimilia intereunt, *l. vſusfructus* 21. *D. quib. mod. vſusfr. amitt. l. ſeruitutes* 20. §. *ſi ſublatum, D. de ſeru. præd. vrb.* Imò locus, in quo erat iuriſdictio limitata, ideſt pons ipſe, deſijt eſſe in rerum natura, & omnia loca ſunt naturalitèr tranſeuntibus libera.

61 Verùm, ſi in veteri loco reficiatur pons, ius illud reuiuiſcit ſine reſtitutione in integrū, ex *l.* 14. *D. quemadm. ſeru. amitt. l. proponebatur* 76. *D. de iudic. Bald. in l. ſi plures, n.* 14. *in fin. C. de cōdit. inſert. Rebuff. in l.* 16. §. *item ſi Princeps, de verb. ſign. Molin. conſ.* 13. *num.* 5. *Gratian. diſcept.* 84. *nu.* 14. *&* 24. *lib.* 1. vbi *de Luca in animaduerſ. n.* 12. *Borrell. d. cap.* 11. *nu.* 81. alijq; ſuperiùs relati, ac noſter *Author* hìc *nu.* 22. quem refert *cit. Nouar. d. grau.* 86. *ſub num.* 3. Idemq; dicendum eſſe ait *Borrell. ibid.* poſt alios, ſi flumen pontem non deſtruxerit, ſed alibi curſum diuerterit, & demùm ad primum locum reuertatur, vt pedagium exigi poſſit.

62 Si autē in alio loco pons reficiatur, dubitauit *Alberic.* relatus per *Auth.* noſtrum hìc *nu.* 23. Et negandum ſanè videtur; mutato enim loco, priuilegium conceſſum loco variatur, *c.* 2. *de Iudæis, arg.* §. 1. *Inſt. de excuſ. tut. Boſſ. tit. quo loco, & temp. ſit ſolu. vectig. n.* 1. *Mynſ. dec.* 11. *reſp.* 1. *nu.* 78. *Gylm. deciſ. Germ.* 8. *n.* 1. *vol.* 1. cum igitur in Parlamento Delphinatenſi quæſtio de eo, qui exigendi vectigalis ius in flumine habebat, moueretur, an etiam in nouo alueo, quem idem flumen, relicto veteri, quæſierat, habere deberet? Concluſum fuit, ei nō competere, *Franc. Marc. deciſ.* 110. *n.* 1. *p.* 1. ſequitur *Henric. Klock. de vectigal. iur. concluſ.* 73. Dicit tamen *Borrell. d. cap.* 11. *num.* 83. quod ſi conceſſio exa-
63 ctionis fuit facta ſuper ponte talis fluminis, vel in tali flumine, tunc mutato alueo, poſſe confici pontem alium in eodem flumine, quia flumen eſt ratione loci deſignatum, & eſt idem flumen, ſiuè aqua fluens, ex *Bald. in rubr. de rer. diuiſ.*

64 Et ſi in aliquo flumine, fiat exactio pedagij, ex cauſa ſcaphæ in eo exiſtentis, in quo deinde fiet pons, an eadem exactio fieri poſſit in ponte, ſicut fiebat in ſcapha? Et diſtinguendum eſt, quod aut exactio fiebat ex cauſa pedagij in flumine, & tunc poteſt fieri in ponte, quia iuriſdictio eſt circumſcripta territorio; Aut exactio erat ratione laboris, ſiuè manutentionis ſcaphæ, & tunc ſublata ſcapha, non poteſt fieri exactio in nouo ponte, *Reg. Lanar. d. conſ.* 11. *Heliſ. Danza ad priuileg. Montisfuſc.*

fol.

Digitized by Google

*fol.*186.*num.*51. vbi ità ſe reſpondiſſe in TerraApitij teſtatur;Et cum hac diſtinctione intelligendi ſunt *Reg. Capyc. Latro conſult.*41. & *Conſ.Rocc. reſp.*94. *lib.*1. ille pro Comite, hic pro Marchione Calatiæ, ſcribentes.

65 Porrò ſi quis non vult tranſire per pontem, ſed natando, vel per vadum fluminis, an ad pedagij ſolutionem teneaturè *Author* noſter hìc *num.* 24. ait, Regiam Cameram noluiſſe hoc decidere, niſi vbi eſſet probatum ſolitum, vel non ſolitum exigi, remittendo ſe conſuetudini, ad notata per *Bald. in l.* 3.*n.*17.*C.de naut.fœn.& in l.*3. *n.*4. *C.de priuil. Fiſci*, qui concludit, non teneri ad pedagium, arg. quorundam iurium Longobardorum, & poſtmodùm ſe remittit ad cõſuetudinem; & poſt *Aluar. Schneideuu. & Iacob.de S.Georg.* ſequitur *Regner.Sixtin.de Regal. lib.*2. *cap.*5. *num.*16.*&* 17.idemq; tenent *Boſſ.d.tit. quo loco vectig.ſolu. num.*1. *Renat.Choppin.de iuriſd. Andegau cap.*49. *nu.*3. *in marg. Henric. Klock. de vectig. iure concluſ.*72.*lit.C.*vbi etiam id eſſe lege particulari ſtatutum in *Capit. Lotharij lib.* 4.*artic.*31.

66 Contrarium tradit *Rebuff. in l.*5.*ſub num.*1.*C.de nauicul.lib.*11.ſcribẽs,quod omittentes tranſire per pontem, vt euitent pedagium, ſed tranſeuntes per flumen, aut per alia loca, tenentur ſoluere pedagium; Vnde ſi Baro habet ſcapham,& tranſeuntes volunt tranſire per aquam, poſſe hoc prohibere, aiunt *Reg.Capyc.Latro d.conſult.*41. *nu.*19. & *Conſ.Rocc.d.reſp.*94.*num.*12.ex *Capyc.in inueſt.feud.ver.feudorum clauſula*, *verſ. Et ſi quis, pag.*110. qui tamen id non dicit,ſed tantùm refert *cit.Bald.*ac ſubdit, non eſſe licitum facere põtem per viam publicam,vel flumen: quod nihil ad rem; Licet id clariùs affirmet *Nouar.d.lib.*3.*grau.*86.*nu.*4.tradens, quod ſi quis nollet ſuper ſcapham aſcendere, vel per pontem tranſire, ſed pedeſter per aquas meare, poterit cogi ad ſoluendum ius; niſi contrarium eſſet ſolitum, ex *cit. Auth.* noſtro.

67 Diſtinguit *Borrell.d.cap.*11.*num.*91. vt opinio *Baldi* procedat, quando conceſſio exigendi vectigal, eſt facta pro tranſitu per pontem; ſecùs ſi eſſet impoſitum tranſeunti flumen, quia tunc ſiuè per pontem, ſiuè per vadum, tenebitur ſoluere, & tradit conſilium,quod meliùs eſt ſoluere, quàm euidenti periculo ſe exponere; Ideò meliùs concludendum eſt cum *Montano de Regal. verripatica*, *num.* 2. quod aut exactio fit in ſcapha, ratione laboris, ſeù traiectus, & poteſt liberè per aliam fluminis partem tranſire; Aut ratione cuſtodiæ, ſiuè ſecuri tranſitus,& tunc etiam illa relicta,tenentur pedagium ſoluere, quem ſequuntur *Heliſ.Danza ad priuil. Moktisfuſt.fol.*187.*num.*1. *&* 2. *Antunez Portugal.de donation.Reg.lib.*3.*cap.* 6.*num.*9.

68 SEd Baronem, qui conſueuit exigere ius paſſagij in vno loco, non poſſe illud exigero in pluribus locis, vel de vno ad alium transferre, tradit noſter *Author* hìc *n.*34.*&* 35. ſub pęna amiſſionis iuris paſſagij, & ità decretum ait *n.* 36. in paſſu *Atripaldi*, *Aliſi*, *Morconi*, & in alijs; quem refert *Nouar.d.lib.*3.*grau.*87.*n.*1.*&* 2.ex *Rit.*1 *de Iure Paſſagij*, & *Rit.*9. *de Iure Fundici*,

69 & rationem afferunt *Ant. Neguſant. diſp.*20.*num.*8. *Reg. Capyc. Latro d.conſult.*41.*n.*31.*&* 32. quia eſt iuriſdictio circumſcripta loco, ſequitur *Conſ.Rocc. d.reſp.*94.*num.*17. & quia omnia loca naturaliter libera ſunt,vbi impoſitum non reperitur vectigal, ibi illud non deberi, ratio ipſa dictat, *l.ſi locus* 14. §. *fin.D.quemadm.ſeru.amitt. Becc.conſ.*96. *num.*5. *Gall. conſ.*94. *num.*2. *Neguſant. ibidem*.

70 Quod intelligendum eſſe air noſter *Auth.* hìc *num.* 37. ſi pedagium eſt cõſtitutum ſupèr certo loco, ſecùs ſi ſupèr territorio, quia illud ius cohæret toti territorio, ex *Iaſ.conſ.*81. *ſub nu.*7. *vol.* 3. Vnde ſi debeatur vectigal in porta, ſi eam ſolùm intrauerit, obligatio contrahitur, *arg. l.in lege Cenſoria* 203.*de V.S.l.pen.*§.1.*D.locat. Guazzin. de confiſc.bon.concl.*13. *ampl.*82. *num.* 3. & qui vnum ceſpitem terræ,vbi gabel-

Ee la

la ſoluenda, fuerit ingreſſus, totam
terram ingreſſus fuiſſe cenſetur, *arg. l.
3.§.1.D.de acqu.poſſ. Bald.conſ.372.nu.
6.vol.1.*

71 Vel ſi data opera tranſeuntes velint
fraudare ius paſſagij, eundo per alia
loca, quod tūc teneātur ſoluere, inquit
idem noſter *Auth.* hic *num.*38. ex *l.cum
proponas, C.de naut.fæn.* & *l.qui fiſcales,
C.de nauic.lib.*11. vbi *Bart.* & *Rebuff.n.
1.Nouar.d.grau.87.nu.3. Guid.Pap.ſin-
gul.534.n.2.* & *dec.572.n.2, Chopp.de
iuriſd.Andegau.lib.1.cap.21. nu.3. Ma-
ſcard.de probat.concl.99. num.2. concluſ.
473.n.3.concl.815, num.28, concl.834.
num.23.* & fraudibus tunc obuiatur, ſi
ſublata ſit fraudandi occaſio, *l. 1. C. de
fabr.lib.11. Fontanell.de pact.nupt. clauſ.
4.par.2.gloſ.19.nu.12.Guttier.de gabell.
qu.90.num.3.*

72 Vnde licet ex Reg. Cam. decreto an-
no 1570. referente noſtro *Authore*, or-
dinatum fuerit, exactionem fieri in vno
loco tantùm in paſſu Cannarum; Atta-
men fraudis tollendæ cauſa, deinde per
eandem Reg. Cam. prouiſum fuit, vt
dummodò ſemèl exactio fieret, liceret
exigere, etiam alibi in territorio Can-
narum, vt ex prouiſ. expeditis die 19.
Iulij 1645. referente Præſ. Io: Iacobo
Mercurio, cum inſerta forma aliarum
expedit. anno 1597. & 1633. vbi expo-
nitur, quod exactio dicti paſſus, cum
fieret in Portanoua Ciuitatis Baruli,
vbi erectum eſt antiquum epitaphium,
poſteà ob differentias inter exactores
iuris *Iumellæ* d. Ciuitatis, & prædicti
paſſus, cæpit fieri in Taberna d. paſſus
propè pōtem, ac deindè, quia pro frau-
dandis diri{c}tibus per aliam viam tran-
ſibant, ideò mandatum, per agrum
Barulenſem exigi, dummodò vnica ſit
exactio, vt ex *Actis Bartholomæi Gal-
lucij*, & *Conſtantini*, & *in Reg. partium
47. fol.* 1031. & *in part.8 fol.*223. Et ſic

73 etiam ad euitandam fraudem, decla-
ratum fuit, pro paſſu Andriæ, referente
*Spect. Reg. D. Franciſco Moles, Pareta
Duce*, tunc Reg. Cam. Præſid. noſtriq;
Authoris digniſſimo pronepote.

74 Quod confirmatur ex *Petro Frider.
Mindano lib.2. de mandat.cap.42.concl.
4.* & *5.* vbi licet referat, mandatum
ſine clauſula, quo fuit inhibita alium
in locum inſuetum vectigalium trāſla-
tio, *Quia tamen* (inquit ipſe) *vectiga-
lium conceſſio eſt regale, & beneficium;
Principis autem beneficia largè interpre-
tanda. l.fin. D. de Conſt.Princ. vectiga-
lium ex vno in alium locum translatio-
nem, non puto illicitam, modò fiat ſine
præiudicio, & intereſſe aliorum, qui pen-
dere tributum, & gabellas tenentur*; In-
tereſſe autē hoc caſu multiplicitèr fieri
poſſe conſiderari, puta, ſi maiore cū dif-
ficultate, vel prolixiore via hìc, præſta-
re vectigal cogantur, quàm illic; vel ſi
ante, iſthàc ab omni exactione immu-
nes ire, vel aliquid vehere poterant,
nunc tranſpoſito telonio ſub periculo
vectigalis tranſire cogantur.

75 Sed abſolutè cōtrariū opinātur *Hen-
ric. Bocer. de Regal, cap.2. n.*195. *Georg.
Scultz. in ſynopſi feud. cap.7. n.*123. *Ru-
mel. ad Aur. Bull. 1. diſſ.8. concl.*20. *Nicol.
Mylerus de Princ. & Stat. Imp. cap.64.
nu.5.* vt ſcilicèt pedagij translatio de
vno ad alium locum prohibita ſit; &

76 clariùs *Henric. Klock. in diſcept. de ve-
ctigal. iure concl.73. in fin. inter diſput.
Baſileæ impreſſ. vol.3.* Cuius verba hæc
ſunt; *Subdubito tamen, cum omnia loca
libera ſint natura, niſi ſeruitus ijs impoſi-
ta probetur, cùm mutato loco, priuilegia
mutentur, vt hac concluſ. lit.a. dictum
eſt, & ſtatuum Imperij adeò circà vecti-
galium impoſitionem, & innouationem
coarctata ſit poteſtas, vt eam ſub nullo
prætextu vſurpare poſſint*, R. I. anno
1576. *Denayſ. iur. Camer. tit.*221. *An
non ob ſolam vſurpationem poteſtatis il-
licitæ, quæ ità iure, & ſanctionibus Im-
perij prohibita eſt, vt ſtatim, citrà cauſæ
cognitionem, pœnam mereatur, vt ord.
Cam. p.2, tit.* 23. *mandatum ſine clauſ.
decerni queat. Planè ità mutatio telonei
exoſa eſt, vt in Parlamento Pariſ. trāſla-
tio ex reſcripto Principis permiſſa, in du-
bium reuocaretur, nec prius, quàm ſuper
commodo, & incommodo informatio plena
ſuſciperetur, procuratorq; Regius aſſenti-
ret, aliò licitè transferri potuerit*, *Ren.*

Chopp.

Chopp.de iuriſd. Andeg.lib.1.c.58.num.1. in not.marg.& ab E.P.contrà D.B.mand. S.C. anno 1595. 18. Ian. impetratum, quod ex vno loco in alium vectigal tranſtuliſſet, & licet ex parte D.B. in except. ſub.& obr. hoc factum ee fundamento excuſaretur, quod non noui telonei exigendi cauſa, ſed vt ebuiaretur fraudibus, quas tranſeuntes in loco priori committere ſolebant, mutatio facta eſſet; non improbabilitèr tamen Aduocatus P. replicauit, paucorum delictum releuantem cauſam non eſſe, vt in loco libero inauditum vectigal exigeretur, in eam rem iniquiſſimum laudum de anno 1435. quo D.B.eadem attentanti, remiſſio vectigalis iniuncta fuit, producens. Simile mandatum E.M.contrà C.O.obtinuit, cui D.C. vltrò paruit.

77 Et nouiſsimè, in cauſa Ill. Principis Cimitini, ſupèr obſeruantia decretorum Regiæ Cameræ, quod exactio paſſus Cimitini fiat in vno loco tantùm, & præfatus Ill. Princeps, eiusq; Officiales ſe abſtineant ab exactione paſſus in pluribus locis, maxima præcedente diſcuſſione etiam in gradu nullitatum, Regij Fiſci iura tuente *Dom. Conſil. Franciſco de Andrea* acerrimo Regij Ærarij Aduocato, per Dom. D. Andream Guerrero de Torres integerrimum Reg. Cam. Præſid. & Commiſſ. generalem paſſuum Regni, ſub die 30. Ianuarij 1601. decretum fuit, quod *dictus Illuſtr. Princeps, & eius Officiales, & Exactores ſtatim abſtinerent ab exactione in paſſibus prohibitis, ſub pœnis dicto Ill. Principi duc.ſex millium, & eius Officialibus, & Exactoribus triremium per triennium, necnon in præfatis paſſibus prohibitis infrà terminum dierum ſexaginta erigantur Epitaphia marmorea ſumptibus dicti Ill. Principis cum armis S.Cath. Maieſt. cum inſcriptione indicandi libertatem paſſagij, & nihilominùs paſſus Cimitini permiſſus, & gabellæ, quæ exiguntur in Ciuitate Nola per d. Illuſt. Principem ſequeſtrentur pro nunc, pendente prouiſione facienda ſupèr alijs petitis per Reg. Fiſcum, vt in Banca Act. Ioſephi Stabile.*

78 Vectigal enim ſine conſenſu Imperatoris, aut Regis reformari, illi addi, aut detrahi nequit, *l. vectigalia, D. de public.* & *l. fin. C. vectig. noua inſtit. &c. Gylm. deciſ.8. num.12.* adeò vt de alijs rebus, quàm olim conſueuiſſet, exigi non poſſit; mutaretur namq; exactionis forma, *Fed.Scot.lib.1.reſp.1.nu.131.* Vnde aduertit noſter *Author* hic *n.15.* quod in decretis R.Cam. adiecit clauſulam generalem, *vt pro illis mercibus, pro quibus non fuit conſuetum ius pedagij exigi, minimè exigatur*; quem refert *Nouar.d lib.3.grau.87.n.1.* cum in hac materia ſempèr ſpectetur conſuetudo, vt in *Rit.R.C.de iure Paſſagij, & in Rit. de Iure Scalatici, & Rit.9.de Iure Fundici*, ac diximus ſuprà ad §.6. *de Iure Doban.membr.2.qu.vn. n. 1. & ad qu.4. num.1.*

79 Verùm Regiæ Cameræ Tribunal ſempèr curam habet, vt pedagij exactionem, nulla faciat vſurparione confundi, ſed modum rebus vtiliſſimum, quem præſtare debeant, imponens, vulgò, *tariffam*, cum inſcriptione Epitaphij, ne ſe tendat in vagum ambitioſa enormitas exigentium, vt *Theodoricus Rex* inquit apud *Caſſiod. var. lib.5.*
80 *epiſt. 39.* Et conſonat Germanorum *DD.* traditio, qui notant pedagium non alitèr à *pede*, ſed à germ. *Bedagen*, quod eſt conſtituere, deputare, eò quod nemo exigere poſſit, niſi, cui, & quantum conſtitutum, determinatumvè ſit, *Frid. Mindan.de mandat.lib.1.cap.42.nu.10. Henſcher. de priuil. concl. 53. Io:Georg. Becht.de ſecurit. & ſaluo cond. cap.3. ſub concluſ.56.* Et exactores vltrà modum, ſeù pandectam exigentes, prima vice ad reſtitutionem tenentur, & ſi pluriès immoderatè exigunt, exilio, alijsq; arbitrarijs pœnis puniuntur, ſecundùm *Heliſ. Danza ad priuil. Montisfuſc. fol. 185.num.47.&* 48. & vide *l. 1. C.de ſuperexact.lib.* [illegible] *.Ritus R.C. ſub rubr. de gabellotis, qui plus exigunt, qualitèr puniantur.*

81 Sed exactionis modum ſeruare adeò difficilè eſt, vt magnus paſſim pedagiorum abuſus reperiatur; ac in Germa-

Ee 2 nia

nia teſtātur querelæ Impp. ac Statuum de immodico vectigalium onere, *Io: Marquard. in tract. de iure mercat. & commerc. lib. 2. cap. 3. num.* 98. & priùs dixerat, *n.* 11. ibi: *Quod heù, cum irreparabili commerciorum interitu, quotidiè experiuntur negotiatores Germani*; Vnde in Comitijs anno 1576. *Ratisbonæ* per Ordines Imperij habitis disertè vetitum eſt, ne telonia noua, priuata authoritate inſtituantur, vel etiam vetera augeantur; & expreſsè omnibus d. ordinibus in ſuis circulis huiuſmodi inquiſitio demandata fuit, vt ex *Sixtino lib. 2. de Regal. c. 6. num.* 17. & 20. refert *cit. Marquard. d. cap. 3. n. 4. &* 10. & *Nos* poſt *Bocer*, ac *Georg. Schultz.* meminimus *in viſion. iur. feudal. par. 3. rubr.* 4. *viſ.* 5. *fol.* 226. *lit. x. in alleg.*

82 Imò, vt eò minùs, ac difficiliùs ad portoria noua, & iniuſta supèr cõmercijs inſtituenda, aut vetera augenda deueniatur, hodiè in Imperio Rom. Germanico, in eorundem conceſsione vnà cum Imperatore, etiam ſingulorum Electorum Imperij conſenſus requiritur, vt ne quidem vnius diſſenſus appareat; idq; habetur ex Capitulatione hodierni Inuictiſſ. Imp. Leopoldi cum Septem viris die 18. Iulij 1658. apud *Francofurtum* inita *ab artic.* 21. *ad* 25. eò quod, (vt in *art.* 23. dicitur) vicinis Principibus, *eorumq; ſubditis, necnon mercatoribus non modica damna, & incommoda inferunt, ac libertati commerciorum per terram, aquamq; è diametro obſiſtunt*; Et Cæſareis fiſcalibus mandatum, vt ſeriò contrà tranſgreſſores procederent; Illa verò omnia, tàm durantibus bellis, quàm anteà attentata, & eorum ſine ordinato conſenſu Electoralis Collegij obtentas conceſsiones, vel vſurpationes, ſub quouis nomine, vel authoritate propria introductas, nullas eſſe, ac inualidas, iuſſum fuit, vt ex dicta Capitulatione Cæſarea, quam ad id refert *Io: Marquard. d. cap. 3. num.* 14. eaq; integrè legitur inter *tract. hiſtorico-politicos pertinentes ad Hiſt. vniuerſ. continuatam per Adolphum Thuldenum, Adolph. Brachelium*, *ac Henricum Breuuer*, in nouem part. editos *Coloniæ Agrippinæ* A. 1679. *in parte* 3. *à pag.* 99. *vſq; ad* 138.

83 EX prædictis verò inferunt, habentem priuilegium exigendi teloneí in pluribus locis territorij ſui, ſi longo tempore vſus ſit in certo loco, quoad reliquos priuilegium amittere, *arg. l. nam ſatis* 6. §. 1. *verſ. Ceterùm ſi ità conſtitutum, D. quemadmod. ſeru. amitt. Euerhard. Praſ. conſ.* 3. *num.* 15. *& ſeq. Henr. Bocer. de Regal. c. 2. n.* 195. *verſ. Et licet.* Proùt exigentem 30. annis minùs vectigal, quàm ei ex priuilegio competeret, quoad reliquum excluſum eſſe, *c. 2. de Capell. monach. l. is, qui* 20. *l. placet* 25. *D. de vſufr. l. qui ſemiſſes* 13. *D. de vſur.* Nam modus, quo quis vſus eſt priuilegio longo tempore, ligat priuilegiatum, vt in poſterum non poſsit alitèr vti, *cap. cum dilectus, de conſuet. Elb. Leonin. conſ.* 64. *nu.* 2. *verſ. & ad confirmationem, Burſat. conſ.* 142. *num.* 14. *Alex. conſ.* 33. *vol.* 5. *Balb. de praſcript.* 4. *par. qu.* 4. *num.* 15.

84 Neque hìc valet regula, quod vtens iuriſdictione in parte, conſeruet eam in totum, *Iaſ. in l. imperium, nu.* 23. *D. de iuriſd. Guttier. qu. can. lib.* 2. *q.* 21. *n.* 108. *Beſold. conſ.* 70. *à num.* 24. *tom* 3. *Conſ. de Roſa conſult.* 5. *à num.* 14. *vol.* 2. ex notatis per *Nos* ad *qu. vnic. membr.* 2. *de Iure fundici*, §. 6. *de Iure Doban.* quia illa procedit in indiuiduis, & ſi nemo eſt, qui partem vacantem legitimè occupet; Hoc caſu, quia poſſeſſio libertatis apud tranſeuntes fuit, & permanſit; fruſtrà quæritur de conſeruando eo, quod non eſt, *Nicol. Euerhard. d. conſ.* 3. nec iuriſdictio quæritur in eo, quod nõ fuit exercitum, *Author* hìc *n.* 16. Hinc ſtante conſuetudine colligendi pedagium à tranſeuntibus per aquam, non eſſe licitum per terram exigere, ait *Bald. conſ.* 340. *n.* 4. *vol.* 5. & probat *cit. Euerhard.*

85 Si inſupèr priuilegio cautum ſit, vt territorium ingreſſus ad ſolutionem vectigalis teneatur, manens in via limitropha domino territorij, cum alio communi, & inde deflectens ad vici-

num

num territorium, non tenetur ſoluere, vt conſuluit *Nicol.de Tudiſc.* ſiuè *Abbas conſ.83.per tot. par. 2.* quia commune propriè non eſt meum, ſi res ſit diuidua, ſecùs ſi ſit indiuidua, vt ius patronatus, & ſeruitus, quę iura talitèr sũt in toto, vt in qualibet eius parte, *l. ſi quis duas 6. §. ſi quis partem, D.comm. præd. Dec. conſ. 249.* tùm quoque defectus poteſtatis impedit, ne vectigal in vino communi debeatur; cum immunitas conceſſa Caſtris, non extendatur ad Caſtra communia, *Bart.in l.legatis vxori, de leg. 2.* & vnus ex dominis communibus, non poſſit diſponere de re ad vſum non deſtinatum, *l. per fundum 11. D.de ſeru.ruſt.præd.*

86 Imò, quod ſi tranſeuntes iuerunt extrà territorium, non poſſe res eorum capi pro ſolutione pedagij, docent *Bald.d.conſ.340.ſub nu.3. Franc. Pfeilſ. conſ.196.num.26. cent 2.* etiam ſi eſſent ſub eodem domino ſuperiore, quia diſcreta eſt iuriſdictio vna ab altera, & ſuis limitibus præfinita, quinimò illi, cui limitatum territorium eſt aſſignatum, ab alijs prohibitum eſſe videtur;

87 licet dubitationi locũ relinquat *DD.* opinio, quod delictum inchoatum hìc, alibi verò conſumatum, Iudex vtriuſq; territorij punire poteſt, *c. 1. de præſumpt.* iuncto *c. fin. de foro compet.* Vnde ſtatutum, quo ciuibus in fraudem gabellæ vini, aliò, etiam extrà territorium ſtatuentium, potandi cauſa ſecedentibus pęna imponitur, defendit *Euerbard. Præſ.conſ.45.per tot.*

88 Non poteſt tamen exigi extrà territorium, & patet ex *Rit. R.C.9. ſub rubr. de Iure fundici*, ibi; *Quando tranſeunt merces per terram habentem paſſagium*, vbi *Præſ. Petrus Maſturtius in notis fol. 127. in nouiſſ. edit.* refert literas Regiæ Cameræ, mandantes gabellotis Schafati, vt nullo modo exigant iura plateæ à tranſeuntibus, extrà territorium eorum iuriſdictionis, necnon compareant in Reg. Cam. ad ſoluendam pœnam à *Ritu* ſtatutam.

89 Licet verò paſſagium exigi debeat in vno loco, poſſe tamen Baronem tenere plures Cuſtodes in territorio, ne fraudentur dicitus, dummodò indebitum non exigat, tradit noſter *Author* hìc *num.41.* quem ſequuntur *Nouar. d. lib.3.grau.87.n.6. Capyc. in inueſt. feud. ver. gabellis, verſic. & is, qui, pag. 115. ex l. ſi ità, §. dominus proprietatis, D. de vſu, & habit.* poſt *Alber. Iacobin. & Angel.* loquentes in habentibus decimas, qui ad euadendas fraudes, poſſunt deputare plures cuſtodes ad cuſtodiendum agrum, vt ex *d. textu* concludunt *Præſ. de Franch. deciſ. 117. ſub nu. 2. Vin. deciſ. 4. nu. 4. Anna alleg. 94. num. 8. Horat. Barbat. de diuiſ. fruct. par. 1. cap. 7. num. 29.*

90 At ſi aſſiduè non aſſiſtit gabellotus in loco exactionis paſſus, tranſeuntes non ſoluentes, nõ eſſe in pœna, ex *Alex. conſ. 172. lib. 2.* prouiſum fuiſſe cum Ciuitate Amatricis, teſtatur noſter *Auth.* hìc *nu. 33.* & ſic *Reg. de Marinis in obſ. ad R. Reuerter. deciſ. 552 ſub nu. 3.* monet, quod Cuſtodes, qui ſunt tot latrones, debent commorari in loco ſolito, & deſtinato, & ibi expectare trãſeuntes; cuius meminit *Conſ. Rocc. de offic. rubr. 14. §. 1. nu. 36.*

91 Idemq; docet *Camill. Borrell. de Regis Cath. præſt. d. cap. 11. num. 109. & 110.* vbi etiam ait, optimè feciſſe in hoc Regno Neap. Catholicum Regem noſtrũ, dum generalitèr edixit, vt exactores paſſuum locum eligant in itinere, in quo exigant, ibidemq; inſignia, & arma lapidibus marmoreis, vel pictura erigant, vel inſculpi faciant, ac modus ſolutionis ſtatutus magnis literis appareat, ibidẽq; exactor aſſiſtat, aliàs tranſiens ad nihil tenebitur; & hunc vſum videri ſumptum à *Iuſtiniano in Nou. 128.* vbi appellantur cuſtodes publicarum tabularum; prout in portu Siculo, lege cenſoria cautũ erat, teſte *Alpheno I. C. in l. in lege 203. D. de Verb. ſign. & Borrell.* nouiſſimè ſequitur *D. Carol. Ant. de Luca*, doctrina, ac morum probitate eximius, *in ſuis doctiſſimis Scholijs ad deciſ. Gratiani 148. ſub nu. 5.* vbi allegat *Nos in his annot. ad §. 6. de Iure Dohan. quæſt. 1. nu. 51.*

92 Sup-

92 SVppoſito autem iure colligendi pedagium, non ſoluentes incidunt in commiſſum, adeò vt mercium dominium tranſeat in pedagiarium, teste *Bald.conſ*, 340.*nu*.5.*par*.5, & latiùs *Rol. à Valle conſ*. 42.*lib*.3.vbi *num*.17, quod excuſantur à pęna non ſoluentes, ex probabili cauſa; & *Nos* latè dilucidauimus *in annot. ad §. 6. de Iure Doban, quaſt*. 1.*per tot*.

93 Imò ob periculum moræ, portitoribus, ſiuè portorij conductoribus viatores d. ius fraudantes in vincula conijcere, & pignorare licere, ex *Mauſon.de cauſ.execut.ampl*.30.*à num*.21. *Coler. in proceſs exec.par*.1.*cap*.3.*nu*.74.vbi *num*. 76. ait, quod hoc certum eſt, ſi auriga conuictus, vel confeſſus ſit; ſin autem neget delictum, ſatisdare debet iudicio ſiſti; *Franc. Pfeils cent*. 2. *conſ*.196. *num*.24.*&* 25.& concludit *in verſ.ſiuè*, ibi: *Siuè igitur debitorem dicas, ſiuè furem, qui fraudandi vectigalis gratia cum mercibus ſubducit ſeſe, habebit dominus vectigalis facultatem etiam iure priuati illum perſequendi, retrahendi, & ad ſuuis ſui executionem detinendi cum mercibus*; quod paſſim omnes exactores faciunt, teste *Danza ad priuil.Montisfuſc. fol*.186.*n*.49.

94 Et ſi res tranſierunt, ſunt etiam ſubiectæ ſolutioni pedagij, cũ tributa, pedagia, ac ſimilia ſint de Regalibus; res enim vectigali obnoxiæ, vidẽtur tacitè hypothecatæ pro eius ſolutione, *l*.1. *C. in quib.cauſ.pign. vel hypoth. l. Imperatores, D. de publ. & vectig*.& non tantùm contrà ipſum debitorem, ſed etiam contrà tertium, ad quem bona tranſeunt, tranſit onus pro præteritis functionibus *DD.in d.l.Imperatores*, noſter *Author ſuprà in* §.6.*de Iure Doban. q*.5. *num*.4.*&* 5. vbi & *Nos*; & in concurſu creditorum nemo dicitur anterior, hypotheca ex cauſa tributi, *Roland. conſ*. 79.*num*.5.*vol*.4.*Oſaſch.deciſ*.95. *nu*.32. *Merlin. de pignor. & hypoth. lib*.3. *tit*.2. *qu*.6. *num*. 20. Quod procedit etiam in pedagio; nam tributi genus eſt, *Abb.in cap.innouamus, de cenſ*. Et licet loquantur in vectigalibus, tamen vectigal, & pedagium idem ſignificant, ex communi vſu loquẽdi, *Rebuff.in praxi ad Bull. Cœnę Dom.art*.3. *Mauſon. de cauſ. exec. ampl*.30. *n*. 10. *&* 80. *Danza in d.tract. priu. Montisfuſc. fol*.181. *à num*.1.*ad* 4. *Anſuld.de iuriſd.par*.5. *tit*.4. *cap*.1.*num*. 8. *& ſeq*.

95 Quapropter ad inſtantiam vtilis domini paſſus Cannarum per Reg. Cam. anno 1653. die 27. Nouembris expeditæ fuere prouiſiones directæ Regiæ Aud. Barenſi, & Mag. Portulano Baruli, vt cogerent ad ſoluendum ius pedagij, tàm pro frumentis in præteritũ immiſſis, quàm pro immittendis, vt ex prouiſ.*in Reg.part*.7. atq; ità paritèr decreuit *Dom. Reg. D. Melchior de Nauarra*, tunc Dohanę Menæpecudum Apuliæ gubernator die 25. Sept. 1665. contrà dominos victualium immiſſorũ, & immittendorũ in Ciuitatem Baruli, tranſeuntes per territorium paſſus Cannarum pro ſolutione diricttus dicti paſſus, iuxrà taxam, ac prouiſiones Reg. Cam. ac etiam vectores conducentes ſalario mediante victualia aliena. Cumq; dixerimus, quod ius
96 curreturæ ſoluitur ob vectoris lucrũ, & non ob res domini immunis, quas ille iumento deportat; quæ tamen res pro vſu abſque ſolutione ad Ciuitatem introductæ, ſi deinde in fraudem diricttuum venales fiunt, ad portorium rediguntur; & ità per Reg.Cam. ordinatum fuit, ad inſtantiam Ill. Ducis Reginæ vtilis domini dicti paſſus, Fiſco audito, Commiſſ. Præſ. Io: Baptiſta Amendola, vt ex prouiſ. expeditis die 22. Febr. 1666. apud *Io: Baptiſt. Conſtantinum Act.& in Reg.part*.15.*f*.159.

97 FViſſe itidem dubitatum, ait noſter *Author* hìc *num*. 42. an pro libris ius paſſagij ſoluendum ſit? Et pro libris ſcholarium, vel Doctorum non deberi paſſagium, certum eſt, cum pro vſu exportentur, vel emantur, ex *Gloſ. in Auth.habita, C.ne fil. pro patre*, *Kopp. dec*.50.*n*.31.*Horat.Lucius de priu.Schol. priu*.54. *Io:Camman diſp.de iur. Maieſt. diſp*.11.*lb*.85.*P.Andreas Mendo de Iure Academ. lib*. 3.*qu*.7.*nu*.53.& *Nos* dixi-

mus

Digitized by Google

mus *in annot.ad §.2. de immun. funct. fiſc. nu.* 9.*ad* §.6.*de Iure Doban.quaſt.*3. *nu.*28.*&* *ad* §.8.*de Ciuilit.nu.*5.

98 Sed conſuetum eſſe in Reg.Cameră, expediri prouiſiones, vt pro quibuſcumq; libris, etiam cauſa commercij tranſuectis non ſoluatur paſſagium, teſtatur noſter *Author* hic *nu.* 43. idemq; ſtatutũ eſſe in Hiſpania refert *Guttierez de gabell.qu.*78.*nu.*3.*&* 4.Imò neq; pro carta, alijſq; inſtrumentis neceſſarijs ad eorum impreſſionem, ſolui gabellam, de praxi R.Cam. teſtantur *Thor.in ſupplem. comp. deciſ. ver. libri*, *&* *Conſ. Altimar.in obſ.ad Reg.Rouit.conſ.*8. *nu.*31. *lib.* 3.

99 Nec demùm moleſtari poſſunt nundinantes ratione pedagij pro eorum perſona, vel mercibus, nec ipſis venientibus ad nundinas imponi de iure datia poſſunt; cum liberi eſſe debeant in acceſſu, & receſſu, ex *l.vn.C.de nundin. Iul. Ferrett.de gabell.n.*103.*in tomo* 12. *tract.* vbi ex *Bart.in d.l.*1.extendit, etiã ſi poſteà ex interuallo res tradantur, aut extrahantur de Ciuitate; traduntq; *Io: Marquard.de iure mercat.lib.*2.*c.*3.*à nu.* 5. *Card. de Luca de Regal. d.diſcurſ.* 131. *nu.*5.*&* 9.& *Nos* ſuprà *ad* §.11.*de Iure Baiulat. quaſt.* 2.*à nu.* 7.*ad* 19. Et
100 licet hic *à nu.* 44. *ad* 49. agatur de ſolutione iuris fundici in Nundinis, id fuit ex errore impreſſoris, cum *in manuſcriptis* reperiatur ſub §. 6. *de Iure Doban* (proùt ſequentes *quaſt.*5.*&* 6.) Ideò Lectorem remittimus *ad cit.* §. 6. *membr.* 2. *de Iure fundici à num.*21.addimus *Thor. in comp. deciſ. tom.* 1. *ver. ius fundici*, vbi, an debeatur pro mercibus à Regno, vel extrà ad nundinas Salerni aſportatis.

AD QVÆST. V.

An ius fundici debeatur in toto Regno, & in omnibus fundicis ipſius, licet in aliquibus ipſorum non fuerit ſolitum exigi in præteritum.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Quaſtio hæc, cur duplicata, eiuſq; ſpecies, num. 1.

*Poſſeſſores, an lite pendente manutenendi ſint in eorum poſſeſſione, ſi cum præſcriptione producunt titulum adhùc dubium, n.*2.

*Præſcriptio, qualitèr probetur inſtrumentis, ac teſtibus, n.*3.*&* 4.*&* *quomodò articulanda, num.*9.

*Teſtes pro pedagijs probandis, quales, & quot eſſe debeant, à n.*5.*ad* 8.

*Præſcriptio, an interrumpatur per prouiſiones Reg.Cameræ; & quid in immemorabili, n.*10.

*Sententia contrà vnum mercatorem lata in ſolutione pedagij, an alijs noceat, n.*11.

1 EX errore fortè Typographi duplicata eſt hæc quæſtio cum alia in ſuperiori in §.6.*de Iur.Doban.membr.*2. *quaſt. vnica*, vbi de omnibus concluſionibus hìc firmatis annotauimus, ne autem reiteratũ ſermonem habeamus, & hic locus annotatione careat, ad alias modò calamus noſter excurrit.

Et quidem in ſpecie huius quæſtionis Ciuitas Aquilæ produxit quoddã Priuilegium Regis Alphonſi I. de anno 1457.ex quo fundari videbatur immunitas tàm pro Aquilanis, quàm pro alijs Crocum extrahere volentibus, vnde fuit deciſum, lite pendente eſſe manutenendam in poſſeſſione, ſeù quaſi immunitatis, ſed compilato proceſſu fuit deciſum, eſſe omninò exigendum ius fundici, quia Ciuitas non potuit formitèr probare centenariam, & præſcri-

ſcriptio fuit ſæpè interrupta prouiſio-
nibus Reg. Cam.Imò Rex videtur vni-
uerſalem habere poſſeſſionem in toto
Regno, licet vno loco non vtatur; teſte
Reg.Reuert.in deciſ. 313. qui ſuper ea-
dem ſpecie deciſionem cōpilauit; Vbi
obſeruat *Reg.de Marin.* quod lite pen-
2 dente eſt quis manutenendus, ſi cum
præſcriptione produceret titulũ adhùc
dubium, ſi verò in ſola præſcriptione
ſe fundat, lite pendente eſt manutenē-
dus ille, contrà quem præſcriptio alle-
gatur, ex vulgata *Bonifacij VIII.* con-
ſtitutione in *cap.cum perſona 7.de priuil.
in 6.* quod paritèr declarant *Luc. de
Penna in l.2.C.de fund.limitroph lib.11.
Ludouiſ.dec.404.n.1.Caualer.deciſ.506.
num.2.verſ.quibus,Capyc.deciſ.77.nu.9.
Rebuff.ad Conſt. Reg. tract. materiæ poſ-
ſeſſ.art.2.gloſ.2.nu.26.to.1. Couarr.var.
lib.1.c.16.n.11.& pract.qu.17. nu.7. &
ſeq. Menoch.de retin poſſ. remed.vlt. nu.
24.Mareſcott.var.lib.1. reſol.11. nu.36.
Cancer.var.lib.3. cap.14. n.42. cum ſeq.
Gratian.diſcept.441.n.14.tom 3. & cap.
870.num.17.cap.801.nu.27.& 28. t.5.
Giouagn.conſ.11.num.13.& ſeq.lib.1.Io:
Bapt.Groſſi controu.for.47. n.33. Poſtius
de manut.obſeru.42.num.146.& obſ.44.
num.29.Reg.Reuerter.deciſ.136.lib.1.&
dec.344. Reg.de Ponte conſ.97. à nu.20.
ad 27.Capiblanc.de Baron.lib.2. cap.76.
& cap.77.nu.6. Montan. de regal.§.flu-
mina nauigabilia, nu.8.fol.61. Reg.Ga-
leot.contr.53.nu.6.lib.2.Reg.Capyc.Latr.
deciſ.77.nu.15.lib.1. Reg.de Marin.lib.
2.reſol.115.num.16. & in obſer.ad Reg.
Reuert.dec.449.num.2.lib.1. Conſ. Stai-
ban.reſol.188.n.42.46.& 50.lib.2. Reg.
Marcian.diſp.65.num.6. lib.2.* latè *Reg.
de Philipp.in diſſertat.fiſc.1.à n.109. ad
ſeqq. D. Carol. Ant. de Luca in animad-
uerſ.ad Gratian. diſcept. 441. num.4. &
5.tom.3.*

3 Probatur autem præſcriptio inſtru-
mentis, ex quibus acquiſitio poſſeſſio-
nis apparet, *Alber.in l.cum res,C.de pro-
bat.Maſcard.concl.1184. num.30. Coſta
conſ.78.num.5.Vueſemb.conſ.124. n.10.
Ferrer. ad Guid.Pap. deciſ.357.* Si verò
4 teſtibus ea ſtabilienda eſt, ætatis in his
habetur ratio, vt ſint ad minimum 50.
annorum, qui de 40. annis atteſtari
queant, *Chaſſan.in Conſ. Burg. rub. 13.
§.2.ad fin.Crauett.de antiqu.temp.par.4.
§.abſolutis, num.20. Molina de Hiſpan.
primog.lib.2.c.6.nu.40. Viu.comm. opin.
898.num.19.Verall.deciſ.71.n.2. par.2.
Caſtill.contr. lib.6. de tertijs debitis, cap.
27.n.5.tom.7.Reg.Valenz.conſ.93. num.
33.tom.1.* etiam ſi ſint ab Vniuerſitate,
5 ius vectigalis percipiendi ſibi aſſeren-
te, producti; trita tamen,& vera diſtin-
ctione adhibita, vtrum ex teſtimonio,
vt ſingulis, an verò, vt vniuerſis, vtili-
tas accedat, priori caſu meritò repul-
ſam ferunt, ſed poſteriori admittendi
ſunt, *Afflict. deciſ.400. Guid.Pap.deciſ.
193. Capyc.deciſ.552.num.4. Praſ. de
Franch. deciſ.301.nu.3. Praſ.Ganauerr.
deciſ.37.num.29.& 30. Reg.Reuert. de-
ciſ.177. num.2.* vbi *Reg. de Marin.in
obſeru.nu.2.* poſt alios;& non ſolùm in
ſubſidium, ſed etiam directò, *Couarr.
pract.qu.18.num.4.Rim.ſen.conſ.313.in
fin.Bonetonan not. ad Gu. Pap. dec.573.*
Et cum ex vectigali, quod Ciuitatibus
dependitur, Ciues non ſentiant com-
modum particulare, pro adſtruendo
iure vniuerſitati competente, eos in
ſpecie noſtra admittunt *Rimin.iun.con-
ſil.26.num.39.& 40.Mod.Piſtor.conſ.6.
num.29.vol.2. Pancirol.conſ.23. num.8.
Iaſ.conſ.81.num.19. lib.2.* & cum exa-
ctio pedagij in plurium notitiā veniat,
aliundè etiam, vel ex conuicinis teſtes
haberi poſſunt, *Nicol. Euerb. iun. conſ.
39.num.14.& 15.vol.1.*

6 In paritate tamen teſtimoniorum
deponentium pro vectigalis iure,& cō-
trà id ipsũ, præferendi ij,qui pro liber-
tate deponunt, *l.lege Iulia Petronia 24.
D.de manumiſſ.* Vnde quando agitur de
7 inducendo portagium contrà liberum
hominum tranſitum, requiri plures te-
ſtes, quàm duos, poſt *Auendan. in 2.p.
cap.4.Prætor.nu.11.* tradit *Reg. Valenz.
8 d. conſil.93. nu.37.* probaturq; priuile-
gium pedagij per teſtes deponentes de
viſu, *Bald.conſ.11.n.2.vol.2.*

An autem vt fidem faciant de im-
memorabili, debeant deponere, quod
ſem-

ſemper viderint,& audiuerint dici à ſenioribus,& quod ſit publica vox, & fama, & quod ſaltē ſint 50.annorum, vidēdi ſunt poſt alios *Caſtill.d.c.27.de tertijs n.8. & ſeq. R.Valenz.d.conſ.93. à n.34. Reg.de Marin.ad Reuert.deciſ.328. n.4.& 5.de Luca ad Præſ.de Franch. deciſ.301.num.13. Conſil.Altimar.in obſer. ad Reg.Rouit. lib.3.conſ.77. à num.1. ad ſeqq.*

9 Sed pro omnibus circumſtantijs ait *Acac. Ripoll. de Regal.cap.43. num.103.* quod articulus ità concipi debet: *Ponit,quod N. à tempore 10.20.30.40.50. 60.70.80.90.& 100. annorum, & plus, & à tanto tempore, cuius initij memoria apud homines non extat, eſt in poſſeſſione faciendi N. & ſic viſi ſunt,teſtes, qui deponent, & ſic audiuiſse à ſuis prædeceſſoribus,dicentibus ſimilitèr,ſic eos vidiſse, & audiuiſse à maioribus ſuis, qui aſſerebant, nunquàm ſe audiuiſse contrarium, & quod ſemper publicè, & palam hoc audierant, & quod ſemper fuerat, & hodiè eſt publica vox, & fama, abſq; hoc, quod audierint contrarium, & ſic eſſe verum.* Vnde teſtatur *Reg. Tapia lib.4. Iur.Regni, in annot.ad Conſt.quadragenalem, num.25.* quod per inſtructiones Reg. Cameræ, debeat teſtis probare viſum, auditum, & auditum auditus, vt ſuprà.

10 Imò conſiderãda etiã eſt interruptio præſcriptionis per prouiſiones R.Cam. ex *Reg.Reuert.d.dec.313.circà fin.* etenim ad conſtituendum aliquem in mala fide, ſufficit, moueri controuerſiam ſuper re, vel etiam adfuiſſe quamlibet denunciationem,poſt *Barboſ.cit.Caſtill. d.t.7.de tertijs, c.35.n.11.* Immemorialis verò præſcriptio, quod interruptione non corruat, adeòq; non cenſeatur interrupta per citationem, neq; per litis conteſtationem, obſeruat poſt *cit. Barboſ. Molin.* & alios *Caſtill. ibidem num.18.*

11 Sententia deniq; lata contrà vnum ex mercatoribus pro ſolutione pedagij nocet etiam alijs, qui partem in cauſa non fecerunt, *Guid.Pap.deciſ.549.*

AD QVÆST. VI.

Valor mercium æſtimetur nè tempore extractionis, an tempore immiſſionis in Dohanam.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Tempus, cur dicatur rerum omnium ſapientiſsimum, ex Thaletis *oraculo, num.1.*

Valor mercium, an æſtimetur tempore immiſſionis in Dohanam, an verò venditionis, ſiuè traditionis, & cui gabelloto debeantur directus, à n.2.ad 6.

Et quid ex Edicto Ser.Regis Roberti, *n.7.& 13.*

Mercium æſtimatio, quomodò facienda, nu.8.& 9. ac recenſentur duæ R. Cameræ conſultationes pro æſtimandis mercibus in Dohanis, ac pro reformatione tariffæ. *à n.10.ad 14.*

Vectigal, in ipſis mercibus, an in pecunia numerata ſolui debeat, n.15.& 16.

Valor monetæ in ſoluendo vectigali, an attendatur ille, qui tempore impoſitionis erat, vel ſolutionis tempore, à nu.17. ad 20.

Pecuniæ, quæ mittitur per Dohanerios ad Regiam Theſaurariam, diminutio, in cuius damnum cedere debeat, num.21. & 22.

1 THales Mileſius, vt refert *Diogenes,* interrogatus, *quid eſſet antiquiſſimum omnium*: reſpondit, *Deus*, qui eſt ingenitus: quid pulcherrimũ, *mundus*: quid maximũ, *locus*, nàm capit omnia: quid velociſſimum, *mens*, diſcurrit enim per vniuerſa: quid fortiſſimũ, *neceſſitas*, nàm cuncta ſuperat: quid ſapientiſſimũ, *tempus*, nàm omnia inuenit, propter quod Plutarchus ait, tempus eſſe conſiliorum datorem optimum, vt refert *Rhodigin.lect.antiqu.lib.11.cap.9.* Nihil eſt enim, quod temporis longinquitas efficere non poſſit, vt ait *Tullius lib.2.*

de diuin. Et variè confirmat *Ouid. lib.4. triſt.eleg.6.*

2 Tempus autem eſt, vt ad quæſtionem hanc (quæ propriè ſub §. *de Iure Dohanarum*, collocanda erat, vt etiam noſtro in *Cod.m.ſ.* obſeruatur) accedamus; Quærit igitur *Athleta* noſter hìc, ſi aliquæ merces immiſſæ ſint in Dohanam, quæ erant magni valoris, ſed antequam fieret earum contractatio, fuerunt deterioratæ, ideòq; venditæ pro modico pretio, an debeat attendi valor merciũ, tempore immiſſionis, vel venditionis ipſarum; Et quidem venditionis, ſiuè traditionis tempus attendi, fuit deciſũ per R. Cam. teſte *Authore* hìc *n.5.* quia reſpectu iuris fundici illud debetur ab emptore, vt ſuperiùs dictum eſt, vnde non poterit compelli emptor, antequã emat, ex *Ritu R.Cam. c.1. §.item ſi fiat, ſub rubr. de Iure Dohan.* & *Rit.1. de Iure Fund.* vbi ſi merces immittuntur iſto anno, & venduntur anno ſequenti, dirictus debetur Arrendatori anni ſequẽtis; Imò, quia ius fundici ſoluitur pro hoſpitio, & ſic quaſi loco penſionis domus illius, pẽſio verò in fine anni debetur, *Auth.* hìc *n.10.11.* & *12.* quẽ refert, & ſequitur *Heliſ. Danza ad priuil. Mõtisfuſcoli, fol.210. nu.16.* & habetur in *Arreſt.7.* traditq; *Reg. Reuerter. deciſ. 189. in fin.*

3 Idemq; potiùs dicendũ de Iure Dohanæ, quod debetur per venditionem; ante igitur venditionem, & traditionẽ rei non ſoluendum, ſemper enim tempus, & locus traditionis attenditur, vt diſponit *Ritus 2. ſub rubr.5. de Iur. Doban.* quoniam traditione non adhùc ſequuta, non poteſt dici perfecta ipſarũ rerum contractatio, & contractus, nec rerũ venditarum dominium in emptorem translatum, *l.traditio 20.* & *l. nunquàm 31. D. de acqu.rer.dom. l.traditionibus 20. C. de pact.* vbi *Hotoman. in Comment. §.per traditionem, Inſtit. de rer. diuiſ.* & venditor poteſt penitere, antequàm rem tradat, *l.ab emptione, D. de pact.* & *Rit.5. de Iure Doban.* Qua de
4 re, cum traditionis tempore purificetur, ſiuè perficiatur contractatio; Iura Dohanarũ, & gabellarum, non acquiruntur gabellario, niſi traditionis tempore, & illius loci, in quo traduntur, ex rationibus deductis *in d.Ritu 2. Bertazol. conſ. crim. 336. num.9.* & *10. conſ. 388. num.12.* & *conſ. 519. num.9. tom.2. Antonell. de loco legal. lib.2. cap.22. n.12.* & *13. Goffred. de Gaeta ſuper Ritib. R. Cam. rub.5. de Iur. Doban. à n.82. ad ſeqq.* & ibi *in addit. Cæſar Nicol. Piſan. à nu. 29. ad 34.*

5 Licet contrarium probare conatus fuerit *Guttierez de gabell. quæſt.7. per tot.* vt ſcilicet *Alcaualà*, ideſt gabella incipiat deberi à tempore contractus, etiam ante traditionem, cum leges Regiæ gabellarum, ſimplicitèr de venditionibus loquantur, & ſufficit ſimplex actus venditionis, vt gabella debeatur, *ibidem*; Idemq; tenet *P. Ioſeph Gibalin. tom.1. de vniu. rer. negot. lib.2. cap.2. de gabell. art.12. num.2. verſ. Hinc liquidò ſequitur,* & *art.13. conſect.1.* deberi ſci-
6 licet gabellario exiſtenti eo tempore, quo perficitur contractus, atquè illud debitum gabellæ contrahitur, non autem, quo contractus impletur, ſiuè traditur res, ac venditor pretium accipit, niſi alitèr conſuetudo legem illam gabellariam interpretetur; Vnde hoc in Regno, ad fraudes euitandas Ser. Rex Robertus edictũ emanauit, vt ſoluatur
7 ius Dohanæ in loco cõtractus, nõ verò traditionis, puta quãdo cõuẽtio initur, pro emptione mercium extrà Regnũ; quod edictum tranſcribit *cit. de Gaeta d.rubr.5. n.207.* vbi *num. 219.* & *220.* declarat, cui nàm gabelloto debeatur; & diximus in *part.1. §.6. de Iure Doban. membr.1. à n.46.*

8 Notandum etiam eſt, quod cum quis pro vſu ſuo quandam frumenti quantitatem emiſſet ad rationem carolenorum quatuor pro quolibet modio: Et poſt multum temporis, frumentum valeret ſex carolenis pro quolibet modio, illudq; à Capuæ Ciuitate Neapolim aſportari curaret, cogebatur emptor ad ſoluendam gabellam ad rationem ſex carol. non verò quatuor, vti emptionis tempore valebat; fuit per

Reg.

Digitized by Google

Reg.Cam.ordinatum, ne ſolueret, niſi pro qnatuor carolenis, prout illud emerar, nec ad gabellam ſoluendam cogeretur, tanquàm immunis, vt in *Reg.literar.partium XVII.fol.17. anni* 1478. ac meminit *Præſ. Maſturtius in ſuo Repertorio m.ſ. ver. Graſſa.*

9 Et per Reg. Cam. die vlt. Ianuarij 1565. prouiſum fuit, quod æſtimatio mercium, ſi extrahantur à Regijs Dohanis, fiat iuxtà tariffam; ſi verò contractantur intùs Reg. Dohanas, fiat iuxtà pretium, vt in *Arreſt.*297. apud *Reg.de Marin.*

10 In quadam Conſultatione per Reg. Cam.expedita die 2.Decembris 1580. vt in *Reg.Conſult.Curiæ VII. à fol.*324. ſuper nonnullis capitibus relationis Regalis Patrimonij, mittendæ *Io: Antonio de Anchora*, Regij Patrim. Generali Conſeruatori, & ad *Cap.*8. in quo petebatur pādecta dirictuum mercium æſtimatarum, reſpondet Reg. Camera, quod recognitis omnibus pandectis, ſeù *tariffis* ab anno 1540. ac vltima anni 1570. declarat, ex ſtylo Regni, ac Regiarum Dohanarum, non adeſſe tēpus ſtatutum pro reformatione illarum quoto anno, ſed tantùm ſolitum fuiſſe augeri pretium in d. *tariffis*, iuxtà augmentum in mercibus fieri ſolitum; ac experientiam rerum magiſtram docuiſse, quod ex augmento poſtremæ *tariffa* damnum potiùs, quàm beneficium allatum fuit; dum enim æſtimatio augetur, mercatores à negotiatione retrahuntur, rerumq; pretia creſcunt, ac Arrendatores plerumq; coacti fuerunt, ſe concordare. Conferunt dicta per *Nos* ſuprà ad §.12.*n.*34.

11 Fuitq; anno 1610. in menſe Martij ordinatum, vt exigerentur dirictus pro tertia parte iuſti pretij æſtimationis, aucti in *tariffa*.

12 Anno verò 1620. per Gubernatores Arrendamēti Dohanarum Apuliæ ſupplicatum fuit Em. Card. Zapatæ, tunc Regni Proregi pro augmento dirictuū; qui id curæ demandauit D. Berardino Montaluo Marchioni S. Iuliani, Reg. Cam. Locumtenenti, ac per Reg.Cam. expedita fuit Conſultatio, in qua fuit voti, quod dirictus gran. decem pro qualibet vncia, vltrà grana quindecim pro iure fundici, non exigeretur in Dohanis Baronalibus, quæ ſunt particularium, cum hac declaratione, vt pro bonis per extrà Regnum deſtinatis pro Dohanis Baronalibus, cum illa extracturi erant, exigenda eſſent ad beneficium Regiæ Curiæ d. grana decem pro ſingulis vncijs: Pro bonis verò Regni, immittendis in d. Dohanas, ſoluenda itidem eſſent gr. 10. ſi ius fundici in alijs Dohanis non ſoluerunt; Firmis tamen remanentibus Reg. Cam. ordinibus de non immittendo olea, & amygdalas in dictas Dohanas Baronales (vide *Pragm.*39. §.11. *&* 12. *de extract.*) Et quoad tariffas, placuit Reg. Cameræ, vt in omnibus dictis Dohanis ſeruanda eſſet illa Barij, tanquàm potior, licet differret à *tariffa* Dohanæ Neapolis, & iuxtà illam æſtimatio per Officiales fieret: Pro mercibus verò, quæ fortè immitterentur, in *d. tariffis* non comprehenſis, facienda eſſet æſtimatio pro iuſto valore, vt ſeruatur in Regia Dohana Neap. vigore ordinis

13 eiuſdem R.C. anni 1609. Fuitq; etiam mandatum, vt ſeruanda eſſet *d. Pragmatica Sanctio, ſiuè Edictum Ser. Regis Roberti* in omnibus Dohanis dicti Arrendamenti, vt ſeruatum erat in Dohana Sypontina, ſeù Manfredoniæ.

14 Et remiſſo negotio per eundem Em. Card. Zapatam Regio Coll. Conſ. iuſſum fuit, vt ea ſeruaretur, fueruntq; emanata banna pro locatione dictarum Dohanarum, cum dicto augmento, à die 1. Septembris 1621. fuitq; locatum dictum Arrendamentum pro annuis ducatis 182587. tar.3. & gran.17.

15 Vectigal autem non in ipſis mercibus, ſed pecunia numerata ſoluitur, per *text.in l.vniuerſi, C. de vectig.* vbi diſponitur, pro rebus, præſtari debere; & ſic aliud, quàm res ipſa ſoluitur, *gl. in l. ſi publicanus, §.1. ver. munificum D.de public.* tum quia ob non ſolutum vectigal merces in commiſſum incidunt; aliud igitur, & ſeparatum quid

eſt vectigal à mercibus ipſis, *Chopp. de iuriſd. Andeg. c. 54. nu. 4. Sixtin. de Regal. lib. 2. c. 6. n. 82.* vbi conſuetudine diuerſum interdùm ſeruari, exemplis comprobat; *Chriſtoph. Vvintaler. de Collectis conſ. 4. num.* 4. ibiq; latè etiam probat,
16 quod in parte rei inuectę vectigal exigendum non eſt, præſertim, ſi ex apertione, & euacuatione vaſorum, ac partis rei præſtatione, ſequatur corruptio, ſeù ipſius rei incommodatio; quod *Nos* etiam notauimus ſuprà ad *§. 10. tit. de Gabella vini.*

17 Hìc perutilis incidit quæſtio, ſi certa aliqua moneta vectigalis nomine ſoluenda ſit, quam mutari deinde contingat, an valor, qui tempore impoſitionis erat, an verò, qui iàm ſolutionis tempore exiſtit, attendendus ſit?

18 Et valorem, qui tempore ſolutionis currit, inſpiciendum, adſtruit *Io: Kopp. dec. 5. num. 6. par. 1.* ex eo, quod hìc in diſpoſitione legis verſemur, in qua debet attendi pecunia pro tempore currens, ſeù quando legi contrauenitur, nec reduci ad tempus, quò diſpoſitio edita eſt, *cap. fin. in fin. de maled. c. olim 7. de iniur. Bald. in l. illud, n. 13. C. de SS. Eccl. & in l. fin. nu. 4. C. comm. de leg. Roman. conſ. 123. n. 1. Brun. in tract. de monet. par. 12. nu. 2. & 3. Surd. conſ. 335. nu. 16. Curt. iun. de monet. nu. 19. Rener. Budel de re numm. c. 19. n. 4. Ant. Theſaur. in tract. de augm. monet p. 2. nu. 75.* Tamen hoc in ſolemnitatibus, ſeù quando lex eo ipſo, quod conſtituitur, obligationem format, verum eſt, ſecùs ſi mediãte contractu, & actu aliquo obligationem producat, *Martin. Laudenſ. in tract. de monet. nu. 27.* & *Curt. iun. eod. tr. num. 19. Theſaur. d. tract. p. 2. nu. 76.* Nos autem verſari in poſteriori caſu, cum mediante actu extractionis mercium (ſeù aditionis hęreditatis ex lege illius Prouinciæ) legis diſpoſitio eueniat, exiſtimat *Kopp. d. dec. 5. n. 9.*

19 In eadem quæſtione conſultus *Io: Petrus Surdus in conſ. 454. vol. 4.* contrarium reſpondit, fundamentum, in communi, & recepta *DD.* opinione collocans, quod mutato valore monetæ intrinſeco, ſolutio facienda ſit de antiqua, vel de noua ſecundùm valorem antiquæ, *Bart. in l. Paulus, n. 6. D. de ſolut. Caualc. deciſ. 16. num. 46. p. 2. Mynſ. p. 4. obſ. 41. Andr. Knick. de Saxon. non prou. iur. verb. Ducum Saxon. cap. 5. num. 403. Maſtrill. dec. 7. num. 1. Petr. Cauall. conſ. 103. n. 1. & 2. vol. 2. Mareſcoet. lib. 1. var. reſol. cap. 94. nu. 7. & ſeq. Reg. Capyc. Latro deciſ. 48. par. 1.* & alij infrà laudandi; quæ non ſolum in contractu, *Surd. d. conſ. num. 8. & 9.* ſed etiam in diſpoſitione legis obtinet, *c. conquerente, de offic. ordin. & c. olim, de cenſib.* & ex alijs argumentis apud *Surd. d. l.* Hac autem ſententia admiſſa cum *Henric. Klock diſp. de Vectigal. concl. 69.* eandem limitamus non procedere, ſi ità diù per longum tempus ſolutum ſit de moneta currente, vt generi ſoluendi, ſub ea forma, præſcriptum reperiatur, *c. olim de cenſ. Theſaur. ibid.*

20 Communior igitur eſt *DD.* aſſertio, vt exiſtente mutatione in valore extrinſeco, attendatur tempus ſolutionis, in valore autem intrinſeco, attendendum eſt tempus contractæ obligationis, vt latiſsimè poſt alios exornant, & declarant *Matth. Berlich. tom. 2. concluſ. 36. & deciſ. 152. & deciſ. 156. Andreas Khol. exercitat. legal. 18. per tot. Tondut. reſol. ciu. cap. 9. per tot. Gratian. diſcept. 884. Molina de contract. qu. 312. Venturin. conſ. 45. Regnaud. de monet. in princ. num. 3.* & *Author incertus quæſt. 10. inter tract. var. de monet. Albert. Brun. de monet. par. 9. Radell. de monet. c. 18. Fauſt. in Conſ. pro Ærario claſſ. 5. ord. 563. Afflict. deciſ. 194. Reg. Reuerter. deciſ. 333. & deciſ. 366.* vbi *Reg. de Marin. in obſ. Conſ. Hodierna ad Surd. deciſ. 227. Reg. Capyc. Latro deciſ. 48. par. 1. Reg. Rouit. deciſ. 33.* vbi *Conſ. Altim. in obſeru. n. 17. Conſ. Petra ſup. Rit. M. C. 166. nu. 18. & Rit. 190. num. 13. t. 2. Antonell. de temp. legal. lib. 1. cap. 42. per tot. Anton. Gobius in tract. de monet. quæſt. 4. per tot. & qu. 5. & 6. Io. Kitzel. in tract. de monet. claſſ. 3. quæſt. 2. per tot. Franc. Anton. Tranchedin. conſult. 69. per tot. de Luca ad Gratian. cap. 417. t. 3. Stoppa ad de-*

ciſ.

ciſ. 201. eiuſd. Grat. Piſanus ad Gaet. ſup. Rit. R.C. rubr. 29. n. 24. Et monetæ valor, qui nam ſit attendendus in ſolutione ſalarij, vide *Lanfranc. Zacch. de ſalario qu. 6.* Materiam valoris intrinſeci, & extrinſeci explicāt *Ann. Robert. rer. iudic. lib. 1. cap. 6. & cap. 18. l. 4. Larrea deciſ. 12. vſq; ad dec. 19. lib. 1.*

21 Pecunia verò, quæ mittitur per Dohanerios Apuliæ in Regiam Theſaurariam, ſi reperiatur tonſa, diminutionem cedere in damnum Dohanerij fuit deciſum per Regiam Cameram in cauſa Ferdinandi de Sangro, vt in *Arreſt.* 141. Contrarium tamen poſteà deciſum in cauſa Reg. Perceptoris Matthęi Angeli Rugij, vt in *Ar-*
22 *reſt.* 142. & 144. Conciliari tamen poſſunt prædictæ deciſiones, vt ſi pecunia, prout exigitur, rectà via mittitur per *Carrugium* ad Reg. Theſaurariā, damnum eſt Regij Fiſci, ſi tonſa reperiatur; Si verò, non prout exigitur, nec rectà via mittitur, damnum eſt Dohanerij mittentis, & videre eſt apud *Reg. Reuerter. deciſ.* 473. & 474. quæ deciſiones proditæ ſunt in cauſa dicti Ferdinandi de Sangro, & fundantur ſuper mora ipſius Dohanerij differentis pecuniam tranſmittere in Reg. Theſaurariam, & vide ad materiam *Io: Bapt. Larr. alleg. fiſc.* 83. & 85. *lib. 2.*

De Dohana Menæpecudum Apuliæ.

AD §. I.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Pecuaria rei ſuauitas, præſtantia, ac vtilitas ſummoperè commendatur, à num. 1. *ad* 8.

Paſtuorum vectigal, cur à Romanis, ſcriptura, *denominatum fuerit, à num.* 9. *ad* 11.

Vectigal ex gregibus Apuliæ antiquiſſimum, an fuerit indictum ante Ser. Regem Alphonſum I. n. 12. 13. & 21.

Defenditur Dom. Regens *pro origine d. vectigalis pecuarij, aduerſus* Proſper. Rendell, *n.* 14. & 15.

Dohana Menæpecudum Apuliæ à Rege Alphonſo ſub optima forma erecta, ac ſucceſſiuis temporibus melioribus inſtitutis ampliata, n. 16.

Et qui nām Authores de ea tractarunt, à num. 17. *ad* 19. *ac memorantur ad id varia* Relationes *per* Authorem *in hoc opere inſerenda, n.* 20.

Fida ius quid ſit, & quando exigatur in herbagijs Dohanæ Apuliæ, à nu. 22. *ad* 25. & *an pro ouibus non ſolitis fidari, vel morbo infectis, à n.* 26. *ad* 30.

Pecudum numero aucto, paſcua vendenda ſunt Regnicolis tantùm, & non exteris pro mercede conſueta, et capacitate territorij, n. 31. *et* 32.

Fida ſolutio in paſcuis priuatis, ſeù demanialibus Vniuerſitatum ad quem ſpectet, à n. 33. *ad* 36.

1 Rei pecuariæ ſuauitas, præſtantia, ac vtilitas expoſcunt, vt prolixiùs de Iure, ſeù Vectigali, quod ab Auguſtiſſimo noſtro Rege ob pecudes exigitur, & de Regijs paſcuis Apuliæ, de quibus per plures §§. noſter *Author* hìc agit, nonnulla delibe-
3 mus; Eſt enim ars Paſtoralis omnium ſimpliciſſima, minimèq; operoſa, vel artificioſa, ſuppeditat victum, & veſtitum, materiam itèm ſacrificiorū apud *Hebræos*; refert prætereà imaginem quandam regalis gubernationis; Imò, etſi greges paſcere labor fit, ità ad otium, ac tranquillitatem accedit, vt paſtores otioſi reputentur, vt benè *Ari-*

Ariſtotel.Polit.1.cap.5. Nàm, ait, *pigerrimi, qui ſunt, paſtoralem vitam ſequuntur, quoniam à manſuetis animalibus ſine labore, educatio ipſis prouenit otioſis*; Et iucunda nimis occupatio cenſetur, teſte *Ouidio de remed.amor.lib.1.*

Aſpice labentes iucundo murmure riuos:
Aſpice tondentes, fertile gramen, oues.
Ecce petunt rupes, præruptaq; ſaxa capellæ,
Iàm referunt hædis, vbera plena ſuis.
Paſtor inæquali modulatur arundine carmen,
Nec deſunt comites, ſedula turba, canes.

3 Inſequiturq; *Virgilius in Culice.*

Sæpè ſupèr tenero proſternit gramine corpus,
Florida cum tellus gemmanteis picta per herbas
Vere notat dulci diſtincta coloribus arua:
Atque illum calamo lætum recinente Paluſtri,
Otiaq; inuidia degentem fraude remota,
Pollentemq; ſibi viridi cum palmite lucens
Vitea pampineo ſubter coma velat amictu.
Illi ſunt gratæ rorantes lacte capellæ,
Et nemus, & fæcunda Pales, & vallibus imis
Sempèr opaca nouis manantia fontibus antra.
Quis magis optato queat eſſe beatior æuo,
Quàm, qui mente procùl purè, ſenſuq; probãdo,
Non auidas agnouit opes, non triſtia bella,
Nec funeſta timet validæ certamina claſſis,
Non, ſpolijs dũ Sancta Deûm fulgentibus ornet
Templa, vel euectus finem tranſcendat habendi,
Aduerſum ſæuis vltrò caput hoſtibus offert.
Illi falce Deus colitur, non arte politus:
Ille colit lucos, illi Panchaica thura,
Floribus agreſtes herbæ variantibus adſunt:
Illi dulcis adeſt requies, & pura voluptas,
Libera ſimplicibus curis; hùc imminet, omnes
Dirigit hùc ſenſus; hæc cura eſt ſubdita cordi,
Quolibet, vt requie victu contentus abundet,
Iucundoq; locet languentia corpora ſomno.
O' pecudes, ò Panes, & ò gratiſſima Tempe
Fontis Hamadryadum; quarũ non diuite cultu
Æmulus Aſcræo paſtor ſibi quiſquè poeta
Securam placido traducit pectore vitam.

Qua de re nil mirum, quod ab aliquibus in ipſis tempeſtatibus appetatur, inde adagium, *fluctus numerare*; cuius meminit *Cicer. lib.2. ad Attic.* vt explicat *d.m. Eraſmus in Adagijs, verb. occupatio, & otium*; Et animi relaxandi, & glorificandi gratia in ouium tonſura apud *Hebræos* celebrata fuiſſe magnifica conuiuia, pluribus *S. Scripturæ* exẽplis edocemur, vt in *lib. Reg.1.c.25. & lib.2.cap.13.*

4 Repræſentant inſupèr Paſtores rectam, atq; pacificam, regulatamq; Reipublicæ adminiſtrationem; Talem enim decet eſſe Regem ergà ſubditos, qualitèr paſtor gregem ſuum regit, & ità agendum, vt cum ouibus, quæ tondentur, non raduntur, *P. Marquez in Gubern.Chriſt.lib.1.cap.9. Solorzan.de Iur. Indiar.lib.2.cap.23.n.143. P.Velaſquez de optimo Princ.lib.4.annot.7. num.5. P. Chriſtoph.à Vega in Theolog.Marian.paleſtr.10. certam.3. n.913. cit. Solorz.emblem.11. P.Io: Steph. Menoch.Inſtit.Politic.lib.1.cap.9. n.3. Camill. Borrell.de Reg.Cath.præſt.cap.71.n.115. Caſtellan. de offic.Regis lib.1.cap.29.*

5 Imò ipſe Dñs Dominantium *IESVS CHRISTVS D. N.* paſtorem ſe profitetur, *D.Ioann.10.11.& D.Luc. 15. Ego ſum Paſtor bonus*; Et Sãctiſs. Vicarium ſuũ Summũ Paſtorem, *Petrum* in terra conſtituit; dum ait *D.Ioann.25. 18. paſce oues meas.* Quatuor verò inſignes Paſtores *in SS. Literis* deſcribuntur, primus *Abel* iuſtus, quẽ *liber Geneſis* 4. aſſerit fuiſſe ouium paſtorem: Alter paſtor eſt *Iacob, Geneſ.13.* Tertius eſt *Dauid, Reg.1. c. 6.11.* Quartus eſt *Moyſes*, qui oues retrò paſcebat, *Exod.3.1.* Iabel filius Lameh tabernacula habitauit, & pecuariam fecit, *Gen.4.* Amos propheta, è Thecuanis paſtoribus fuit, *Amos cap. 1. & 7.* Ex ſeptem Tribubus Indorum, tertiam conficiunt omnis generis Paſtores, *Diod.lib.2. c.10.* & Troglodiſtæ Æthiopes, à Græcis appellantur paſtores, *idem lib.3.c.3.*& alij.

6 Romanorum verò Populum à paſtoribus eſſe ortum, quis non dicit? Quis enim ignorat, *Fauſtelum* paſtorem fuiſſe nutricum, qui Romulum, & Remum educauit? Non ipſos quoque fuiſſe paſtores obtinebit, quod Parilibus potiſſimum condidere Vrbem? Et quod moneta antiquitùs fuerit cuſa cũ ouis, vel pecudis effigie, *Plutarch. in Publicola, M. Varro de re.ruſtica lib. 2. cap.1. Renat.Choppin.de priuil.rei ruſticæ lib. 2. cap.1.n.3.* Vnde pecunia à *pecude* nomenclaturam accepit, & inde ad bonorum ſubſtantiam ſignificandam, peculij nomine vtimur, *Alex. ab Alex. dier. genial.lib.4. cap. 24.* & facit *Liuius lib.1. dec.1.*

dec.1. ibi: *Ad id paſtores quoque acceſſerant, qui omnes facilè ſpem facerent &c.*

7 Vtilitas quoq; ab initio, & vſq; ad noſtra tempora ſummoperè obſeruata videtur; Nàm, vt *Ariſtoteles* teſtatur *Politic.6.cap.4.* (*Poſt agricolarum multitudinem, optimus eſt populus, vbi paſtores ſunt, & viuunt ex animalibus.*) Cum enim ex agricultura, & rei pecuariæ exercitio, victui ordinario, ac hominũ nuditati opportunum oriatur remediũ, Dominus noſter eorum dominio ſubiecit, vt ex *Geneſ.1.* & ex *Pſalmo* 8. ibi: *Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius: oues, & boues vniuerſas; inſuper & pecora campi:*

8 Et ſic poſt diluuium, & ad eſcam, ac hominum victum, ex eorum lanis tot panni, & calceamenta; Quanta enim ſit lactis, caſei, ac butyri emolumentum, notat *Huerra in annotat. ad Plinium lib.8.cap.47.* pluta, ac eruditè notant *M.Varro de re ruſtica lib.2.cap.1.et 2.Choppin.de priuil.rei ruſtic.lib.2, cap.1, Petr.Gregor.lib.6.ſyntagm.cap.4. Io:Rauiſius Textor in ſua officina, ver.Paſtores, Maximilian.Fauſt.in Conſ.pro Ærario claſſ.16.n.1150. Proſper.Rendella de Regijs Paſcuis, & foreſt. cap.1.2.& 20. Otero de paſcuis, & iure paſcendi in præfat. D.Laurent.Mattheù de regim.Regni Valent.cap.5.§.1. Laurent. Beyerlinck in Theatro Vitæ hum.verb.Paſtor, tom.6.D. Io:Solorzan.de Indiar.gubern.lib.1.cap.9. Io: Gryphiander Æconom. legal. lib.1. cap.17.à num.140. Franciſc.Riſicatus in tract.de Statu homin.in Rep. tit.de Statu Paſtorum.*

9 Accedit quoque vtilitas ex paſcuorum vectigali, cum perſpicuum ſit vectigalia Populi Romani tribus maximè rebus eſſe definita; *Portorio* nempè, *Decumis, Scriptura, Cic.pro leg.Manil.* dicebaturq; Vectigal, quod ex paſcuis percipiebatur, *Scriptura*, eò quod pecora, nonniſi ſcripta, hoc eſt in Cenſorijs tabulis annotata, poterant paſcua ſumere, quod ſi inſcriptum pecus pauiſſet, ex lege Cenſoria pœnæ locus erat, vt teſtantur *Plin.lib.8.cap.3. Iuſtus Lipſius de Magnitud. Rom. lib.2. cap.1. Carolus Sigon. de antiquo iure Ciu. Rom. lib.1.cap.16.num.16.& lib.2.cap.4.n.10. & ſeq. Iul. Ceſar Bulengerus de Imperio Roman.lib.9. cap.11.* à quo tranſcripſit *Maximilian. Fauſt. in Conſil. pro Ærar. claſſ.1.ord.10.Petr.Gregor.de Republ.lib.3.cap.3.n.3.Renatus Choppin. de doman. Franciæ lib.1.tit.1.nu.4. & de priuil. rei ruſtica lib.2.cap.1.nu.3.& ſeqq. P.Gibalin.de varijs commerc cap.2. de vectigal. art.7 n.6.& 7.* Hinc *Feſtus* ait: *Scripturarius ager publicus appellatur, in quo, vt pecora paſcantur, certum æs eſt; quia publicanus ſcribendo conficit rationem cum paſtore; Iuſtus Lipſius de magnitud.Rom.*

10 *lib.2.cap.1.* Lex quoque *Thoria* mulctabat eos, quorum pecora publicos agros depaſcebant, ait enim *Cic. lib.2. de Orator. Lucilium* lege *Thoria* poſtulatum fuiſſe, quod ab eius pecore agri publici depaſti eſſent. Fuerat illa lex agraria à *S.P.Thorio Trib. Pleb.* lata, referente *Appiano lib.1.de bello ciu.* Iſti verò agri ſcriptuarij, & Paſcuales, Calles dicebantur, & ſaltus; Qui præerat huic ſcripturæ paſcendi pecoris, dicebatur *Alabarches*, & illud vectigal *Alabarchia*, & ſic monet *Cuiacius lib.8. obſeru.cap.37.* eſſe emendandam *l.9. C.de Vectigal.* in qua agitur de Vectigali *Alabarchiæ*, per Ægyptum, & Auguſtamnicam conſtituto, *Gibalin.d.loc.*

12 Et in ſpecie de vectigali ex gregibus Apuliæ loquitur *M.Varro de re ruſtica lib.2.cap.1.* in illis verbis: *Itàq; greges ouium longè abiguntur ex Apulia in Samnium æſtiuatum, atquè ad publicanum profitentur, ne, ſi inſcriptum pecus pauerint, lege Cenſoria committant.* Et *Odofredus*, antiquiſſimus I.C. Beneuentanus, in *l.1. C. de paſcuis public. lib.11.* ibi: *Ideò paſtores ducunt dictos Greges ad alias Contratas, & eſt ibi ità ordinatum de conſuetudine antiqua, quod quantumcumq; intrat grex ouium ab illis remotis, & frigidis partibus veniens in territorium alicuius Ciuitatis, debent dare certam quantitatem pecuniæ Baliuo Ciuitatis; qui eſt ibi loco Regis Apuliæ.*

13 Ex quibus authoritatibus manifeſtum eſſe, huius Regni Reges, multò ante *Alphonſum I. Aragoneum*, hæc paſcua

ſcua

Digitized by Google

ſcua inter præcipua Regiæ Coronæ iu-
ra habuiſſe, poſt *Reg. Cam. Præſ. Petrum*
Maſturtium docet *Marin. Freccia lib. 2.*
de ſubfeud. auth 46. *nu.* 12. vbi poſt *Var-*
ron. addit *Cicer. in Catilin. orat.* 3. aſſe-
rentem, *M. Cepario* ad ſollicitandos pa-
ſtores Apuliam fuiſſe attributam; &
num. 14. refert ad id aliquas vetuſtas
inſcriptiones, *cit. Odofred. Rebuff.* ac
Blondum, & poſt *Iſern.* memorat, *Sene-*
cam in Apulia pecudes habuiſſe; Et
Frecc. ſequitur *Proſper Rendella de Re-*
gijs paſcuis lib. 1. *cap.* 2. vbi ait, quod
14 *Author* noſter, licet diligentiſsimè de
hac Dohana ſcripſerit, præterit tamen
Odofredum, ex cuius verbis apparere,
ſubdit, antiquitatem huius vectigalis;
Sed eius pace, non benè *Auth.* noſtrum
obſeruauit, qui à *n.* 1. *ad* 6. refert *Frecc.*
ac addit *Lucanum lib.* 9. *belli ciuil.* Et *n.*
7. nominatim allegat *Odofredum*.

15 Verumtamen tradit idem *Auth.* no-
ſter hìc *nu.* 8. & 9. quod authoritates
prædictæ non probant, hoc Vectigal
pecuarium, quod per Regiam Curiam
hodiè percipitur, eo modo, prout ho-
diè exigitur, fuiſſe exactum, vel alitèr
inſtitutum ante Sereniſſ. Regem Al-
phonſum I. quia perquiſitis *Regeſtis*
omnibus Regum prædeceſſorum ipſius
Alphonſi, ſcilicèt Caroli I. & II. Rober-
ti, ac Reginæ Ioannæ I. Ladislai, Caro-
li III. & Ioannæ II. quæ in *Archiuo R.*
Siclæ conſeruantur, nulla penitùs men-
tio habetur de hoc Iure Dohanæ Me-
næpecudum, cum de alijs omnibus
redditibus Regijs plenè in eis tracte-
tur, & præſertim de *Aratris*, bobus, pe-
cudibus, & alijs.

16 Rex itàq; Alphonſus I. *Magnanimus*
dictus, poſtquàm anno 1442. bellis pa-
catis Regnum hoc obtinuiſſet, hoc ve-
ctigal in hanc formam, ſub qua hodiè
eſt, erexit anno 1447. quod demùm
per Regem Ferdinandum I. alioſq; am-
pliatum fuit, & regulatum cum optimis
ordinationibus, & inſtructionibus,
prout patet ex *libro Cap. Ciu. Neap. Cap.*
5. & 6. *Ceſ. Mat. fol.* 109. *Reg. Pragm.*
69. *de Offic. Procur. Cæſaris*, traduntquè
17 *Author* noſter hìc *n.* 12. *Freccia d. auth.*
46. *num.* 16. *Rendella d. cap.* 2. *Reg. de*
Ponte de poteſt. Proreg. tit. 4. *de regal. im-*
poſ. §. 8. *num.* 56. *Scipio Mazzella in de-*
ſcript. Regni Neap. lib. 1. *fol.* 308. & *lib.*
2. *fol.* 335. *Reg. Tapia in rubric. de Con-*
ſtitut. Princip. lib. 1. *cap.* 4. *à num.* 97.
Montan. de regal. ver. Armanniæ nu. 1.
fol. 50. & *in controu.* 66. *num.* 1. *Reg. Ga-*
leot. lib. 1. *controu.* 23. *Conſil. de Roſa con-*
ſult. 70. *num.* 2. *lib.* 1. *Hieron. de Roſis ſe-*
lect. obſ. p. 2. *cap.* 85. *à num.* 10.

18 Addendus etiam *Coda in peculiari*
opuſc. de Dohana Menapecudum Apuliæ;
Multaq; circà eiuſdem Regiæ Doha-
næ gubernationem notauit doctiſſimus
Dom. Regens Marcellus Pignonus Orioli
Marchio (qui in regimine dictæ Do-
hanæ laudatur à *Freccia d. auth.* 46. *nu.*
16.) in quodam permagno manuſcri-
pto Codice, qui in Magno R. Cam Ar-
chiuo ſub tit. (*Il Pignone*) vſq; adhùc
conſeruatur, teſte *Nicol. Toplo p.* 3. *de*
19 *orig. Trib. f.* 199. Pulcherrimum itidē
de priuilegijs R. Dohanæ Apulienſis opus
elucubrauerat eruditiſſ. I.C. *Dom. Pro-*
ſper Petra, editorum operum fama cele-
berrimus, quod vnà cū alijs eiuſdē in-
genij fœtibus improſperè perijt, in ſedi-
tioſis motibus anni 1647. vt teſtatur
eius digniſs. nepos *Dom. D. Carol. Petra*
Calatrauenſis Ordinis Eques præſtan-
tiſſimus, ac Sacri R. Conſilij Decanus,
qui morum candorem, eximiam do-
ctrinam, ſingularem integritatem cum
Senatoria dignitate cōiūgēs, Dux Va-
ſti Girardi pro ſuis virtutibus, ac anti-
quiſſ. familię nobilitate per Cath. Ma-
ieſtatem creari meruit, in eruditiſsimis,
ac omnium plauſu exceptis *Commenta-*
rijs ad vniuerſos M.C. Ritus tom. 2. *Rit.*
167. *num.* 24.

Alia quoque notatu digna de eadē
Reg. Dohana retulit peritiſſ. Reg. Cam.
Præſ. *D. Io: Bapt. de Ogeda*, Archiepiſc.
Tranenſis (qui laudatur hìc à noſtro
Auth. §. 3. *n.* 12.) in libro manuſcripto,
cui tit. *Pecorulogium*; vt traditur in
20 quibuſdam *relationibus*, ad eandem
Dohanam pertinentibus, quas, vt pu-
blicæ vtilitati conſultum ſit, *in fine*
harum Annotationum, vnà cum varijs
re-

reeollectionibus, edendas fore cura-
bimus.
21 Conferunt etiam ad id integer titu-
lus C.*de paſcuis publicis lib.*11.& Regni
Conſtitutio incip. Cum per partes Apulię,
*& Ritus R.Cam.ſub rubr.*16. *de Iure Af-*
fidaturæ, Herbagij, Paſcuorum, glandiũ,
& ſimilium, quæ iura pro hac Dohana
adducunt *Regens* noſter hìc *nu.* 7. *Ren-*
*della de paſcuis d. cap.*2. *Reg. de Ponte d.*
§.8.*num.*46. *&* 47. *Camill. Borrell. de*
*magiſtrat. Edict. lib.*4.*cap.*6. *n.*6.
22 Conſiſtũt enim hi reditus in iure *fida*,
quod pro quibuslibet pecudibus, quæ
in Regijs herbagijs, vel aliorum locan-
tur, recipitur pro tali locatione; quæ fi-
da diuerſimodè fit iuxtà perfectionem,
ac qualitatem locationũ, ac herbagio-
rum, pecudumq; quãtitatem; Et iuxtà
23 animalium numerum, fidatis aſſigna-
tur territorium, teſte *Capiblanc. de Ba-*
*ron. tom.*2.*cap.*80.*num.*21. quæ fida eſt
verè pretium, ſeù merces paſcuorum,
*Io: de Amicis conſ.*8.*num.*55. Ipſe autem
24 Dohanerius Dominis herbagiorum
ſatisfacit, proùt meliùs poteſt ſe con-
uenire; Sed pro quibuslibet centum
ouibus recipere duc. 13. & tt. vnum in
locationibus ordinarijs, & Terræ labo-
ris, ac Terræ Hydrunti. In Turri verò
d'Alemanne exigere duc. 11. In *Porcina*
duc. 10.2.10. In locis vbi dicitur, *Tre*
ſanti, Valle Candela, Canoſa, Fortore,
e Tigno duc. 9.4.10. In *Guardiola* duc. 9.
Nel *fiume di Trigno*, & *Sãgro* duc. 6.3.0.
In *Rotello*, & *Perticchio* duc. 6. *In Bar-*
letta duc. 3. teſtantur *Mazzella*, & *Ta-*
pia ſupra cit. locis.
25 Quando autem pecudes non faciũt
lanam, neq; caſeum, aut parùm, & non
pariunt fętus, non deberi de eis, Curiæ
fidam, iuxtà numerum ipſarum, tradit
Præſ. Maſtrurtius in notis ad Rit. R.Cam.
*ſub rubr.*16. *de Iure Affidaturæ lit. B.* vbi
etiam ex decreto Regiæ Cameræ anno
1476. obſeruat, quod pecudes non ſo-
litæ accedere ad Dohanam, nec ad ter-
ritorium Dohanæ, non teneantur ad
ſolutionem iuris, ſeù Regiæ Fidæ Do-
hanæ; Et vide *Arreſt. R.C.* 105. *&* 106.
apud *Reg. de Marin.*

26 Non ſoluitur verò Fida prædicta, ſi
oues non ſunt fidatæ in Regia Doha-
na, nec dependent ab illis, vt deciſum
fuit per Reg. Cam. anno 1622. ex *Ar-*
*reſt.*591. Neq; ſoluitur per Abbatiam
Sancti Leonardi *della Matina* pro pe-
cudibus Abbatiæ ex priuilegio, *Arreſt.*
25. Hæc fida vnius anni, non renouata
in alijs, non ſoluitur, quia non induci-
tur ſolitum, *Arreſt.*610. apud *Reg. de*
Marin.
27 Et cum quidam Beneuentani corũ
pecudes tenerent in paſcuis *S. Nican-*
dri, non ſolitis dohanari, & per Doha-
nerium cogerentur ad ſoluendam fi-
dam, fuit per R.Cam. decretum, quod
pro animalibus paſculantibus in terri-
torijs non ſolitis capi per Dohanam,
ius fidæ minimè Regiæ Curiæ debe-
rent; & ſic fuit ordinatum, ne moleſta-
rentur, ex *literis R.Cam.*8. Iunij 1482.
*in Reg. liter. part.*29.*fol.*11.
28 Similisq; Reg. Cam. prouiſio facta
fuit pro vaccis paſculantibus in anti-
qua defenſa *Pyrrhi Tomacelli* non ſoli-
ta capi per Dohanam, ſita in territorio
Caſtilionis, quæ nunquàm fuerunt ſoli-
tæ paſcua ſumere in d. Dohana, vt ex
literis R.Cam. expeditis die 27. Iunij
1470. *in Reg. liter part.*18.*fol.*3.
29 Per *Conſultationem* eiuſdem R. Cam.
expeditam die 9. Apr. 7. Ind. 1474. nar-
ratur, quod proptèr ſcabiei morbum,
magnus pecudum numerus cecidit, &
ſic lanæ, ac veruecum pretium fuit vi-
liſsimum; & concluditur, quod in lo-
catione 6. Ind. erat vnus millio, ac ſe-
ptincenta millia ouium; anno ſeptimæ
Ind. erat vnus millio, ac trecenta millia
ouium, & ab anno 6. in 7. Ind. defeciſ-
ſe oues quincẽtum quinquaginta mil-
le, & plures; & lanam non ſuffeciſſe pro
expenſis erogatis; vnde Reg. Cam. fuit
voti, quod non ſolueretur ius fidæ pro
30 ouibus mortuis: Aliaq; *Conſultatio* ſu-
pèr pecudibus infectis, die 14. Aprilis
1474. *in Reg. liter. Cur. V I. fol.* 181.
31 Per literas Sereniſſ. Regis Ferdinan-
di I. 7. Martij 1470. *in Reg. liter.* 7. *fol.*
63. directas Dohanerio, quod, cum
pecudum numerus in Regno auctus

ſuerit, & herbagia pro ijs non ſatis eſſent, paſcua non venderentur exteris, ſed Regnicolis tantùm, prò mercede conſueta, & capacitate territorij, vt in *Reg.liter.3.fol.115.* & *in Reg. Sancta Sanctorum fol.2.* teſte *d.Præſ.Petro Maſtırtio in ſuo Repertorio m.ſ. pag.216.*

32 Proùt Vniuerſitas *Quarata* Prou. Barij, dũ nõ habebat territorium ſufficiens pro paſcuis animalium; Et quia inter *Inſtructiones* per Reg.Cam.datas Dohanerio adeſt *Capitulum* tenoris ſequentis: *Item, che lo detto Doganiero debbia prouedere, ità, & taliter, che alli luoghi, e Terre di Puglia, che hanno beſtiame, & animali, li laſci tanto territorio, che commodamente poſſano paſcere, e ſoſtentare loro beſtiame, & animali, & anco poſſano fare loro ſemente*. Ideò per Reg.Cam.prouiſum fuit, quod ei daretur territorium, vt commodè poſsent pecudes paſci, *in Reg.comm.25.fol.91. cit.Maſturt.in d.Repertorio pag.230.*

33 In alijs autem Regni partibus, in beneficium paſculati territorij Dominorum cedit iuris Fidæ ſolutio, & ſic de territorijs ad feudum pertinentibus, ac intrà eius fines, vtili Domino, tanquàm de demanialibus feudi competit, *Minad decíſ.32. Præſ.de Franch. decíſ. 183. Reg de Ponte conſ.97. lib. 1. Conſil.Rocc.reſp.82.num.1.lib.1. & reſp. 5.nu.2.lib.2. Capiblanc.de Baron.pragm. 11.num.22.& 23. Staib.ſen.conſ.91.nu. 11. Hieron.de Roſis ſelect.obſ.p.2.cap.85. num.6.8.& 9.*

34 Nam in his exteri nõ habent ius, neque facultatem paſcendi, abſque fidæ ſolutione, proùt habent feudi Ciues paſcentes cum animalibus proprijs, nõ obſtante quod in feudi conceſsione ſit dictum (*cum montaneis, nemoribus, & ſimilibus abſque vlla ſeruitute*) ex quo non intelligitur de hoc Iure Vniuerſitati, ac Ciuibus competente, ex natura rei, & promiſcuo actu in demanialibus, *Freccia de ſubfeud.lib.2.auth.46.n. 4. Couarr.pract. cap. 37. num. 1. Borrell. de magiſtr. Edict.lib.4.cap.7.nu.33. Taſſon.de anteſ.verſ.3.obſerua.4.n.73. Anna alleg.48. Staib.ſen.conſ.87. Molfeſ.ſuper Conſuet. Neap. p.17. de Glande legenda, quæſt.11, à num.12, tom.3. Nouar. de grauam.Vaſall.grauam.38. tom.1.*

35 Ciues enim habent intentionem fundatam circà vſum paſcendi, lignandi, aquandi, & ſimilia agendi, *Reg. de Marin.reſol.220.lib.1. Nouar.grau.32. Larrea decíſ.30.num.11.& alleg.69.nu. 1.& 2. Cabedo par.1.decíſ.151.n.5. Reg. Capyc. Latro par. 2. conſult.102. num.2. Antunez Portugal de Donat. Reg. lib.3. cap.9.num.81. Laurent. Mattheù de regim. Regni Valent.cap.5.§.1.n.10.& 11. de Luca ad Præſ. de Franch. decíſ. 301.*

36 *n.* 5. Proùt Ciues Caſalium, gaudent vtilitate paſcuorum Ciuitatis, *Narbona in l.20.gl.2.tit.1.l.4. rec. à nu.86. & ſeq. Bouadill.lib.5. Politic.cap.19.n.29. Ant. de Otero de paſcuis cap.10. per tot. D.Franc. Amaya in comm.ad l.Ciues, nu. 134.C.de incol.lib.10.* De alijs in materia paſcuorum, ac fidæ, videndi ſunt, vltrà *ſupracit.* latè *Conſil. Altimar. in obſeru. ad Reg. Rouit. lib. 2. conſ.30. per tot. & in obſerua.ad conſ.36. tom.3. Cæſar Nicol.Piſan.in nouiſſ.addit.ad Gaetan. ſuper ritib.R.Cam.d.rub.16. de Iure affidatura à n.1. ad ſeqq.*

AD §. II.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

REX *Alphonſus, cur priuatorum fundos pro certa penſione, pro paſcuis ſumpſerit, ac omnes paſtores teneri in Apuliam deſcendere, ſtatuerit, à n.1. ad 4. Et quid ſi herbarum pretium decreſceret, vel augeretur, n.8.*

Paſcuorum locus deputatus, quare appelletur, lo Tauoliero, *n.5.*

Panis vtilitas, quæ ſit in Dobana Apuliæ, num.6.

Franciſcus Molumber, *primus Dobanerius Apuliæ à Rege Alphonſo deputatus, num.7.*

Dobana Menæpecudum, an poſſit capere territoria aliena pro herbagijs, nu.9. & 10.

Fida

Fida pecudum remanſarum, à Regia Curia ceſſa Sereniſſ. Regi Poloniæ, ac Duci Neoburg. quæ ſit, num. 11.

Fida, an debeatur pro ouibus, quæ remanent in proprijs paſcuis, non obſtante, quod ſint profeſſæ in Regia Dohana, abſque eiuſdem diſpenſatione, à n. 12. ad 16.

Memoratur R.Camera deciſio, Authore *patrocinante, n.17.*

Oues omnes in Regno exiſtentes, an cogantur in Apuliam deſcendere, ac Regia herbagia ſumere, n.18.

Et quid ſi non ſint ſolita? Tranſcribitur quædam allegatio D. Io: Bapt. Piſcicelli, *à n.19. ad 34.*

1 PRæfatus igitur Ser. Rex Alphonſus, prudentia inſignis, proſpiciens hoc paſcuorum ius poſſe in immenſum ad Fiſci commodum augeri, ſi quod anteà liberum erat, ad neceſſitatem quandam reduceretur; vt ſcilicet paſtores ouium, qui anteà pro libito, tàm ex Regijs, quàm ex priuatorum prædijs paſcua ſumebant; *Author in præced.§.num.15. et 16.* tenerentur in

2 Apuliam omninò venire, & Regia tantùm paſcua conducere, certa in ſingulas ouium centurias conſtituta mercede ducat. tredecim, ac careni vnius,

3 eò quod, iuxtà aliquorũ traditionem, cum ex Hiſpania in hoc Regnum magnum numerum ouium, quas ob meliorem cõditionem *gentiles* vulgus appellar, introduxerit, ideò omnes ouiũ poſſeſſores in hoc Regno ob illam vtilitatem, huic Dohanæ obnoxij ſunt;

4 Cumq; regales fundi paſcuis non ſufficerent, multos priuatorum agros, certa dominis penſione conſtituta, cõduxit, vt illos in ouium paſcua locaret, qui deinde longæuæ poſſeſſionis vſu in Regiæ Curiæ dominium tranſierunt, & illorum prioribus dominis ceſſus, in modum antiquæ poſſeſſionis remanſit, *Author* noſter hic *num. 1. et 5. Goffred. de Gaeta ſuper Ritib. R.Cam. rub. 16. de Iure affidatur. n.11. Conſ. de Roſa lib.1. conſult.70. num.4. et 5.* vbi *num.6.*

5 ſubdit, quod tàm ex cenſitis iſtis, quàm ex proprijs Regiæ Curiæ prædijs, vnum corpus conflatum eſt, quod tanquàm locus planus, longus, & quadratus, vulgò appellatur, *lo Tauoliero*, cuius menſura eſt curruum ferè decem milium; Et in eo duodecies, vel circitèr centena millia ouium poſſunt commodè collocari, cuius locationis penſio ad annuos ducat. 150.m. vel circitèr aſcendit.

6 Prout etiam tempore eiuſdem Regis fuit vtilitas panis, cum paſtores emere panem à Regia Curia cogerentur, teſte *Goffr. de Gaeta in Rit. R.C. de Iure affidatura, n. 13.* licet deinde paſtores ſe conuenerint ſoluere annuos ducatos 4000. ad quos aſcendebat prædicta panis vtilitas, fuerintq; impoſiti in certis herbagijs in ſingulas ouium centurias eorum, qui tantùm à Regia Curia panem emere ſolebant; & nunc Locati gaudent immunitate pro pane, vt patet etiam ex *Pragm. 79. §.30. de off. Proc. Cæſ.*

7 Inſupèr ad reformationem dictæ Dohanæ deputauit *Franciſcum Molumber* eius Alumnum, Camerarium, ac Præfectum huius iuris exigendi cum ſalario ducat. 700. & iure paſcendi oues mille, eiq; commiſit, vt cum omnibus paſtoribus conueniret, quod in Apuliam, vt ſuprà deſcenderent, vt teſtatur *Author* noſter hic *nu. 2. Freccia de ſubfeud. lib.2. auth.46. nu.15. Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.4. §.8. num. 56. Reg. Tapia de Conſtit. Princ. cap.4. n. 99. Mazzella in deſcript. Regni Neapol. lib.1. fol.309. & lib.2. fol.336.*

8 Quam ob conuentionem, ſi precium, ſeù æſtimatio herbarum decreuiſſet, damnum cederet R. Curiæ, ipſi autem Domini ſolitũ, ac ſtatutũ pretium, ipſumq; annuum redditum perciperent; Et licet pretium herbarum ſit in maiori æſtimatione, non debet tamen ſalarium augeri ex natura correſpectiuæ conuentionis, *Auth.* noſter hic *nu.9. & 10. Reudella de Regijs Paſcuis lib.1. t.3.*

9 Vnde dicta Dohana poteſt capere aliena territoria pro herbagijs, ſoluto pretio, vt pluries deciſum fuit per Regiam Cam. in *Arreſt.104. 109. 110.* 111.

111. *cum pluribus ſeqq.* apud *Reg. de Marin.* Sed hoc intelligitur, ſi ſunt ſo-

10 lita capi pro herbagio, vel ſi non ſunt ſolita capi, tamen venduntur alijs, ſi verò deſeruiunt pro vſu Ciuium, capere non poteſt, vt in *Arreſt.* 331. & latè agit *Reg. Reuerter. deciſ.* 408. *&* 436. *tom.* 2. Verùm debere Dohanerium declarare in die *S. Lucæ*, an herbagijs vti velit, & in mēſe Apr. ſoluere, ſupplicatū fuit Sacræ Cæſ. Maieſt. in Parlam. Gen. *vt in cap.* 6. *&* 7. *in libro Cap. Ciu. f.* 109.

11 Cum igitur Rex ipſe Alphonſus cōſtituerit territorium prædictum, ideòq; indixerit, vt oues omnes deberent in Apuliam deſcendere, ibiq; Regijs paſcuis vti: ſi verò non obtemperarent, in proprijs territorijs ſcilicèt perſiſtendo, remanſarum pecudum Ius in tributum ſoluere deberent; Hinc verſa eſt, quam dicunt, *remanſorum pecudum fida*, olim Regiæ Curiæ proprium ius, deinde ab ipſa ceſſum *Sereniſsimis Regi Poloniæ, & Duci Neoburgenſi*,

12 Quo circà, anno 1670. contentio ſuborta fuit, an pro ouibus, quæ remanent in proprijs paſcuis locorum in quatuor Prouincijs Regiæ fidæ ſubiectis, nempè, *Capitanatæ, Comitatus Moliſij, Principatus Vlterioris, ac Terræ Laboris*, ſolui debeat dictæ fidæ ius ouium remanſarum, nil obſtante, quod ſint in dicta Regia Dohana profeſſæ, quando non vtuntur herbagijs locatis, preſertim abſq; d. Dohanę *diſpēſatione*?

13 Supèr quo articulo, *Nos* in *Reſponſo*, pro dictis *Sereniſsimis*, vti Reg. Curiæ ceſſionarijs, edito, fundauimus, dictam fidam ſolui debere, ſecùs magnum præiudicium Regali Patrimonio fieri, vigore etiam relationis die 28. Auguſti 1670. per dictam Regiam Dohanam factæ, vbi refertur decretū per Reg. Cam. latum die 10. Martij 1630. per modum generalis prouiſionis, aduersùs dominos ouium Luceriæ pro fida ouium remanſarum, confirmatum die 30. Ian. 1655. Idq; comprobari videbatur ex *Capitulis* 15. *&* 27. Ill. *Card. Granuelæ*, in bānis eius ordinę emanatis per Dohanerium Fabritium de Sangro, præcipuè ex *Cap.* 12. huiuſmodi tenoris;

14 *Item, che il Doganiero debbia aſtringere, che ſingulis annis vadano ſotto la Regia Fida tutte le pecore gentili, che ſono in Puglia, Capitanata, Contado di Moliſe, Piedemonte, ed altri luoghi, e diſtretti della Regia Dohana, e non debbiano reſtare altro, che li Padroncelli, che teneranno le pecore da venti à baſſo.*

15 Et declaratū quoq; eſt in Inſtructionibus Reg. Cameræ, traditis conductori ouium remāſarū, in *primo Cap. v3.*

Vi dicemo, & ordinamo, che vi debbiate perſonalmente conferire in detta Prouincia, & in ciaſcuno luogo, doue biſognarà, & iui farete tutte le diligenze neceſſarie per informarui di tutte le pecore gentili rimaſte in eſſa, e non calate in Puglia à paſcolare l'herba della Regia Corte nel preſente anno, & informati del vero numero di eſſe, vi farete per quello ſodisfare la Regia fida alla ragione di docati 13. 1. *per centenaro.*

16 Et ex alijs rationibus ponderatis, fuit bis per Reg. Cameram determinatum pro dictis Ser. Dominis: Cumquè fuerit demùm oppoſitum de nullitate contrà d. duo decreta diffinitiua per dictos dominos ouium, cum depoſito duc. 24. per viam exceptionis ſeruata forma *Reg. Pragm.* Inter cęteros Articulos, fuit expoſitus intellectus *R. Pragm.* 4. *de dilation.* quę ſicut diſponit, quod ſtantibus duobus decretis conformibus contrà primum decretum de nullitate dici non poſsit, ità ſi aduersùs ſecundum nullitates allegētur, ex identitate rationis, ſit dicendū; & ſic cum etiā nullitates eſsēt inſubſiſtentes, in menſe Septemb. anno 1674. ad relationem *Reg. Conſil. D. Iulij Cæſaris Bamiti Ducis Inſulæ*, tunc Reg. Cam.

17 Pręſid. antiquiſſima familiæ nobilitate perceclebris, per Reg. Cam. decretum fuit, *Nullitates non obſtare, & depoſitum R. C. liberari*, penès *Act. Surrentin.* & *Nicol. Atthanaſium Scribam*; De quo decreto, ac dicto noſtro *Reſponſo* memor eſt *Nicol. Vinc. Scoppa in obſ. ad deciſ. Gratian. obſ.* 18. *n.* 48. *&* 49.

18 Si-

18 Sicuti autem diximus, quod pecudes in Prouincijs *Aprutij*, *Capitanatæ*, & *Comitatus Moliſij* exiſtẽtes, in Apuliam deſcendere coguntur, ità quoque Dominos ouium aliarum Prouinciarum, præſertim *Terræ Laboris*, *Baſilicatæ*, ac *Vtriuſq; Principatus* cogi poſſe ad conducenda Regia paſcua Apuliæ, pro ſuarum ouium vſu, pro Regio Ærario contrà dominos ouium Prouinciarum Regni, diſertiſſimè fundauit *Conſil. Ioſeph de Roſa in ſua conſult. 70. per tot. lib. 1.* ijs innixus fundamentis; primò, nempè ad fraudes euitandas, ne à locis Dohanæ ſubiectis ad eas Prouincias Dohanæ non ſubiectas transferantur; Deinde, vt hoc modo regalis reditus, qui ex his paſcuis percipiebatur, diminutio, repararetur; Tertiò, quia nullum omninò incommodũ ex hoc Domini ouium ſentire poſſunt; Deniquè ſi Princeps poteſt ſubditos cogere, vt ad ipſius tantum molendina, furnos, & ſimilia accedant, cur non poteſt eos cogere, vt ad ipſius paſcua proprias oues, licet anteà non ſolitas, adducant? Idq; etiam ex authoritate *Baldi in conſ. 410. aliàs 409. lib. 5.* Et latiùs etiam comprobat *Magnif. Ioſeph Freda in ſua relatione*, quam cum alijs *in fine harum Annotationum* inſeremus.

19 Hìc verò non omittimus *allegationem* quandam *D. Io: Bapt. Piſcicelli*, in cauſa pecudum particularium Lanciani elucubratam, cuius tenor eſt huiuſmodi.

IVRIVM ALLEGATIONES

in cauſa pecudum particularium Lanciani.

20 CVm à tempore immemorabili pecudes particularium huius Regni, & in ſpecie Prouinciarum Aprutij, nunquàm fuerint coactæ per Curiam Regiæ Dohanæ inuitis dominis deſcendere Apuliam, aut ſoluere fidam, niſi ſolitæ, quæ per informationem, vel per libros Cameræ ſolitæ ſunt repertæ, vt apparet ex Inſtructionibus Dohaneriorum præſentatis in *proceſſu fol. 50. & 51.* & ex multis prouiſionibus, & decretis Reg. Cameræ ſuper hoc emanatis ad inſtantiam terrarum, & particularium Aprutij, quæ ſunt in *eod. proceſſu fol. 42. cum ſeq.* non ſine ratione, cum illud ſolitum, ſit facti, & facta non præſumantur, *iuribus vulg.*

21 Nouitèr fuit expeditus ordo per Regiam Cameram, nulla cauſæ cognitione adhibita, nec aliquo audito, vt apparet in *proceſſu fol. 36.* die 16. Septembris 1562. quod exigatur integra fida à patronalibus pecudum Aprutij, ex quo generaliter omnes pecudes Aprutij ſunt ſolitæ. Hinc orta eſt lis, nam cum virtute huius prouiſionis patronales pecudum Lanciani, & Caſalium moleſtarentur præter ſolitum, à Commiſſarijs Regiæ Dohanæ, comparuerunt in Regia Camera, & prouiſiones obtinuerunt *fol. 35.* vbi reſcribitur Dohanerio, quod dictæ pecudes Lãciani, proùt conſtat per informationem, & per libros ab annis 40. reperitur non eſſe ſolitas; Ideò reſcribat, ſi aliquid habet in contrarium, expeditæ die 22. Iunij 1563. Dohanerius reſcribit non habere aliquid in contrarium, ſed in quadam additione aduertit, quod paucis menſibus ante, fuerat expeditus ille ordo, quod omnes pecudes Aprutij ſoluerent tanquàm ſolitæ, *fol. eod. at.*

22 Ab eo tempore Lancianenſes petierunt, proùt petunt non moleſtari, ex quo nunquàm eorum pecudes fuerunt ſolitæ, tùm quia non indigent paſcuis Apuliæ, cum habeant loca maritima, hyeme temperatiſſima, tùm quia non magnas habent pecudum quantitates, quæ pro vſu, non pro mercantia deſeruiunt, tùm quia natura pecudum ea eſt, vt poſſint hyemare in illis locis, cum ſint ruſticæ, & fæno quandoq; alantur, vnde nunquàm fuerunt ſolitæ, vt ex libris apparet, ex quorum viſione probatur negatiua, iuxta *not. in l. Titia textores, ff. de leg. 1.* & per *Bar. in l. fin. C. de reb. cred.* Imò, vt experientia docuit, quamuis per iſtud tempus, à quo fuit contra eos iſtud innouatum, indebitè cum reu. fuerint moleſtati, & coacti ſoluere fidam, ſoluerunt, & tamen in Apuliam non deſcenderunt, vt ex libris Dohanerij poterit apparere; quia ex cauſis iàm dictis impoſſibile videtur, maximè cum ad vſum continuum ipſorum deſeruiant, qui penitùs per hoc tolleretur.

Ad hæc probandum, quamuis notoria ſint, & per libros, & ſcripturas eiuſdem Cameræ appareat de iſta innouatione; fuit datus terminus exhibiti articuli, expeditus Cõmiſſarius pro examinandis teſtibus, per Fiſcum fuerunt præſentatæ duæ partitæ librorum Cameræ *fol. 57.* vbi ſunt annotatæ pecudes duorum Lancianenſium, tanquàm ſolitæ anno 1446. & 1465. Deinde fit inſtantia

per

per eundem Fiſcum, quod non admittatur probatio per teſtes contrà ſcripturas, & libros Cameræ; Sequitur decretũ *fol.*70. quod nullo modo admittatur probatio, niſi per ſcripturas.

23 Lancianenſes dicunt, non poſſe arctari ad vnam ſpeciem probationis, & ſimùl inſtant, quod lite pendente non moleſtentur, prouè anteà fuit inſtitum *fol.*60. & fuit prouiſum in eadem cauſa, in fauorem Ciuitatis Theatinæ, *fol. eod.*

Dubium eſt, an debeat admitti probatio iſta contra ſcripturas, & libros Cameræ? Secundò, an lite pendente debeant moleſtari?

24 Quoad primum vulgaris eſt *tex. in l. in exercendis, C. de fid. inſtrum.* quod in materia probationis parem vim obtinent ſcripturæ, & teſtes. Arctare igitur iſtos ad vnam ſpeciem probationis per ſcripturas tantùm, eſſet tollere deſenſiones, quæ ſunt de iure naturæ, *Iuribus vulg.* merito, &c. Non obſtat, quod dicitur aduerſus libros, & ſcripturas Cameræ nõ eſſe admittẽdam probationem per teſtes, quia hoc iure non probatur, & quamvis allegetur *gloſ. fin. in l. 2. C. de diſcuſſ. lib.* 10. vbi notatur, quod id, quod non apparet ſcriptum in libris fiſcalibus, præſumitur non interueniſſe, tamen non negatur quin poſsit probari contrarium; Et ideò non probat hoc illa *glo.* ſed quatenùs id probaret ſecundum opinionem aliquorum fiſcalium, loqueretur de libris, vbi ſunt ſcriptæ rationes functionum publicarum, vt ſunt libri ſolutionum adohæ, releuij, & aliarum ſolutionum fiſcalium, quę ſcribuntur vt plurimum partibus præſentibus, & conſentientibus, & continent factum quaſi notorium, vt dicit *Bar.* in ſimili in *l.* 2. *§. quod de frumentaria, ff. de admin. rer. ad Ciuit. pertin.* vel quia dictæ ſolutiones neceſſariò ſcribuntur in dictis libris per Officiales, pro quibus præſumitur, vt per *Lucam in l. 2. C. de conu. fiſci deb.* meritò quando ibi nõ reperiuntur, eo ipſo probatur negatiua, vt ſuprà dixi, quod non eſt in caſu noſtro.

25 Imò dato, quod hæc opinio eſſet vera, hìc non haberet locum, ex quo nulla ſcriptura eſt in proceſſu librorum Regiæ Cameræ, cõtra quam ſit admittenda, vel non iſta probatio. Nam aut Fiſcus intelligit de illis duabus ſcripturis præſentatis *fol.* 57. vbi ſunt annotatæ pecudes duorum Lancianenſium ſoluiſſe fidam Regiæ Dohanæ, & contra iſtas dicimus nolle admitti, vel ſimiles quando producuntur, licet in nihilo ſint nobis contrariæ, quia vltra vetuſtatem ipſarum tãti temporis, quod non poſsit credi eaſdem pecudes in rerum eſſe natura, tamen quando propriè dictæ pecudes hodie ſupereſſent, dicimus, quod illæ tantùm, vt ſolitæ tractentur, & non omnes aliæ, quandoquidem hìc debet attendi, ſolitum vniuſcuiusq; gregis ſeparatim, non coniunctim vnius Prouinciæ, vel vnius Ciuitatis, prout ſemper fuit obſeruatum, & patet ex Inſtructionibus, vt ſuprà dixi, optima quidem ratione, cum vnus poſsit pecudes habere ſolitas Dohanæ, alter non, quare non debet alteri per alterum inferri præiudicium, nam deſtinatione dominorum conſtituitur ſolitum, aut non ſolitum, arg. *text. in l. quod in rer. §. ſi quis poſt, ff. de leg.* 1. aut Fiſcus non intelligit de iſtis ſcripturis tantùm: ſed de ſcriptura, ſeù prouiſione, aut decreto per Regiam Cameram expedito die 16. Septemb. 1562. per quod omnes pecudes Aprutij declarantur ſolitæ, & contra iſtam ſcripturam prætendit, non eſſe admittendam probationem per teſtes. Tunc dicimus, quod iſta non eſt ſcriptura talis, quæ non admittat probationem in contrarium, nec de ſimili ſcriptura poteſt loqui *gloſ.* quæ allegatur in *d. l. 2. C de diſcuſſ.* quia non continet factum aliquod, iuxtà mentem illius *gloſ.* Sed potiùs continet ius, quod non eſt in manu ſcribentis Officialis, arg. *text. in l. ordine, ff. ad munic,* nec eſt in manu Iudicis, niſi cauſa cognita, & partibus auditis, vt ſuprà, dicam, meritò non obſtat.

26 Et ſi dicatur, quod iſtud eſt facti, quid eſſe ſolitum, aut non ſolitum; Reſpondeo, quod ſicut diuerſi ſunt actus poſſeſsiui, & poſſeſsio facti ab ea, quæ eſt poſſeſsio iuris ſecundùm *gloſ. in l. ſtipulatio iſta, §. hoc quoque, ff. de verb. oblig. & Doct. in l. 1. in princ. & in §. ſi vir. ff. de acqu. poſſeſſ.* Ità ſunt diuerſi actus facti, ex quibus conſtituitur ſolitum ab ipſo ſolito, quod eſt iuris. Nam conſuetudo probatur per diuerſos actus particulares facti, vt notatur in *l. de quibus, ff. de legib.* & per *Crauettam in tract. de antiqu. temp. 4. par. in verb. materia iſta, verſ. decimoquinto, num.* 23. & per eundem *conſ.* 134 De iſtis igitur actibus particularibus, qui conſiſtunt in facto, ex quibus formatur ſolitum in genere, oportebat conſtare per libros Cameræ, ad hoc vt probatio in contrarium non admitteretur, quia fortaſſe pro iſtis, eſſet magna præſumptio. Sed cum in libris Cameræ nihil de iſtis probetur, ex quo vt dixi potiùs fundatur negatiua pro nobis, contrarij vſus, & fundatur per alias ſcripturas, & prouiſiones, & informationes, & decreta eiuſdem Regiæ Cameræ, ex quibus pecudes iſtæ non ſolitæ demonſtrantur, meritò contrarium eſt dicendum. Imò ſicut non poteſt ſine actibus poſſeſsiuis dari poſſeſsio, *l. 1. ff. de acqu. poſſeſſ.* Ità ſine iſtis actibus particularibus, per quos nunquàm apparet, iſtas pecudes fuiſſe ſolitas, non potuit declarari ſolitum in genere, & per conſequẽs

iſta

iſta ſcriptura eſſet etiam erronea, cum reu, quatenùs eſſet ſcriptura Regiæ Cameræ.

27 Et ex hoc alio capite non obſtaret, nec eſſet opus diſputare, an probatio contra eam ſit admittenda: Sicut dicimus in ſententia, quæ non admittit probationem in contrarium, quando fecit tranſitum in rem iudicatam: ſed ſi continet manifeſtum errorem, vel eſt lata ex falſa cauſa, nihil valet, vt not. in *l.2.C.quando prouoc.non eſt nec.* & *in l. ſi is ad quem, ff.de acquir.hæred.* Poteſt etiam dici, & hoc non habet reſponſionem, quod iſta ſcriptura non poteſt fundare intentionem Fiſci, nec ad hunc, nec ad alium finem, quia iſta eſt, de qua hodie diſputatur, & iſta eſt, quæ dedit principium liti, vnde abſurdum videretur fundare ſe ſuper eo, de quo controuertitur, ſicut diuerſa debet eſſe probatio ab eo, quod probatur, & ſicut dicimus, quod principium numeri non eſt numerus, *l.2. §.ſi cer. pet.* & ibi *Decius* meritò &c. Sic poſſet Regia Camera, quando vult litigare cum aliquo formare prius decreta, & prouiſiones contra illum; & poſteà litigare, & negare defenſiones, quod tamen ſit dictum per viam abſurdi; non quia talia de tanto Tribunali timeri poſsint.

28 Quo ad ſecundum, ſimilitèr clariſsimi iuris eſt, quod lite pendente Lancianenſes non debent moleſtari, iuxtà *text. in l.ordinata, ff. de lib.cauſ. cum ſimilib.* & ne executio fiat ante ſententiam, & ne lite pendente aliquid innouetur, *Iurib. vulgarib.* tempore enim, quo fuit expeditus iſte ordo, & quo fuit cæpta lis, iſti patronales erant in quaſi poſſeſſione libertatis, quod eſt præſumendum eo ipſo quod cõtrarium non apparet, & probatur ex literis eiuſdem Regiæ Cameræ *fol.39.* vbi dicitur, quod perquiſitis libris, conſtat ab annis 40. iſtas pecudes non eſſe ſolitas, & Dohanerius reſpõdens id non negat, ſed virtute ordinis, ſeù decreti iſtius replicat, conſulendo, an debeat exigere? vnde ex hoc fuit innouatum, quare aut debet reſtitui innouatum, aut ſaltem non debet vlterius innouari, cum lite pendente ille ſtatus debeat attendi, qui erat in initio litis, *Innoc. in cap. cum veniſſent, de reſt.in integr.col.4.* & dicit *Bald.in l. ſi pacto in princ. C. de pact. gloſ. in l.minor. ff. de euict.* quod Iudex ad nihilum debet eſſe pronior, quàm ad reuocandum de facto ea, quæ de facto ſunt innouata, facit, quod dicit *Innoc. in cap. querelam in 2. col. de elect.* & *Abb.in c.1.col.2. extra vt lite pendente, cum ſimilibus.*

29 Non obſtat iſta prouiſio, ſeù ordo, vel decretum Regiæ Cameræ, de quo ſuprà, vbi videtur fuiſſe diſpoſitum, quod pecudes iſtæ exigantur vt ſolitæ, Quia primò reſpondeo, quod iſtud eſt, de quo hodie controuertitur, vt ſuprà dixi, & non eſt decretum, ſed notamentum quoddam, ſeù prouiſio facta abſente parte, quæ in præiudicialibus, vbi eſt neceſſaria partis citatio, & cauſæ cognitio, vt hìc per ſolam comparitionem partis reducitur ad ius, & iuſtitiam, vt dicit *Bart. in l.nec quicquid, §. vbi decretum in fine, ff. de officio Proconſ.*

30 Secundò reſpondeo, quod non poteſt habere vim decreti, cum ſit factum ſine cauſæ cognitione, *d.§.vbi decretum*, & vt dicit *Bar. in l.ſed ſi hac, §.ait prætor,* ſunt voluntariæ iuriſdictionis, vt ſunt decreta, quæ fiunt per Regiam Cameram, quando fiunt Arrendamenta, vel alia, quæ pendent ex arbitrio Cameræ ante ius quæſitum tertio, quod non eſt in caſu noſtro, vbi tractatur de maximo præiudicio partium, & multorum particularium maiori ex parte pauperum.

31 Tertiò reſpondeo, quod nullum poteſt facere præiudicium iſtis abſentibus, & non vocatis, *vulg.l.de vnoquoque, ff.de re iud.* & ſi replicetur, quod iſtud decretum poſſet facere præiudicium abſentibus, & non vocatis, cum ſit quoddam Decretũ generale ſuper ſtatu, & quaſi reale, quod afficit omnes, etiam non vocatos, iuxtà *not.* præcipuè per *Bald.in l.ingenuum, ff.de ſtatu hom.* Reſpondetur, quod adhuc non obſtat, quia dato, & non conceſſo, quod ità eſſet. Illud afficit non vocatos, quando à principio fuit ſaltem vno legitimo contradictore audito, latum ritè, & rectè, ad quem negotium ſpectabat principaliter tempore litis, quod non eſt in caſu noſtro, vbi nemo fuit auditus: Ità declarat idem *Bal.in d.l.Ingenuum, & in l.2.C.quibus res iud.non no.*

32 Quartò reſpondeo, quod iſtud decretum debet, cum reu. nullius eſſe momenti, tanquàm nullum ex pluribus, tùm quia latum ex falſa cauſa, & notoriè non ſubſiſtente, vt ſuprà dixi, per ea, quæ not. *Bart. in l. ſi is ad quem, ff.de acquir. hær.* tùm quia ſuper futuris, reſpectu pecudum, quæ hodiè non ſunt in Prouincia, ſed poſſent aliundè venire, quæ nunquàm fuerunt ſolitæ, nec velint eſſe ſolitæ, & tamen vt pecudes Aprutij cogentur ſoluere, & declarantur ex nunc ſolitæ, quod eſſe non poteſt, vnde tanquàm decretum latum ſuper futuris contigentibus, de quibus nulla eſt certa veritas, nullum eſt, ſecundùm *Innoc.in cap.2.de fid.inſtrum.col.2.* & tãquàm latum ſuper impoſsibili, quo caſu ſimiliter eſt nullum, vt dicit *Bald.in add.Spec.de appell. verb.impoſſibile.* Quæ impoſsibilitas cõcurrit ad ſuadendam eandem nullitatem Decreti ex alijs, cum impoſsibile ſit ferè, quod omnes pecudes Aprutij deſcendant Apuliam, maximè

Digitized by Google

ximè iſtæ Lancianenſes, quæ habent commoditatem paſcuorum domi, & locorum maritimorum, vbi poſſunt hyemare, vt ſuprà dixi, per quod tollitur vnum obiectum, dum dicitur, quod propter Prouinciam Aprutij fuit inſtituta Regia Dohana; Nam non videtur indiſtinctè vetum, cum dicta Prouincia diuidatur in *Altam*, & *Baſſam*; Pro illa igitur parte, quæ eſt alta, & Apennini montibus rigida; veriſimilitèr argui poteſt: pro alia parte, quæ eſt maritima, non, quia eſt temperata, vt ſuprà dixi.

33 Vltimò, non obſtat dicta ſcriptura, ſeù decretum, quia rectè intelligendo ibi non decernitur principalitèr, quod omnes pecudes Aprutij ſint, & habeantur pro ſolitis. Sed cum Regius Dohanerius conſuleret Regiam Cameram, an integra fida eſſet exigēda ab illis, vel dimidia, ex quo non ſemper integra exigitur, fuit reſponſum, quod integra fida exigeretur, quia omnes generalitèr ſunt ſolitæ, & ſic per modum rationis, non diſpoſitionis, nec principalitèr fuit decretū. Vnde non debet attendi, arg. text. *in l. ſi quis nec cauſam, ff. ſi cert. pet.* Maximè, quia illa dictio, *generalitèr*, ſignificat, *vt plurimùm*: ergò non ſemper meritò, &c.

Et hæc ſufficiant.

Io: Baptiſta Piſcicellus.

34 In facto, quando cauſa fuit lecta in Regia Camera, per ſcripturas infinitas, fuit demōſtratum, ſempèr fuiſſe obſeruatum, quod caperetur informatio de ſolitis, & non ſolitæ non moleſtarentur. Et ſignantèr indifferētèr quādo à Commiſſarijs de facto fuit moleſtia illata, ſemper fuerūt expeditę prouiſiones per Regiam Cameram, quod non moleſtarentur, conſtito per libros, quod non eſſent ſolitæ. Vt apparet *in proceſſu* per multas prouiſiones, *fol. 4. cum ſeqq.* Imò apparet, quod per decreta fuit prouiſum in eadem Regia Camera, in multis terris Prouinciæ Aprutij, quod eorum pecudes, tanquàm non ſolitæ, non moleſtentur, vt apparet *fol.* 32. 33. & 34. & propriè Lancianenſes habuerunt ſimiles prouiſiones, & decreta *fol.* 44. & 48. Adeſt pro eis decretum Hieronymi Maſſarij ſuper hoc *fol.* 38. 39. & 40. quod approbatur per Regiam Cameram *fol.* 42. Tandem fuit expedita prouiſio generalis, tanquàm lex data Commiſſarijs Dohanæ, quod neminem moleſtarent, niſi ſolitos, *fol.* 45. Vltimò apparet ex Inſtructionibus datis per Illuſtriſs. Proreges multis Dohanerijs, *fol.* 50. & 51. Vbi iubetur, & in ſpecie in Prouincia Aprutij, quod deſtinarent Commiſſarios ſingulis annis ad inquirendum pecudes ſolitas, & non ſolitas. Quod ſine dubio ſupervacuum fuiſſet, ſi omnes fuiſſent ſolitæ.

AD §. III.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Dohana menapecudum Apuliæ, vnde denominetur, n. 1. & 2.
Dohanæ menapecudum Præfectus, ſeù Dohanerius, eiuſq; officium, à n. 3. ad 6.
Et qui ſint alij Officiales, à n. 7. ad 9.
Dohanella Aquilæ quæ ſit, n. 10.
Audientia Regia Dohanæ menapecudum, à quo regatur, n. 11.
Locati, ſeù Dohanati Dohanæ Apuliæ ſunt immunes à gabellis, n. 12. & quid in ementibus ab ijs lanas, &c. n. 13.
An pro pecudibus dohanatis teneantur ſoluere collectas Vniuerſitatis, n. 14.
Num gaudeant exemptione fori, etiam contrà miſerabiles perſonas, ac Neapolitanos. à n. 15. ad 19.
Et an vt gaudeant, cum maiori pecudum parte paſcua conducere debeant, n. 20.

1 EXpoſita huius vectigalis origine, de ipſius Regiæ Dohanæ menæpecudum nomine, ac regimine annotemus, oportet; Cum igitur hoc vectigal pecuarium in pluribus conſiſtat, ex hac dirictuum combinatione, qui per Regem à Paſtoribus exigūtur, *Dohana* forsàn eſt vocata, quod non eſt verbum latinum, per ea, quæ latiùs ſuprà annotauimus cum *Auth.* noſtro ad §. 6. *de Iure Doban. membr.* 1.

2 Et ex commeatu per annorum curricula ſtatuto, ex Aprutio in Apuliam, videtur proceſſiſſe illud adiunctum (*Menapecudum*) ſicut ſub ipſomet Dohanę nomine appellantur Pecudes, cum Cuſtodibus, & Paſtoribus, dùm in ipſius legibus, & inſtructionibus ſæpiſſimè legitur, *doue la Dogana camina, paſſa, e dimora*, vt rectè obſeruat *Reg. Galeota lib. 1. controu. 23. n. 19.*

3 Vndè ipſius Dohanæ Rector, ac Præpoſitus, *Dohanerius* appellatur, qui ſedere poteſt in Reg. Cam. poſt Fiſci patronum, & præſtat iuramentum de fide-

fidelitèr adminiſtrando in manibus Proregis, vt in *Arreſt.*545.apud *Reg.de*
4 *Marin.*& ſi regali pecunia,in proprios vſus conuertendo, abutitur, quomodò puniatur, diſtinctè ponunt *Reg.de Ponte dec.*7.& 16. *Reg.Sanfelic. deciſ.*270. *Camill. de Medic. conſ.* 143. Et anno
5 1550. fuit ei conſtitutum ſalarium ducat.mille, verũ quod ei non liceret tenere pecudes in dicta Dohana, vt in *Arreſt.*107. apud *R.de Marin.*
6 Exercet iuriſdictionem cum mero, & mixto imperio,quoad omnes priuatiuam, cum ſuo Auditore, qui ex *Prag.* 79.§.40. *de Offic. Proc. Caſ.* non poteſt ius dicere, niſi in Tribunali, quod in Ciuitate *Foggiæ* regitur; Vbi etiam aſ-
7 ſiſtunt duo Officiales, quos *Credenzerios* vocant, qui velut-fiſcales, iura illius Patrimonij tuentur, & generali locationi, ſiuè herbagiorum diſtributioni, quæ fit mẽſe Nouembris cuiuſq; anni, alijsq; negotijs præſunt.Et Actorum Notarius, *Secretarij* nomine cohoneſtatus, ſub quo continentur pleriquè ſubſtituti *Actuarij*, & *Scribæ*, reſidentes, apud *Cauallarios* ordinarios, & extraordinarios, qui Iudices, ſiuè defenſores deputantur pro locatis, nedùm in Prouincia Capitanatæ, cuius vna eſt Metropolis *Dohana Foggiæ*,ſed, & in Prouincijs Barij, Hydrunti, Comitatus Moliſij, & etiam Baſilicatæ; cũ vnus tantũ Officialis reſidentiæ ſit in qualibet Terra,vbi ſunt ſubditi Dohanæ ex *d.Pragm.*79. §.19. Sunt etiam
8 Perceptor, ſiuè *Capſerius*, alijq; inferiores Miniſtri cum ſuis diſtinctis, & rectè diſtributis miniſterijs, vt teſtantur *cit. Reg. Galeota d.contr.*23. *à n.*16. *Rendella in d. tract. de Regijs Paſcuis lib.*1. *cap.* 14. Præfatusq; Dohanerius
9 ad beneplacitum S.M. Auditor, Credenzerij, Cauallarij, cæteriq; Officiales dictæ Dohanæ ſint regnicolæ ex diſpoſitione *Pragm.*1.*de Offic.prouiſ.*
10 Huic Dohanæ, eſt etiam ſubiecta alia minor, in Prouincia *Aprutij Vltra*, quam *Dohanellam Aquilæ* appellant, *Reg.Tapia de Conſtit.Princ.lib.*1. *cap.*4. *num.*100. *Reg. Galeota d. c. controu.*23. *num.*4. quæ tanquam illius pars adminiſtratur à Locumtenente deputato per ipſum Dohanerium, ità vt appellatione redditu(u)m Officij Actuariatus Dohanæ Menæpecudum, comprehendi reditum eiuſdem Officij Dohanellæ Aprutij fundet *R.Galeot. d.contr.*23. *per tot.* & ſic *in fine num.* 43. deciſum refert.
11 Quoniàm verò Tribunal hoc tanti ſit in Regno, appellatur Regia Audiẽtia Menæpecudum, ad cuius etiam dignitatẽ eligebatur anteà vnus ex Spectab.Regentibus; (Imò etiam tempore *Exc.Proregis D.Petri Ant. Arag.*deſtinatus fuit Spectab. *Domin.* tunc *Regens Marchio Centelles* integerrimus Regiæ Cameræ Locumtenens): Et hodiè vni ex Præſidẽtibus R.Cam. tanquã illius Regij Patrimonij Curatori alternis annis per vices, vti delegato defertur, vt teſtatur etiam *Mut.Surg.in addit.ad German. de Neap. illuſtr.fol.*422. *verſ. Eſſet præterea*, & ex *d.Pragm.*11. §.53. *de Official. &c.* Et hoc anno 1692. illi præeſt doctiſsimus *Dom. D.Io:Franciſcus Puga*, *Hiſpanus I.C.* morum candore, Iuriſq; peritia commendandus, meritiſsimus *Reg.Cameræ Præſidens*,ac maiora promerens auſpicia. A qua Regia Audiẽtia appellatur ad Regiam Cameram, vt in *Pragm.*61.§.4. *de Offic. Procur.Cæſ.* & notat *Andr. de Georg. alleg.*14.
12 Cuius Regiæ Dohanæ locati ſunt immunes à ſolutione paſſuum, pontiũ, & ſcapharum, ex priuilegio dicti Regis Alphonſi, aliorumq; vt tradit *Author* noſter in *præced.§.num.*3. & *in cap.* 5. *Card. Granucla*, quas immunitates ſub pœna duc.mille, & alia arbitraria obſeruari mandauit Exc.Prorex *D.Petrus Ant. de Aragonia* anno 1662. *in d. Pragm.*79.§.3.& 4.*de Offic.Proc.Caſ.*
13 Et hæc immunitas extenditur quoque ad ementes ab ijs fœtus, lanas, aliaq; ex eorum ouibus,vt poſt *R.Tap.* tradit *Thor.in comp.deciſ. par.*1.*ver.immunitas conceſſa locatis Apuliæ*, quem refert *Conſ.Altimar. in obſeru. ad R.Rouit.deciſ.*71.*n.*2.

14 Sed quod Cines teneantur, pro animalibus Dohanatis ſoluere collectas Vniuerſitatis, pro Terra Montisroduni, ſcripſit *Ioann. de Amicis conſ. 8. per tot.* licet per *Capitula* d. Dohanæ cautum ſit, quod pro damnis per pecudes datis tenentur domini ad emendationem, & non ad pœnam; itemq; quod pro pecudibus fidatis, & dohanatis nõ teneantur aliud ſoluere, quàm fidam, non verò baiúlationem, & gabellam; quæ exigi prætendebatur in baiulatione Terrę *Morcini*, habetur ex literis R. Cam. cũ inſerta forma *d. Cap.* expeditis, cum clauſula iuſtitiæ die 26. Septembris 1513. *in Reg. liter. part. 2. fol. 34.*

15 Gaudent exemptione etiam fori, vt à nullo alio Iudice, etiam Regio, ac Baronali poſſint cognoſci locati, ac ſubditi dictæ Dohanæ, niſi in dicta Regia Audientia Menæpecudum ex *Cap. 28. Inſtructionum d. Reg. Dohanæ,* quod obſeruari mandatur in *d. Pragm.* 79. §. 38. *de Off. Proc. Caſar.* & tradunt *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.* 4. §. 8. *num.* 49. *Nouar. de elect. fori to. 1. ſect. 4. quæſt. 47. & 62. Scialoya de for. compet. cap. 20. Reg. de Marin. ad Reg. Reuerter. deciſ. 526. Caſar. peregr. quæſt. 15. Conſil. Altimar. de nullitat. t. 1. rub. 9. quæſt. 30. nu. 52. Reg. Galeota d. contr. 23. nu. 17. lib. 1. Danza de pugna DD. t. 2. tit. de elect. fori cap. 5. Horat. Montan. contr. 26. & Anton. Barra in ſuis controu. 19. & 20.* quæ habetur etiam apud *Io: Bapt. Thor. in ſuo Cod. rer. iudicat. in alleg. 49. diuerſor.* Quod intellige, quoad cauſas à Do-
16 hana depẽdentes, vel emergẽtes circà oues, lanam, caſeum, paſcua, & huiuſmodi, delictorũ etiam inter ipſius ſubditos cõmiſſorum cognitionem ad Dohanam ſpectare, idq; pro tempore tantum hyemali, quo in Apuliam deſcendunt, vt ex *Reformatione d. Cap.* 28. firmitèr probat *Caſar. d. quæſt.* 15. vbi ſic deciſum refert.

17 Quæ iuriſdictio Regiæ Dohanæ eſt etiam priuatiuè, quoad omnes alios Iudices cum derogatione *l. vnicæ, C. quando Imp. inter pupill. & vid.* vt ex *Nouar. de elect. for. ſect. 4. qu. 37.* probat *Reg. de Marin. in d. obſeru. 526. nu. 6. 7. & 8.* & ſic *ibid. nu. 9.* refert, generale decretum (quod etiam eſt *699. in editis*, illudq; tranſcribit *Rodoer. in add.* ad eundem *de Marin. lib. 1. reſ. cap. 213. n. 9.*) & per extenſum adducit *allegationem* in eodẽ caſu factam per *Diomedem Petronſium, in nouiſſ. 2. edit. anni* 1674. Sed contrà *Reg. de Marin.* inſurgit *Caſar. vbi ſuprà nu. 44. & 45.*

18 An autem iſti dohanati trhant, etiam Neapolitanos, ad ſuos Iudices? affirmat *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. d. tit. 4. §. 8. num.* 50. quem ſimplicitèr ſequuntur *Nouar. de elect. fori ſect. 4. qu. 63. nu. 30. Thor. in comp. dec. p. 1. ver. Neapolitani, Garleual. de iudic. lib. 1. diſp. 2. quæſt. 6. ſect. 8. nu. 687. Danza de pugna DD. lib. 2. tit. de immun. Neap. cap. 1. nu. 11. Reg. de Marin. d. loc. n. 4.* & cogitandũ relinquit *Rodoer. in d. cap. 213. n. 12.*

19 Contrariũ tenent *Thor. in comp. deciſ. t. 3. ſect. 2. verb. Neapolitani, fol. 133. & ſect. 3. ver. remiſſio, fol. 75. col. 2. Caſar. d. q. 15.* imò, quod ipſi Neapolitani poſsũt trahere dohanatos ad Tribunalia Neapolitana, & illi non poſſunt petere ſe remitti ad Regiam Dohanam, deciſum refert idem *Thor. d. ver. Neapolitani, fol. 133.* licet *cit. Cõſil. Altim. d. rub. 9. qu. 30. in fin.* dicat, ſe vidiſſe deciſum per S.C. eſſe remittendam cauſam, in qua Neapolitanus erat actor, ad Regiã Camerã, & ſic fuiſſe ſatisfactum Neapolitanorum priuilegio, quod trahant, & non trahantur extrà Tribunalia.

20 Locati verò prædicti, qui vulgò *Dohanati* dicuntur, non gaudent, niſi cum maiori pecudũ parte paſcua conducant in Apulia, vt deciſum refert *Amendola ad Franch. dec.* 175. quẽ ſequũtur *Thor. in comp. dec. t. 1. ver. Dohanati, fol. 154. Conſ. Hodierna ad Surd. deciſ. 313. nu. 5.* & poſt *Reg. de Ponte de pot. Pror. tit. de Portu, nu. 14. Capiblanc. de Baron. pragm. 8. par. 2. num. 167. Danza d. cap. 5. nu. 3. & 4.*

A D

AD §. IV.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Aprutij Prouincia cum populis Samnitibus, Marſis, Pelignis, ac Frentanis deſcribitur, à n.1. ad 7.

Vnde ſumpſerit nomen, & cur in duas partes diuiſa, n.8. & 9.

Aprutina tellus, ſitu fortis, armentiſque ditiſſima, quare æſtiuo tempore paſcua aptiſſima pecudibus prabeat, n.10.

DEſcribit *Author* noſter hic, qualitèr hoc Pecudum vectigal exigatur: Et primò de locis, ideſt de Prouincijs *Aprutij*, & *Apuliæ*, vnde & nos quoq; aliquid neceſſum eſt, annotemus.

1 Aprutium igitùr vna ex huius Regni Prouincijs, eſt frigidior Regni pars, ſed ob *Samnitũ* olim potẽtiã celeberrima, quorum regio *Samnium* appellata in longitudinem plùs, quàm latitudinem: habuit à Septentrione Frentanos, & Apulos; à Meridie Campanos, & Lucanos; ab Occaſu Auſones, cum Pelignis; ab Oriente item Apulos, cum Lucanis, teſte *Carol.Sigon.de antiquo Iure Italiæ lib.1.cap.20.* pluresq; complectitur regiones, populoſq;, Veſtinos nempè, Marrucinos, Marſos, Pelignos, Frẽtanos, & Caracenos. Samnitum potẽtia quanta fuerit ex eò dignoſcitur, quod octuaginta annis pugnam cum Romanis inierant, quique tandem palma relata, à *Portio* Samnitum Duce in Furcis Caudinis ſub iugo coacti trãſierunt, cuius memorandi triumphi inſculptio marmorea cõſpicitur inter reliquias antiquiſſimæ Ciuitaris *Amiterni*, Viris ad omnia aptis ditiſſimę; Vnde inter alios eius illuſtres ciues habuit C. *Criſpum Salluſtium*, Cæſaris in Africa Proconſ. & *Romanæ hiſtoriæ* eloquentiſſimum Scriprorem, vt memorant *Petrus Crinit. de hiſtor. ac Orator. latin. Gerard. Io: Voſſius de hiſtoric. latin.* alioſq; plures ad militares congreſſus verſatiles edidit, vt *Virgil.7.Æn.* cecinit:

Vna ingens Amiterna Cohors, priſciq; Quirites.

3 Veſtinos, quos à Dea *Veſta* dictos, fertur ferè ab Oriente *Aternum* flumen habuiſſe cum Marrucinis, creditur, ab Occidente verò Sabinos, à Septentrione Picentinos, in quorum regione adeſt Ciuitas *Aquila*, ab Aquilo militum Duce dicta, ab Imp.Federico II. deinde ampliata, de qua *Pontan. de bello Neap.* ſic ait: *Auctis poſtea ciuibus, atquè opibus, prolatis etiam confinibus, facta eſt Aquila, Vrbs quidem ipſa ciuibus, auctoritate, & opibus clara, regionisq; totius caput*; Affluit hæc Ciuiras ſemper Viris in armis, ac literis ornatiſſimis; Proximi Veſtinis ſunt Marrucini, quorum fines ab Aterno ad Truentum patent, vt ab ortu ſint Peligni cum Aterno amne, quem *Piſcariam* modò vocanr; à Meridie Veſtini, & Præcutini; ab Occaſu Piceni, cum Truento; à Septentrione Adria, cuius regionis Metropolis eſt Ciuitas Theatina, vulgò

4 *Chieti*, ſic vocata à *Theata* Achillis matre, ſi credimus *Freccia de ſubfeud. lib.1.fol.92.* ſed à Theti reſtauratam vult *Lucius Camarra I.C. Theatinus de Theate antiquo lib.1.c.2.fol.30.* Tyrea autem erat proprium nomen vxoris *Nobæ*, vt legitur apud *Hieron.de Curte in hiſt. Veronenſi par.1. lib.1.fol.1. Lazium de gentium migrat.fol. 17. Hieron.Henninges in Theatr.Genealog. t.1. fol.107.* Hæc igitur in Italiam veniens nonnullas Ciuitates ædificaſſe, creditur.

5 Marſi autem populi ferociſſimi, fortiſſimiq; ſempèr habiti ſunt, ſuprà ſe à Septentrione Veſtinis; ab Occaſu Sabinis; ab Oriente Pelignis; à Meridie Lacu Ficino, & Equorum populis cuſtodiũtur, celebrioresq; habẽtur, quos memorat *Plin. lib.3. c. 12.* Anxinates, Antinates, Fucentes, Lucentes, Marruuij, Albẽſes, de quorũ origine, fortitudine, locis, viris, ac Ciuitatibus, larè adeundus eſt *Mutius Phębonius, I.C. Marſus in peritiſſ. tribus libris hiſt. Marſorũ.*

6 Peligni inſupèr, Samnitum gens longè fortiſſima, ex Illyrico profecti ductu Volſinij Regis, cui cognomen fuit *Luculli*, partem occuparunt Italiæ, Marſis conterminam. Horum autem Corfinium, & Sulmonem clariſsima oppida fuiſſe, *Strabone*, & *Ptolomeo* teſtibus, notum eſt; *Sulmo* igitur à *Solymo* conditore nonageſimo lapide ab Vrbe diſtans, vltrà *Marcum Probum* ſui temporis celebrem Poetam, *Franciſcum Barbatum* I.C. ad quem nonnullas Epiſtolas *Franc. Petrarcha* ſcribit, *Innocentium VII.* Pontificem Maximum, eiuſq; duos nepotes Cardinales, alioſq; clariſſimos Viros, protulit Poetarum lumen *Ouidium*, vt ipſe teſtatur 4. *Triſt.*

Sulmo mihi Patria eſt, gelidis vberrimus vndis,
Millia, qui nouies diſtat ab Vrbe decem.

Cæterùm hoc tẽpore incolis frequens, opibuſq; adaucta, ſub *Illuſtriſſ. Burgheſiæ* gentis Pauli V. Principatu conquieſcit; de qua plura notat *cit. Mut. Phabon. hiſtor. Marſor. lib. 3. cap. 7. à fol. 251. ad fol. 263.*

7 Frentani deniq;, Daunis, & Picentinis vicini, quorum Regio Ferentana à *Plinio* dicitur, iiſdemq; finitimos addit Caracenos; eoſq; *Ptolomæus* his finibus includit, vt ab Oriente ſit Phiternus; ab Occidente Sarus, ſiuè Sãgro, amnes; à Septẽtrione Sinus Adriaticus; à Meridie Mons Appenninus, vbi Caraceni ſunt, ſub Frentanis comprehenſi, *Carol. Sigon. de antiq. iure Ital. lib. 1. c. 14.* Ferẽtana eſt Ciuitas, olim Frentanorum Caput, corruptè *Francauilla*; Et Ciuitas Lanciani; à *Plinio* Anxum, *Ptolomæo* Anxanum, dicta, vbi quotannis celebrantur nundinæ, quò mercatores ab exteris quoq; partibus confluunt.

8 Ex quo autem regio hæc Aprutij nomen duxerit, varia fertur opinio, alij enim ex *Precutinis* Samnitum populis corruptè pro *Precutio* Aprutiũ appellarunt, alij à montiũ aſperitate *Aſprutium*, quod poſteà corrupta litera S, Aprutium dictum fuit, vel quia ibi apri in montibus apricantur; primam verò traditionem cum *Pontano* ſequitur *Author* noſter hìc *nu. 3.* Rex tamen Alphonſus I. Aragoneus ad euitanda liti-
9 gia, quæ inter Gabellarum exactores exoriebantur, præfatam regionem in duas diuiſit partes, quarum vnam Aprutij Citerioris, alteram Aprutij Vlterioris appellauit; & has Prouincias pulchrè deſcribunt *Scipio Mazzella in deſcript. Regni Neap. lib. 1. à fol. 225. Eugen. Caracciolus, Octauius Beltranus, aliiq; in deſcript. Regni Neap. à fol. 235. Conſil. Blaſius Altimar.* ſub anagrammatico nomine *Tobia Almagiore in recollect. hiſtor.* impreſſa *in fine t. 4. Summont. Author* noſter *ſuprà in §. 1. tit. de Collectis, nu. 97.*

10 Eſt etiam tellus hæc ſitu fortis, victualibus, armentiſq; ditiſſima, aquarum ſplendorem, optimumq; aërem, gratiora vina, iucunda poma prębens, ſed loci natura aſperrima eſt, & montana, præſertim hyemali tempore, vnde ex rigida Cœli temperie, glaciali frigore, niuibuſq; præpediti, illa oppida cultores vt plurimum deſerere compelluntur; teſte quoque noſtro *Authore* hìc *num. 5. & 6.* vberrima tamen paſcua æſtiuo tempore aptiſſima pecudibus prębet, qua pecuaria induſtria habitatores vtuntur; Montes enim ipſi inclinantur in vallem, quæ ex liquatis niuibus, & imbrium coadunatione confluentibus aquis extenuatur viribus, vt minùs Cereri apta, nonniſi herbam nutriat, quæ æſtiuo fęcundata calore, vireſcit in pratis, & grata ouibus paſcua parat, laticeſq; ſalientis, gelideq; aquæ; licet priuſquã hyems inſurgat, in Apuliam tranſmittant.

A D

AD §. V.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

APuliæ regio deſcribitur, n.1. & 2. cur dicatur Capitanata, n.3.

Apulia, unde dicta ſit, nu.4. eiuſq; fertilitas herbarum, ac planities commendatur, n.5. & 6.

Mons Garganus ex apparitione S. Michaelis Archangeli celeberrimus, n.7.

Dobana Menæpecudum Apuliæ R. Audientia, quando è Luceria in Ciuitatem Foggiæ, ſeù Fouea tranſlata fuerit, num.8.

Apuliæ locus hyemali tempore ob Cęli amænitatem pecoribus paſcendis aptiſſimus eſt, num.9. & 10.

1 DE celebertima, ac fertiliſſima Apuliæ tegione cum *Authore* noſtro eſt hic annotandum; quæ vocatur hodiè Prouincia *Capitanata*, antiquitùs verò Iapygia, Peucetia, Daunia, Meſapia, & Apulia dicebatur. Fines vtriuſq; regionis Peucetiæ, ac Daunię ſunt in longum ab Agro Tarentino, ac Brunduſino, vſq; ad amnē Phiternum, vltrà montem Garganum; in latum verò à mari Supero, quod Adriaticum *Plinius*, *Ptolomæus* Ioniū vocat, vſq; ad Lucanos, Hirpinos, & Samnites; Ità limes eſt Orientis Salētinorum regio; Occidentis Caracenorum, Frentanorum, Hirpinorum, ac Samnitum; Septentrionis deniquè, Sinus Ionicus, vel Adriaticus, vt poſt *Leandrum* teſtantur *Manginus in deſcript. Italiæ, Cluuerius lib.3.cap.23. Introduct. Geograph. Gerard. Mercator in Atlante fol.* 281. Quæ finium deſcriptio vtriq; Apulię congruit, Peucetiæ nempè, Daunięq;, quarum illa à Brūduſio, Tarentoq;, ad Aufidū amnem; hęc verò ab Aufido amne, vſque ad Phiternum, vel Tifernum, hodie *Fortorium* flumen appellant, *Regens* noſter hìc *nu.* 1. *Scipio Mazzella in deſcript. Regni Neap. lib.1. de Prouincia Capitanata, à fol.297. Eugenius Caracciolus in deſcript. eiuſdem Regni, fol.*259.

2 De Agro Apulorum ſic ſcribit *Carol. Sigon. de antiquo Iure Italiæ, lib.1. cap.13. Poſt Salentinos, Apuli à Brunduſio ad amnem Fiternum, agrum tenuerunt. Et horum autem duo apud veteres genera fuiſſe inuenio, vnum, quos Peucetios, & Iapygas, & Pediculos vocarūt; alterum, quos Daunios, & Meſſapygas. Peucetiorum ad mare fuerunt Egnatia, Barium, Auſidus amnis, Dauniorum Salapia, Sipus, Apeneſte, Garganus mons, Hyrium, inde Fiternus; illorum mediterranea Venuſia, Cęlia, horum Teanum cognomine Apulum, Luceria, Vidarnum, Arpi, Canuſium.*

3 Hęc igitur Apuliæ Daunię regio, vulgò, *Puglia piana*, Capitanata vocatur, quę Nortmānorum prius, ac Gręcorum temporibus fuerat *Catapaniata*, quod qui eius moderationi eſſet ab Imperatore Conſtantinopolitano prępoſitus, diceretur gręco nomine, *Catapanus*, vt ſcribit *Io: Pontan. lib.2. de bello Neap.* quem referunt *Author* noſter hìc *n.2.* & *ſuprà §.1. tit. de Collectis, n.91. Mazzella ſupra cit. loc. fol.*298.

4 Dicta eſt autem Apulia, ab *Apulo* Rege antiquiſſimo illius regionis, licet aliter dictam velit *Anton. Galateus de Situ Iapygiæ, fol.*20. ſiuè ab appulſu animalium, eò quod in hac regione animalia vere, & hyeme ducuntur ob aeris amęnitatem, ac herbarum copiā, teſte *Frecc. lib.2. de ſubfeud. auth.46. n.13.* Cum eius magna ſit fertilitas, ac

5 frumenti, hordei, rerumq; omnium abundantia, vt propemodùm cum omni Italia reliqua certare ea videatur; Aeris ſalubritas cum pinguis arui fœcunditate conſentit, licet ęſtiuo tēpore ob magnum calorem, non adeò temperatum clima ſortiatur. Prouincię decorem auget *Gargani* montis, ac latiſſimę planitiei viciſſitudo; & licet aquarum indiga ſit, fœcunda tamen vbertate præ cæteris gaudet herbarū, quæ dulciſſima qualitate conditæ, vberrima pabula pecudibus præbent;

Hinc

Hinc illi verſus:
Planicies immenſa iacet, lateq; profuſa;
Hic tot fertilibus pecudes paſcuntur in arvis.

6 Planities verò iſta, vbi pecudes collocantur, & Dohana hæc formatur, incipit à Terra Turris maioris, & finitur in paſcuis Andriæ, per longitudinem milliariorum ſexaginta, & per latitudinem à Ciuitate Troiæ, vſq; ad Terram Arrignani per milliaria triginta, & per circuitum computantur milliaria centum, teſte *Authore* hic *num.* 5. Celebris etiam paſcuis, & nemore eſt Mons *Garganus*, vnde *Horatius* Poeta Apulus Venuſij *epiſt.* 1. *lib.* 2.
Garganum mugire putes nemus.

7 Vaticinatus quidẽ fuiſſe videtur *Horatius*, quãvis gẽtilis, cũ mugitus bouis propriè ſit; notiſſima enim eſt hiſtoria (quam poſt *Pontan. lib.* 2. *de bello Neap.* referunt *Scipio Mazzella in d. deſcript. Regni fol.* 303. *Engen. Caracciol. in ead. deſcript. f.* 261. & *peculiaris liber editus*) apparitionis glorioſiſſimi *S. Michaelis Archãgeli* in eius montis cacumine, dũ in aditu eius ſpelũcæ, taurus fuiſſet inuentus, nihil à ſagittis metuens, eaſq; retrò flexas ſagittatorem petijſſe, eaq; de re Epiſcopo ab Archãgelo nunciatũ velle ibi cultum Deo in ſui, ac Angelicam memoriam adhiberi, vnde factũ eſt in illo antro celeberrimum templũ, ibiq; *Garganus* populus in celebri Ciuitate, vbi ſedet Archiepiſcopus, vnitè cum Ciuitate *Manfredoniæ*, in locum antiquiſſimæ Ciuitatis Siponti à Rege Manfredo anno 1256. reſtituta, quamobtem in eadem Eccleſia Garganica in marmoreo lapide ſcriptum legitur:
Sedes hæc numero differt à Sede Siponti.
(quoq; M
Ius, & honor Sedis, quæ sũt ſibi, ſunt

8 Non longè ab huius montis radice diſtat Ciuitas *Foggia*, à Fouearum copia dicta, quam nonnulli volunt fuiſſe ex antiquæ Vrbis *Argyrippæ* ruinis erectam, ibiq; reſidet Regia Audientia Menæpecudum, ab anno 1468. prius enim erat Luceriæ, vbi R. Audientia Prouincialis regitur; & Sereniſſ. Rex Ferdinandus pro maiori Dohanæ cõmoditate, eam tranſtulit ad Ciuitatem *Foggiæ*, quæ in prænarratæ locationis centro ſita eſt.

9 Locus autem iſte hyemali tempore ob Cœli amœnitatem pecoribus gratiſsimus eſt, cum pecudes genere præſtantes, Apulæ, Calabræ, ac Tarentinæ habitæ ſint, vt *rei ruſticæ Scriptores* teſtantur; vnde *M. Varro lib.* 2. *de re ruſtic. cap.* 1. ait: *Longè enim, & latè in diuerſis locis paſci ſolent, vt multa millia abſint ſæpè hybernæ paſtiones ab æſtiuis. Ego verò ſcio, inquam, nam mibi greges in Apulia hybernabant, qui in Reatinis montibus æſtiuabant.*

10 Igitur Apulia, paſcendis, augendisq; armentis, ac gregibus ità gloriata eſt, vt non hyemem, non Cœli rigorem timeret; Siquidem propria ſemper, ac mira temperie aprica, inſigni vbertate pingueſcens, tanta herbarum copia induebatur, vt cum feraciſſimis terris, quaſi nunquàm ceſſura certaret, vt eruditè tradit *Garz. Barrionueuo Marchio Cuſani in Panegyric. ad Lemenſium Comitem, fol.* 105.

AD §. VI.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Pecorum paſſus, ſeù Regij tracturi, *quare conſtituti, n.* 1.
Et quotuplex ſit tractuus, n. 2.
Capitula 28. Inſtructionum *pro bono Regię Dohanæ regimine publicata fuere à* Dom. Regente Moles, *vnà cum* D. Regente Reuerterio, *n.* 3.
Paſtores profiteri debent in Dohana, nec ab Apulia exire abſque Dohanerij licentia, ſoluta fida, n. 4.
Cauallarij, ſeù Cuſtodes, quomodò aſſiſtere debeant, n. 5. & 6.

1 Statuit etiam Rex Alphonſus I. pecudum commeatum, fluxum, & refluxum, vt ſcilicèt ex Aprutio Autumni tẽpore in Apuliam reuerterentur,

tur, per loca, & vias deſtinatas, quas
paſſus, & *Regios tracturos* vocant, ne
per aliena loca tranſeuntes, damnum
Dominis inferrent, *Authore* noſtro hìc
num. 1. *&* 2. *Reg. Galeota lib.* 1. *controu.*
23. *num.* 16.

2 Quē *tracturum* triplicem eſſe tradit
idē *Auth. n.* 3. Primus videtur, ex Aqui-
la ad *Bucchianicū* in Pelignis, *Ariſſam*,
Montenigrum, *Larinum*, *S. Marcum*, &
Sacionum; Per quem deſcendunt Ama-
tricenſes, eiuſq; Comitatus, Aquila-
ni, & alij: Secundus eſt, à *Calano Roc-
cademelo* per *Populum*, *Anuerſam*, *Luce-
riam*, *&c.* Tertius, *à Peſco Aſſeruli in
Aufidenam*, *Caſtrum Sangri*, *Bouinum*,
&c. qui *tracturus* debet eſſe latitu-
dinis paſſuum ſexaginta, vt per decre-
tum latum per *Reg. Reuerterium* anno
1549. & 1574. dùm Illuſtr. Cardinalis
3 Granuela commiſit *Dom. Regenti* no-
ſtro, vt tanquàm pleniùs informatus
de neceſſarijs, & bono regimine huius
Dohanæ, procederet vnà cum prædi-
cto *D. Reg. Reuerterio* ad edendas San-
ctiones, & Pragmat. ſupèr omnibus,
quæ ad id neceſſaria fuiſsent, quod cū
exequeretur præfatus *Author* noſter,
edita ſunt 28. *Capitula Inſtructionum*,
ſiuè *Pragmaticarum*, vt videri poſsunt
in *Regeſto* intitulato: *Dohanæ Menape-
cudum primò, anni* 1574. *fol.* 1. vt teſtā-
tur idem *Author* noſter hic *n.* 6. & *An-
ton. Barra in ſua contr.* 19. *num.* 15. quæ
eſt etiam in *alleg.* 49. *num.* 15. inter *di-
uerſ. in Cod. rer. iudicat. Io: Bapt. Thor.*

4 Antequàm verò Paſtores Apuliam
intrent, mos eſt, vt dent notam eorum
pecudum; & Dohanerius curat, vt
omnes profiteantur, ne inſcriptum pe-
cus paſcant, ac in prædictis etiam lo-
5 cis aſſiſtunt Officiales Dohanæ, qui
Cauallarij nuncupantur, tàm tempore
acceſsus, quàm etiam tempore receſ-
ſus, ne exeant pecudes ab Apulia ſine
Dohanerij licentia, vulgò, *lo bollettino*,
in quo fit fides, penſionem, ſeù fidam
eſse integrè ſolutam, teſte eodem *Au-
thore* noſtro *à n.* 9. *ad* 13. Et *Cauallarij*
6 prædicti perſonalitèr ſeruire, ac deſti-
nari debent ad paſsuum cuſtodiam
vnus, vel plures ad arbitrium prædicti
Dohanerij, nec à locatis aliud exige-
re poſsunt, quàm directum duorum
carol. pro quolibet 300. ouium grege,
vulgò, *la morra*, vt ſtatuit *Excell. D.
Petrus Antonius de Aragonia* vigilan-
tiſsimus Prorex anno 1662. in *Pragm.*
79. *§.* 5. *&* 6. *de Offic. Proc. Cæſ.* & quod
nihil extorqueant à locatis, vt in
Pragm. 11. *§.* 4. *de Official. & quæ eis
probib.*

AD §. VII.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

MEnſura territorij, quomodò fiat, n. 1.
Apuliæ planities, cuius ſit menſura, num. 2.

Territoria, quanàm pro Regijs paſcuis reintegrata, & quæ pro cultura reſeruata, nu. 3. *&* 4.

Locus ad paſcua deputatus, vulgò, lo Tauoliero, *cuius capacitatis ſit, n.* 5.

Locationes herbagiorum, quot ſint, & loca pro pecudum mora, n. 6. *&* 7.

1 OBtenta licētia à Dohanerio Apuliam ingrediendi, vt *in præced.* §. annuimus, videndum mox eſt cum *Auth.* noſtro, qualitèr pecudes in ea collocentur, quod, vt clariùs dignoſcatur, priùs de territorij menſura, & capacitate eſt annotandum; Modi autem, quibus rura metiuntur, varij ſunt; nam in agro Romano, ac latino metiuntur iugeris, ideſt quadratos duos actus habentibus, qui actus eſt pedum 120. In Hiſpania Vlteriore, iugis, hoc eſt, quod iuncti boues vno die arare poſſint: In Campania verſibus; centum autem pedes verſum dicunt, vt tradit *M. Varro de re ruſtica lib.* 1. *cap.* 10.

2 Apuliæ itaquè planities, quæ per ſexaginta milliaria longitudinis, & triginta latitudinis ſe extendit; dum anno 1548. Ill. D. Petrus de Toleto tunc Prorex eam metiri mandauit, fuitq; per *Reg. Reuerterium*, tunc R. Cam. Locum-

te-

tenētem executū, ac reperta fuit capacitatis curruum 15641. verſurarum quatuor, & vnius tumuli, computando ſecundùm vulgarem vſum, quod quilibet currus ſit capacitatis 20. verſurarum, & quælibet verſura ſit trium tumulorum, tumulus 20. trapaſsuum, & vnius tertij, ſeù 60. trapaſs. in quadro, ac trapaſſus 7. palmorum, vt tradit *Author* noſter hìc *nu.3. & 4.* quod obſeruatione dignum eſse inquit *Proſper Rendella lib.1. de Regijs Paſcuis cap.15. in princ.* licet ibi in noſtro Codice corruptè alleget *Reg. de Ponte in tract. de iurib. Doban. tit. de baiul. reg.* ſed *ibidem* in *margine* rectè noſtrum *Reg. Moles* indicat, quem etiam aliàs allegauerat in *lib.1. cap.2. fol.9.*

3 De qua curruum 15641. quantitate repertum fuit, quod Regia Curia poſſidebat pro vſu pecudum de territorio inculto, quod *ſaldum* vulgò dicitur, currus 7079. verſ.8. & tum.1 quod fuit æſtimatum eſse capacitatis pecudum 707900. vt centum pecudes vno curru indigeant per ſex menſes; De reliqua verò parte ſcilicèt curruū 8561. verſ.16. & vnius tertij tumuli, occupata pro vſu ſegetum, præfatus *Reg. Reuerterius* reintegrauit currus 2060. ità quod quantitas pro vſu pecudum deſtinata eſset curruum 9134. in quo depaſci poſsūt iuxtà cōmunem expertorū æſtimationem in hyeme pecudes 90000. in circà, *Author* hìc *n.5.*

4 *& 6.* Fuit etiam tunc ſtatutum, vt currus 9139. eſsēt pro vſu pecudum tantùm deſtinati, & à colonis intacti, ideòq; Territorium *Saldum* appellatur; Reliquum verò territorium pro cultura eſt datum, quod non colitur integrum quolibet anno, & ſic etiam pro pecudibus ad rationem dupli dari ſolet, idem *Author* noſter *n.7.*

5 Corpus iſtud planum, longum, & quadratum, ad paſcua deputatum, quod vulgò, *lo Tauoliero*, appellatur, eſse curruum ferè decem millium, & in eo duodecies, vel circitèr centen a millia ouium poſse commodè collocari, inquit *Conſil. de Roſa conſult.70. nu. 6. lib.1.* ibiq; ſubdit, hoc numero opus eſse, vt illius paſcua integrè locentur, eiuſq; locationis penſionem ad annuos duc.150.m. vel circitèr aſcendere; Et anno 1592. fuiſse ouium quadragies centena millia quatuorcentum ſexaginta millia, & quatuorcentum nonaginta ſex, ſiuè ouium quatuor milliones 461496. & armenta 622000. & ex eis Regiam Curiam percepiſse duc.622173.3.10. teſtatur *Scipio Mazzella in deſcript. Regni Neapol. lib.1. fol.308. & lib.2. fol.335.*

6 Quod territorium capacitatis curruum 9139. eſt in quadraginta tres partes, ſeù pecudum ſtationes, pro eorum paſtu diſtributum, quas *locationes* appellant, eaſq; omnes *Author* noſter enumerat *in ſeq. §. 8. à num. 6. ad fin.*

7 Sunt etiam alia territoria paſcuis parata, vt pecudes requieſcerent in itinere ex Apulia in Samnium, & pro tracturis prædictis, dùm in menſe Septembris, & Octobris ex Samnio in Apuliam deſcendunt, quæ vocantur, *li ripoſi*, ſeù *riſtori della Dogana*, *Reg. Galeota lib.1. controu. 23. num.16. Author* noſter *in ſeq. §.8. num.53.* eaq; deſcribit *in ſubſeq. tit. de Tracturis, &c.* & videnda etiam plena relatio Hiſpano idiomate conſcripta, quam *in fine harum Annotationum*, vnà cum alijs adnectemus.

AD

AD §. XV.

De Officio Magiſtri Portulani, & eius origine.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Commerciorum libertas conſiſtit in libero vſu maris, n. 1.

Mare, an ſit in dominio alieuius, n.2.& 3.

Portuum cuſtodia, ad quem ſpectet, n.4.

Extractio, quando non permittatur, nu.5.& 6.

Portulani officium quid, & quot ij ſint, num.7.& 8.

Magiſtri Portulani, vnde dicantur, & quomodò præcedant, n.9.& 10.

Officium Magiſtri Portulani, quando inſtitutū, & in quo conſiſtat, à n.11.ad 15. defenditurq; D. Reg. Moles, *aduersùs* Conſ.Ioſephum de Roſa, *n.12.*

Reſponſales, qui ſint, & à quo expediantur, n.16.& 17.

Portulanus vnius maritimæ, an exequi debeat mandatum à Magiſtro Portulano Prouinciali expeditum, n.18.

Officiales Regiæ Dohanæ, an facere queant expeditiones pro rebus iuri tractarum ſubiectis, n.19.& 20.

Portulania per terram, quæ ſit, n.21.

1 Commerciorum, tranſitus, ac peregrinationis libertas conſiſtit in libero, tutoq; vſu maris, vt in §.1. & 5. *de rer. diuiſ.* optimè *P. Ioſeph Gibalin.lib.2. c.2. de commerc.marit.* ac latè tractarunt *Hugo Grotius de mare libero cap.1. Paulus Merula de maribus cap.1. Claudius Moriſotus in orbe maritimo, Ioannes Seldenus in tract. de mare clauſo. ſeù de Dominio maris lib.1. cap.2. Seraphin. de Freitas in opuſc. de Iuſto Imperio Luſitanorum Aſiatico; Iulius Pacius de dominio maris Adriatici, Petrus Baptiſta Burgus de dominio Genuenſium in mari Liguſtico, Marc. Zuerius in apologia pro nauigationibus Hollandorum, Ioannes de Greue in diſp. de Dominio maris.*

2 Sicut igitur mare omnibus eſt liberum, ità & littora maris, & portus eiuſdem, §.1.*& ſeq. Inſt.de rer.diuiſ. l.2. §. 1.l.3.& 4. l.5.§.1.* & *l.6.in pr. D.de rer. diuiſ. l.3.& 4. D. ne quid in loco public.* Feudiſtæ *in c.vn. in ver.portus, quæ ſint reg.Sixtin.de regal. cap.6. Obrect.diſp.de regal.th.299.& ſeqq. Io:Georg. Bechtius in diſput.de ſecuritate cap.3.n.75. & 76.*

3 Sunt tamen Cæſaris, alteriusvè Principis, quoad protectionem, & iuriſdictionem mare,& littora,vt tradunt *gloſ. vlt.in l.quadam, D de rer.diuiſ. Suarez alleg.17.num.1.2.& 9.Cabed. 2.p. deciſ. 46.n.4.Cacher.deciſ.155.n.2.& 3. Freitas d.tract.cap.10. num.36. Stracca de nauig.num.6. Franc.de Ingen.in Epiſtol. de Venetor. iure, cit. Moriſot. de Orbe maritimo lib.2. cap.1. Antunez Portugal de Donat.Reg.t.2.lib.3.cap.8.*

4 Ad Principis autem Regale officium attinet littora, ac portus cuſtodire, vnde in Vrbe Roma, Comes erat portus, ac etiam Vicarius, qui harum rerum curam gerebant, quorum *formulas* ponit *Caſſiodor.lib.7.var. epiſt.9. & 23.* & *in formula Comitiuæ Neapol. lib.6. epiſt. 23.* Ad quod officium ea pertinebant, quæ *Gratianus Imp.* ità conſtituit: *Saluberrimâ ſanctione cenſemus, ne merces illicitæ ad nationes barbaras deferãtur, & quæcumq; naues ex quolibet portu, ſeù littore dimittuntur, nullam concuſſionem, vel damna ſuſtineant; ità tamen, vt earum Naucleri deponant, in quam prouinciam ituri ſunt, vt hoc manifeſtato, nulla*

contrà eos poſteà indignatio, ſeù concuſſio, quoquomodo procedat, vt in *l. vulca*, *C. de littor. & itiner. cuſtod. lib.* 12.

5 Loca verò, ad quæ aſportatio non permittitur, ſunt illa hoſtium, Barbarorum, Maurorum, Saracenorum, & hæreticorum, vt in *l. 1. & 2. C. quæ res exportar. non poſſ. l. cotem, D. de publican. & vectig. l. 2. C. de commerc. & merc. l. vſurpationem, C. de vectig. & commiſſ. l. cuiuſq; D. ad leg. Iul. Maieſt.* Quæ mercium, & commercij prohibitio fit etiã, ne Regnorum arcana ab hoſtibus percipiantur, ex *l. mercatores, C. de commerc. & mercat. Camill. Borrell. de Reg. Cath. præſt. cap. 9. n.* 48.

6 Altera etiam eſt ratio, ne Regnum penuriam patiatur, & multæ inde emanatæ ſunt *Reg. Pragm* extractiones prohibentes, *Reg. de Curte par. 1. diuerſor. feud. cap. incip. redeundo, num.* 53. & 54. *fol.* 27. *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 5. de Tractis, R. Tap. in lib. 7. Iur. Regn. tit. 1. de Annona*, & *tit. de Portulan.* 10. & plenè *in tract. dell'abbondanza p.* 1. *Reg. Capyc. Latro conſult. 67. nu. 2. & ſeq. Conſil. Rocc. de offic. rub. 14. per tot. R. Rouit. Nouar. & Paſqualinus in comment. ad pragm. tit. de extraction. animal. &c. Author* noſter hìc *num.* 8. quem ſequitur *Conſil. Ioſeph de Roſa in lect. feud. 5. n.* 8. Eratq; *Limenarcha* grecè, quaſi portui præpoſitus, ne fierent extractiones, cuius meminit I. C. in *l. munerum 18. §. hi quoque, D. de mun. & honor. in l. Limenarchæ, D. de ſeru. fugit.* & Imp. *in l. non idcircò* 38. *C. de liberal. cauſ.* vt ex *Bulengero de Imp. Rom. lib. 9. c. 6.* tradit *Conſil. de Roſa in prælud. feud. d. lect. 5. num. 3. &* 4. necnon *Surg. de Neap. illuſtr. cap.* 21.

7 In hoc Regno Neap. ſunt Regij Portulani, ad quorum officium ſpectat cuſtodire portus, & littora, omniaq; loca maritima Regni, ne aliquid extrahatur, aut immittatur, ipſis inſcijs, vt diſpoſuit Rex Carolus I. in *Capit.* 2. incip. *vt illorum fraudibus*, & *Cap.* 3. *incip. ſuper extractione, Author* noſter hìc *à num. 2. Borrell. d. cap. 9. n. 59. Conſil. de Roſa d. lect. 5. n. 10. Conſil. Altimar. in obſeru. ad Reg. Rouit. lib. 1. conſ. 58. nu. 2. Cæſar. Nicol. Piſan. in add. ad Gaet. ſuper Rit. R. Cam. rub. 5. de Iure Doban. n.* 252. *Conſil. Rocc. de offic. rub. 14. n. 20. Reg. de Curte p. 1. diuerſ feud. cap. incip. redeundo, n. 55. fol. 27. Gallupp. in meth. feud. par. 1. cap. 3. num. 66. Iul. Capon. t. 4. diſcept. 313. cap. 2. n. 50. in fine*, quod etiã tradidit *Author* noſter *ſuprà in membr. 9. §. 6. de Iure Doban.*

8 Plures verò ſunt Portulani, nempè, Neapolis, Apuliæ, Aprutij, in Prouincijs Hydrunti, & Barij, apud Brutios, ſeù Calabros, & in Prouincia Comitatus Moliſij, *Camill. Borrell. d. cap. 9. nu.* 60. qui ſubordinantur Magiſtro Portulano cuiuslibet Prouinciæ; & ab ipſo deputantur; In vnaquaq; enim Prouincia Magiſter Portulanus creatur, qui tenetur deputare Subofficiales, ſeù Portulanos in quolibet portu pro ipſius cuſtodia, vt ex *d. Cap. vt illorum fraudibus*, tradit *cit. Conſil. de Roſa d. lect. 5. num.* 10.

9 Et dicuntur Magiſtri, ſecundùm *Authorem* noſtrum hìc *n.* 4. & ſuprà *§. 9. n.* 10. quem refert etiam *Boler. de decoct. deb fiſc. tit. 1. q. 15. nu. 8. in fin.* quia magis, quam cæteri, diligentiam adhibent rebus, quibus præſunt ex *l. cui præcipua 57. D. de verb. ſign.* Vnde *Piſan. d. loc. num.* 266. deciſum refert ſub die 9. Se-
10 ptembris 1681. quod Magiſter Portulanus Prouinciarum Terræ Laboris, & Comitatus Moliſij ſedeat ſolus in primo loco, & in capite bancæ; à dextris autem eius Credenzerius, & à ſiniſtris Portulanotus; In Tribunali verò Regiæ Cameræ Magiſter Portulanus ſedet in Banca Rationalium, exiſtente in dicto Tribunali, vt fuit deciſum die 17. Iulij 1539. vt in *Arreſt. R. Cam.* 44. apud *Reg. de Marin.*

11 Hoc verò Officium Magiſtri Portulani, fuiſſe antiquitùs vocatum, Magiſtrum Camerarium, docet *Author* noſter hìc *nu.* 3. quem refert *cit. Piſan. d. rub. 5. n.* 253. Sed ipſum in hoc decipi, putat *Conſil. de Roſa d. lect. 5. nu.* 12. qui probat, Magiſtrum Portulanum idem fuiſſe, ac Magiſtrum Procuratorem, intro-

troductum ab Imp.Federico in *Conſtit. Regni, inter multas*; & ex *Cap.* 59. *Caroli Primi,incip. Item cum inquirere,de demanijs, mortificijs, & excadentijs ſit proprium Magiſtri Procuratoris, & Portulani; prædicti Secreti ſupèr inquirendo de his, ſe nullatenùs intromittant ratione officij Secretiæ*; & fundat etiam ex alio *Cap. 66. incip. Prædicti Magiſtri*
12 *Procuratores*; Non ità tamèn præcipitantèr erroris nota arguendus eſt *Author* noſter, cum perſpicuum quoque ſit, quod Magiſter Camerarius adminiſtrabat omnes Dohanas, tàm terræ, quàm maris, foreſtagia, plateatica, & alia omnia iura Curiæ, tàm vetera, quàm noua, vnde totius patrimonij curam in Prouincijs gerebat, vt in *Conſtit. Magiſtri Camerarij*, quorum exactionem in ſingulis locis, vel locabat, vel conſtituebat Subofficiales ad hæc iura exigenda, vt in *Conſtit.auctoritate*.

13 Quidquid ſit de hoc, controuerti minimè poteſt, quod poſteà officia Magiſtri Camerarij, Secreti, & Magiſtri Pocuratoris incorporata fuerunt cum Officio Magiſtri Portulani, vt ex doctiſſimo *I. C. Fabio Marcheſio* in ſuo *tractatu manuſcripto de Officialibus Regni* ſcribit *Reg. Tapia lib. 2. Iur. Regn. tit.de Off.Proc.Caſ.in notis ad cit. cap. cũ inquirere*, quem ſequitur idem *Conſ. de Roſa ibid.n.15.16.& 17.* vbi etiam obſeruat, eos non habere eandem poteſtatem in omnibus Prouincijs, cum in Prouincijs Barij, Hydrunti, & Aprutij habeant exercitium iuriſdictionis cauſarum ciuilium, ſicut olim habebant Magiſtri Camerarij, ex *eod.Tap.*& *Authore* noſtro in *§. 9. de Iure Baiulationũ num. 19.* vbi *Nos* alios cumulauimus.

14 Illud tamen vbiquè ad illius officium, vt ſuprà pertinet, nempè portuum cuſtodia, quam per Subofficiales ſuos, ſeù Portulanos exercent, inuigilando, nè prohibitarũ mercium extractiones fiant, & antiquitùs exigebant omnia vectigalia, quæ ex portu, vel alio Prouinciæ loco, ſiuè pro extractione illarum mercium, quæ licitè extrahi poſſent, vel pro immiſſione ſoluebãtur, quæ iura *Exitura* nuncupantur, vt in *Ritib.Reg.Cam.ſub rubr. de Iure Exituræ*; dicebanturq; hi portuum cuſtodes *Portitores*, ſiuè *Limenarchæ*, vt latiori calamo annotauimus *ad membr. 3. 6.& 9.§.6.de Iur.Dohan.*& poſt *Authorem* noſtrum hìc *à num. 9.* & alios tradit *D. Didac. de Bolero d. tract. de decoct.deb.fiſc.tit.5.qu.27.n.25.*

15 Cæterùm hodiè non exigunt omnes dirictus, ſiuè vectigalia prædicta, illa enim iura, quæ ſunt incorporata Regię Dohanæ, vt ſunt iura exituræ, fundici, & ſimilium, exiguntur per Officiales Regiæ Dohanæ, vt teſtatur *Author* noſter hìc *num.15.& 16.* Et multò magis hodiè procedere, cum Règia Dohana fuerit data in ſolutum Creditoribus Regiæ Curiæ, ait *cit.de Roſa d.lect.5.n. 9. in fin.* Exigi verò ab ijſdem alia iura, inquit idem *Author* noſter *num.17.* & ſunt vt *in ſeq. titulis.*

16 Quoniam verò Portuum cuſtodibus, ſiuè Magiſtris Portulanis hoc ius extractionum, tàm per intrà, quàm extrà Regnum exigere competit, ideò ab ipſis fieri debent expeditiones, ac literæ, vulgò *Reſponſales*, quibus obtentis ab extrahente, ſeruata forma *Reg. Pragm.* ab ipſis Reg. Magiſtris Portulanis omnia adnotantur, & ab extrahẽtibus fideiuſſorias ſumunt cautiones, quod victualia immittent in locum deſtinatum, vt teſtatur quoq; *Reg. Camill.de Curte d. par.1. diu.feud.fol.27.*
17 *num.55.* Cum diſtinctione tamen, vt intrà valeant Magiſtri Portulani recipere validos reſponſales immiſsionis ſequutæ in deſtinato loco intrà Regnũ; Extrà verò de ſolutione iàm facta Regiæ Curiæ dirictuum extractionis, & ſufficit iurare de exonerando in loco licito, vt concordando *Cap. Caroli II. & Honorij* concludit *Goffr. de Gaeta in lectur.ad d.rubr.6. de Iure exit. n.67.* vbi *Piſanus in add. num.14.* & patet ex *Arreſt.149. 715.* alijſq; apud *Reg. de Marin.*

18 Imò Portulanus vnius maritimæ, exequi debet mandatum expeditum

à Magiſtro Portulano Prouinciali, pro extractione mercium à loco ſtatuto, & quantitate certa, nec Magiſter Portulanus expedire poteſt mandatum à duobus locis, ſed ab vno tantùm, ex *Arreſt*.R.C.285. apud *Reg.de Marin*.& *Reg.Cam. inſtructionibus*, vt habetur in quadam atteſtatione *Io: Bapt. Romiti*, in *Actis pro R.Dohana Neap.circà interceptum olei*, *fol*. 47. *vol*.1. *in banca Valente*.

19 Et ideò Officiales Reg. Dohanæ nequeunt facere expeditiones pro rebus iuri tractarum ſubiectis, vt decretum fuit per Reg. Cam. die 6. Maij 1670. referente nunquàm ſatis laudat integerrimo *Dom.Regente D.Ant.de Gaeta*, tunc R.C.Præſid.in Actis apud *Proſperum de Laurentijs Actuar*. & per banna publicatum in *Reg. Pragm*. 47. *de Extraction*.vbi etiam inſeritur aliud bannum Reg.Cam. vt nemo extrahat merces iuri tractæ ſubiectas, nec per infrà, nec per extrà Regnum, neque ad minutum cum licentia Officialium Regiæ Dohanæ, vulgò, *del minutillo*, abſque debitis expeditionibus Regij Magiſtri Portulani Terræ Laboris; ad quem ſpectat inuigilare, an extrahentes ſoluerint ius tractæ, ſumere fideiuſſiones, & producere *Reſponſales* immiſſionis illarum ad loca deſtinata; Quod Bannum tranſcribitur quoque per *Conſil*. *Roccum in addit. ad ſuum tract. de Officijs*, *num*. 10. meminitq; *cit. Piſanus d. loc.num*.15. vbi *num*.16. teſtatur, fuiſſe
20 per R. C. decretum anno 1686. quod Regiæ Dohanæ Officiales non poſſunt expedire ſerica cruda, tanquàm iuri tractæ ſubiecta, licet dicatur, *per impreſtito*, vt laborata redeant Neapolim, niſi præcedentibus expeditionibus Magiſtri Portulani.

21 Altera eſt Portulania, quæ exercetur per terram, & conſiſtit in cuſtodia locorum, & viarum publicarum, nè ſcilicèt à priuatis occupentur, vel earum vſus aliquo modo impediatur, aut deterior reddatur, de quo habemus titulos iuris communis in libris *D. ne quid in loco publ*. & *de via publ*. & in *Pragm*. Regni noſtri titulum item, *Ne quid in loco publ*. vbi fit mentio de Magiſtro Portulano; Vtrumq; verò Officium pertinet ad regalia Regis, cum & littora, portus, & viæ publicæ ſint de regalibus, vt in *tit. quæ ſint regal*. De Officio huius Portulani per terram agunt *Taſſon.de anteſat.verſ*.3.*obſ*.3.*à n*.320. *de Tribunal. Reg. Portulan. Nouar*. & *Rouit.in comm ad cit.Pragm. Montan.de regal. ver.via publica*, *n*.8.*fol*.54. idem *Reg.Rouit.lib*.1.*conſ*.58.*à nu*.3.vbi *Conſil.Altim.in obſeru.à nu*.4. & *Carol.Rota in annot.à num*.1. *& cit. Conſ.de Roſa d. ſect*.5.*à num*.41.*ad ſeqq*.

De Iure Salmarum.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Extractio victualium intrà Regnum, an licita ſit, *n*.1.

Ius Salmarum, quid ſit, & ad quam rationem exigatur, *n*.2.3. *&* 5.

Neapolitani, an ſint immunes à iure Salmarum, *n*.4.

1 ETſi vnicuiq; licitæ ſint victualium extractiones intrà Regnum de portu in portum cum barcis paruis à centum ſalmis infrà capacibus, & ſi ſunt de ruribus proprijs, nihil ſoluitur, ſi ſunt emptitia, ſoluitur ius Dohanæ tantùm, ex *Cap.Caroli II.incip.Item ſtatuimus, quod Prælati, &c.* quod eſt 105.*iuxtà ord.Io: Ant de Nigris*, cuius meminit *Rit*.13. *ſub rub.6.de Iure Exituræ*, & ex *Capitulis Papæ Honorij*, *ſub rubr. de cuſtod. paſſ*. quæ tranſcripſit *Goffred.de Gaeta ſup.d. Rit.n*.62.*Author* noſter hìc *num*.1.*&* 2.*Reg.de Curte p*.1. *diuerſ.feud.cap.incip.redeundo*, *num*.64. *fol*.27. *àt*.

2 Ex inueterato tamen more in Regno, de mercibus, quæ extrahuntur per infrà Regnum, ſoluitur quoddam ius, licet minimum, quod erat ad rationem carolenorum 15. pro ſingulis centum ſalmis, ideòq; *ius ſalmarum* dictum, *Author* noſter hìc *num*.3. *&* 4.

Con-

Conſil.de Roſa in præludſ.feud.lect.5.n.6. in fine, Paſqualin. in comm. ad Pragm. Regni Neap.ſuper rubr. de extract. animal.&c. n. 64.

3 Et quia ſeptem ſalmæ cum dimidio efficiebant vnum currum, illud ius carol. 15. pro quibuslibet centum ſalmis, exigitur ad rationem grani vnius cum dimidio pro qualibet ſalma, ità vt pro quolibet curru, ius ſalmarum ſit ad rationem granorum vndecim, & quarti vnius, & ità practicari, & exigi in Prouincijs Terræ Laboris, Barij, & Capitanatæ,& in portu *Fortoris* (quod eſt ad rationem denariorũ 2. pro quolibet tumulo) teſtatur idem noſter *Author n.5.* inſequiturq; *ibidem*, quod in alijs Prouincijs Terræ Hydrunti, & Baſilicatæ iſtud ius exigitur ad rationem granorum 19.pro ſingulis centum tumulis, & in Prouincijs Aprutij ad rationem carol.2.pro curru, & ex Regeſtis Caroli I. apparet ſolui vncias 25.& ſic duc.150.pro quolibet centenario ſalmarum frumenti, quo verò ad hordeum, fabas, aliaq; legumina exigi pro medietate, præterquam in Prouincia Terræ Barij, vbi currus frumẽti ſunt tumuli 36.& hordei tumuli 48. ideò non plus exigitur de frumento, quàm de hordeo, *ibid.n.8. & 9.*

4 Neapolitani ſunt immunes à iure ſalmarum pro victualibus, quæ ex eorum feudis, ac ruribus perueniunt, illaq; in Ciuitatem Neap. conducunt, prout ordinatum fuit Magiſtro Portulano, vt fideiuſſionem caperet de ferendo Reſpõſale, vt illos fructus Neapolim ducant, ſub pœna duplicati iuris tractæ,ex literis Regię Cameræ expeditis XI. Iulij 1514. *in Reg. literar. partium X.fol.* 141. Soluunt tamen ius ſalmarum, pro frumentis, quæ per mare extrahunt à *Cutrono*, ex literis Reg. Cam. 15. Maij 1520. *in Reg.liter.part. 29.fol.137.* teſte *Præſ. Maſturtio in ſuo Repertorio m.ſ. ver.Ius Salmarum.*

5 Pro hoc iure ſalmarum exigi annuos duc.1300. vel circitèr, ait *Author* noſter hic *in fine*; Sed iuxtà *nouiſſ. Regni Situationem anni* 1669. ex dirictibus iuris ſalmarum, alijsq; per Magiſtros Portulanos percipi conſtat annuos ducat. 3800.

De Iure Tractarum.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Ius tractarum, quandò fuerit introductũ, num.1.& 2.

Et quomodò ſucceſſiuis temporibus auctum, n.3.

Ad quam rationem hodiè exigatur, n.4.

Iura Dobanarum, an debeantur pro extractione victualium,quæ iuri tractarum ſunt ſubiecta, n.5.

1 Habet etiam Rex noſter Inuictiſſimus ius tractarum, quod exigitur de rebus, & victualibus, quæ extrahuntur per extrà Regnum, fuitquè introductum circà annum 1284. à Rege Carolo I. vt ex *Rit.Reg.Cam.ſub rubric.de Iur.exitur.§.Item ius victualium extrà Regnum*, ſiuè *Rit.9.* iuxtà nouiſſ. editionem, vbi *Goffred.de Gaeta n. 64. Author* noſter hic *n.1.& 2. Reg.de Curte par.1.diuerſ.feud.cap.incip. redeundo, num.59.fol.27.àt.Reg.Capyc.Latro conſult.67.nu.1. par.1.* & feuda poſſe conſtitui ſuper tractis docet *Reg. de Curte ibid.num.52.* & ob maximas donationes,

2 quas prædictus Rex faciebat, impoſuit tarenum vnum pro ſalma, dùm erant caroleni 15. pro curru, vt in *d. Rit.§.hic Rex liberaliſſimus*, ſiuè *Rit.12.* vbi etiam dicitur, quod peccatum fuit eius, qui primò inuenit, & qui procurat dictam impoſitionem augere, ad quod vidiſſe notabilem R. Cam. Conſultationem factam Regi Ferdinando I.teſtatur *Author* hìc *nu.5.* cuius etiam meminit *Præſ.Petrus Maſturtius in notis ad Rit. prædictum lit. A.*

3 Quod ius poſteà fuit auctum, ſcilicèt anno 1454.ad ducatos quatuor pro curru, vt fuit obſeruatum vſq; ad tempus Ill. *D.Petri de Toledo*, tunc Proregis, qui ſuperimpoſuit alios duc. duos

pro

pro quolibet curru; Et anno 1558. per Ill. *D. Ioannem Manriquez* Proregem, ad alios duc. ſex; & ſic in totum erant duc. decem pro quolibet curru frumẽti, medietas verò pro hordeo; Imò verò 1559. alium modum in extractionibus prędictis concedendis adhibuit; nam commiſit Regię Cameræ, vt ſe informaret, ad quam rationem frumentum vendebatur in partibus extrà Regnũm, pro quibus extractiones petebantur, & quo pretio mercatores frumentum emebant in locis onerationis, ſiuè *Caricatorijs* Regni, à quibus extrahebatur, ac habita ratione de vno pretio ad aliud, ius tractæ taxaretur; ità quod ſi in Caricatorio Regni emebatur frumentum ad rationem duc. decem pro quolibet curru, & Venetijs vendebatur triginta; tractæ ius in duc. 15. taxabatur (& quinque relaxabantur mercatori) Demùm per alios Proreges fuit auctum vſq; ad duc. 35. pro quolibet curru, vt exponit noſter *Author* hìc *à n. 6. ad* 13. ac per eadem ferè verba tradit *Præſ. Mutius Surg. in annotat. ad fratr. de Neap. illuſtr pag* 425. *&* 426.

4 Et hodiè ſoluitur ad rationem carolenorum trium pro quolibet tumulo, & ſic ad rationem duc. ſexaginta, & plus pro centenario. Quod Ius tractæ poſſe calculari quolibet anno in duc. 40345. teſtatur *Author* hìc *in fine*; Iuxtà tamen *nouiſſimam Regni ſituationem de anno* 1669. dirictus tractarum frumenti, & hordei per extrà æſtimari ſolent in annuis duc. 136576.

5 Non modica autem inſurrexit controuerſia anno 1670. inter negotiatores extrahentes frumentum, aliaq; victualia per extrà Regnum, cum Gubernatoribus Regiarum Dohanarũ Apuliæ, prætendentibus dirictus, nempè grana decem, & octo pro vncia pro Iure Dohanæ; alia gran. 6. pro iure nouæ gabellæ, & inſupèr ius noui impoſiti anno 1625. quod hodiè ad medietatem redactum, ideòq; ad rationem ducat. 2. cum dimidio pro centenario exigitur; Et ſic pro Dohanis dicebatur ſempèr fuiſſe in quaſi poſſeſſione exigendi dirictus à frumentis, & victualibus extractis per extrà Regnum, & hoc fuiſſe expreſsè ordinatum anno 1660. per S. C. M. vt ex dictis extractionibus ſoluerentur dirictus ad dictas Dohanas ſpectantes, etiam ſi illæ concederentur cum immunitate; Cumq; anno 1665. introducta fuiſſet noua forma concedendi extractiones prædictis negotiatoribus, ſicuti eſt immunis Regia Curia etiam à iure ſalmarum, verùm cum obligatione reſpectu dirictuum Dohanarum pro illis ſoluendis, vel Gubernatoribus Dohanarũ, caſu, quo illis deberentur, vel Regiæ Curię, ſi Dohanis non deberentur; Vnde ex hoc expreſsè apparere, non fuiſſe illis conceſſam immunitatem, reſpectu dirictuũ Dohanarum, pro quibus iuſſit Excell. Prorex fieri prædictam obligationem, dicebatur; Verùm oppoſuerunt negotiatores, penitùs eſſe moleſtandos pro dictis extractionibus, allegando, extractiones conceſſas cum dictis immunitatibus, ſine quibus non contraxiſſent, vel viliori pretio emiſſent, & quod etiam circumſcripta immunitatis expreſſa conuentione, dirictus Dohanarum, non debentur pro extractionibus frumenti, ac victualium, ſiquidem, cum de illis ſoluitur ius tractæ, quod eſt maius iure Dohanarum, non poterat deberi aliud Ius, idq; ex authoritate *Andr. in Conſtit. Regni Magiſtros noſtros fundicarios*, vbi *Aſſlict.* & *Balzaran. n.* 9. ac etiam *Authoris* noſtri §. 6. *tit. de Iure Exituræ, num.* 5. volentium, quod merces, pro quibus ſoluitur Ius exituræ, non ſoluant Ius Dohanę, ſed benè alios dirictus; Acta ſunt in Reg. Cam. penès *Proſperum de Laurentijs Act.* Et confert *allegatio Præſ. Iacobi Salutij* per *Nos* tranſcripta *in annot. ad* §. 6. *de Iure Dohan. quæſt. 2. par. 1. à n.* 23.

De

De Iure Saponis.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

IVs Saponis, quando impoſitum ſit, n.1.
An veniat ſub Arrendamento Olei, num. 2.

INter alias ſubditorum artes, ac opes, quibus Ærarium augetur, & conſeruatur, Saponem enumerat *Maximilian.Fauſt.in Conſil.pro Ærar. claſſ. 16.ord.1206.*

1 Vnde etiam adeſt aliud ius ſupèr ſapone, quod extrahitur per extrà Regnum, impoſitum tempore *Ill. Card. Pacecchi* anno 1554.qui poſtquàm impoſuiſſet carolenum vnum pro quolibet ſextario olei, quod extrahitur à Regno, voluit etiam,quod exigeretur à ſapone pro ea rata olei, quæ intrat in conficiendo ſapone, quod fuit arbitratum ad rationem ſextariorum trium cum dimidio pro quolibet centenario in Prouincijs Barij,& ſextar.4. in Prouincijs Hydrunti; ideòq; ad rationem caroleni vnius pro ſextario; Quod
2 ius non venire ſub arrendamēto Olei, ſed exigi à Magiſtris Portulanis inquit *Author* noſter hìc *n.1.* Quanti verò valeat hoc ius Regiæ Curiæ (licet *Reg.* noſter *num.2.* dicat poſſe calculari in ann.duc.600.) dicemus *infrà in annot. ad §.20.tit.de Iure Olei.*

De Tracta Vini.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

VIni nouum impoſitum ſupèr illius extractione, quando introductum, & quomodò exigatur, n.1.& 2.
Extractio vini, quo pacto fieri debeat, nu. 3.& 4.
Extrahens vinum, pluſquàm ei ex licentia permiſſum eſt, an totum incidat in commiſſum, n.5.

1 NOuum impoſitum ſupèr vino, quod extrà Regnum extrahitur, aliquotiès indictum,exactumq; eſt à Regia Curia tempore Ser. Regum Domus Aragoniæ, ac Regis Catholici; & ſemèl tempore Cęſ. Maieſtatis, pro neceſſitatibus Curiæ, licet non multum durauerit, cum fuerit poſteà ſublatum.

2 Sed anno 1555. *Ill. D.Bernardinus à Mendotia*, tunc Regni Pro-Rex impoſuit carolenos ſeptem pro quolibet dolio, ſeù vegete vini latini, & pro vegete vini gręci, vel *mangiaguerra* carol. 12. Et anno 1567. *Ill.Dux de Alcalà* ſuperindixit alios carol. 3. pro qualibet vegete, ità vt pro latinis ſoluerentur carol.10.& pro græcis, carol. 15. vltrà directus antiquos, & ordinarios, qui ſoluuntur pro vino in Regia Dohana,*Author* noſter hìc *n.1.*vbi *n.3.* ait, quod cum anno 1559. fuiſſet facta clauſura in extractionibus Vini, non ſolent illæ fieri, niſi cum licentia Proregis, qui eas ſolet gratis concedere perſonis benemeritis.

Pro his tractis Vini extrà Regnum Regia Curia percipit annuos ducatos 14010.vel circitèr, ſecundùm *nouam Situationem Regni de anno 1669.f.459.*

3 Extractio autem Vini, ne ſit fraudulenta, debet notari de partita in partitam, Prouiſionibus extractionum expeditis per Reg.Cam.cum die,partita, & naui, ſeù *barca*, cum mentione de alijs partitis,& ità ſeruare debere Magiſtros Portulanos determinauit Reg. Cam. vt in *Arreſt.307.*

4 Inſupèr non debet fieri abſque licētia,& debitis expeditionibus obtentis, ſecùs proceditur ad venditionem vini, & nauis, ſeù *Tartana*, pretiumq; incorporatur ad beneficium Reg.Curiæ, & Partitarij, vt decisum fuit per Reg. Cam.ſub die 4. Iunij 1658. referente *Dom. Reg. de Marinis*, tunc R. Cam. Præſid.vt in *Arreſt.701.* de cuius deciſionis iuſtitia videndus idem *Regens de Marin.in obſeru.ad Reg.Reuer. dec.552. & in calce dicti Arreſt.* vbi diſtinguit duos caſus: Primò, quando inuenta eſt na-

nauis mercibus onerata, nullis obtentis expeditionibus, & tunc tàm onus, quàm nauis incidunt in commiſſum, ex *Cap. Regni, incip. Vt illorum fraudibus*: Secundò, quando conſtat de licentia extrahendi tot, ſed maior quantitas ſupèr naui eſt onerata, tūc ex *eod. Cap.* nauis, & merces ſunt ſequeſtrandæ, ad videndum, ſi fraus interuenerit.

5 Sed quæſtio eſt, ſi quis licentiam habet extrahendi centum dolia vini, & extraheret centum, & decem, an cadat totum in cōmiſſum, an verò in illo exceſſu tantùm, & quia res non eſt ſimpliciter extrahi prohibita, tunc exceſſus tantùm cadit in commiſſum, vt deciſum refert *Præſ. R. Cam. Ganauerr. deciſ. 25.* ſecùs autem, quando extrahitur res omninò extrahi prohibita, prout eſt pecunia, argentum, &c. ex *Pragm. de Extraction. Iul. Capon. diſcept. for. 313. cap. 3. n. 1. to. 4.*

De Iure Sulphuris.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

SVlphuris vſus an ſit vtilis; & quot eius genera, n. 1. & 2.

Ius ſulphuris, ad quam rationem exigi introductum, n. 3.

Et an extrahi poſſit à Regno, n. 4.

1 SVlphuris vſum nemo ignorat in re æconomica, & magis in militari ad puluerem pyrium conficiendum, vulgò, *Sulphur viuum*, *Agricol. de re metall. lib. 3. cap. 24.* vbi genera, ſpecies, & vires, *Fauſt. in Conſ. pro Ærar. claſſ. 16. ord. 1118.* In Vrbe autem Puteolis adeſt Forum *Vulcani*, campus incluſus ſupercilijs ignitis, & inter dēſos igneos vapores ſulphuris congeries erumpit, & *Syluius Italic. lib. 17.*

——*Illic quos ſulphure pingues Phlegræi legère ſinus*——

De quo Sulphureo loco latè agit *Iul. Cæſar Capac. hiſtor. Neap. lib. 2. cap. 24. Ouid. 1. de arte.*

Quid referam Baias, prætextaquè littora velis;

Et quæ de calido ſulphure ſumat aquā.

Et idem *15. met. Virgil. 3. Georg. 2. & 7. Æneid.*

Cuius Sulphurariæ in Ageo Neap. meminit *Plin. lib. 35. cap. 15. Dioſcorides*

2 duo eius enumerat genera, natiuum, ſiuè foſſile vnum, alterum factitium, quod inter ſpiritus minerales eſt, ac pater metallorum, ſexcenta autem ſunt teſtimonia, quæ in ſulphure omnē ſtatuunt perfectionem, licet non de vulgari noſtrate, ſed de Philoſophico intelligenda eſſe velit *Chriſtoph. Beſold. in diſſert. at. de bombardis fol. 2.*

3 Aliud regale ius exigitur à Magiſtris Portulanis ſuper extractione Sulphuris, quod fuit impoſitum ad rationem carolenorum trium pro quolibet cantario ab anno 1569. *Author* noſter hìc, *Scipio Mazzella in deſcript. Regni*

4 *Neap. lib. 2. fol. 339.* Nec poteſt à Regno extrahi, abſque licentia Proregis, vt in *Pragm. 15. 17. & 47. de Extract.*

De Iure Cannabis.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

CAnnabis vſus in Republica vtilis, n. 1. Ius Cannabis, quando introductum, & quomodò ſoluatur, n. 2. et 3.

Gabella ſupèr Cannabe, quæ ſoluitur in Regia Dobana, olim erat membrum officij Magni Admiratus, n. 4. et 5.

Et an debeatur pro Cannabe ad vſum triremium, n. 6.

1 CAnnabis vſus in Republica non negligendus erit, quippè ex cuius tela fiant vela ad naues mercatorias, & militares, ad ſaccos, ſacculos, funes, retia, & alia, *Garzon. in Platea vniuerſ. cap. 53. Hieron. Roman. lib. 9. cap. 11. Fauſt. pro Ærar. claſſ. 16. ord. 1092. & ord. 1147.*

2 Anno 1546. *Ill. D. Petrus de Toleto* proſpiciens, magnam Cannabis quā-

tita-

titatem extrahi ab hoc Regno, quæ ibat in partes Turcarum,& ſic pro ſeruitio hoſticæ claſſis, prohibuit fieri extractionem abſq; eius licentia; Et poſteà anno 1560. in menſe Februarij mandatum fuit, vt pro quolibet *cantario* (vt aiunt) cannabis, quod extraheretur, ſoluerentur ducati ſex pro nouo impoſito; ſed quia ob tàm grauem impoſitionem, nulla extractio fiebat, fuit moderata in carol. 15. *Author* hìc *nu.* 1. *& 2.Scipio Mazzella in deſcript. Regni Neap.lib.2.fol.*340.

3 Idq; habetur in Conſultatione Regiæ Cameræ expedita die 12. Septembris 1571. *in Reg. Conſult. Curiæ 4.fol.* 36. vbi etiam dicitur, hoc intelligi de cannabe filo contexenda,vel torta,quæ extrahebatur extrà Ciuitatem. Et de torta, quam nauicularij pro vſu nauium in portu exiſtentium emiſſent, nihil ſolui, ex ipſius Regiæ Cameræ ordinibus.

4 Soluitur hodiè in Regia Dohana Neap.gabella pro cannabe, licet anti-
5 quitùs fuerit Magni Regni Admirati, vti membrum dicti officij,vt in *Cap.3 t. de offic.* apud *Reg.Tap.lib.2. Iur. Regni, rubr.31.fol.393.* fueritq; deinde per Seren. Regem Federicum ſeparata, & conceſſa *Antonio Griſono*, eius vita durante, vt ex literis expeditis die 4. Octobris 1497. *in Reg. liter.7.fol.26.*

6 Non tamen ſoluuntur dirictus Dohanæ pro cannabe ad ſeruitium Regiarum triremium, vt in *Arreſt.* 352. apud *Reg. de Marin.* Neque ſoluitur dictum nouum impoſitum pro cannabe ad ſeruitium triremium Sacræ Religionis Hieroſolymitanæ,vt in *Arreſt.* 223. quæ etiam eſt immunis pro vſu à iure ſalnitri, ſulphuris, tractæ, &c.

De Iure extractionis infidelium redemptorum.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

IVs extractionis infidelium redemptorum, quare in hoc Regno indictum, num. 1. & 2.

Infideles redempti, vel liberi, an poſſint à Regno diſcedere, abſque licentia, n.3.

1 TEmpore eiuſdem Proregis D.Petri de Toleto anno 1564. cum in Regno Siciliæ adeſſet impoſitio supèr Turcis, & Infidelibus, qui ſunt redempti, & de Regno exeunt; propter illam aufugiebant ab eo Regno in iſtud; ideò ſimilis indicta fuit impoſi-
2 tio in hoc Regno, ſcilicèt, ſi pretium redemptionis eſſet à ducat. 200. infrà, ſoluerent duc. 8. ſi vltrà, vſq; ad duc. 500. ſoluerent duc. 10. & à duc.500. vſque ad mille, ſoluerent duc. 15. vt memorant *Author* noſter hic, *Scipio Mazzella in deſcript. Regni Neap. lib. 2.fol.*340.

3 Infideles autem redempti, aut aliàs liberi, à Regno diſcedere nequeunt, abſq; Proregis licentia, ex *Pragm.* 1. *& ſeq.de Seruis manumiſſis;* Neq; mancipia à Regno extrahi poſſunt, ex *Pragm.3.de Extract.*

De Iure Salnitri.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

IVs Salnitri, ad quam rationem exigatur, & quando impoſitum, n.1. & 2.

Ius prohibendi venditionis pulueris, ac ſalnitri, quomodò ſit in Regno, n.3.

Et an procedat quoque in ditione Baronum, n.4.

Salnitrum, vnde dicatur, & quomodò conficiatur, num.5.

Armorum varia genera, eorumq; erumnæ, n.6.7.& 11.

Bombardarum inuentor, quis fuit, num.8.

Earumq; vſus frequens, n.9.& 10.

1 EſT quoque aliud ius ducati vnius pro cantario Salnitri, quod extrahitur, *Author* noſter hîc, *Scipio Mazzella in deſcript. Regni Neap. lib.2.fol. 340.* quod ordinatum fuit tempore Regis Ferdinandi I. vt memoratur in decreto Reg. Cam. in quo mandatur, S.Relig. Hieroſolym. poſſe extrahere centum *cantaria* ſalnitri, abſque iure tractæ, ſub die 24. Iulij 1519. in *notam.Cam.fol.* 22.

2 Neque extrahi poteſt, abſque ſpeciali S.M.ſiuè Proregis licẽtia, ex *Reg. Pragm.*15. *&* 17. *de extract.* cum multùm interſit ſtatus, ac ſeruitij publici, pro puluere militarium tormentorum, ac ob ſuſpicionem, ne ad infideles, vel hoſtes exportetur.

3 Et hodiè adeſt etiam ius prohibendi venditionis pulueris, vulgò dictæ, *pardiglia*, huius Ciuitatis Neapolis, & Caſalium, ac Prouinciarum Terræ Laboris, & Principatus Citerioris, quod æſtimatur in annuis duc.7645. vel circitèr, Nemo enim poteſt conficere, vel vendere puluerem, vel ſalnitrum, in Regno, niſi Conductores, ſeù Partitatij Regiæ Curiæ, vt ex *Reg.Pragm.1.de probibita confect.empt.& vendition.Salnitri, & pulueris, Pragm. 1. de confect. ſalnitri, & pulueris*, & *Pragm.*43. *de Extract.*

4 Proùt reſponſum fuit, Ser. Ducem Mantuæ potuiſſe facere edictum omnibus prohibens, ne ſalnitrum colligerent, ne quidem in proprijs domibus, vt conficeretur puluis ex omni ſalnitro ad vſum tormentorum arcis Caſalis, quia dùm infeudauit multa Caſtra, & Terras cenſetur ſibi reſeruaſſe Regalia Principi reſeruata, vt fundat *Surd. conſ.* 210. *vol.* 2. quem ſequitur *Alex.Raud.deciſ.Piſan.*18.*in fin.*

5 Dicitur autem *Nitrum*, à Nitria, Ægypti regione, in qua copioſiſſimè prouenit, nonnulliq; exiſtimant eſſe ſalis genus; ſicut enim ſalem in littore maris feruor conficit ſolis, durando in petram aquas marinas, ità in nitrarijs, vbi æſtate pluuiæ prolixiores telluri infunduntur, ardor nimias aquas excoquit in petram ſali ſimillimam, ſed nihil ſalſi ſaporis habentem, addunt ex loco fętido, & ſterquilinijs eum extrahi debere: Quod concordat cum noſtro ſalnitro, quod à Germanis ſal petræ dicitur, vulgò, *Salpeter*; conficitur etenim id ex hominum vrina, aliorumquè animalium, ouium præſertim, latetq; in ſterquilinijs, ſtabulisq; vetuſtis, exinde ſi deprompte terræ affundatur aqua, lixiuium dat, quod poſteà decoquitur, & in ſalem petræ conuertitur; Inde cum carbonibus igne ſuffocatiuo redigitur, & carbones in pulueres. Vnde *Theophilus Bonetus in ſua Medicina Septentrionali Collatitia to.2. par.4. ſect.5.cap.7o.*nitrum contemplatur, vt ſalem infinitis particulis flabelliferis prægnantem, aut vt ſalinorum laterum follem clauſum, diſtentumq; qui motu ignis reciprocante luculentèr apertus quaqua verſum ſpargit flatus ſuos, & magno impetu obſtantia elidit.

6 Et ab vna hac cauſa, nempè pyrio puluere incenſo, variarum machinarum formæ ſuos adipiſcuntur effectus, dùm non eſt ſal, in quo plus myſteriorum, quàm in nitro reconderit natura, ipſo ortu mirabile eſt, *Angel. Sala in Synopſ.aphoriſm.chymiatricor.ſect.1. nu.*
7 39. Hinc aliæ vocantur *Colubrinæ*, vel *Serpentinæ*, ob longitudinem, *Mortaria* magni hiatus, & amplirudinis, quibus globi ſaxei, plerumq; iaciuntur in altum, vt quæcumq; attigerint, deſcẽdendo lædant, *Vinc.Camerar. 3.medit. cap.*82.*fol.* 238. Sunt *Raketti*, *Sclopli*, *Scorpiones*, *Spingardæ*, ignes volantes, *Dracones*, & his ſimiles, de quibus *Camerar.cent.2.medit.cap.* 28. alijquè rei militaris Scriptores.

8 Sunt prætereà bombardæ (à bombo, ideſt ſonitu dictę) varij generis, quarum inuentorem fuiſſe *Berchtoldum Nigrum*, *Monachum Franciſcanum*,

Ger-

Germanum, ſub imperium *Vuenceſſai* anno Domini 1380. *Sabellic.lib.9. Ennead.cap.9.* poſt alios *Chriſtoph. Beſold. in diſſert. 2. de bombardis*, *Klocb. de Ærario lib.1. cap.19. num.28.* vbi *Chriſtoph.Pellerus in add.num.22. & 23.* Et in inuentorem tale eſt *Epigramma* apud *Georg.Scomborn.Politic.lib.6.c.9.*

Cum parat humano generi Chimiſta medelam,
Sulphura Mulciberis dum ſale miſta coquit.
Mulciber oſtendit mortalibus acre venenum,
Quo nullum letho corpora plura dedit.
Quæ latuere alios, Munſterus nomina ponit
Bertholdumq; *vocat nomine, requè* Nigrum.

9 Longo ſanè tempore bombardarum vſus in oppugnandis tantùm, defendisq; munitionibus frequens fuit; & nec rotarum volubilitate primitùs mouebantur, ſed trabibus infixæ immobiles ferè erant, quales adhuc in aliquibus arcibus Imperij Turcici videre eſt, *Petr. Bellon.obſeruat.lib.2. cap.4. cit. Beſoldus diſſertat. de bombardis, fol.10.* earumq; vſus ad Turcas magno Chriſtianorum damno translatus, *God. Steuechius in comm. ad Veget. de re milit. lib.4.cap.8.*

10 Exinde iam vſu venit, vt in violentia bombardarum, ſclopetorum, &c. omnis ferè peditum vis, omnis equeſtris ſplendor, omnis deniq; bellica virtus indecorè conſiſtat,iaceat,obtorpeat, *Polyd. Virgil.lib.2.de inuentor.rer. cap.11. Beſold.de bombard. d.loc.fol.13.* & pulchrè tormentorum igneorum ærumnas,ex Regijs noſtri Regni *ſanctionibus* aſportari prohibitorum attingit *Conſil Pratus pract.obſeru.61.*

11 Vnde haud adduci ſe poſſe ait *idem Virgil.lib.3. cap.18.* vt humanum ingenium inueniſſe hæc credat, ſed potiùs quendam Dæmonem mortalibus monſtraſſe putat; & elegantiſſimè hac de re Italorum Poetarum maximus *Ludouicus Arioſtus in ſuo Orlando Furioſo, cant.9.oct.89.*

O' maledetto, ò abominoſo ordigno,
Che fabricato nel tartareo fondo,
Foſti per man di Belzebù maligno,
Che ruinar per te diſegnò il mondo.
Et idem *cant.11.oct.21.*
Come trouaſti, ò ſcelerata, e brutta
Inuention, mai loco in vman core?
Per te la militar gloria è distrutta;
Per te il meſtier de l'arme è ſenza onore;
Per te è il valore, e la virtù ridutta,
Che ſpeſſo par del buono il rio migliore;
Non più la gagliardia, non più l'ardire,
Per te può in campo al paragon venire.

De Prouentibus Magiſtri Portulani.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Prouentus Magiſtri Portulani ob literas reſponſales, & alia qui ſint, à num.1. ad 3.

Et quid nupèr in Regia Iuncta Commercij ordinatum ſit, n.4.

Emolumentorum pandecta in officio Magiſtri Portulani inſeritur,n.5.

Pandecta diriũuum ſpectantium ad officium Regij Cuſtodis Portus Neapolis, qualiter formata, n.6.

Portus Inſulæ Neſidis, an ſit in iuriſdictione vtilis Domini dictæ Inſulæ, an verò R.Cuſtodis Portus Neap. à num. 7. ad 9.

1 NOnnullos prouentus in officio Magiſtri Portulani adeſſe, qui fiunt ob literas, quas *Reſponſales* vocant, non productas,ob bona excadentialia mortuorum, & aliqua naufragia, tradit *Author* noſter hic.

2 Inſupèr annotandum eſt, quod Portulani, alijq; Officiales exigentes morticia, & excadentias, vltrà meros prouentus, & obuentiones, exigere non debent, niſi redditus, & mercedes obuenientes ab illis,quibus procuranda committunt, ſecundùm quod communitèr ipſi reditus quolibet anno va-

lent, aliàs tenentur reſtituere partibus, quod vltra ceperint, vt in *Cap. Regni 69. incip. Item, quod ab illis*, *Io: Dom. Niger in comm. ad Cap. Regni ſup. rubr. de Portul. & extract. Victual. n. 16.*

3 Emolumenta verò Magiſtri Portulani fuerunt per Reg. Cam. declarata, anno 1591. videlicèt, pro expeditione vnius mandati extractionis, caroleni duo, & pro illis mandatis, in quibus non adeſt fideiuſſio, carol. vnus, & pro quolibet Reſponſali immiſſionis, carol. quatuor, pro qualibet fide Regior. Locumtenentium pro rebus extrahendis, carol. vnus, nihil autem exigi pro literis exequutorialibus, vt in *Arreſt.* 485. apud *Reg. de Marin.*

4 Nupèr in Regia Iuncta Commercij, erectę vigore *diplomatis Sac. Cath. Maieſt. 7. Iunij* 1690. Fiſci partes agente in ea integerrimo R. Conſiliario *Dom. Franciſco de Andrea*, diſertiſſimo Fiſci Patrono Regalis Patrimonij, fuerunt taxati diricṫus exigendi à Regio Secreto, & Magiſtro Portulano Prou. Calabriæ Citerioris, eiuſq; ſubſtituto, iuxtà decretum Reg. Cam. latum die 23. Iunij 1671. ideſt pro expeditione cuiuslibet mandati extractionis, caroleni duo, ſi verò in ijs non detur fideiuſſio, carol. vnus, pro mandato *de Meſa*, quod datur nauicularijs, carol. quatuor, pro fideiuſſione ipſius periculo capienda, carol duo, & pro eius cācellatione, incluſa præſentatione reſponſalis immiſſionis, grana quindecim, pro præſentatione procurationis ad extrahendum, grana decem; ac pro præſentatione, & obſeruantia cuiuslibet prouiſionis ad extrahendum, carol. duo; apud *Io: Baptiſt. Romitum Act.*

5 Fuit quoque formata inde Pandecta diricṫuum, ſequentis tenoris;

PAndetta degli Emolumenti, che s'hanno da eſigere dalli Regij Portulani delle Città d'Otranto, Brindiſi, e Gallipoli, e dal Luogotenente del Regio Secreto, e Maſtro Portolano delle Prouincie d'Otranto, e Baſilicata, Reſidente nella Città di Lecce, fatta dalla Regia Giunta del Cōmercio in eſecutione d'ordine di S.E. conforme al decreto lato dalla Regia Camera della Summaria nel dì 23. di Giugno dell'anno 1671. ſono cioè,

1. In primis, per la ſpeditione di ciaſcheduno Mandato d'eſtrattione di qualſiuoglia quantità, e qualità di vittouaglie, oglio, & altre robbe, e Mercanzie, per le quali s'hà da dare pleggiaria, ſi eſiggono ſolamente da ciaſcheduno Mercante, e Negoziante, carlini due —————— doc. 0. 1. 0.
2. Per la ſpeditione di ciaſcheduno Mandato d'eſtrattione di qualunque quantità, e qualità di vittouaglie, oglio, & altre robbe, e mercāzie, per le quali nō ſi dà pleggiaria, ſi eſigge ſolamente da qualſiuoglia Mercante, e Negoziante, vn carlino. d. 0. 0. 10.
3. Per l'aſsiſtenza nell'eſtrattione delle vittouaglie, carlini cinque il giorno, intendendoſi dal ſpuntar del Sole ſino al tramontar di quello, e detta aſsiſtenza s'haue da pagare dal Mercante padrone della mercanzia —————— doc. 0. 2. 10.
4. Per ogni fede d'Immiſsione, quando però lo Mercante, e Negoziante la domandano, carlini quattro —————— doc. 0. 2. 0.
5. Per ogni mandato di Meſa, che ſi dà à Capitani, & à Padroni de Naui, Vaſcelli, Nauilij, Marſiliane, Pcote, Tartane, Barche, Linti, Felluche, & altre Imbarcationi maritime, che approdano nelli Porti di dette Città; quando però detti Capitani, e Padroni la domandaſſero, carlini quattro, incluſa l'aſsiſtenza nell'imbarco di tutte le robbe per ſeruitio di detta Meſa —————— doc. 0. 2. 0.
6. Per ogni pleggeria, che pigliano à loro riſico, e pericolo, carlini due per lo deritto della ſtipula di quella —————— doc. 0. 1. 0.
7. Per la caſſatione della pleggeria, prodotto lo reſponſale dell'Immiſsione grana quindeci, incluſa in eſsi la preſentata del reſponſale —————— doc. 0. 0. 15.
8. Per la preſentata d'ogni procura ad extrahendum, grana diece —————— doc. 0. 0. 10.
9. Per la preſentata, & oſſeruanza d'ogni Prouiſione ad extrahendum, carl. due -- doc. 0. 1. 0.

LA preſente Pandetta s'oſſerui ſeruata la forma de' Bandi generali publicati d'ordine di S. E. e di queſta Regia Giunta, ſotto le pene ne' ſodetti Bandi preſcritte. Datum Neapoli ex dicta Regia Iuncta, die primo menſis Decembris 1691.

Gaeta Reg. *Cotes Reg.* *Capycius Sconditus.* *N. Planelli.* *F. de A. Fiſcus.*

Pan-

PAndetta degli emolumenti, che ſi hanno da eſiggere dal Regio Viceſecreto, e Credenziero del Fundaco di Ferri della Città dell'Amantea, fatta dalla Regia Giunta del Commercio,in eſecutione d'ordine di S.E.conforme all'Iſtruttioni della Regia Camera della Summaria, e ſono cioè,

1. Per ogni preſentata di poliſa, grana dieci, cioè grana cinque ad eſſo Viceſecreto, & altre grana cinque al detto Regio Credenziero———doc. o. o. 10.
2. Per ogni ſpedizione,che fanno à beneficio de Negozianti,ò vero delli Conduttori delle Robbe, e Mercanzie,così per infra,come per extra Regno,grana dieci,cioè grana cinque per ciaſcheduno———doc. o. o. 10.
3. Per ogni Contrapoliſa, ſeù fede d'Immiſsione vn carlino, cioè grana cinque per ciaſcheduno———doc. o. o. 10.
4. Per l'aſsiſtenza nel caricamento,ò ſcarricamento delle Robbe,e Mercanzie, che ſi fanno nel luogo della loro Reſidenza,non poſſono eſiggere coſa alcuna, ma denono aſsiſtere gratis per Ragione del loro vfficio,ſpettandoli ſolamente per detta aſsiſtenza carlini cinque il giorno per ciaſcheduno, quando però aſsiſtono fuori del luogo della loro Reſidenza, con che detta aſsiſtenza s'intenda in ciaſcheduna giornata dal ſpuntare del Sole, ſino al tramontare di quello.

Gaeta Reg. Cotes Reg. Capycius Sconditus. N. Planelli. F. de A. Fiſcus.

6 NOtandum quoque eſt, quod præuio S.Cath.M.ordine directo R. Cameræ, fuit formata Pandecta dirictuum, ſpectantium ad officium Regij Cuſtodis Portus Neapolis (quod ferè per centum annos poſſidetur per *Dominos de Sylua*) ab omnibus lignis maritimis, quæ ad Portum Neapolis, ac Portum Neſidis appellunt.

7 Et licet per *Dom. Antonium Petrone*, celebri vndiq; memoria dignisſimum, ac *D. Violantem Aſtuto* coniuges, ac poſſeſſores dictæ Inſulæ Neſidis prætendatur, exigere ius anchoragij in dicto Portu Neſidis,ex inſtrumentis venditionum, conceſsionibusq; *cum anchoragijs, portubus, &c.* Fuit enim hæc Inſula in Amalphitanorum Ducum dominio, & ab Alphonſo Piccolomineo primo loco ducat. 3500. empta; à Piccolomineis ad Squyllacenſiũ Principem, à quo ad Neapolitanam Ciuitatem anno 1593. inde ad Conchanorum Principem pro duc. 15000. iterũq; ad Neap. Ciuitatem; Et mox per creditores Io: Vincentij Macedonij ſub haſta vendita in S.C.Reg.Cam.Præſid. Io: Dominico Aſtuto, & in appretio deſcriptum fuit ius anchoragij.

8 Attamen per dictos *de Sylua*, opponitur,quod cum ipſis à S.C.Maieſt cõceſſum ſit officiũ Regij Cuſtodis Portus huius fideliſſ. Ciuitatis Neap. cum omnibus emolumentis, ac iuribus, vtiquè Portus Neſidis comprehenditur in Portu Neapolitano, dùm Inſula Neſidis eſt in diſtrictu Ciuitatis Neap. vt patet expreſsè in *Pragm. 27. §. 1. de extraction.* ibi: *Che ogni padrone di Naue, Nautilio, Carauella, & ogn'altro Vaſcello, e barca, che verrà nel Porto, mare, e marine di queſta fedeliſſ. Città, & in particolare in Niſita, ſe porterà robbe ſoggette à i diritti di detta Regia Dogana;* Et in *Pragm. 8. de Vectigal.* loquendo *de Scala francha*, ibi, *Concedere vniuerſaliſſimo Porto, e Scala franca à tutte, e qualſiuoglino Vaſcelli di Confederati, e non prohibiti da S. Maeſtà, che con robbe, e mercanzie applicarãno al Porto di queſta fedeliſſima Città di Napoli, Iſola, e Porto di Niſita, diſtretto dell'iſteſſa Città.* Et ſic publicata fuerunt banna anno 1640. & 1679.

9 Neq; dictæ clauſulæ ſolitæ in priuilegijs apponi, communicant hoc ius Regale, aut titulum penès Barones, ſed tantùm ſi quæ conceſſionis tempore erant acquiſita iuſto titulo, aut legitima præſcriptione, ex *Pragm. 16. de Baron.* & Principe aliquid danre, aut cõfirmante, intelligendum eſt, ſaluo iure alterius, dùm non præſumitur derogare iuri tertij, *vulg. iuribus*; Eòq; potiùs, cum hoc ius anchoragij ſit diſtinctum ab alijs dirictibus, qui in portu exigũtur, & priùs exigebatur à Regia Dohana, vſque ad annum 1633. quo emana-

nauit *Reg. Pragmat.8. de Vectigal.* pro Scala franca, vt *in §.6.* & diximus ad *§.6. de Iure Doban. membr.3.n.23.*

AD QVÆST. I.

Quando Rex concedit alicui Baroni Ius Portulaniæ, an intelligatur conceſſa facultas cognoſcendi de extractionibus, quæ fiunt in fraudem, & ſine licentia, & ad eum ſpectent prouentus.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Regalia, an veniant ſub conceſſione Caſtri, cum iuriſdictione, & imperio, n.1. & 2. & quid ex clauſula generali, cum omnibus iuribus ſpectantibus, & pertinentibus, *n.3. & 4.*

Portulania maris cum iure exituræ, ſeù tractæ, an in generali conceſſione comprehendatur, à n.5. ad 8.

Immunitas generaliter conceſſa, an includat ius exituræ, n.9.

Portulania per terram, an ſub generali conceſſione iuriſdictionis, vel baiulationis veniat, n.10. & 11.

Ius concedendi licentiam extrahendi merces illicitas, vel percipiendi pœnas extrahentium, an veniat ſub conceſſione Iuris Portulaniæ, n.12. & 13.

Hanc deciſ. D. Reg. Moles *tranſcripſit* Reg. de Marinis, *n.14.*

Barones, an poſſint exigere mulctas extrahentium victualia à Rege prohibita, num.15. & quid ſi Princeps prohibeat actum de iure permiſſum, n.16.

Nonnulla priùs ſunt hìc cumulanda, quæ ſicut ex eadem radice germinant, ità hìc ea afferre non piguit; cum maximè quæſtionem, quam annotaturi ſumus, elucidare videatur.

1 Eſt equidem concors DD. omnium ſententia, ſub conceſſione Caſtri, cum iuriſdictione, & imperio, regalia non venire, quæ ſemper cenſentur exceptâ à quibuſcumque priuilegijs, conceſſionibus, & diſpoſitionibus generalibus, niſi de illis fiat expreſſa, & ſpecifica mentio, ex *cap.1. de Cap. qui Cur. vend. c. vn. quæ ſint regal. c. quoad tràslationem, de offic. Deleg.* poſt alios exornant *Ripoll. de regal. cap. 42. à num.21. Sixtin. de regal. lib. 1. cap.5. à nu.92. Roſentbal. de f. cap. 1. concl. 14. Bilocta concl. feud.58. à n.1. Maſtrill. de magiſtr. lib.1. cap.14. Reg. Sanfel. dec.62. nu.124. & dec.66. n.4. Præſ. de Franch. dec.275. Reg. Galeota reſp. fiſc.28. n.62. Larrea alleg. fiſc.13. num.9. & alleg.77. num.9. Antunez Portugal de Donat. Reg. lib.2. cap.8. Conſil. de Roſa conſult. tom.2. lect. feud.4. n.54. Exc. Creſpi de Valdaura p. 1. obſ.1. à n.211. Doctiſſ. Cortiada deciſ. Catbal. 10. n.204. & 205. lib.1.* Adeò, vt in conceſſionibus regalium, de vna

2 ſpecie ad aliam non poſſit fieri illatio, etiam ſi generaliter, & verbis ampliſſimis ſit facta conceſſio, *Rol. conſ.1. à nu. 17. lib.1. Sixtin. d. cap.5. à num.63. Reg. Galeota reſp. fiſc.12. cap.6. num.104.* imò etiam ſi dictū ſit, cum omni iure, quod ibi concedens habet, adhùc regalia non veniunt, niſi exprimantur, vt poſt *Reg. Tap. cit. de Roſa ibid.*

3 Quando autem in conceſſione ſunt expreſſa quædam regalia, & poſteà adijciuntur clauſulæ generales, *cum omnibus iuribus ſpectantibus, & pertinentibus,* tunc venire alia etiam regalia, poſt alios firmat *Reg. Capyc. Latro conſult.2.* quem ſequitur *Epiſc. Rocca diſp. ſelect. t.1. cap.69. num.18.* Ad tria tamen aduertit *Conſil. de Roſa d. lect.4. n.58.* Primò, vt clauſulæ generales debeant poni in diſpoſitiua conceſsionis: Secundò, vt oporteat dicere, quod cōceduntur omnia, & quæcumque alia iura, quæ ibi concedens habet, nullo penitùs reſeruato: Tertiò, quod ex vi horum verborū non continentur omnia regalia, ſed ſimilia tantùm regalibus expreſſis, vel illis minora, quæ tamen ſint eiuſdem ſpeciei conceſſorum, ex *Sixtin. d. cap.5. à nu.86. Andr. Knichen. de Saxon. non prou. iure cap 5. nu.31.* ex

quo

quo *ibid.num.*59. reprobat *Regentem Capyc.Latr. in d.conſult.*2. aliosq; aſſe-
4 rentes, conceſſa iuriſdictione cum Bãco iuſtitiæ, mero, mixtoq; imperio,
quod certè de regalibus eſt, & additis
poſteà clauſulis generalibus, venire
ius Portulaniæ, ponderum, & menſurarum; Licet enim iuriſdictio, & imperium ſint de regalibus, non tamen ſunt
de ijs, quæ ad Principis vtilitatem, &
pro Republ.ſubſtinenda deputata ſunt,
vt ſunt iura vectigalium, ponderum,
& menſurarum, aliaq; pecuniaria ad
Reg.Curiam ſpectantia, vt latè fundat
idem Conſil. de Roſa d. lect. 4. *num.*56.
& ſeq.

5 Vnde, quia portus inter regalia cõnumeratur, eiuſq; prouentus inter Fiſci patrimonium computatur, *cap.* 1. §.
portus, quæ ſint regal. l. inter publica, §.
fin. D. de V.ſign. ideò Ius exituræ, ac
Porrulaniæ per mare non comprehenditur in generali conceſsione, niſi expreſsè concedatur, *Marin. Frecc. de ſubfeud.lib.*1. *tit.de Offic. Magn.Admir.*
*num.*22. vbi etiam id comprobari ait
ex ſtylo Reg.Cam.& adducit *Conſ.Ludou.Pontani*, Patria *Romani* 271. Cæterum *Roman.in eo conſ.* agit, an in ven-
6 ditione facta per Regem Ladislaum
Terræ Sãcti Lucidi, includeretur Portulania maris, cum iure exituræ, & licet initio arguat negatiuè, vt ſuprà, nihilominùs poſteà id limitat, & concludit, venire, ex eo, quod, cum in conceſſione fuerint expreſſa quædam regalia, nempè, paſſagia, flumina, aquarum decurſus, & Bancum iuſtitiæ, &
addita clauſula generali, *& cum omnibus, & quibuſcumq; alijs iuribus, & pertinentijs*, in hac generali clauſula includirur Portulania, quia ſimilis eſt
alijs regalibus expreſsis; eandemquè
Romani opinionem defendunt *Loffred. in ſua paraphr. feud. ad tit. ſi de feud. def.mil.contr fuer.* § *filij in* 6.*col. verſ.poſtremò eſt aduertendum, Paris de Put. de ſyndic.tit.de exceſſ. Baron.circà fin. Reg. Lanar.conſ.*34.*num.* 1. *&* 5. *Reg. Capyc. Latr.conſult.*2.*n.*8.9. *&* 11. & cum declaratione *Roman.* idem ſequũtur *Reg. Galeota reſp.fiſc.* 28.*num.*62.*Conſ.Arias de Meſa lib.*2.*var.cap.*17.*num.* 23.*Queſada diſſert.*22.*nu.*99.*in fin. lib.*1. Cum
igitur omnia ferè priuilegia Baronum
contineanr aliqua ex regalibus, & habeant has clauſulas generales, proinde
ſecundùm opinionem *Romani* ſempèr
ferè Portulania maris includeretur, licet expreſſa non foret.

7 Contrariam tamèn alij amplectuntur ſententiam, ſcilicèr Portulaniam
maris nullo modo ſpectare ad Barones, abſque ſpeciali conceſſione, quamvis illis iuriſdictio cum mero, & mixto
imperio conceſſa ſit; Ius quippè exituræ pro mercium, quæ licitè extrahuntur, extractione, vel immiſſione, nihil
habet commune, cum iuriſdictione, vel
imperio, neque ſub illius conceſſione
includi poteſt; Eſt enim regale alterius ſpeciei, quàm eſt iuriſdictio, vel
imperium, deſtinatum pro Regnorum
ſuſtentatione, ideòq; non valet argumentum de vno ad aliud, vt firmant indiſtinctè *Io:Thom. Minad. in Conſtit.in aliquibus, verſ.Comitum, & Baronum, n.*14. *Reg.de Marin.lib.*2.*reſol.*39.*ſub n.*
3.*Capiblanc.in pragm.*8.*de Baron.par.*1.
*num.*294. *Reg.Tap.in l.fin. de Conſtitut. Princ.par.*1.*cap.*2.*num.*57. *Camill.Borrell.de Reg.Cath.præſt.cap.*9.*nu.*62. *Præſ. R.Cam. Ganauerro deciſ.*9. *nu.*3. quæ eſt
deciſio illius cauſæ, in qua *Reg. Galeota*, & *Conſ.de Meſa* ſcripſerunt, *Author*
noſter hìc *à n.*11. *ad* 17. quem referũt,
& ſequuntur *de Meſa d cap.*17.*nu.*22.
*Caſ. Nicol. Piſan. in addit. ad Gaet.ſup. Rit.R.Cam.rub.*6.*de Iure Exituræ, nu.*9.
*Conſil.de Roſa d.lect feud.*5.*num.*21. vbi
*n.*22. ex *Auth.* noſtro hìc reprobat *cit. conſ.Roman.*271. proùt de iure tractæ,
contrà feudatarium reſponſum fuit, pro
Sereniſſ. Magno Duce Etruriæ, teſte
*Alex.Raud.deciſ.Piſan.*18.

8 Idq; confirmatur, quia littora, & cuſtodia maritima, iuxtà antiquam formam Cancellariæ, ſempèr reſeruabantur, & ſic hodiè conſtat, ipſa littora, &
cuſtodiam maritimam in Terris Baronum, & Eccleſiarum ſpectare ad Regiã
Curiam, vt per Capitula Officij Magi-

ſtri

ſtri Portulani oſtenditur Conſultatio Regiæ Cameræ ſub data 6. Iulij 1473. *in Regeſt.literar.part.7.fol.*215. in qua latiſſimè notatum apparet, quod in Regno animalia Regiæ Curiæ poſſunt herbagia Baronum, Eccleſiarum, & particularium perſonarum paſculare, & in conceſsionibus, ſeù donationibus factis per retrò-Reges Regni reſeruabantur, & ſic clauſula, quæ antiquitùs ponebatur in dictis donationibus, vſq; ad tempus Regis Alphonſi I. & deinde loco ipſius alia clauſula, qua hodiè vtitur, introducta, videlicet, *feudali ſeruitio, adoha, & alijs noſtra Curia iuribus ſaluis, & ſpecialitèr reſeruatis*, & ſic ſub illis verbis, *alijs noſtra Curia iuribus reſeruatis*, remanent iura reſeruari ſolita Regiæ Curiæ in donationibus Regijs, & non alitèr, in contrarium apparente mente donantis; vt notatur *in Repertorio m.ſ. Praſ. Petri Maſturtij, ver.littora*, & *ver. Raza de giomente, fol.*238.*at.*

9 Hinc ſub generali immunitate conceſſa, non venit immunitas à iure exituræ, vt apparet ex Cõſultatione Reg. Cam. de ampla immunitate conceſſa Coroneis, quod non comprehendat ius exituræ, *Author* noſter hic *n.* 17. *Montan.de Regal.verſ.portus,n.*3.*in fine*, *Reg. Lanar.conſ.*76.*num.*30. *Reg.Salernitan. dec.*33. *Praſ.Maſturtius in notis ad Rit. R.Cam. rub. 6. rit.*1. *de Iure exit. lit.A. verſ.de illis tamen*, vbi *Piſan. in addit. num.*10.*Reg.Galeota d.reſp.*28.*ſub n.*65. *Arias de Meſa d.cap.*17.*n.*24. & contrà Vniuerſitatem Lycij ſcripſit *Ferdin. Fornarius in alleg. 9. diuerſ.* poſt *deciſ. R.Salernit.* vbi *num.* 11. idem deciſum refert in cauſa Vniuerſitatis Hydrunti, contrà quam reſpondit *Reg.Lanar.conſil.* 32.

10 Proùt etiam Portulaniam per terram, nullo modo ſpectare ad Barones, abſq; ſpeciali conceſſione, licet illis omnis iuriſdictio cum mero, & mixto imperio conceſſa ſit, concludunt *Capiblanc. d. pragm.*8.*par.*1. *num.*294. *Minad. d.loc. Nouar.de grauam.Vaſall.t.*1.*grau.*355. latè *Conſ.de Roſa lect.feud.*5. *à n.*29. & propriè *num.*45. *Carol.Rota in annot.ad Reg.Rouit.conſ.*58.*num.*1.*lib.*1. vbi *n.*3. ex dictis per *Nos in Viſion.iur.feud. rubric.*4.*viſ.*5.*fol.*254. air, in dies per R. Cam. expediri Commiſſarios Portulaniæ, contra non tenentes vias publicas mundas, & practicabiles, ne viatoribus itcr impediatur.

11 Licet *Camill.de Medic.conſ.*122. qui ſcripſit pro Ciuitate Barij, cui fuerat per Regem Ferdinandum anno 1504. conceſſa baiulatio cum Banco iuſtitiæ, & omnibus eius membris; defendat, ſub d. baiulationis conceſſione venire iuriſdictionem Portulaniæ, tanquàm eius membrum; Eſſe tamen attendendam loci conſuetudinem, quæ veniant ſub baiulatione, inquit *Capiblanc. d. pragm.*8.*num.*352. ex *Praſ. de Franch. deciſ.*397. vbi *de Luca in obſ.n.*9.

12 Quærit modò *Author* noſter hìc, an ſub conceſſione Iuris Portulaniæ, quam in ſuo Statu habebat *Ill. Dux Amalphiæ*, vnà cum omnibus alijs regalibus enumeratis *in tit.quæ ſint regalia*, veniret ius cognoſcendi delicta, & percipiendi pœnas extrahentium frumentum, & alia victualia, abſque licentia Proregis?

13 Er quidem non venire hoc ius concedendi licentiam extrahendi merces illicitas, cum ſolutione tractæ, firmat *Author* hìc *à n.*20. quia hoc eſt ſemper Principi reſeruatum, & prohibitio illa ob bonum publicum ius ſupremi dominij reſpicit, adeòq; inſolitum concedi; Vnde nec Barones poſſunt prætendere pœnas extrahenrium merces illicitas, cum pœnæ ſint acceſſoriæ ad ipſa iura principalia, quæ ſi non habẽt, nec etiam poſſunt habere acceſſoria; Nec etiam Officia Portulanorum; ſi enim hæc officia ſunt deputata pro exactione prædictorum diriƈtuum, & pœnarum, vtiq; ſi pœnæ ad ipſos ſpectare non poſſunt, neque officia, quæ veniunt in conſequentiam, ad illos ſpectabunt, eò magis, quia hæc officia potiùs miniſterium quoddam, quàm iuriſdictionem continent, & ſic deciſum refert per Reg.Cam.die 12.Augu-

ſti

ſti 1569. in cauſa dicti *Ducis* cum Re-
gio Fiſco, *Author* hìc *n.* 30.quam deci-
14 ſionem *Auth.*noſtri integrã tranſcripſit
Reg.de Marin.in ſua reſol. 170. *à nu.*9.
ad 18.*lib.*2. eamq; referunt etiam, &
ſequuntur idem *Reg. de Marin. in obſ.
ad Reg.Reuert deciſ.*243.*nu.*5. *in nouiſſ.
edit. Montan.de regal. ver. via publica,
num.*8.*in fin.fol.mihi* 54. *Taſſon. de an-
tefat.verſ.*3.*obſ.*3.*nu.*320. *verſ. & ideò,
Reg.Conſtant.in comm.ad d.l.*1. *num.*26.
& 27. *C.pœn. fiſc. Gred.præſ. lib.* 10. *La-
ganar.ad Reg.Rouit.ſuper rubr.pragmat.
de extract.verſ.Hic quoque notandum,
Conſ.Rocc.de offic.rub.*14. §.5. *nu.*76. *&
ſeq. Iul.Capon.diſcept for.*313.*cap.*3.*nu.*
17.*&* 20.*to.*4. *Conſil. de Roſa in prælud.
feud. lect.*4. *num.*9. *& lect.*5. *à num.*25.
*Dom.Conſil.Altimar. in obſeru.ad R. Ro-
uit.conſ.*58.*num.*8.*lib.*1. *D.Carol.Ant.de
Luca in obſeru.ad Præſ.de Franch. deciſ.*
434.*nu.*3.*& in animaduerſ.ad Gratian.
cap.*642.*num* 4.*tom.*4.
15 Proùt quando Rex, ac Princeps ſu-
premus victualium extractionem à ſua
Prouincia prohibet, certa conſtituta
pœna, tunc, quia huiuſmodi prohibi-
tiones fiunt ſupremi Imperij poteſtate,
quæ à Principis perſona nullo pacto
ſeparari poteſt, nec in alium quibuſ-
cumq; verbis etiam ampliſſimis trans-
ferri, Barones de his, qui in hanc le-
gem committunt, nec cognoſcere, nec
mulctas exigere poſſe, conſuluerunt
*Surd.conſ.*152.*vol.*2. *Menoch.conſ.*604.
*vol.*7.& poſt eum *Pancirol.*ſubſcribens
in conſ.ſeq. ibiq; *in fine* adſunt, atteſta-
tio obſeruantiæ in terris Eccleſiæ Ro-
manæ, Votum Senatus Mediolanenſis,
& atteſtatio obſeruantiæ in hoc Regno
Neap. facta per Rationalem R.Cam.
Summariæ ſub die 10. menſis Februa-
rij 1591.quam veram eſſe ait *Reg.Con-
ſtant.in d.l.*1.*num.* 26. & paritèr teſta-
tur *Præſ.de Franch.deciſ.*434.*in fin.* vbi
dicit, ipſum fuiſſe Commiſſarium in
his cauſis prædicto anno 1569. tra-
duntq; *Reg. Galeota controu.* 54. *nu.*48.
*lib.*2.*Conſ. Altimar.in obſeru.ad Reg. Ro-
uitum conſ.*93.*num.*6.*&* 7.*D.Carol.An-
ton.de Luca ad Gratian.d,cap.*642.*nu.*3.
*Anton.Gobius conſult.*101.*à nu.*7.*ad* 9.
16 Secùs tamen dicendum eſt, quando
Princeps prohibet actum de iure per-
miſſum, nam tunc cognitio, & pœna
ſpectat ad feudatarium, de mero, &
mixto imperio inueſtitum, vt in caſu
*d. deciſ.*434. *Præſ.de Franch.* in quo cũ
fuiſſet emanatum bannum,vt nemo in-
cederet per Ciuitatem vendendo bona
vetera ſub pœna triennalis remigatio-
nis, cumq; fuiſſet captus ſubditus ar-
tis lanæ, fuit cauſa remiſſa ad Conſu-
les artis;quia licet Supremæ ſit autho-
ritatis declarare aliquod eſſe delictũ,
quod aliàs non erat tale, eò ipſo ta-
men, quod deducta eſt ad actum, con-
ſumpta eſt poteſtas cum legis publica-
tione, & ſic intrat authoritas infeuda-
ti generalitèr ei conceſſa,non tanquàm
quid nouum reſpectu ſuæ cognitionis,
ſed tanquàm quid antiquum vigore
iuriſdictionis generalitèr conceſſæ cõ-
trà delinquentes, *Reg.de Ponte de po-
teſt.Pror. tit.de prouiſ. fieri ſolit.* §.3.*nu.*
29. vbi *num.*40. id limitat,ſi ſpecialiter
Princeps pœnas has ſibi reſeruauerit,
vti nouitèr impoſitas, quo caſu inquit,
non poſſe Barones conqueri, cum nil
ſit eis ablatum, poſt quem,& *Reg.Con-
ſtant.in d.l.*1. *nu.* 24. declarant paritèr
*Reg.de Marin. d reſol.*170. *à num.*1. *ad*
5.*de Luca in obſ.ad cit.de Franch. d.dec.*
434.*n.*1.*&* 2.& *in animaduerſ. ad Gra-
tian.d.c.*642.*t.*4.*Iul.Capon.diſcept.*313.
*cap.*3.*n.*18.*to.*4. *Alderiſ. de aſſiſtentia
qu.*27.*n.*9.*&* 10.

A D Q V Æ S T. I I.

An Regia Camera poſſit inconſulto
Prorege impartiri licentiam ſecun-
dæ extractionis faciendæ,quãdo
bona ſemèl extrahi permiſſa
à Prorege, fuerunt in por-
tu naufragata?

A N N O T A T I O.

S V M M A R I V M.

P*Roreges, quando concedant extractio-
nem bonorum extrà Regnum, nu.*1. *&*

an ex ea licentia poſſint pecuniam accipere, n.2.

Extrahentes, ſi amittunt bona ob naufragium in portu, an poſſit Reg. Camera denuò extractionem permittere, abſq; alia diriЕtuum ſolutione, n. 3. & 4.

Tractarum conceſſiones, an poſſint reuocari, à n.5. ad 7.

Extrahens abſq; notitia Proregis, vt in licentia expreſſum erat, an incidat in pœnam, n.8.

1 SOlent huius Regni Proreges conſiderata abundantia, temporis conditione, ac rerum qualitate, concedere extractionem bonorum extià Regnũ, ſoluto tamen Regiæ Curiæ iure tractarum, vt aduertunt *Reg. Tapia in tract. dell'Abbondanza, in lucem edito*, anno 1638. *p.3. remed.4. Reg. de Curte in diuerſ. feud. par. 1. num.56. & 57. fol. 27. às. Reg. Capyc. Latro conſult.67. n.8. & 9.*

2 An autem Proreges, ex conceſſione tractarum, poſſint pecuniam accipere? Negatiuam ſententiam refert *P. Diana p.6. tr.6. reſol.4.* ex *P. Hernandes de Mendoza Soc. Ieſu in peculiari tract. de Tractis ad Comitem de Lemos, tunc Regni huius Proregem*, qui inter alia multa *in dub.1.* ſic aſſerit: *Però con todo eſſo digo, que tan poco deſtas tratas ſe puede aprouechar con buena conciençia, aunque concurran todas las coſas ſuſo dichas, y que ſi ſe tomare paraſi ell dinero dellas pecarà mortalmente, y eſtarà obligado à reſtituir, porque vende lo que no es ſuyo contro la voluntad de ſu Rey, que es el verdadero Señor dellas, &c.*

3 Quando verò extrahentes, ſolutis expeditionibus, amittunt bona ob naufragium in portu, vel in mari ad eius conſpectum, ſolet Regia Cam. denuò extractionem permittere, abſque alia diriЕtuum ſolutione, quia habetur, ac ſi extractio facta non fuiſſet, *Author* noſter hic *n.1. & 2.* & ſic deciſum fuit pluries per Reg. Cam. vt in *Arreſt.35. 134. 186. 324. 332. & 690.* apud *Reg. de Marin.* qui in calce *d. Arreſt.690.* meminit *huius deciſ.*, *Paſqualin. in cõm. ad pragm. Regni Neap. ſup. rubr. de Extraction. nu.67. & 68. Iul. Capon. diſcept. 313. cap.3. nu.12. to.4.*

4 Sed in rebus extrahi prohibitis, videlicèt in frumento, &c. hoc procedere dubitat *Author* noſter hìc à *num. 5. ad fin.* Vt ſi quis habeat licentiam extrahendi frumentum, ſiuè tractam à Regia Curia extrà Regnum pro certo tempore, illo finito non poteſt ampliùs vti, quia agitur de intereſſe concedentis, qui pro tali tempore habebat abũdantiam, & ſic intelligendus eſt *Auth.* noſter hìc *num.* 10. dùm alioquin ſupradictæ deciſiones ſequutæ fuerũt in extractione quoque frumenti, vt in *d. Arreſt.35. & 690.* & olei, vt in *cit. Arreſt.*

5 Siquidem conceſsiones tractarum habent intrinſecam, & inſitam naturã, & conditionem, quod res liceat extrahere, quatenùs Regnum in eo anno abundet, & ſic licitum erit tractas denegare, ſi recollectio frumentorum ſterilis appareret, *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de tractis, nu.5. Marcell. de Mauro alleg. 38. par. 2. Maſtrill. de magiſtrat. lib.5. cap.9. num. 56.* Imò ſi extractio fiat vigore tractæ conceſſæ per Regiam Curiam pro certo pretio conuento; & poſtmodum ſuccedat penuria Regni, poterit reuocari ſoluto pretio accepto, cum intereſſe, vt deciſum refert *Reg. Reuerter. deciſ.425. Capon. d. diſcept.313. cap.3. n.42.*

6 Ità vt ſi in conceſſione non adſit clauſula refectionis, vt ſi quod vno anno, non potuit extrahere, valeat extrahere annis ſequentibus, minimè poſſit pro illo anno ſterili prorogare facultatem in annos ſequentes vberiores, cum illa tacita conditio (*prouiſo priùs Regno*) faciat, vt concedens quaſi dixiſſet, in anno ſterili non deberi extractionem, vt probant *Reg. de Ponte d. loc. n.9. Maſtrill. d. cap.9. num.58. & 59.* & in *deciſ.257. Reg. de Curte in diuerſ. feud. par. 1. cap. incip. redeundo fol.27. àt. n.62. Cancer. var. reſol. cap.13. n.264. P. Diana d.p.6. tract.6. reſol.4. Excell. D. Chriſtoph. Creſpi par.1. obſeru.40. à num.8.* vbi *num.13. & ſeq.* à fortiori militare ait in

illis

illis conceſsionibus,quæ magis taxatiuè fiunt, vt ſi concedatur Baronibus ius extrahendi quatuor mille menſuras ex fructibus in ſuis territorijs ab ipſis percipiendis, & collegerunt bis mille, non poterunt, niſi bis mille extrahere; Imò etiam ſi in priuilegio adſit refectionis clauſula,& ex culpa, vel negligentia conceſſionarij non ſit facta extractio, tunc illa non obſtante conceſſio extinguitur.

7 Poterit igitur impediri extractio iuſta ſubſiſtente cauſa, vt ex ſterilitate, Patrimonij neceſſitate, Regni defenſionis, vel adminiſtrationis vrgentia; Vnde, qui iuſta cauſa impedit extractionem victualium ad Romanam Curiam, non incurrere in *Bullam Cęnæ*, communitèr probant *Sayrus*, *Suarez*, *Souſa*, *Del Bene*, & *Reg. de Ponte* apud eis. *Creſpi d.obſ.*40.*n.*21.

8 Videndus etiam *Io.Vinc.de Anna in alleg.*58.*vol.*1. & *allegat.*132. *vol.*2. vbi ſcribitur,pro *Luca Grillo* Arrendatore, habente licentiam extrahendi cũ clauſula, *dummodò ſe ne dia notitia à Sua Eccell.* & nihilominùs extracta fuit abſque notitia, & per Reg.Cam. abſolutus fuit Arrendator à pœna commiſſi, quia aberat fraus, & notitia poterat interuenire poſt actum, meminit *de Luca ad Gratian.diſcept.*17.*num.*3. Sed in eadem cauſa eſt *deciſ.*216. *Reg. Reuert.* vbi contrarium firmat.

AD QVÆST. III.

An id,quod eſt diſpoſitum,quod bona naufragata poſſunt iterum extrahi cum immunitate diricluum, procedat, quando bona fuerunt aſſecurata.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

*Extrahi, an iterùm poſſit ſine ſolutione diriƈtuum, ſtante aſſecuratione mercium, illiſq; in portu naufragatis, à num.*1.*ad* 3.

*Intereſſe, an debeatur, ſequuto impedimento extractionis, n.*4.*&* 5.

1 Dubitatum fuit hìc, an ſtante aſſecuratione mercium, illiſq; naufragatis in portu, liceret denuò extrahere ſine ſolutione diriƈtuum? Et primò videbatur negandum, quia nullum damnum patiuntur, quando eorum bona ſunt aſſecurata, pro iuſto eorum valore, etiam incluſa rata diriƈtuum Regiæ Curiæ ſolutorum, & ſic tractaretur de lucro captando,quo caſu non habent locum priuilegia inducta pro damno euitando, ſcilicet naufragio, vt arguit *Author* noſter hìc *num.*2. 3.*&* 4.

2 Sed contrarium à *n.*5.6. *&* 7. probat, quia per aſſecurationem periculum tranſit ad aſſecurantem, ex *l.in naue,D. locati*, *Conſ.Rocc.reſp.*31. *lib.* 1. cum aſſecuratores dicantur emptores periculi, oneriſq; aduerſi,*l.periculi pretium, D.de naut.fœn. Epiſc.Rocca lib.*2.*diſp.*97. *num.*5. *lit.*2. vnde aſſecurans pro ſuo

3 intereſſe poteſt petere, quod liceat denuò extrahere eum immunitate, neſit in damno,& ſic refert deciſum idem *Author* hìc *n.*7. per Reg.Cam. ſub die 14.Maij 1569. de qua deciſione adeſt *Arreſt. R.C.* 332. apud *Reg. de Marin.*

4 An autem teneatur ad intereſſe venditor frumenti, qui promiſit conſignare emptori licentiam Curiæ extrahendi extrà Regnum, & conſignauit licẽtiam, ſed emptor fuit in mora extrahendi, ſuperueniteq; impedimentum Regis, examinat latè *Præſ. Marcellus de Mauro alleg.*106. *&* 107. *to.*2. Imò

5 cum Regia Curia die 20. Maij 1569. vendidiſſet *Hieronymo Montenigro* tractam pro curribus trecentum frumenti, & quod potuiſſet fieri extractio per totum menſem Octobris; Ac idem *Monteniger* de menſe Iulij omnia præparata tenuiſſet pro extractione per Venetias, Regia Curia ipſa prohibuit extractionem prædictam fieri, & ſic perdidit *Monteniger*, quod conſequi poterat, & ex quolibet curru duc. 86. ſicut alij, qui eo tempore extraxerunt, conſequuti fuere. Vnde debere illi à

Regia Curia conſignari illud totale intereſſe fundauit *Vincentius Maſtrillus in quadam allegatione*, eum impedimentum ex Regia Curia proceſſerit, vt tracta frui non potuiſſet, & tantùm ei præſtari, quanti eius interfuit frui, in quo lucrum contineri, ex *l. ſi fundus in fin. D. locati*, tradit in pdicto *R. de Ponte conſ. 121. lib. 2.* Fuit verò condemnatus Regius Fiſcus ad ſoluendum pretium cum intereſſe ad rationem decem pro centenario pro toto tempore, & non ad totale intereſſe, ſtante penuria Regni; & adeſt *deciſ. 425. Reg. Reuert.* licet in gratuita conceſſione nullum intereſſe prætendi poſſit, cum conceſſio intelligatur facta ſub ea conditione, niſi quando ſtetit per Officiales, quo minùs conceſſione vteretur, & loco huius intereſſe, ſolēt eiuſdem ſummæ tractæ, ſequenti anno concedi, habita ratione diminutionis, ſeù augmenti, quod fortè tracta fecit.

AD §. XVI.

De Pœnis, quibus tenentur Officiales, qui pecuniam fiſcalem retinent.

ANNOTATIO.

AD QVÆST. I.

SVMMARIVM.

Officialium delicta indicantur, n. 1.
Peculatus crimen quid ſit, & vnde dictum, n. 2. & 3.

Surripiens Ciuitati *pecuniam, an peculatus, vel furti crimen committat?* Concilia*tur diſſidium inter* Papiniani *reſponſum, &* Martiani, *variæq; opiniones refelluntur, à n. 4. ad 10.*

Martianus *I. C. fuit inter* Papiniani *diſcipulos, n. 11.*

Papiniani *authoritas, cæteros I. C. præcedit, num. 12.*

Ciuitatis municipalis bona, ſunt abuſiuè publica, eaq; auferens, grauiùs punitur, num. 13.

Peculatus pœna, quæ ſit, n. 14. & 15. & an quoad magiſtratus ſit pœna capitalis, à n. 16. ad 19.

Pœna peculatus quoad magiſtratus in Regno, an ſit capitalis? Enucleatur, reiecta opinione Afflict. *& ſequacium, à n. 20. ad 23.*

Lex Iulia de reſiduis, quos puniat, num. 24. & 25.

Criminis reſiduorum pœna, quæ ſit, à n. 26. ad 29.

Officiales pecuniarij, ſi pecuniam ſibi concreditam reliquantur, vel ſubuertunt, lege Iul. de reſiduis *tenentur, n. 30.*

Recenſentur exempla, quoad Portuum Cuſtodes, Perceptores, Theſaurarium, Dohanerios, Rationales, Conductores fiſcales, Nummularios Bancorum, à num. 31. ad 33.

Et quid ſi non doloſè eam in proprios vſus conuertant, n. 34. & an præſumatur dolus, n. 35.

Negligentia Officialium, an delictum ſit, & priuationem mereatur, n. 36. & 37.

Officiales, an præſumantur ex officio ditati, à n. 38. ad 40.

Lex Iulia de ambitu, quæ ſit, n. 41.

Ambitus, & ambitio, in quo differant, num. 42. & 43.

Pœna ambitus, quæ olim, & an hodiè vigeat, n. 44. & 45.

Ambitio honorum, quænam ſit probibita, num. 46. & 47.

Electio Officialium, quomodò fieri debet, num. 48. & 49.

Dignior ad iuſtitiam regendam, quis habeatur, n. 50. Et quid hodiè ſeruetur, nu. 52.

52.& 53.& an loqui fas ſit, n.54.

Aduocati eligi debent ad dignitates, n.51.

Crimen de pecunijs repetundis, quomodò committatur, n.55.& 56.

Pœna criminis repetundarum, quæ nàm ſit, num. 57.

Munera, an capere poſſint magiſtratus, à n. 58. ad 63.

Barattariæ crimen, vnde dictum, & quid ſit, n.64.& 65.

Extorſio, & concuſſio, quæ ſint, n.66.& diſtinguuntur plures caſus, à num.67. ad 69.

Iudices, quales eſſe debeant, n.70.

1 OFficialium delicta ſunt hìc detegenda, nempè peculatus, de reſiduis, de ambitu, de repetundis, barattaria, extorſio, & concuſſio; nõ quidem Ariſtarchi partes aſſumendo; ſed, vt pro iuris veritate aſſumptum annotandi onus abſoluamus.

2 Is itaq; tenetur lege Iulia peculatus, qui pecuniam ſacram, religioſam, publicam, ſiuè fiſcalem aufert, & in rem ſuam vertit, vel permittit, vt ab alio auferatur, *l.1.3.& 4.D.ad l.Iul.peculat.l.1.C.de crim.peculat.l.ob pecuniam 83.D.de furt §.item lex Iulia, Inſtit. de public. iudic.* & *l.1.C.Theodoſ. lib.9. tit.* 28. poſt alios exornant *Petr. Gregorius lib.33.Syntagm.cap.19.et* 20. *Caball.reſol.crim.caſ.99.à nu.4. Tiberius Decian. lib.8.tract. crimin. c.29. Ant.Matthæus de crimin.lib.48.D.tit.10. cap.1. ex n.2. Gulielm. Boekel. de public. iudic. diſquiſ.* 10. *Benedict.Carpzou.in pract.crim.p.2. qu.85.num.4.* ex noſtris *Reg. Reuerter. deciſ.112.par.1.* vbi *Reg.de Marin.in obſeru.& in deciſ.400.par.2.Nouar.ſup. pragm.46.collect.6.de off.Proc.Cæſ. n.7. & 8.Reg.Capyc.Latro conſult.33.nu.18. Reg.Sanſelic dec.166.num.1.& in deciſ.* 285. quæ eſt eadem cum *reſp.fiſc.Reg. Galeot.22.Reg.Rouit.conſ.60. n.3.* ibiq; *in obſeru.Conſil.Altimar.nu.1.lib.3. Iul. Capon.forenſ.t.4.diſcept.246.num.4.* Ex Hiſpanis *D.Ioſeph Retes lib.1. opuſculorum cap.15.D.Laurentius Matthæu in tract.de re criminali controu.77. num.4. D. Didac. Bolero de Decoct. debit. fiſcal. tit.5.quæſt.34.n.4.5.& 6.*qui refert *Authorem* noſtrum hìc.

3 Quod peculatus crimen duplex eſſe videtur: publicæ rei, quod propriè peculatus; & rei ſacræ, aut religioſæ, quod verè ſacrilegium vocatur, *Arithmęus diſp.12.Collegij crim.th.6.* Vtrumquè tamen communi peculatus nomine vſurpatur; Eiuſq; nomen à pecore deſcendit; quia ab eo initium fraudis eſſe cæpit, *l.9.§. D.ad l.Iul.peculat.* Siquidem ante æs, & argentum ſignatũ, pœna grauiſſima ſolebat eſſe duarum ouium, & triginta bouum, authore *Feſto lib.4.& 145.*

4 Publica autem pecunia hìc ea ſola habetur, quæ ad Vrbem Romanam, ſeù quamlibet Ciuitatem, vel Principem, Superiorem non recognoſcentes, ac Imperij iura in ſuo territorio habentes pertinet, *Caball.d.caſ.99. num.7.& ſeqq.Decian.d.lib.8.cap.28.n.11.*

Si quis verò Ciuitati inferiori, vel municipio pecuniam ſurripuerit, ſiuè annonam defraudauerit, non peculatus, ſed furti crimen commiſiſſe cenſendus erit; Concilianda tamen nobis eſt diſſenſio, ſeù antinomia, quæ vertitur inter *Papiniani* reſponſum, & *Martiani*; Etenim *Papinianus lib.1. reſponſor.* ità ſcripſit: *Ob pecuniam Ciuitati ſubtractam, actione furti, non crimine peculatus tenetur*, notatus in *l. ob pecuniam 81. D. de furtis*; *Martianus* verò *lib.14.Inſtitut* hæc: *Sed etſi de re Ciuitatis aliquid ſurripiatur, conſtitutionibus diuorum Principum Traiani, & Adriani cauetur, peculatus crimen committi, & hoc iure vtimur*, recenſitus in *l.4.in fine, D.ad l.Iul.Pecul.* Quod verbis, & ſenſu pugnare videtur cum *Papiniani* reſponſo.

5 Pleriquè, vt controuerſiam dirimãt, mera (vt *Alciatus* ait) ægrotantium ſomnia afferunt, tantum abeſt, vt antinomiam hanc tollant, ac diſſidentes horum Iuris Conſultorum concilient ſententias; Græci Interpretes vacillant, primò diſtinguentes inter extraneum ignorantem, pecuniam eſſe Ciuitatis, & Cuſtodem, cui pecunia commiſſa

eſt;

eſt; deinde inter pecuniam, quæ eſt Ciuitatis, & eam, quæ eſt Fiſci. Sed vtrũquè à mente, & ſententia *Papiniani*, & *Martiani* alieniſſimum eſt.

6 *Alciatus lib. 1. diſpunct. cap. 3.* & *Io: Robert. lib. 2. recept. lection. cap. 2.* exiſtimant, verbis *Papiniani* negationem addendam eſſe, & ità legendum, *actione furti, necnon crimine peculatus tenetur*. Sed correctione iſta, tanquàm diuinatoria reiecta, *Ant. Auguſtin. lib. 1. emendat. c. 3. Cuiacius lib. 1. reſponſ. Papin. ad cit. l. 81. Franc. Duaren. lib. 2. anniuerſ. cap. 26. Forner. lib. 2. lect. cap. 22. Io: Pichard. in §. 9. Inſt. de publ. Iudic. nu. 5.* ibiq; *Manzius nu. 4. D. Ioſeph Retes d. lib. 1. opuſcul. cap. 15. nu. 14. Reinhard. Bachouius in animaduerſ. ad Hieronym. Treutler. vol. 2. diſput. 32. de ſpecieb. publ. iud. theſ. 9. lit. E.* alijq; ſuſpicantur, *Papinianum*, & *Martianum* diuerſa tantùm, non contraria ſcripſiſſe, & illum quidem reſpexiſſe ad *l. Iuliam peculatus*, quæ dumtaxat de Ciuitate Rom. loquebatur: hũc verò reſpexiſſe ad ius recentius, nẽpè ad *Conſtitutiones Principum Traiani, & Adriani*, eiuſq; temporis vſum.

7 At ſi iſthæc admitteretur, non ſolùm vna lex *Pandectarum*, per aliam corrigeretur, contrà *l. 1. & 2. C. de vet. iure enucl.* verùm etiam *Tribonianus*, cæteriq; Iuris Compoſitores negligentiæ, & ſuperfluitatis arguerentur, quod dictam *l. 81. de furtis* per Conſtitutiones ſublatam, Pandectis inſeruiſſent; præſertim, cum *Papinianus*, & *Martianus* eodem tempore floruerint, adeò vt inuerisimile ſit, *Papinianum* neſciuiſſe Conſtitutiones à Martiano relatas.

8 Porrò *Petrus Faber lib. 1. ſemeſtr. cap. 22. in fine*, opinatur, quod *Traianus*, & *Adrianus*, quorum meminit *Martianus*, non ad pecuniam, de qua loquitur *Papinianus*, ſed ad alias res Ciuitatis, quę in vſu publico ſunt, perduxerint. Non abſimilis eſt conciliatio *Iac. Rauardi lib. 2. var. cap. 19.* ſcribentis, aliud eſſe ſubtrahere Ciuitati pecuniam; aliud de re Ciuitatis aliquid ſurripere.

9 Quæ diſtinctio in meris coniecturis, & diuinatione conſiſtit, cum in vtriſq; eadem ratio ſit, ſecundùm quam maior eſt iniuria ſacrilegi, quàm furis, & ſacrilegium non committitur, niſi in his, quæ religio numini adſcripſit, quæq; ſunt ſacra, religioſa, Deo dicata, vel publica, Principis, aut Populi Romani, quibus (vt à ſacris profana, priuataq; diſcernantur) non adnumeratur pecunia, aut res Ciuitatis; Etenim peculatus crimen eum tenet, qui publicam pecuniam auertit; *Cicero ad Herennium lib. 1. Si quis Peculatus accuſetur, quod vaſa argentea publica de loco priuato dicatur ſuſtuliſſe, poſſit dicere, cum definitione ſit vſus, quid ſit furtum, quid ſit Peculatus, ſecum furti agi, non peculatus oportere.* Rursùs *pro Flacco: Damnati peculatus, & damnati pecuniæ publicæ.* Item *in Anton. Cum pecuniam publicam auertit, nùm fraude poterit carere peculatus?* Pecuniam autem publicam nemo habet, niſi ſolus Princeps, aut Reſpubl. Romanorum, aliæ omnes Ciuitates ſunt loco priuatorum, & res, ſeù pecuniæ earum, iure priuato cenſentur, quod ab *Antonino* reſcriptum eſt in *l. an Reſpublica, C. de Iure Reip. lib. 11.* & à I. Conſultis probatum in *l. bona Ciuitatis*, & *l. eum, qui vectigal, D. de verb. ſign.* & à *Plinio Secundo*, *Bythinæ*, & *Ponthi* Ciuitatibus ità reſpondente in *ſua epiſt. 116. lib. 10.*

10 Quamobrem rectiſſimè *Papinianus* reſpondit, ob pecuniam Ciuitati ſubtractam judicium peculatus denegari, idquè à *Martiano* in fine eiuſdem legis confirmatur his verbis: *Sed etſi de re Ciuitatis aliquid ſurripiatur, Conſtitutionibus Principum cauetur, peculatus crimen non committi.* Confirmaturquè ex ordine, & natura rei, de qua agitur; Nam cum *Martianus* generalitèr definiuerit, qui teneantur lege Iulia peculatus, & de reſiduis, mox ſubiecit ſpecies, in quibus *lex Iulia* ceſſaret: Primò enim ſcribit in Theſauro, etſi in monumento inuentus fuerit, peculatus pœnam locum non habere; Deinde id extendit ad ſpeciem magis dubitabilem, & ad rem Ciuitati ſurreptam,

Sed

Sed etſi (inquit) *de re Ciuitatis,&c.* quæ clauſula non aduerſandi, ſed connectendi vim habet, & ex propria ſignificatione extendit præcedentem iuris deciſionem, ad ſpeciem facti magis dubitalem; Itaût, quod *Papinianus* reſpõdit in pecunia Ciuitatis, *Martianus* extenderit ad quamlibet rem Ciuitati ſurrepram. Nec poteſt *Martiani* reſponſum ſubſiſtere, niſi per negationem remoueatur peculatus iudicium, permiſſa furti actione; vt quod deciſum eſt in pecunia Ciuitatis à *Papiniano*, & deinde à *Martiano* in Theſauro ex monumento ſublato, etiam obtineat in re Ciuitati ſurrepta; id quod & ſequẽti reſponſo eiuſdem *Martiani* comprobatur in *l. Dini, D. ad l. Iul. pecul.* in qua eadem iuris deciſio applicatur rebus priuatorum ex æde ſacra oblatis, cum expreſſa adiectione, furti actionem, nõ ſacrilegij eſſe, quæ omnibus præcedẽtibus ſpeciebus conuenit, vt & veritati, vt docent etiam *Theodorus Streithmannus antimon. ll. ciuil.* 8. huncq; laudans *Hilliger. in Donello enucleato lib. 15. cap. 29. ad lit. b. Elbertus Leoninus lib. 7. emẽdat. cap. 10. Ioann. Harpprecht. in §. Item lex Iulia peculatus 9. n. 11. Inſtit. de public. ind. lib.* 4. & nouiſſimè *D. Carol. Ant. de Luca in animaduerſ. ad Gratian. cap. 304. num. 15. & 16. tom* 2. (licet cogitandum relinquat *Nicolaus Genoa in libro conciliat legum ad l. ob pecuniam, D. de furtis, pag.* 350.)

11 Neque enim credendum eſt, *Martianum* (qui fuit inter *Papiniani* diſcipulos, hiquè vocabantur *Papinianiſtæ*, teſte *Io: Bertrando de Iuriſperitis in vita Æmilij Papiniani*, & poſt eum cum *Vlpiano, Paulo*, & alijs celebre nomen eſt adeptus, atq; etiam ad libros *Papiniani de adulterijs* ſcripſit *notas*, proùt in *l. qui pupillam, ad l. Iul. de adulter.* ibi, (*In libro 2. de adulterijs Papiniani, Martianus notat*) *Papiniano*, alioqui prudentiſſimo, acutiſſimo, totq; elogijs ornato, contradixiſſe.

12 Quinimò præferendam eſſe ſententiam, in qua excellentiſſimi ingenij vir *Papinianus* eſt, illamq; *Martiani* vincere, affirmemus, oportet, ex *Conſtitutione Imperatorum Theodoſij, & Valentiniani in l. vnica, tit. 4. lib. 2. C. Theodoſ. de reſponſ. Prudent.* (*Cuiac. lib. 12. obſeru. cap. 16. Theſaur. deciſ. 1. ſub nu.* 8.) vbi aiunt Imp. (*Si tamen eorum libri propter antiquitatis incertum, Codicum collatione firmentur. Vbi autem diuerſæ ſententiæ proferuntur, potior numerus vincat Authorum; Vel ſi numerus æqualis ſit, eius partis præcedat authoritas, in qua excellentis ingenij vir Papinianus emineat, qui, vt ſingulos vincit, ità cedit duobus.*)

13 Quoniam verò bona Ciuitatis municipalis abuſiuè, & per *Synecdochen* etiam publica dici poſſunt, vt ait *Vlpianus in d. l. bona Ciuitatis 15. D. de V. S.* & ad exemplum Reip. habet res communes, *l. 1. §. quibus, D. quod cuiuſque Vniu. nom.* ideò rem Ciuitatis auferentes, in *legem Iuliam* quodammodò incidiſſe videntur, vt ob eiuſmodi furtum meritò grauiùs puniantur, *Matth. Berlich. t. 5. concluſ. 57. n. 9. & 11.*

14 Pęna huius criminis Peculatus eſt deportatio, *d. §. 9. Inſt. de publ. Indic. l. 3. D. ad l. Iul. pecul.* vbi *Vlpianus*, *Peculatus*, inquit, *pæna, aquæ, & ignis interdictionem, in quam hodiè ſucceſſit deportatio, continet*; Et cum hodiè deportatio non ſit in iudiciorum vſu, ſucceſſit pęna arbitraria, iuxtà perſonæ, & facti qualitates, *Menoch. de arbitr. Iud caſ. 586. nu. 17. Conſil. Altimar. in obſeru. ad Reg. Rouit. d. conſ. 60. num. 5. & 6. lib. 3. Matthæu de re crimin. d. contr. 77. nu.* 5. Vnde poteſt extẽdi vſque ad mortem, ſi cum peculatu concurrit falſitas, vt eſt *text. in l. 2. C. de his, qui ex public. rat. lib. 10. Reg. de Marin. lib. 1. reſol. 291. n. 4. Reg. Sanfel. deciſ. 166. nu. 9. Thor. in comp. dec. par. 3. ver. pęna mortis*, vel ſi peculatus crimen pluriès extitit reiteratum, *Caball. reſol. crim. caſ. 99. num* 4. vbi ſic Florẽtiæ in perſonam cuiuſdam Camerarij, qui in diuerſis vicibus in proprios vſus cõuertit ducatos decem, & octo mille Ducalis Cameræ, obſeruatum fuiſſe teſtatur, licet rigoroſè proceſſum fuiſſe ſcripſerit *Farinac. de furt.*

furt.qu.17 2.num.48. contrà quem ſenſit *Reg.de Marin.d.reſol.291.nu.3.* meminit *de Luca ad Præſ. de Franch. deciſ. 315.num.3.*

15 Quod etiam videtur ex *Cap. Regni, ad hoc*, vbi habetur, furantem rem valentem vltrà vnciam, puniri pęna mortis naturalis, licet in praxi non ſit receptum, niſi in magno furto, vel ſi adſit qualitas, puta fractura domus, vel clauis adulterina, &c. *Gizzarell. deciſ.13. Reg.Sanfel.deciſ.35.& 36. Præſ. Merlin. controu.17.num.15.cent.1. Caſar. quæſt. 5.num.18.de Luca d.loc. nu.4.* vel ſi furtum eſſet nocturnum, *pragm.1.de furtis nocturn.* vel in via publica, *Conſil. Altimar.in d.conſ.60. num.12.* Vnde *Danza de pugna DD. to.2. cap.6. num.18.* fures nocturnos vocat obſidentes vias publicas ſpoliando tranſeuntes, iuxtà illud:

Vt iugulent homines, ſurgunt de nocte latrones.

16 Et Iudicibus, cæteriſq; magiſtratibus, qui publicam ſubtrahunt pecuniam, capitalis pęna impoſita reperitur, atq; ijs, qui eis miniſterium præſtiterunt, vel ſubtractas ſcientèr ſuſceperūt, *l.vnic.C.de crim.pecul.d.§.9.Inſt.de publ. iud.Reg.de Marin.d.reſol.291.num.2.* & *ad Reuert. deciſ. 14. num. 3. Reg.Rouit. lib.3.conſ.60.num.4.* vbi *Conſ. Altim.in obſeru.num.7.de Luca ad Franch.d.deciſ. 315.n.3. Maſtrill.de magiſtrat.lib.6.cap. 8.num.79.*

17 Nec dubitari poteſt, an de morte naturali, vel ciuili, præfata diſpoſitio interpretāda ſit; quia ſi per *d.l.vnicam*, in Magiſtratu aggrauatur pœna dictæ *l.3.* quæ eſt mortis ciuilis, clarè ſequitur, de morte naturali loquutos fuiſſe Imperatores: Quod confirmari poteſt ex celebri reſcripto *Theodoſij Arcadij*, & *Honorij in l.1.C.Theodoſ. eod. tit.* ibi: *Pridem fuerat conſtitutum, vt hi iudices, qui peculatu Prouincias quaſſauiſſent, mulctæ diſpendio ſubiacerent: ſed quoniā, nec condigna criminis vltio eſt, nec par pœna peccato, placuit tàm ſeueram animaduertendi eſſe cenſuram, vt cum vix par pęna his poſſit flagitijs inueniri, neq; condignis tantum nefas cruciatibus expiare, capitale hoc eſſe præcipiamus, atque ſeueriſſima animaduerſione coercert.*

18 Cui valdè conſonant verba *Gregorij Tholoſ.33.ſyntagm.c.19.* dicentis, quod non poteſt eſſe ſatis grauis pęna in has hirudines, quibus, cum pecuniæ publicæ, ſæpè ex lachrymis, & ſanguine prouincialium conquiſitæ, ſunt commiſſæ, ac in vtilitatem expendendæ, eas ipſi ſibi retinent, artibus, & fraudibus ſibi conſeruant, ex multorum pauperum nece, opiparas, & magnificas comparant opes, idq; breui tempore, in quos Princeps grauioribus negotijs liberatus, oculos conuertat, rationes expoſcat, pingues necari iubeat, vt quę malè digeſſerunt, euomant.

19 Grauiùs enim committunt hi, quibus obſeruantia legum, morumq; diſciplina commiſſa eſt, vt Iudices, & Magiſtratus, qui Reipublicæ præſunt, *l.1.C.de Conductor. lib. 11.* ibi: *Grauior enim pęna conſtituenda eſt in hos, qui noſtri iuris ſunt, & noſtra debent cuſtodire mandata;* Facit *Iuuenalis Satyra 8.*

Omne animi vitium, tantò conſpectius in ſe
Crimen habet, quantò qui peccat, maior habetur.

Et quidam non incelebris Poeta,

Si Proceres peccāt, ſi peccauere parentes,
Exēplo, & ſceleri pęna parāda duplex.

Probantq; *Decian d.cap.30.n.6. Caball. d.caſ.99.n.4. Farinac.de furt.qu.171.nu. 14.& 15. Ant. Mattheus de crim.d.cap. 2.nu.2. Berlichius d.concluſ.57 n.9. Laurent. Mattheu de re crimin.d.controu.77. num.7.& 8.*

20 Idq; etiam eſt de Iure noſtri Regni, ex *Conſtit.incip.Officiales Reipublicæ*, ſub *tit.de Official.Reip. & crim. peculat.* per quam Officiales Reip. vel Iudices ſubtrahentes pecunias publicas tempore adminiſtrationis, capite puniūtur, morte ſcilicèt naturali, vt dicit ibi *Gloſ. Conſ.Altim.in obſeru.ad d.conſ.60.n. 11.*

Et licet contrà *Gloſ.* teneat ibi *Afflict.* quem ſequitur *Maſtrill.d.lib.6. c.8. nu. 73.* Ex ſupradictis tamen, *Gloſſæ* opinio præualere debet, imò ſubdit poſteà ipſe *Afflict.* poſt *n.2.verſ.& dico vnum,*

de

de iure nouiſſimo C. eſſe impoſitam pęnam mortis naturalis, vt aduertit *Reg. Galeot.reſp.fiſc.22.n.54.*

21 Sed hanc pœnam capitalem in peculatu hodiè eſſe correctam, voluit *Afflict.in d.Conſtit.Officiales*, vt ſcilicet in illius locum ſit ſubrogata pœna nonupli, ex Regni *Cap. vulgaris fama prologuium*, 260. & *Ritu Reg. Cam.* ſub *rubr. 37. de non poſitis, aut ſubtract. in quatern.ration.* in eo, qui pecuniam R.Curiæ ſurripuit, vel non fecit introitum; Et *Afflictum* ſequuntur *Reg. Tapia In annot.ad d.Conſtit.num.2. lib.2. Iur.Regni ſub tit.de offic.quæſtor. gen. Reg. de Ponte conſ.22. Reg. Capyc. Latro conſult. 33. num.32. & ſeq. & conſ 34.num.35. Reg.Sanfel.deciſ.285.n.79. Pratus reſp. crim.2.à num.30. Mucci reſol.14.n.36.*

22 Attamen *Afflict.in d.Conſtit.* non benè intellexiſſe *cit. Cap. vulgaris fama proloquium*, fundat *cit.Reg.de Ponte in deciſ.7.à num.31.* ſiquidem *Capit.* illud expreſſum eſt, quando ciuilitèr, & ad pęnam pecuniariam proceditur contrà Officiales; Imò adeſſe *Cap.Regni, incip. Ad hoc volentes* 186. per quod hoc determinatur, dum imponens pęnã nonupli, inſupèr dicit, *præter corporales pęnas eis pro noſtro arbitrio infligendas*; Nec quid commune habet in hoc *Ritus R.Cam.* vbi tractatur de non poſitis, aut ſubtractis; Sed ſi Iudex velit ad corporalem pęnam, & ad alia procedere, omiſſa pecuniaria condemnatione, *d. Cap.* non vetat, nec aliquid ſtatuit, vt *idem* inquit *in deciſ.16.n.7.*

23 Quæ opinio nobis placet, cum pœna nonupli locum habeat, quando ciuilitèr agitur; *Conſ. Altimar. in obſ.ad Reg. Rouit.d conſ.60. num.13.* & meliùs *in obſ.ad conſ.57.num.7.d.lib.3.* contrà *cit. Prat.* Sed ſi criminali actione fuerit vtendum, ad corporalem pęnam perueniri poteſt, proùt pluriès determinauit Regia Camera apud *Reg. Reuerter. deciſ.14 cit.Reg.Sanfelic.deciſ.45. & 166.* & *Auth.* noſtrum hìc *quæſt. 2. n.1.* Hinc pęnas corporales per *cit. Ritus R.Cam.* non eſſe ſublatas, optimè fundat *Cæſar Nicol. Piſan. in addit. ad Goffred. ſuper cit.Rubr.37. Rit.Reg.Cam. nu.20. & 21.* Et hanc ſententiam ſtrenuè probat *Cõſil.Roccus de delict. Percept. à num.179. ad ſeqq.*

24 AD crimen peculatus accedit *lex Iulia de reſiduis*, in quam incidunt ij, quibus commiſſa eſt adminiſtratio publicæ pecuniæ, illiuſq; cura, & cuſtodia (cum peculatus delictum committatur ab ijs, qui in commiſſis prædicta non habent). Etenim, quæ in rationibus, & pecunijs priuatis dicuntur reliqua: ea in publicis pecunijs dicuntur propriè reſidua; ſic appellata, quod apud eum, cui adminiſtranda eſt data, pecunia publica reſideat, vt ait. *Martianus in l.4.§.3.D.ad l.Iul.pecul.& de ſacrileg. & de reſid.* Vnde & elegantèr *Cicero*, hæc duo, *reliquum, & reſiduum*, vt contraria opponit, *in Orat. pro Cluentio*, & paſſim.

25 Itàq; lege iſta tenentur, qui pecuniam publicam ſibi concreditam in alios, quàm oportuit, vſus conſumpſerunt, quivè eam, quæ apud ipſos ex publicis rationibus remanſit, non reſtituerunt, *l.2.d.l.4.§.3.& 4.l.9.§.fin.D.ad l.Iul.pecul. Petr.Gregor.lib.33. Syntagm. d.cap.20.n.2.Caball caſ.99.n.30.& ſeq. Gulielm. Boekel. de public. iudic. diſquiſ. 14.Carpzou p.2.quæſt.85.Berlieb.tom.5. concl.57.num.13.Farinac par.7.qu.171. à num.59.Harpprecht. in §.vlt.Inſt.de publ.Iudic.à num.34. Chriſtoph. Cruſ. de indic.delict par.3.cap.20. à n.1. Reg.Galeota reſp.fiſc.22. num 15.* quod etiam eſt apud *Reg.Sanfel.deciſ.285. num.29. Reg.Capyc. Latro conſult.33. nu.19. Reg. Reuerter. deciſ.* 112. vbi *Reg. de Marin. in obſ. & in deciſ.400. num.3. Maſtrill. deciſ.238.num.70. Conſil. Altimar.in cit. obſeru.ad Reg.Rouit.conſ.60. nu.16. Cæſ. Nicol. Piſan.in add.ad Goffred.ſuper rit.* R.*Cam.d.rubr.37.n.18.*

26 Quod crimen poſſe etiam puniri criminalitèr, & ciuilitèr, ſcribit *cit. Conſ. Altimar.d.loc.nu.*18. Criminalitèr nempè, vt fur, quia tàm committens crimen peculatus, quàm reſiduorum, patrat crimen pecuniæ publicæ, *Farinac. d.q. 171.nu.60.& 65.Creſpi obſ.83.num.52.*

Digitized by Google

Præſ. de Franch. deciſ. 315. *n.* 3. verùm, quia huiuſmodi pœna non eſt in iure expreſſa, arbitrariam Iudici dicit *Caball. d. caſ.* 99. *à n.* 40. *ad ſeqq.*

27 Si ciuilitèr agatur, pœna huius legis eſt, vt ea damnatus, prætèr infamiam, etiam tertia parte ampliùs, quàm debet, ſeù retinuit, mulctetur; ideſt, vt prætèr pecuniam, quam debet, tertiam partem eius pendat, ſiuè Reipublicæ præſtet; Quare qui tercentum aureos retinuit, centum loco pęnæ vltrà præſtabit, ex præallegata *l.* 4. *§. quæ lege* 5. *D. ad l. Iul. pecul.* ibiq; *Duaren. cap.* 4. *Iul. Pac. in Epitom. Iur. diſp.* 29. *theſ.* 28. *Boccer. de pęn. crimin. cap.* 2. *num.* 139. & poſt alios ſuprà laudatos *cit. Conſ. Altim. in d. obſ.* 60. *num.* 20. vbi *n.* 21. poſt *Bart.* & *Io: de Plat.* tradit, quod plures damnati crimine peculatus inſolidum tenentur, in crimine verò reſiduorum pro rata, & ſic omnes vna pęna.

28 Interdùm huiuſce iudicij etiam pęna dupli eſt, vt in caſu *l. vlt. C. de frumento Vrb. Conſtantinopol. l. excellentia* 9. *C. de erogat. militar. annon. Berlich. d. concl.* 57. *num.* 14. *Author* hìc *n.* 5. Quod etiam eſt diſpoſitum de Iure noſtri Regni Neap. vt Miniſtri pecuniarij retinentes pecuniam fiſcalem, ad pęnam dupli teneantur, ex *Pragm.* 46. *de Offic. Proc. Cæſ.* ibiq; *in annot. Reg. Tapia lib.* 2. *Iur. Regni fol mihi* 220. dicit, fuiſſe practicatam cum Fabritio Pignatello, Magiſtro Portulano Prouinciæ Apuliæ; quem refert *Reg. Capyc. Latro conſult.* 33. *num.* 34.

29 Athenis alia quoque pœna fuit, nēpè, vt qui de reſiduis tenerentur, nullā Reip. partem attingerent, antequàm ſolutionem præſtarent, vt poſt *Themiſtium Euphrad. orat.* 14. notat *Theodor. Marcilius in §. vlt. Inſt. de publ. iudic.* Imò *Valer. Maxim.* 1. *de cultu Deor.* refert, quod *Tarquinius M. Tullium Triumvirum*, eò quod librum Secretaciuilium ſacrorum continentem, cuſtodiæ ſuæ commiſſum, *Petronio Sabino* deſcribendum dediſſet, in mare abijci iuſsit.

30 Quod procedit in Officialibus, quorum fidei, & curæ publica pecunia, vel alia res cum adminiſtratione commiſſa eſt, quales ſunt Theſaurarij, Quæſtores, Arcarij, Depoſitarij, Publicani, ſiuè Receptores fiſcalis pecuniæ, & ſimiles; Iſti enim ſi aliquid in adminiſtratione reliquantur, vel pecuniam ſibi concreditam negligunt, in rationibus omittunt, intercipiunt, ſubuertunt, *lege Iulia de reſiduis* tenentur, *Berlich. d. concl.* 57. *à num.* 26. *adſeqq. Laurent. Matthæu de re crimin. d. controu.* 77. *num.* 10. vbi etiam docet, quod pecuniam non recipientes, ſed lato modo adminiſtrantes iure Superioritatis, vt Proreges, & Præfecti, peculatus lege tenentur.

31 Hinc Officiales, ac Portuum Cuſtodes, qui multas fraudes committunt, teſte *Auth.* noſtro hìc *num.* 1. exigentes pecuniam fiſcalem, eamq; Regiæ Curiæ non reſtituunt, vel concedunt licētiam extrahendi bona prohibita, his pęnis tenentur, vt tradit *Reg. Reuerter. deciſ.* 14. vbi *Reg. de Marin. in obſeru. n.* 2. reaſſumendo refert tradita ab *eodem Auth.* noſtro hìc, quem etiam refert, & poſt alios ſequitur *D. Didac. de Bolero tract. de decoct. deb. fiſcal. tit.* 5. *quæſt.* 34. *num.* 4. 5. 6. & 23.

Proùt de Perceptoribus Prouinciarum deciſum refert *Reg. Reuert. deciſ.* 112. *dec.* 226. & *dec.* 260. *Reg. Capyc. Latro conſult.* 33. *Reg. de Ponte conſ.* 22. *Carol. Rota in annot. ad Reg. Rouit. conſ.* 60. *lib.* 3. latè *Conſ. Rocc. in opuſc. de delictis Perceptor.*

De Theſaurario Regni, *Reg. de Ponte conſ.* 199. *Reg. Lanar. conſ* 93. *de Luca in animaduerſ. ad Gratian. cap.* 304. *num.* 10. & 11. *tom.* 2.

De Dohanerio ſalis huius Ciuitatis, *Reg. Reuerter. dec.* 400. *par.* 2.

De Dohanerio Ciuitatis Caietæ, qui fuit condemnatus ad relegationem per decennium, ad intereſſe Regij Fiſci, & partium, ac officij priuationem, *Præſ. Merlin. contr.* 28. *n.* 13. *cent.* 2.

De Dohanerio Menæ pecudū Apuliæ, *Reg. Sanfel. deciſ.* 270. *Reg. de Ponte deciſ.* 7. & *in deciſ.* 16. refert deciſum, quod Ill. Marchio Padulæ Dohanerius fuit

fuit condemnatus, vltrà ſuſpenſionem officij, ad varias pecuniarum quantitates, pro quo conſuluit *Camill. de Medic.conſ.*143.

De Rationalibus Reg.Cam. *Reg.Reuerter. deciſ.* 114. & *Reg.Rouit. conſ.*60. *lib.*3. vbi quis fuit priuatus officio, & condemnatus ad intereſſe Regij Fiſci, & partium, & habito reſpectu ad longam carcerationem fuit deportatus, vt deciſum refert *Reg.de Marin.reſol.*291. *num.*5.*Reg.Sanfel.dec.*166.*n.*16.*&* 20. proùt de quodã Scriba Portionis *ibid. num.*18.

32 Conductores verò publicorum vectigalium, qui non ſoluerunt pecuniam integram, ſed penès ſe retinuerunt, teneri *lege Iulia de reſiduis* pro Regio Fiſco reſpondit *Reg. Galeota reſp. fiſc.* 22. ſed tanquàm fures puniendos viſum fuit Dom. Iudicantibus, *Reg.Sanfel.deciſ.* 284.*&* 285.*lib.*2. *Conſ.Altimar. in obſeru.ad Rouit.d.conſ.*60.*num.*2.*lib.*3.

33 Capſerij, ſeù Nummularij publicorum Bancorum, qui pecuniam bancalem inſcijs Gubernatoribus in proprios vſus conuertunt, an pęna peculatus, vel potiùs furti teneantur, differũt *Caball.caſu* 136.*Maſtrill.deciſ.*238. vbi refert, quod quidam Capſerius Tabulæ nummulariæ Panormi fuit condemnatus ad mortem, ſed in gradu remiſſionis, fuit condemnatus ad remigãdum vita durante, & ad intereſſe Banci ſoluendum; Et idem fuiſſe deciſum in Capſerio Banci Sanctiſſimę Annunciatæ huius Ciuitatis refert *Reg. de Marin. ad Reuerter. deciſ.*112. *num.*2. latè *Conſtantin.Caſar.quaſt.* 4. 5. 6. 7. *&* 8. *Conſ.Pratus reſp.crim.*20. *& ſeq.* meminerunt *de Luca ad Praſ.de Franch.deciſ.* 315.*num.*3.*verſ.ſubquæritur*, *Conſ.Altimar.in cit.obſ.*60.*num.*12.*in fin. Iul. Capon.diſcept.*246.*num.*6.*tom.*4. videndus doctiſſimus I.C. *Dom. D.Bonauentura Triſtany in aureis Deciſionibus Cathalon.deciſ.*25. vbi agit de Nummularijs, & Bancherijs extrahentibus pecunias, falſitate mediante, à Tabula, ſeù Banco, de eorum pœna, & alijs.

34 Si verò non doloſè, aut fraudulentèr intercipiunt, & in proprios vſus conuertunt, ſed culpa, & negligentia, ſiuè ex errore tantùm quædam omiſerunt, & neglexerunt in rationibus reddendis, excuſantur à pęna, *Berlich. d. concl.*57. *num.*56. *Goffred. de Gaeta ſup. Ritib. Reg.Cam. rubr.* 37. *de non poſitis, ſubtract.&c.num.*49.*&* 52. niſi dolus, & fraus interuenerit, non ponendo totum id, quod à Reg.Curia acceperũt, in introitu, vel in exitu, tenentur ad nonupli pęnam, ex *cit. Ritib. Reg. Cam. & Cap. Regni, ad hoc volentes* 186. *cit. Goffred. ibid.* vbi *Piſan.in add.n.*13.*&* 14. *Reg. Reuerter.deciſ.*523.*& dec.*226. *verſ.cuius dubij, Reg.Tapia lib.*2. *Iur. Regni in annot.ad Conſt.Officiales,n.*2.*fol.*237. Si verò per negligentiam omiſerunt exigere, tenentur ad ſimplum, *Goffred. d. loc.num.*15. *Auth.* noſter hic *n.*10. quod latiùs annotauimus ſuprà ad *quaſt.*4.§. 3.*de exact.funct. fiſc.*

35 Plures autem coniecturas, quibus dolus præſumitur, enumerat *Berlich.d. concl.*57.*à num.*59. puta, ſi regiſtra annuorum redituum corrupit, vel ſi bonã pecuniarum quantitatem per ipſum receptam, in libro, ſuper quo fuit reddita ratio, non deſcripſit; item ſi non ſolùm pecuniam non deſcripſit, ſed eam poſt redditas rationes in vſus ſuos conuertit; vel libros exhibere nolit.

36 Verùm reſiduorum indicium parit negligentia, quoniam Fiſci Procurator, vel Officialis quilibet nedùm ſpondere, ſed & cauere tenetur, Reipublicæ res ſua diligentia ſaluas fore, *Chriſtoph. Cruſ.de indicijs delict.par.*3.*c.*21. *nu.*21. & *Caſſiod.lib.*5.*epiſt.*24. *Negligentia vitium eſt, præſumptiones relinquere, quas iura præcipiunt amputare.* Debent itàq; iſti Officiales, qui curam fiſcalium rerum gerunt, maximam adhibere diligentiam, diù, noctùq; inuigilare in ſeruandis iuribus Curiæ, & exactionibus faciendis, & ſua diligentia patrimonium ſeruare, vt monet *Reg. Tapia lib.* 6.*Iur. Regni in Conſtitut.ab Officialibus, ver.Procuratorum,fol.*7. Nàm Iudicum
37 negligentia, & omiſſio, ob damna, quæ inferũt, inter grauia delicta connumerantur

rantur *l.magiſtratus 6. D.de admin. rer. ad Ciuit.pert.l.addictos 6.C.de Epiſc.aud. l.3.C.de off.Præf.prætor.Orient.l.1.C.de priuat. carc. l.iudices 10. C. de annon. & tribut.lib.10. Author hic nu.8.* quem refert *Boler.de decoct.deb.fiſc.tit.1. qu.15. num.15.Bobadill.in Polit.lib.5.c.1. num. 147.to.2.Amaya in comm. ad d. l.iudices. 10.& in l.præcepit 3.C.de can.largit. tit. lib.10. num. 15. & 16.Vela diſſert. iur. contr.26.num.17.p.1. Giurba conſ.72. n. 2. in med.* itaùt ob negligentiam validè priuari valeant, vti ad rem gerendam minùs apti, *d.l.ſi quos Iudices 3.c.cum ad Monaſterium 6.§.Abbas de Statu monach.Gregor.Tholoſ.ſyntagm.iur. lib.17. cap.9.num.27. Piſan. in add. ad Goffred. ſup.Rit.R.C.rubr.3.n.66. Author hic n.9. Conſ.de Georg.alleg.42. Reg.Rouit.deciſ. 36.Montan.de Regal.offic.ſub n.70.* latè declarat *Conſ. Vargas Machuca de Syndicat.Iuſtit.Aragon.par.8.tit.3. conſid.5. tom. 2.*

38 Indicia etiam ſunt peculatus, & reſiduorum, repentinæ, poſt ſuſceptam adminiſtrationem, diuitiæ, & conquiſitæ opes, *cit.Cruſ.de indic.delict. d.par.3. cap.4.n.1.Farinac.conſ.96.num.7.& ſeq. lib.1.Berlich.d.concluſ.57.num.77.* Imò Officiales pecuniarij, præſumuntur ex bonis fiſci intra tempus adminiſtrationis ditati, ex *gloſ. in l.ſi defenſionis facultas, C.de iure fiſci lib. 10. Solorzan.de Indiar.gubern.lib.5.cap.vn.num.123.t.2.* quod, an verum ſit, declarant, *Menoch. lib.6.præſ.25.& 28. & lib. 3.præſ. 52. Conſ. Prat. ad Muſcatell. fol. 637. verſ. tertia, Matthias Berlich. d.concluſ.57. à num.74.ad ſeqq.Reg.Rouit. ſup.pragm.1. de muner.Official. n.18.*

39 At *Rebuff.in d.l.ſi defenſionis facultas,* ità diſtinguit, nimirùm, aut officialis, antequàm adminiſtrare cæpit, bona habebat, & poterat veriſimilitèr eius patrimonium augere, tunc non præſumitur ex bonis fiſci ditatus, aut verò bona, officij authoritate quæſiuit, & anteà nihil, aut parùm in bonis habebat, tunc præſumitur de bonis fiſci ditatus; cuius meminerunt Aduocati *D.Reg.D. Franciſci de Ponte,* Marchionis Murconi, de muneribus in Regia Viſitatione accuſati, inter *ipſius conſ. 146. num.70. lib.2.Reg.de Marin.ad Reg.Reuerter.deciſ.71.num.1.* idemq; *Reg.de Ponte de poteſt.Proreg.tit.3.§.7.à num.3. ad ſeqq.* Vnde in Gallia taxata eſſe Quæſtorum bona, pro indicanda inuerſione, ex *Chaſſan.*teſtatur *Præſ. Mut.Surg. in annotat. ad fratr. de Neap. illuſtr. fol.453. verſ. Poſt.*

40 Officia inſupèr prece, vel pretio cõquiſita, redolent peculatum, & indicia pariunt reſiduorum, *Chriſtoph.Cruſ.de indicijs delict.p.3.c.4.n.4.& cap.20.n.1.* & *Reg.de Ponte de poteſt.Pror.d.§.7. nu.* 10. ibi: *Et rursùs ſi ad officium conſequendum pecuniam expendit, quæ ſolet, & in maxima quantitate etiam ad cambium capi propter peccata populi, & ſalarium, vt videmus, nullo modo eſt ſufficiens ad vitæ, & domus ſuſtentationem, & videmus miniſtrum viuentem ſplendidè, & vltrà ditatum; tunc quid opus eſt diſputare opiniones.* Ementes enim officia neceſſe habent, vt pretium, quod pro illis expendunt, à Prouincialibus cum decumano fœnore extorqueant, vt conſtat ex *l.1.& toto tit.D.ad l.Iul.de ambit.l.1. in princ.C.de off.Præf. Prat. Africæ, & §. hoc etiam 7.* ibi: *Qui ſi ipſi diſpendijs læſi non fuerint, nullam habebunt neceſſitatem eiuſdem noſtræ Africæ tributarios prægrauandi, Auth.vt Iud. ſine quoque ſuffrag. collat. 2.* quod clariùs patebit ex infrà annotandis *ad quæſt.4.hoc tit.*

41 POrrò eſt lex Iulia de ambitu, ab *Auguſto Cæſare* lata, ſecundùm aliquos; Crimen verò *Ambitus* dicitur, quod ij admittunt, qui pecunia, ac largitione, honores, dignitates, & Sacerdotia ambiunt, atq; redimunt, *l.vn. D. ad l.Iul.de ambitu,* ac ciuilis Simonia videtur (qualis eſt in honoribus, ac beneficijs Eccleſiaſticis à *Simone Mago,* cui *D.Petrus* maledixit, quod ab Apoſtolis Spiritus Sancti chariſmata, ſiuè gratiam, pecunia ſibi comparare voluiſſet, vt ſcriptum eſt *Act. Apoſt. cap.8. num.18.19.& 20.cap.quadam 24. qu.3. tot.tit. extrà de Simonia)* Ambitus, delicti, ambitio cupiditatis nomen infert;

fert;

42 fert;Et ſic ambitio,dū in mente retinetur, Ambitus cum ad actum procedit, ſecundùm *Laurentium Vallam elegantiar.lib.4.cap.19.Leandrum Galganetum de differentijs indiuiduorum vtriuſq; iuris lit.A.num.62.* à verbo, *ambio*, quod propriè ſignificat, *Circundo*, *Virgil.6. Æneid.*

Qui rapidus flammis ambit torrentibus amnis.

43 Et quoniam, Romani ſingulos circuire ſolebant, vt ſe in ſuffragijs promouerent, ingentemq; ſæpènumero pecuniæ vim ambientes inſumebant, ſuffragiorum cauſa,quæ corruptela pecuniarum, *Ambitus* tandem denominatus. Vnde natura ambitioſorum,& immoderatè officia appetentium pulchrè deſcribitur ab *Innocent.* relato à *Maſtrillo de magiſtr.lib.1.cap.30.nu.11.* his verbis: *Ambitioſus ſemper eſt pauidus, ſemper attentus, ne dicat,quod diſpliceat, humilitatem ſimulat, honeſtatem mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem oſtendit, ſubſequitur, & obſequitur, cunctos honorat, vniuerſis inclinat, frequentat Curias, viſitat optimates, aſſurgit,& amplexatur, applaudit,& adulatur.*

44 Cuius ambitus pœna de Iure Ciuili eſt 100. aureorū cum nominis infamia, *d.l.vn.§.1.D.ad l.Iul.de ambitu*,quæ pęna pro modo, & qualitate admiſſi, ad deportationem extendi poteſt, *l. vnic. C.eod.* vbi *DD.& in §.vlt.de publ. iudic. Dambouder.in praxi crim.cap.131. à nu. 11.Hier.Treutler.ſelect.diſp. vol.2. diſp. 32.th.9.num.25. Cruſius de indic.delict. par.3.cap.22.Boekel.de public. iudic. p.3. cap.22.* & de alijs pœnis ambitus latè adeundi *Auton. Matthaeus de criminib. lib.48.D.tit.11.cap.1. & 2. Velaſc. de Iud.perfecto rubr.1.annot.3.§.2.*

45 Cæterùm ambitus criminis, Imperio,aut Regnis vſus nullus eſt;*Hæc lex*, inquit *Modeſtinus*, *in Vrbe hodiè ceſſat, quia ad curam Principis magiſtratuum creatio pertinet, non ad populi fauorem*, *d l.vnic.D.eod.* Quod perſpicuè oſtendit etiam *Anton. Luſchius in comment. orat.Ciceron.pro Sylla*, per hæc: *P.Sylla, & Antonius Romani Ciues Conſulatum per ambitionem obtinuerant, proinde damnati, grauiterq; mulctati fuerunt iuxtà conſuetudinem, & leges Romanas, quæ hodiè locum non habent, ex quo dignitates ad arbitria Principum Romanorum deuouerunt.* Cum poſt latam legem Regiam, omnem ſuam Maieſtatem, omneq; Ius contulerit in Principem Populus Romanus ex *l.1. D.de Conſtit. Princ. Iuſtinian. lib.1. Inſtit. tit.2. §.6. Antunez Portugal de Donat. Reg. lib.2. cap.12.Sixtin.de regal.lib.2.cap.15. Ioſeph Laurent. in Polymathia var. erudit. lib.1.diſſert.30.*

In Republ. vt Romæ olim ante Cæſares, ambitus erat frequentiſſimus, ac proinde ei coercendo multæ leges ſunt latæ, *Petilia, Pinnaria, Calphurnia, Fabia, Tullia, Pompeia, Licinia, Ebutia, Gincia, Iulia*, & ſimiles, de quibus *Franc.Hotom. Paul.Manut. & Ant.Auguſtin. in libris de legib.Rom. Alex. ab Alexand.lib.3.genial. dier. cap. 17. Decian.in tract.crim.lib.8.cap.22. Zaſius in Cathal.legum antiqu.pag.mihi 73. Frāc. Zypaeus in ſuo Iudice lib.1. cap. 39. nu.5. Camill. Borrell.de magiſtrat. Edict. lib.1. cap.9.Harpprect.in d. §.vlt. de publ. iud. n. 4.* latè *Velaſcus de Iudice Perfecto d. rubr.1.annot.3.§.1.*

46 Illud ſanè ſcire oportet,haud omnem ambitionem lege vetitam fuiſſe, ſed eius dumtaxat, qui largitione, aut vi, vel alioqui contrà bonos mores ambit, non item eius, qui ſolis precibus honores conſequi cupit, vt oſtendit *Cicero in Orat. pro Murena, pro Planco, & pro Sylla*, traduntq; *Decian.d.lib.8. cap. 23.num.2. Menoch. lib.2. de arbitr. Iud. caſ.401.num.4.& ſeq. Laurent. Grimalius lib.1. de optimo Senatore p. 100. Io: Brantius in tract. de Senator. lib.1.cap. 11.& 20.D.Io:Solorzan. de Indiar. gubern.lib.4.cap.4. num. 15.& 16. tom.2. Antunez Portugal d.lib.2. cap.12. n.39. Maſtrill.de magiſtr.lib.1.cap.30.num.6. Conſil.Staiban.reſol.forenſ.100.à n.219. & ſeq.tom.1. Velaſcus de Iudice Perfecto d.rubr.1. annot.3. §.4.* At *Marquez in Gubern.Chriſtian.lib.2.c.vlt. col.22.* tradit, *D. Thomam* referre tres conditiones,

nes, cum quibus poteſt quis honores, & officia ſine peccato ambire; primò, quod ambitus non ſit exceſſiuus, ſed iuxtà merita; ſecundò, quod referatur ad gloriam Dei: tertiò, quod ordinetur ad vtilitatem proximorum.

47 Non enim reprehendendum eſt, ſi ij, qui ſuis literis, & virtutibus nixi, ſe cognoſcendos præbent, & Reip. muneribus offerunt, aliàs, vt aiebat *Plautus, ſumma ingenia in occulto laterent*, & iuxtà illud *Seneca in Thyeſte:*

Nullis nota Quiritibus
Ætas per tacitum fluit.

Vnde licitum eſt, licitè vias tentare, quibus ſe quiſque poſſit tollere humo, & ſuæ fortunæ faber eſſe, à qua virtus derelicta ſuum locum vix tueri poteſt; Hinc Sapiens dixit, *Prou.cap.16. Reuela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ*: Et *Plin.Iunior lib.6.ep.23. Nulli cuiquam tàm clarum ſtatim ingenium eſſe, vt poſſit emergere, niſi illi materia, occaſio, fautor etiam, commendatorq; contingat*. Petendorum autem magiſtratuum morem refert *idem Plinius lib.3.epiſt.20.*

48 Hinc fieri deberet electio Officialium cum maxima diligenti, ac matura informatione, proùt legimus feciſſe *Seuerum Imperatorem*, omnium ferè optimum, qui, cum volebat magiſtratus in Prouincijs deſignare, ne deciperetur, ante omnia eorum nomina Populo proponebat, eum exquirens, vt ſi quis aduersùs eos quid haberet criminis, teſtaretur, *Lampridio in eius vita*, teſte *Bouadilla lib.1.Politic.cap.3. nu.9.* & *Maſtrill.de magiſtrat.lib.2.cap.1. nu.16.& 17.* qui ex hoc *nu.15.* tradit, eundem *Seuerum Imp.* ſuo tempore primos, ac maximos Iure Conſultos pro Conſiliarijs habuiſſe, inter quos *Vlpianum, Paulum, & Modeſtinum*; Et Rex *Ferdinandus I. ab Aragonia*, huius Regni Rex, habebat libellum nominum Virorum bonæ opinionis, & ipſe ſuo motu proprio ex eis Officiales eligebat, vt tradunt *Afflict. in Conſt. Regni Cordi col.2.not.3.de Nigris in Cap.Regni, Item quod prædicti, n.10.*

49 Inſupèr in nominationibus Officialium, quæ per Exc. Proreges fiunt Inuictiſſimo noſtro Regi, fundāt *P.Diana par.6.tract.6.miſcell.reſol.2.per tot.* & *Reg.de Ponte de poteſt.Proreg.tit.3. de elect.Official.§.5. num. 6.* quod debent abſque vlla paſſione proponi meliores, aliàs proponentium conſcientia oneraretur, & non Regis, qui illorum conſilio, ac prudentiæ confidit, ſequuntur *Maſtrill.d.lib.2.cap.1.à num.72. Conſil. Carleual.de iudic.lib.1.diſp.1.num.1. & 22.Conſil.Staiban.reſol.100.nu.243.& ſeq.* Et ex *Conſtit. Regni Iudices*, ſtatuitur, illum eſſe admittendum, qui in cõcurſu eligendorum per rigoroſam examinis diſcuſſionem magis idoneus fuerit iudicatus, ibiq; *Reg.Tapia in annot. lib.2.Iur.Regni ſub tit.de Official. in Regno Conſtit. Maſtrill. Carleual. Staiban. in laudatis locis, Fernandez de Otero de Official.Reip.cap.5.* poſt plures concludunt, quod in foro conſcientiæ magis idoneum eligere tenentur.

50 Dignior autem debet iudicari, qui magis eſt vtilis, & aptus ad officium, cui præficitur; Hinc integerrimus *Reg. Io:Franc.de Ponte*, qui tot annis fuit in hoc Regno Supremus Miniſter, & quādo prædictum *Tract. de poteſt. Proregis* edidit, officium iàm renunciauerat, & ſe accingebat, licet ſenex Capularis ad ingrediendum Sacram Religionem Clericorum Regularium Theatinorũ, vbi poſteà piiſſimè diem clauſit extremum, hæc profert *in tit.3. de elect. Official.§.7. num.13. Et deniquè hoc facto ijdem Viſitatores alloqui debent Regios Miniſtros, ab eis ſe informare, interrogare, & videre, qua nam ſit illorum habilitas, quomodò ſint literarum eruditi, quã capacitatem teneant, ſi videmus, vt plurimum legum penitùs ignaros, & imperitos ad gradus hos aſcendere; & nonnulli accidioſi, & otietati, voluptatibus, & ſomno indulgentes, iudicant bona, vitam, & honorem ſubditorum cuiuscumq; generis, & vota non ponderantur, ſed numerantur. Non enim ſufficit bonitas Iudicis, ſed requiritur capacitas, et habilitas, & non mediocris, aliàs meliùs eſſet com-*

mit-

mittere negotia, & cauſas iudicãdas perſonis religioſis, & exemplaris vitæ in clauſtris degentibus, qui S. Spiritu moti iudicarent, quæ illarum iudicio, & conſcientiæ viderentur.

51 Et rectè etiam *Ioannes Brantius de Senat. lib. 1. cap.* 28. concludit, ex cauſarum Patronis, & Viris in foro verſatis Senatores eligendos eſſe, non ex tyrunculis, & inexpertis; quia, ſicut bonus miles non eſt, qui nunquàm in acie ſterit: Sic nequè Iuriſconſ., nequè cauſarum patronus dici poteſt, qui nũquàm egit cauſam, nunquàm forum aſpexit, nunquàm, vel minimam vllius publici muneris partem attigit, ſubactoq; ingenio opus eſſe, vt agro non ſemèl arato, ſed nouato, & iterato, quo meliores fructus, & grandiores poſſit edere; ſequitur eruditiſſimus *Solorzan. de Indiar.gubern.lib.4.cap.4.n.8.tom.2.* vbi commendat etiam Collegiales. Id quod *Athalaricus* Rex Senatui Vrbis Romæ reſcripſit apud *Caſſiodor. lib.8. var.epiſt.*19. ibi: *Orator facundus, grauiſſimus patronus, ſuſceptas cauſas ſuis præconijs adiuuabat, quando credi non poterat negotium improbabile, cui talis videbatur aſſiſtere: Nonnè prætermittere hunc Virum eſſet publicum damnum? Quid enim, aut nobis, aut vobis eſſe acceptius, quàm veſtro coniungi lateri, qui inter leges meruit approbari? Amare namquè eas poteſt, per quas doctus enituit, dum affectat vnuſquiſq; gloriam ſuam, &c.* idemq; *lib.5. epiſt.*40. *Didiciſti, vt credimus, iudicare, noſtris ſeruiendo iudicijs.* Et *lib.8.epiſt.*18. Colligiturq; ex *Nou.de Poſtulando*, dicente, Collegium Aduocatorum, Seminarium eſſe dignitatum; multiſq; comprobat *Altamiranus in l.3. C.de fil. Official.cap. 9.num.12.& 13.* & *Baldus in l.binos, n. 1.C.de Aduoc.* teſtatur ità: *Nota, quod illi, qui ſunt meliores, & priores in Collegio Aduocatorum, illi debent aſſumi in Aduocatos Fiſci*; Et varia exempla tradit *Cuiacius in Baſilicon in Auth. de Iudicibus, §.vetus igitur.*

Et licet id neget *Alciat. lib.12. parerg.cap.vlt.* eò quod patronus aurum corradere ſolitus, vix incorruptus Iudex eſſe valeat; Attamen *Decianus in apologia aduerſ.Alc.c.7.* alitèr euincit.

52 *Sed quid vacamus in meritis virtutum* (ſunt verba *Lucæ de Penna in l.1.in fine, C. de diuerſ. offic.lib.* 12. quem refert poſt *Afflict. Reg. de Ponte*, & *Auiles, Maſtrill.d.cap.1.num.71.*) *aut vitæ ſic extollendis? hodiè nihil ſibi grauitas, nihil induſtria vindicat, totum auri profanus amor obtinet: Hodiè non morum honeſtas, ſed verborum venuſtas attenditur, non ſcientiæ viſus, ſed ſtultitiæ riſus, non puritas manuum, ſed quantitas munerum confouetur, & non virtutes ſed veſtes ad inſignes honores, et vtilitatis officia promouentur.*

53 Hæc eſt enim mundana miſeria, vt non virtus, ſed aurum ſplendeſcat, inuitus dicam, ſed veritas cogit: Ego ſcribam, veritas dictabit, humanum genus omne teſtabitur, Iudex poſteritas erit, proùt malignitatem temporis ſui deplorando, ſcribit *Franc.Petrarcha lib.penult.epiſt.6.* licet ſuo tempore ſub pijſſimo, & Catholico Rege noſtro, Supremiſq; eius Magiſtratibus hæc non audiri dicat *Maſtrill.d.lib.2.cap.1.n.76.* Quod nos hodiè etiã hoc in Regno ſperare poſſumus, non ſolũ ob magnanimã prudentiã, ac Iuſtitiã noſtri Inuictiſſimi Monarchæ, ſed quoq; ob incõparabilẽ rectitudinẽ Exc. Proregis hodierni *D. Frãciſci de Benauides Comitis Sãcti Stephani*, in difficillimis quibusq; rebus dexteritate, in longo Regnorum Sardiniæ, Siciliæ, mox Neapolis regimine confirmata vndiq; inſignis.

54 Prætereà felix eſſet is, qui dicere, quę velit, poſſet, vt *Tacitus* refert *lib. 1.hiſtor.* his verbis: *Rara tẽporũ felicitate, vbi ſentire, quæ velis, & quæ ſentias, dicere licet.* Hinc reſte *Borrello de magiſtr.edict.lib.3.cap.3.num.*12. cum quidam Doctor in quodã libello, ſeù memoriali dixiſſet, Magiſtratus Regios, viris doctis omiſſis, ignorantibus dari; fuit Neapoli capite truncatus; licet cũ id audiſſet pijſſimus *Philippus II.* Rex adeò ęgrè tulit, vt parum abfuerit, quin in Magiſtratus grauitèr animaduerterit;

rit;

iit; Et Imperatores *in l. diſputare 3. C. de crim. ſacrileg.* ſtatuunt, inſtàr ſacrilegij eſſe dubitare, an is dignus ſit, quem elegerit Imperator. Quod iiſdem ferè verbis ſanciuit Rex *Rogerius in Conſtit. noſtri Regni, Diſputare*. Idemq; habetur in Hiſpania *l. 11. tit. 18. par. 1.* Quibus iuribus conſonat illud *D. Chryſoſtomi homil. 4. ad Roman.* ibi: *Non enim Rege ſuffragio ſuo aliquem eligente, aut honorem alicui apud omnes præconio ſuo decernente, ſubſtinebit ſubditorum quiſpiã contradicere.* Nam quem Rex honorat, omnes elogio debito debent efferre, vt Imperatores iubent in *l. 1. C. de domeſtic. & Protector. lib. 12.* & in *l. reſtituendæ, §. 6. in fin. C. de Aduoc. diuerſ. Iudic.* firmantq; *Caſſan. in Cathal. glor. mundi, par. 1. conſid. 4. Reg. Valenz. conſ. 82. à nu. 16. Solorzan. lib. 5. politic. Indiar. cap. 6. & emblem. 52. & emblem. 54. Io: Maria Can in tract. de electione Official. nu. 92.* doctiſſimus *Dom. Conſil. D. Petr. Anton. Chauarri in ſua Didaſcalia Iuriſprud. par. 2. cap. 20. n. 10.*

55 Est & aliud crimen *de pecunijs repetundis*; de quo primam legem tulit *L. Calphurnius Piſo Trib. Pl.* de qua *Cicero 11. de offic. Non dum centum, & decem anni ſunt, cum de pecunijs repetũdis à L. Piſone lata lex eſt, nulla cum anteà fuiſſet.* Poſt illam latæ fuerunt aliæ, *Iunia, Seruilia, Acilia, Cornelia*, de quibus conſulendi ſunt *Zaſius in Cathal. leg. antiqu. pag. 58. Sigonius lib. 2. de iudic. cap. 27. Valent. Forſter. lib. 1. hiſt. iur. Ciu. Rom. c. 29. num. 13. & ſeqq. Decian. in tract. crim. lib. 8. cap. 34.*

56 Sed vltima, eaq; acerrima *lex Iulia repetundarum*, (ſcilicèt pecuniarum, quia repetebantur pecuniæ datæ Iudicibus, vt obſeruant *de Verbis* Iuris Scriptores *ver. Repetundæ*, & *Petr. Herodius lib. 9. rer. iudicat. tit. 3.*) qua tenentur ij, qui in adminiſtratione officij publici conſtituti, pecuniam, vt officium impetrarent, aut contrà officium facerent, acceperunt etiam à volente, *l. 1. 3. 4. & 6. D. ad l. Iul. repetund. l. 1. 3. 4. & vlt. C. eod. l. 1. C. Theodoſ. eod.* latè exornant *Farinac. lib. 3. prax. crim. qu. 111. art. 9. à num. 134. Dauid Doringius in bibliotheca Iuriſconſ. tom. 1. verb. Actio repetund. à num. 2. ad ſeqq. Boekel de public. Iudic. diſquiſ. 13. Chriſtoph Cauſ. de indicijs delict. par. 3. cap. 23. Decian tract. crim. lib. 8. cap. 34. Menoch. de arbitr. caſ. 342. Anton. Matthæus de crimin lib. 48. D. tit. 8. cap. 1.*

57 Pœna autem huius criminis hodiè eſt extraordinaria, ideſt nunc leuior, vt relegatio, vel ordinis amotio, nunc grauior, vt exilium, ſiuè deportatio, vel etiam mors, pro modo ſcilicet, & qualitate ſceleris, *l. lex Iulia 7. §. vlt. D. ad l. Iul. repetund. l. ſi quis aliquid 38. §. Iudices 10. D. de pœnis, l. 2. D. de Senat. l. 1. cum ſeqq. C. Theodoſ. ad l. Iul. repetund.* probantq; paſſim *cit. Anton. Matthæus d. tit. 8. cap. 2. per tot. Auendañus in Theſauro Indico par. 1. tit. 4. cap. 1. et 2. Larrea alleg. 47.* alijq; vt infrà.

58 Sed & hac lege Iulia tenetur Magiſtratus, qui pecuniam ſibi donatam accipit, quo tempore fungitur magiſtratu, *l. eadem lege 6. in fin. D. eod. tit.* Excipiuntur tamen ſobrini, atq; propinquiori gradu coniuncti, à quibus in infinitum, ideſt non expreſſa certa quantitate, accipere licet, *d. l. 1. & l. 7. §. 1. D. eod.* quia veriſimile non eſt, eos corrũpendi conſilio donare, *Duaren. ad tit. D. ad l. Iul. repet. cap. 2.* latè declarat, poſt alios *Velaſcus de Iudice Perfecto rub. 9. annot. 3. per tot.*

59 Quin & à cæteris xenia, & munera quædam modicè accipi poſſunt, ſiquidem valdè inhumanum eſt, à nemine accipere, & paſſim, viliſſimũ, & omnia, auariſſimum, *l. ſolent 6. §. D. de off. Proconſ. l. plebiſcito 18. D. de offic. Præſid.* Et de Inquiſitoribus docet *Gundiſſalu. de Villadiego de hæret. quæſt. 8. num. 8. & 9. in tom. 11. par. 2. tract.* dummodò centum aureos in anno non excedant, *d. l. 6. §. vlt. D. ad l. Iul. repet.* Optimè inquit tamen *Gratian. diſcept. 56. nu. 48.* ex *Rebuffo*, meliùs eſſe, quod etiam ab huiuſmodi xenijs ſe abſtinerẽt, quia inter eſculenta, & poculenta interdùm iuſtitia comeditur; Vnde nummarij Iudices dicuntur lucri auidi, & ſordidi,

vt

vt exponit *Marcell. Donatus in dilucid. ad Suet.Tranqu. cap. 8. in tomo 6. Theſ. Crit.pag.789.et 790.*

60 Nihil enim ità in Iudice, quàm munerum acceptiones Diuinæ, ac humanæ literæ damnant; quippè quæ Iuſtitiam peruertunt, oculos etiam iuſtorum excæcant, verba Sapientum mutant,& vniuerſum iudicium conturbāt, *Ouid.lib.3.de arte amandi*:

Munera (crede mihi) placant hominesq; Deosq;
Placatur donis Iuppiter ipſe datis.
Quid faciet Sapiens?

Qua quidem ratione apud *Thebanos*, Iuſtitiæ ſimulachrum, eiuſq; Miniſtri ſine manibus pingebantur.

Cur ſine sūt manibus?Capiātnè Xenia,nec ſe Pollicitis flecti, muneribusvè ſināt.

Alciati explicatione *emblem.* 145.

61 Hinc enixa iuris diuini, ac humani vbiq; ferè gētium prohibitio munerum receptionis, etiam de eſculentis,& poculentis,& à non litigantibus,& ſpontè dantibus, & alterius cuiuslibet turpis quæſtus: Iudicibus ſub grauiſſimis pœnis, ſeueriſſimis legibus introducta, vt innumeris iuribus, Sacræ paginæ, ac Authorum teſtimonijs affluentèr oſtēdere poſſemus, ſed breuitati conſulentes,remittimus ad *Symancas de Republ. lib.6.cap.3.& 4.Bouadill.Polit.lib.2.cap. 11.& 12. Petr. Gregor. lib.36.ſyntagm. cap.28. Ioann. Langlaum lib.6. Semeſtr. cap.1. Camill. Borrell. de praſtant. Reg. Cath.cap.21.Solorzan.de Indiar.gubern. lib.4.cap.4.à num.17. to.2. Stephan.Nathen.de Iuſtitia in muner.acceptat.vulnerata tit. 3. cap.1. vſque ad 8. Laurent. Matthæu de re criminali controu. 66. & controu.76.nu.35.& ſeq.* latè *Velaſcum de Iudice Perfecto rub.9. annot.1.2.3.4. cum ſeqq.Marc.Anton.Sabellum in copioſo Diſcurſu de prohibita muner. & prec. dat.interpoſ.ac recept.Iudicib.&c.* appoſito in *tom.1.ſuæ ſumma diuerſ. tract.*

62 Quod ſpecialitèr etiam in hoc noſtro Regno Neap. ex pluribus *Conſtitut. Capitul. ac Pragm.* prohibitum eſt, quibusvis Officialibus, neque per ſe ipſos, neque per intermediam perſonā accipere res aliquas, etiam comeſtibiles parui valoris, ſub pœna in illis contenta,de quibus *Nouar. Reg.Rouit. Laganar. Conſ.Scip. Martin.* alijq; *in Comment.ad prag. de muner. Official.* & *Reg. Tapia lib. 2. Iur. Regni Neap.ſub rubr. Ne official. muner.recip.fol.461.de Luca in obſeru. ad Praſ.de Franch. deciſ.493. & ad Gratian.cap.56.num.9.*

63 Debent verò Magiſtratus eligi gratis ad Iuſtitiam regendam,ne eam vendant; neceſſe enim eſt,vt qui emit,vendat, vt dicebat *Seuerus Imp.* Quapropter rarós eſſe Iudices, puris manibus iuſtitiam adminiſtrantes,quia ſæpè hoc ſacroſanctum Aſtrææ munus venditur, cenſet *Io:Owenus lib.1.Epigr.16.*

Fungitur officio rarus ſine munere Iudex,
Cur niſi, quod ſanctum munere munus emit?

64 HVic legi Iuliæ finitimum eſt *Barattaria* crimen, quod cum repetundarum crimine ſolet confundi, ſed differentiam aſſignat *Bouadilla lib. 5.Politic.cap.1. num.* 228. vt Repetundarum crimen ſit, cum pro iniuſtitia facienda pecunia datur, ac recipitur; *Barattariæ* verò, cum datur, & recipitur, vt Iudex iuſtam ſententiam ferat, vel ob aliquid citiùs, & maturiùs, quā ſperatur, agendum, ſequitur *Amaya in comm.ad l. 10. num.22. C. de Iure Fiſci lib. 10.*

65 Quod ſanè non eſt facilè diſcernere, cum hoc *Barattariæ* nomen barbarum ſit, & à forenſibus Iuriſperitis excogitatum, frequentèrq; vſitatum; Iudicium pecunia corruptum,Iudicemq; ità iudicantem deſignans, quaſi iuſtitiam barattantem, quod crimen legem Iul. repetundarum continere *Marcellus* inquit in *l.1.D.ad l.Iul.repetund.*qui id ipſum in *l. 3. eiuſdem tituli* repetens ait: *Lege Iulia repetundarum tenetur,qui cum aliquam poteſtatem haberet, pecuniā ob iudicandum, vel non iudicandum, decernendumvè acceperit*; Et in *l.4. Venuleius* adiecit: *vel quò magis, aut minus quid ex officio ſuo faceret*; *Aluarez de Velaſco de Iudic. Perfect. rubr.9. annot. 11.num.2.& 3.*

Nn Ad

Digitized by Google

Ad materiam autem *Barattariæ* plura notant *Berart.in Specul.Viſitat. c.17. Maſſinus de conſiſcat. quæſt.11. Præſes Ioſeph Filiù in ſua Margarita, ver. Barattaria, Henricus Meier in Diſput. de Barattaria, quæ extat in prima decuria Diſput. Inaugural. Argentorat. 1672. in 4. Reg.Reuerter. deciſ.46.* vbi *Reg. de Marin.Conſil. Altimar.in obſeru.ad conſ. 57. Reg.Rouit. lib.3. Iul. Capon. diſcept. for. 246. à num. 18. tom. 4. Pratus ad Muſcatell. tit.de Iudic. corrupt. &c. fol. mihi 637.* latè doctiſsimus *Conſil. Vargas Machuca de Syndicatu Iuſtitiæ Aragon.par.8.tit.1.del ſuborno, y corrupcion, conſ.2.3.& ſeqq.tom.2.*

66 DEniquè affinis eſt huic capiti Cõcuſſio, ſiuè Extorſio, cum indebitè quid per vim, aut metum extorquetur, *l.1. D.de concuſſ. l.6. §.2. & 3. D.de off.Præſid.* Concuſſionis verò Crimen, publicũ negat eſſe *Martianus in l.2.D.de concuſſion.* priuatumq; his verbis affirmat: *Concuſſionis crimen publicum non eſt;* Attamen eius grauitatem oſtendunt *DD.*quod repetundarum facinus concuſſione contineatur, non è conuerſo, ità vt Iudex concuſsionem committens, repetundarum ſimùl delictum, pœnamq; contrahat, vt tradunt *Cruſius de indicijs delict.par.3.cap.22. à num.37.Grammat.conſ.51. n.13. & ſeq. Decian.tract.crim.lib.8.cap.35. num.24. Farinac.d.quæſt.111.nu.42. & ſeqq. cit. Velaſcus de Iudic.Perfect. rubr.9. annot. 11.num.15. Muſcatell.in praxi tit. de Iudicis corrupt.concuſſ.&c.nu.27.& 28. Maſtrill.de magiſtrat.lib.6.cap.8.à num. 29.Reg.Galeota reſp.fiſc.15. à num.104. Montan.de Regal. offic. num.70. Conſil. Rocc.de delictis Perceptor.n.26. & ſeqq. Conſ. Altimar.ad Reg.Rouit. conſ.57. nu. 2. lib.3.*

67 Tres autem diſtinguendi ſunt caſus, in quibus concuſſio accidere poteſt, quos complectitur *Franc. Bernardinus Porrus in Faſciculo rer.crimin. §. concuſſio, pag.295 num.1.2.3. & 4.* quem ſequitur *cit.Velaſc.d.annot.11. à num.20. ad 24.*

Primus, cum Iudex ipſe per vim, aut metum, vt quid faciat, vel non faciat, aliquid extorquet, & tunc publicum concuſſionis iudicium eſſe ſuprà traditæ omnes in repetundarum crimine rationes oſtendunt, & *in l.2. D.de concuſſion.* Sic *Martianus*: *Si ideò pecuniam quis acceperit, quod crimen minatus ſit; poteſt publicum iudicium eſſe ex Senatusconſultis, quibus pęna legis Corneliæ teneri iubentur, qui in accuſationem innocentium coierint;* Vbi & præter Repetundarum pęnam, de vi quoque Iudicem tunc teneri, *Accurſius* notat *ver. ex Senatus conſultis, & in l.ex Senatus conſulto 6.D.ad l.Iul.de vi priuata, gloſ. fin.* Idemq; in alio quolibet Iuſtitiæ Miniſtro, Satellite, ſeù Apparitore comprobat *cit.Bernardin.Porrus d l.nu. 3.& 4. Conſil. Roccus d. opuſc. de delict. percept.num.128.& ſeqq.*

68 Secundus caſus, cum priuatus, Iudicis ſimulato iuſſu, aliavè fraude cõmenta, concuſſionis crimen patrat, non quidem iuriſdictionis actum exercens (nam & tunc concuſſionem committi, pęnamq; contrahi dicunt *gloſ. in d. l.1. D.de concuſſ.ver.ablatum, Farinac.d.qu. 111.num.46.Cyrill.in ſumma crim. rub. 33.de pœna Iud qui malè iud.§.fin.nu.3. poſt med.*) & hoc caſu iudicium publicum non eſt, ex relata *Martiani* ſententia in *d.l.2.* vt cum diſtinctione prędicta firmant *Menoch. de arbitr. lib.2. caſ.342.num.12. Farinac.d.loc.num.53. & 54.* dicentes, quod ſi à priuato cõmittatur concuſſio, priuatum erit delictum, ſi à Iudice, eiusvè Officiali, publicum, & cuilibet de populo accuſationem conceſſam.

69 Tertiò, cum priuatus, imperio Iudicis ſimulato, vel Iudicis, aut Miniſtri perſona mentita, iuriſdictionem exercens, aliquid extorquet; longè grauius delictum perpetrat, publicum, & ſeueriſſimis pœnis vindicãdum, cum atrociſſimum paritèr vſurpatæ iuriſdictionis, & læſæ inde Maieſtatis committat, *l.3. §.fin. D. ad l. Iul. Maieſt.* ibi: *Quiuè priuatus pro Poteſtate, Magiſtratuvè quid ſciens, dolo malo geſſerit.* Cuius pęnam, vltrà bonorum confiſcationem vlti-

vltimi ſupplicij eſſe, ſanctione *l. quiſquis 5. C. ad l. Iul. Maieſt.* obſeruant *Guid.Pap.deciſ.423. num.2. Gigas de crim.læſa Maieſt.quæſt.22.à nu.12. Caball.reſol.291. in fine.*

70 Ex his igitur omnibus concludi videtur, quod Indices, ne à Iuſtitiæ ſcopo aberrent, ac præſentis vitæ pericula, vel alterius æui perennes pœnas patiantur, ſex ſcopulos fugiant, ne ſcilicet prece, pretio, amore, odio, ira, aut timore moueantur, ſintq; caſti, rogati, ſecreti, habitu, cultuq; modeſti, aſpectu formidabili malis, humiles, ſed graues ſine faſtu, ſancti, ſeueri, incorrupti, inadulabiles, immiſericordes contra improbos foris, intùs verò caritate pleni, æquitate, & veritate terrifici, librorum cumulo circundati, & ſtudentes, vigilantes, ac omni deniquè vitio carentes; *Is ordo, vitio vacato, cæteris ſpecimen eſtò*, vt inquit *Lex 12.Tab.* apud *Ciceronem lib.3. de legib.*

AD QVÆST. II.

An teneantur hi Officiales inſupèr ad intereſſe, & qualitèr.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Officiales reliquatores pecuniæ fiſcalis, qualitèr ad intereſſe teneantur? Traditur ſpecies huius deciſ. *laudata per* Montanum, *num.1.& 2.*

Vſuræ centeſimæ, vel ſemiſſes, quę ſint, n.3.

Intereſſe, & vſurę differentia, n.4.& 5.

Moræ ſpecies, quot ſint, n.6. & an ea requiratur in Fiſco, num.7.& 8. Et quid ſi concurrat cum alio priuilegiato, n.9.

Mora irregularis in debitore minoris, an etiam procedat in Fiſco, n.10. Et declaratur, n.11.& 12.

Fiſcus in ius priuati ſuccedens, quas vſuras pręſtare teneatur, n.13.

Officiales, qui pecuniam fiſcalem retinent, vel in ſuos vſus conuertunt, an eam cũ intereſſe ſoluere debeãt, n.14.& 15. Et quid ſi tenerentur ad pęnam dupli, &c. num.16.

Theſaurarij, ac exactores pecunię fiſcalis, an poſſint de ea mercari, à n.17. ad 19.

Fideiuſſores Magiſtratuum, an ad pœnas, & intereſſe teneantur, à n.20. ad 22. & quid in eorum hęredibus, n.24.

Significatoriarum ſpecies aduersùs Officiales pecuniarios, quot ſint, n. 23.

Nominator, ſeù elector, an in ſubſidium ad intereſſe teneatur, n.25.& 26.

1 PLura dubia ſunt reſoluenda in hac *Authoris* noſtri quæſtione, in qua concludit, quod Officiales reliquatores, prætèr pęnas corporales, de quibus in *anteced.quęſt.* tenentur ad reſtitutionem totius lucri per ipſos percepti, cũ non poſſint mercari, nec mutuò, vel ad cambium, Fiſci pecuniam dare, & ampliùs ad intereſſe, etiam ſine mora, & interpellatione, niſi agatur contrà eorundem fideiuſſores de benè adminiſtrando, quibus mora non currit, niſi à die notificationis ſententiæ, ſeù ſignificatoriæ contrà Officialem expeditæ, & *Authorem* noſtrum refert, & ſequitur, latè hanc *deciſionem* declarando, *Horat.Montan.in tract.de regal.offic.n.63. verſ. Num autem Officialis.*

2 Dicit quoque noſter *Auth.* hìc *n.12. & 13.* in Regia Camera paſſim iudicari cum *Gloſ.in l.2.§.ſi indemnitas, D.de adm.rer.ad Vn.pert.* vt debitores Fiſci teneantur ad vſuras ſemiſſes; niſi Officiales cõſumpſiſſent pecunias ad vſum proprium, & tunc teneri ad vſuras centeſimas ex *l.qui ſine, D.de neg.geſt.* ſequitur *cit.Montan.* ſubdens, quod vſu-
3 ra centeſima eſt ad rationem ducatorum duodecim pro ſingulis centenis; vſura verò ſemiſſis eſt medietas centeſimæ, & ſic ad rationem ſex pro centenis, ex *Soccino*, quem ſequitur etiam *Præſ. Mut. Surg. de Neap. illuſtr. in annot.fol.337.*

4 Et quidem, licet non debeantur Fiſco vſuræ à ſuis debitoribus, quæ non ſolùm iure diuino, ſed omni alio iure atrocitèr ſunt prohibitæ, vt oſtendunt *Donellus, Leotardus, Gibalinus,* alijq; *in*

tract.de Vſuris ; Attamen eorum mora non debet impunita remanere, ſed tenentur ad id, quod intereſt; pro qua differentia vſurę,& intereſſe,adeſt text. in l.3. §.fin. D.de eo, quod certo loco, ibi: Quod interfuit, veniet, & quidem vltrà legitimum modum vſurarum; Intereſſe enim eſt æſtimatio eius, quod alicui abeſt alterius culpa, ſeù quia damnum recipit amittendo ſua, ſeù quia lucrum non acquirit, Conſil. Carleual.de iudicijs tom.2.lib.1.tit.3.diſp.8.ſect.3.4.5.& 7. Staiban.de intereſſe qu.1.à num.5. Eſcobar de ratiocin.cap.15.à num.1.Leotard. de vſur.qu.74.& 75.Noguerol.alleg.18. à nu.99.& alleg.11.à n.176. Conſ.Rocc. reſponſ.79.tom.1.

5 Et ideò debet præſtari intereſſe Fiſco à ſuis debitoribus, ſtatuto tempore non ſoluentibus, & moram contrahentibus, vt probant Alfar.de off. Fiſcal.gloſ.16.priu.64.num.209.Noguerol. d.alleg.11.nu.180.Cyriac.controu.523. n.49.t.3. Leotard.d.tract.qu.22.n.27.in fin. D.Didac. Boler.de Decoct.debit.fiſc. tit.5.quæſt.33.per tot.D.Chriſtoph.Creſpi p.2.obſeru.83.n.42.

6 Moræ autem tres ſpecies aſſignantur; Vna hominis; Altera iuris; Alia temporis. Mora hominis eſt illa interpellatio iudicialis, ſiuè extraiudicialis, quæ per creditorem fit debitori pro ſolutione, cũ proteſtatione de damnis, & intereſſe, & hæc mora fit ex perſona, ac eſt regularis. Altera iuris eſt, quæ fauore minorum, Eccleſiæ,& aliorum priuilegiarorum à iure inducitur, & fit ex re,eamq; irregularem vocant;Temporis mora eſt, qua ius fingit interpellationem interuenire, nàm tunc dies interpellat pro homine, quando venit dies ſtatuta à conrrahentibus ad ſolutionem faciendam; ità diuidit Pichard. in tract.de mora num.67. poſt libros Inſtit.Iur.Ciu.

7 Vnde licet regularitèr ad conſtituẽdum debirorem in mora, interpellatio, vel diei lapſus requiratur, l.magnam, C.de contrab.vel committ.ſtip.l.quod certè, D.ſi cert.pet.l. mora 32. D. de vſur. DD. in l.ſi mora, D.ſol.matr. cum latè traditis à Pichardo in tract. de mora à num.43. Ferreto de mora à num.42. vbi quoad effectum vſurarum diſtinguit contractus, & iudicia bonæ fidei, de quibus in d. l.mora 32. §. in bona fidei, ità I. C. ait: In bona fidei contractibus ex mora vſura debentur; à contractibus, & iudicijs ſtricti iuris, in quibus ſtipularione opus eſt, ex l. quamuis, C. de vſur. quod declarat Ioan. Coraſius lib.2.miſcell.cap.7. & latiùs Leotard. d. tract.quæſt.83.num.3.

8 Hoc verò non procedit in Fiſco,pro quo receptum eſt, vt ipſius debitores ſine interpellatione in omnibus contractibus, re ipſa moram faciant, vel ipſo iure, ex l.11. D de vſur. l.cum quidam 17.§.Fiſcus, D. eod. vbi ſingularis gloſ.ver.inferunt, Bart. in l. 2. C.de his, quib.vt indign. Cuiac. lib.22. obſeru.34. Menoch.de arbitr.caſ.220. num.8. Peregrin.de Iure Fiſci lib.6.tit.7.nu.1. Surd. deciſ.179.n.6.Barbat.de diuiſ.fruct.p.2. cap.2.num.17.Maſſin.de confiſcat.quæſt. 44.à nu.45. Reg. de Ponte de poteſt.Proreg.tit.4.de Regal.impoſ. §.4. à num.44. vbi intelligit text.in d.§.Fiſcus in mora irregulari, idem etiam probat deciſ.29. num.5.& 9.Reg.Conſtant.in l.1.n.17. C. de fiſcal.vſur.lib.10.Cyriac.controu.523. n.49.tom.3.Leotard.de vſur.quæſt.22. à n.7.ad 13.& qu.82.num.8.Salgad.in labyr.cred.par.4.cap.3.à num. 45.ad ſeqq. cit.Bolero de Decoct.deb.fiſc.tit.5. qu.32. num.9.& quæſt.33.num.5.Anton:Gobius conſult.38.num.1.& 2. deciſum paritèr teſtatur Reg.Reuerter.deciſ.65. & 514. par.2.& ſic Andr.Capanus de Iure releu. par.5.quæſt.17.per tot.probat in releuio re ipſa, anno elapſo,ſine interpellatione moram incurri, & oriri actionem ad intereſſe pro Fiſco contrà Vaſallum.

9 Niſi Fiſcus concurrat cum alio priuilegiato, nam tunc intereſſe non committitur ipſo iure, noſter Author hìc n. 6. & latiùs Reg. de Marin. ad Reg. Reuert.d.dec.65.à n.4.ad ſeqq.

10 Proùt minori intereſſe debetur,abſq; interpellarione, & conſtuitur eius debitor in mora irregulari, l. Titia Seio 87.§.vſuras,D.de legat.2.l.in minorũ 3.

C.in

C.in quib.cauſ.in integr.reſtit. non eſt ne-
11 *ceſſ.* Hanc antem diſpoſitionem comprehendere Fiſcum, Eccleſiam, Remp. aliaſq; perſonas priuilegiatas concludunt *Reg.Conſtant.in d.l.1.num.18.C.de fiſc.vſur.lib.10. Reg.de Marin.in obſeru. ad Reuert.d.dec.514.num.3. de Luca ad Præſid.de Franch.deciſ.16. num 4. & in animaduerſ.ad Gratian cap.241.num.7. Velaſcus de priuil.paup.p.1.quæſt.25.à n. 13.Creſpi d obſeru.83.n.43.* Idq; intelligendum eſſe tradit, ex *cit.Reg.Conſtãt.* idem *Reg.de Marin.vbi ſuprà*, quando Fiſci, Eccleſiæ &c. debitores, legitimam habent perſonam, cui ſoluere poſſint, quia ſecùs mora hæc irregularis ceſſaret, quaſi tunc nihil debitori imputari poſſit; Similitèr, ſi Fiſcus haberet creditum ex contractu dependens, nam pęna, vel mulcta Fiſco debita, quamvis debitor in ea ſoluenda fuerit in mora, non per hoc poterit cogi ad vſuras ſoluendas, ex *l.1.C.de fiſc. vſur.lib.10.*

12 Præterea eſt aduertendum, quod ex *d.text.in l.cum quidam, §.Fiſcus, D.de vſur.* communitèr deſumitur concluſio, vt Fiſcus, quando ex contractu remanet debitor, non tenetur ad vſuras, verùm ſi remanet creditor, benè ei vſuræ ſoluuntur; Quod ſanè declaratur multiplicitèr, nam Fiſcus tenetur ad vſuras, quæ debentur in recompenſationem fructuum, vel quando Fiſcus agit pro recuperatione rei nullitèr forsàn alienatæ, pretio emptori reſtituto, vel ſi compellit priuatos ad ſibi aliquã pecuniam mutuandam, vel ſuccedit in ius priuati, vt latè tradunt *Camill. de Medic.conſ.70.Reg.de Marin.in obſ. ad Reg.Reuert.d.dec.514.nu.4. & lib.1.reſol.149. Conſ.Staiban.reſol.69. à nu.18. tom.1. cit.Boler.d.tit.5.qu.36.per tot.*

13 Imò dum Fiſcus in ius priuati debitoris ſuccedit, & ſic ad vſuras debitas ex pacto tenetur, intelligendum de vſuris fiſcalibus, vnde cum in Regno ſtatutum ſit, vt Fiſcus non ſoluat vſuras, niſi ad rationem ſeptem pro centenario, ſi eius prædeceſſor præſtabat maiores, ipſe non ſoluet niſi fiſcales, vt poſt *Reg. Conſtant.* tradit *Reg. de Marin.cit.obſeru. 514.num.5. circà fin.* ſiuè *num.12.iuxtà 2.edition.*

14 Et ſic etiam iſti Officiales, qui pecuniam fiſcalem retinent, vel in ſuos vſus conuertunt, prætèr criminales actiones, & pœnas dupli, aliasvè, vt ſuprà ſtatutas, debent eam cum vſuris, ſeù legitimo intereſſe ſoluere, *Fauſtus in Conſ.pro Ærario claſſ.9.ord.41. verſ. Et idem, Eſcobar. de ratiocin. cap. 14. Gabriel Berart in ſpec.Viſitat. cap.23. num. 153. Reg. de Ponte conſ.22. num.10. & deciſ.29.à nu.6.* vbi in his terminis *n.9.* concludit, ibi: *Nam ſtatim abſq; alia interpellatione ex mora currit vſura, ſeù intereſſe contrà Fiſci verum debitorem; Nam interceptio pecuniæ oritur ex delicto in faciendo, propter quod lex inducit confiſcationem; Vnde nil mirum ſi debentur ex re fructus, & ex pecunia intereſſe, tum ab initio committendo delictum ſe conſtituit malę fidei poſſeſſorem, textus eſt ad hoc elegans in l.1.C.de his, quibus vt indign.&c.* & ità fuiſſe deciſum per Reg.Cameram refert.

15 Vnde Perceptores, ſiuè Officiales Regij, qui Principis pecunias, tributa, & alia iura exigunt, & ſuſcipiunt quomodocumque, cum ex debito officij pecunias exigere teneantur, illaſq; ſtatutis temporibus ad generalem Theſaurarium traſmittere, ſi hoc non explicuerint, ſed eas ſibi retineant, ſimilitèr debent reliqua ſoluere cum legitimo intereſſe, poſt moram. *l.Imperatores 9.D.de adminiſtr.rer.ad Ciuit.pertin. l.apparitores, C. de exact. tribut. lib.10.* prout deciſum refert per Reg. Cam. *Reg.Reuerter.d.deciſ.65.* docetq; *Boler. de decoct.fiſc. d.tit.5. quæſt.34. à nu.19. ad ſeqq.*

16 Et licet, quando Officialis teneretur ad duplum, vel quadruplum, &c. non deberi intereſſe dicat *Montan.vbi ſuprà fol 236. verſ.ſi verò*, ex quo eſſet dare vſuram pœnæ, vel duas pœnas; vnde cogitandum eſſe ait; Attamen illud deberi oſtendit *Larrea alleg. fiſc. 39.à num.7.lib.1.*

17 Quod eò magis procedit, quando

talis

talis Theſaurarius, Suſceptor, ſeù Exactor pecuniæ fiſcalis, ex interceptione pecuniæ aliquid lucratus fuit, vel qualecumq; commodum habuit; omne enim lucrum acquiritur Fiſco, & ipſe prætèr pœnas à legibus indictas tenetur ei reſtituere, vt ex *text. in l. vnica, C. de auri publ. perſecut. lib.* 10. tenet *Bart. ibid. Author* noſter hìc *nu.* 1. *Flores de Mena lib. 2. var. quæſt.* 21. *num.* 162. *&* 163. vbi id extendit, vt procedat, etiã ſi exactori ſit aſſignatus terminus ad ſoluendum, quia, vtcumq; ſit, ſempèr pecunia publica debet eſſe parata ad vſum deſtinatum, ſequuntur *Bouadilla Politic. lib. 5. cap. 4. n.* 8 t. *Eſcobar de ratioc. d. cap.* 14. *num.* 24. *&* 25. *Amaya in d. l. vnica, n.* 5. *Peregrin. de iure Fiſci lib. 6. tit. 3. n. 8. & ſeq. & conſ. 94. n. 7. vol.* 3. vbi hoc indiſtinctè probat in Officialibus Principis, qui debent pecuniam publicam, quam penès ſe habent, certo tempore deferre in Cameram Regiam; & in his, qui ſunt deſtinati ad recipiendum pecunias publicas, quas tenentur conſeruare in certas cauſas deſignatas, vel pro occurrentibus publicis neceſſitatibus, *Boler. d. quæſt.* 34. *num.* 10.

18 Et licet *Menoch. de arbitr. caſ.* 586. *num.* 24. *Gratian. t. 2. diſcept.* 304. *à n.* 20. & *Larrea alleg. fiſc.* 41. *num.* 40. *t.* 1. doceant, Theſaurarios generales, aliosq; Quæſtores, ſeù Camerarios Principum, poſſe impunè de pecunijs per eos exactis, & ad eorum manus prætextu officij peruentis negotiari, mutuare, cambiare, & alia facere, & quod talia lucra ad ipſos ſpectent, nec de illis rationem reddere debeant Principi.

19 Sunt tamen intelligendi, quando dominium pecuniarum erat translatũ in talem adminiſtratorem, ſeù Theſaurarium, eiq; ſtatutum erat certum tempus ad pecuniæ in eius manus peruentæ (cuius periculum ad eum ſpectabat) rationem reddendam, & eam remittendam, vel quando ei conſignati fuerint reditus exigendi ab aliquibus, vt ex eis ſolueret Principis creditoribus; Nàm quoties obligatio conſiſtit in exactione, ſeù ſuſceptione pecuniæ ad Regem quomodolibet ſpectantis, nullo dato tempore ad ſoluendum, ſed ſolùm, vel ad effectum reponendi in Arca, ſeù Capſa Regij Ærarij, ſeù Cameræ, vel ſi pecuniæ ab initio deſtinatæ ſunt ad aliquos certos vſus ſtatim exequendos, tunc de plano procedunt prædicta, & pecuniam cum intereſſe reſtituere tenentur, *Caball. caſ. crim.* 99. *num.* 74. *& ſeqq. Reg. de Ponte deciſ.* 7. *n.* 22. *& n.* 29. *& ſeq. & conſ.* 22. *nu.* 4. *Nouar. in Pragm. 46. de Off. Proc. Cæſ. n.* 12. *&* 13. *Reg. Capyc. Latro conſult.* 33. *à nu.* 25. *ad ſeq. D. Petrus Noguerol. alleg.* 5. *n.* 18. *&* 19. *Conſ. Altimar. in obſ. ad Reg. Rouit. conſ.* 60. *num.* 23. *lib.* 3. *Boler. d. qu.* 34. *n.* 17. *&* 18.

20 Reſpectu autem fideiuſſorum duplex erit inſpectio, quoad pœnas ſcilicèt, & intereſſe; Et quoad pœnas, & mulctas, non debere conueniri, reſcripſerunt *Paulus in l. fideiuſſores Magiſtratuum* 68. *D. de fideiuſſ. Papinianus in l. libertus* 17. *§. fin. D. ad municip.* & *Anton. in l. vnica, C. de peric. fideiuſſ. qui pro magiſtrat. interu. lib.* 11. & ſic in perſona non tenentur fideiuſſores pro Officiali, *Cancer. var. lib. 3. cap. 12. n. 134. &* 135. *Iul. Cæſar Caluin. lib. 2. de æquitate cap.* 185. *à num.* 85. *Pratus ad Muſcat. in praxi fideiub. modo* 14. *verſ. ſecunda*, vbi in *ſequenti verſ. Tertia quaſi*, poſt *Ameſc. de poteſt. in ſe ipſum lib. 1. cap.* 14. & alios, tradit, quod obligatio iſtorum etiam pro delictis Officialium ad pœnam corporalem non tenet, ac proindè non eſſe corporalitèr puniendos.

21 Quoad intereſſe tamen, & vſuras tenetur fideiuſſor, ſi principalis eas debeat, licet enim neceſſarium ſit exprimi vſuras in obligatione fideiuſſoria, ex *l. fideiuſſores* 10. *C. de fideiuſſ.* Si tamen in vniuerſam cauſam, ſiuè conductionem ſe obligauerint; & non ad certam ſummam reſtrictam, aut indemnitatem promiſerint, ad vſuras tenentur, *l. 2. §. qui fideiuſſerit* 12. *D. de admin. rer. ad Ciuit. pertin. l. quæro* 54. *D. locati*, vt fundat *Exc. D. Chriſtoph. Creſpi d. obſeru.* 83. *à num.* 34.

22 Et

22 Et contrà hos fideiuſſores, moram contrahi à die notificationis ſententiæ latæ, ſeù ſignificatoriæ expeditæ, ex Regiæ Cam. praxi teſtatur noſter *Author* hìc *num.* 9. quem refert, & ſequitur *Hor. Montan. d. tract.de Regal.fol.* 237. *verſ.demum*, quia ad contrahendam moram attenditur non lucrum petentis, ſed mora non ſoluentis; quæ accidit à die ſignificatoriæ expeditæ;

23 At notabilem eſſe praxim Reg. Cam. ait *R.de Ponte tit.*4.§.3. *nu.*10. & 11.in quatuor ſignificatoriarũ ſpeciebus cõtrà miniſtros pecuniarios, computa præſentantes; Primò,per introitum ſuperantem exitum, & hanc ſtatim exequi, miniſtro inaudito; Secundò, ex cautelis non productis; Tertiò, de reſiduis; & has fieri cum iuſta dilatione; Quartò,per diſcuſſionem computorum, partitarum dub. & pro Fiſco deciſarum.

24 Quid ſi antè ſententiam condemnatoriam mortui ſint Magiſtratuum fideiuſſores,an hæredes eorum conueniendi ſint, vel ſtante morte prædicta liberi remaneant? Affirmatiuè concludit *Amaya in comment. ad l.*10. *C.de Iure Fiſci lib.*10.*num.*44.& 45.quem ſequitur *Conſ.Pratus ſupracit.loco verſ.Quinta*; Nam etſi talis fideiuſſio fiat pro delinquentibus,tamen, qui fideiuſſerunt, non tenentur ex delicto,ſed ex contractu, & ſic hæredes tenebuntur, non extincta, neque alterata obligatione morte fideiuſſoris ex *l.*1.§.*fideiuſſor*, *D. de fideiuſſor.l.ex contractibus, D.de oblig.* & *act.l.*2.§.*ex his, de V.O.* Teneri tamen hæredes horum Officialium ad intereſſe, docet *Reg. Reuerter. d. deciſ.*65. *circà med.*

25 Si verò talis adminiſtrator electus, aut nominatus, fuerit ab alio, quàm à Fiſco, an ipſe nominator ad intereſſe in ſubſidium, illo non ſoluendo reperto teneretur? Et in hoc diſtinguendum ducimus, quod aut talis nominator, eligere poterat, & ratione ſui officij debebit; & tunc regulare eſt, quod nõ teneatur, ex *l. Lucius*, §. *Paulus*, *D. ad municip.* & in *l. conſtitutionibus*, *D. eod. Io: de Platea in l.* 1. *de peric. nominator. lib.*11. qui rationem affert, quia obligatus pro acceptante officium publicum, tenetur ſolùm ad indemnitatem Reipubl. non ad pœnas,& vſuras,quas ille incurrit; Vel quia duo ſpecialia concurrerent, teneri ſcilicèt de ſuo ad id, quod ad ipſum non peruenit, & ad intereſſe, ſecundùm *Auth.* hìc *num.*14. Niſi in ipſo nominatore aliqua fraus argui poſſet, pecuniam in ſuos vſus conuerſam fuiſſe, nam ad intereſſe teneretur, ex ſuo contractu, ſeù quaſi, & non ratione ſui officij, ex *textu in l.cum quidam*, §.*ſed in ea*, *quam redemptoribus*, *D.de vſur. Peregr. de iure fiſc. lib.*6. *tit.de deb.fiſc. n.*35.

26 Aut verò talis adminiſtrator eligeretur, ſeù nominaretur ab aliquo in coadiutorem ſui officij, & pro faciliori adminiſtratione, tunc ad intereſſe teneri poſſet,quia principalitèr ipſe elector adminiſtraſſe diceretur, vt declarat *cit. Io: de Platea in l.*2. *de peric. nominat.verſ.Nec etiam*; & ponderari poteſt *l.quid ergò*, *D.ad municip.*& probat *Larrea d.alleg.fiſc.*39.*à n.*7.*lib.*1.Vide *infrà ad qu.*11.

AD QVÆST. III.

An Rex poſſit priuare Officialem ſuo nutu, & etiam ſine cauſa.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Officiales à Principe ad nutum conſtituti, an poſſint ſine cauſa cognitione amoueri, *à n.*1. *ad* 3.

*Et quid in conceſſione officij ad beneplacitum n.*4.*&* 5.

Officiales durante anno, an poſſint à Baronibus amoueri, *n.*6.

Cauſa iuſta,an requiratur pro amotione Officialium, *n.*7.*& qua*,*n.*9.*&* 10.*& an ſatius ſit adhibere exploratores ſecretos*, *n.*8.

Officialis quidam barbam tingens, cur fuerit

rit ab officio amotus, num.11.

Remotus ab officio, an interim manutenери debeat, donec videatur cauſa, n.12.

Officiales per inferiores electi, an facta electione, denuò reuocari queant, nu.13. Et quid in Miniſtris huius fideliſſimæ Ciuitatis Neap. n.14.

Tranſcribitur quædam allegatio Io:Vincentij Caualerij *pro Platea fideliſſ. Populi Neap. circà priuationem Officij Ianitoris, à n.15. ad 20. Et quid fuerit determinatum, n.21.*

1 IN hac quæſtione ſumma eſt *DD.* contentio, an Officiales à Principe ad nutum voluntatis conſtituti, cùm illa nempè clauſula, *mera, & libera voluntate durante*, poſſint abſq; cauſæ cognitione amoueri? Et negatiuam partem tuentur plures adducti per *Amayam in l.3.C.de canon.largit.tit.num.20. lib.10. Larream deciſ. Granat.2.per tot.* Et affirmatiuâ plures laudati per *Maſtrill.de magiſtrat.lib.1.cap.27. D.Chriſtoph.Creſpi par.1.obſ.7.à num.13.Antunez Portugal de Donat. Reg. lib.2.cap.13. à num.115.tom.1.* Diſtinctionis fe-
2 dere conciliat has opiniones, *Laurent. Matthæu de re crimin.controu.77.n.31.* vt prima opinio procedat in eo, qui Superiorem habet, vt Epiſcopus, Dominus oppidorum, & ſimiles, nam ij non poſſunt ſemèl electum ab officio remouere, abſq; cauſæ legitima cognitione; Et Principē ſuperiorē non recognoſcentem, de plenitudine poteſtatis poſſe, abſq; cauſæ ſolemni cognitione dicendum eſt, iuxtà doctrinam *cit. Maſtrilli*, & aliorum.

3 At licèt Princeps ſuperiorem non recognoſcens poſſit Officiales priuare, debet tamen hoc facere ex vrgenti, & ſufficienti cauſa, quia auferret honorē, & amotus notaretur infamia, quod alienum à Principe eſſe debet, imò ſemel approbatus, abſque cauſa reprobari non poteſt, *l.Pomponius 10.D.de neg.geſt.* maximè cum Officialium remotio ſit damnoſa, nec Reipublicæ conueniat, vt poſt alios probant *Reg. Tapia in l.fin. de Conſtit. Princ.cap.9. à num.77. Cabedo deciſ.Luſit.20.p.2.Reg. de Ponte de poteſt.Proreg. tit.de elect.offic.n.5. Thor.in compend.dec. par.2. ver. Officiales an poſſint, fol.399. Conſ. Rocc. reſp.65.num.2.& reſp.100. num. 17.& 18.tom.2. Maſtrill.d.cap.27. à num.16. Caſtill.controu.lib.6. de tertijs, cap.41. à num.14.Larrea d.deciſ.2.à nu.5.P.Fragoſus Soc.Ieſu de regim.Reip.Chriſt. p.1. lib.3.diſp 5.num.42. Portugal.d.cap.13. n.117.Tondut.de præuent.iudic.par.1.c. 26.à num.31. Mattheu de regim. Regni Valent.tom.1.cap.4.§.6.à num.5. Ioſeph Seſſe deciſ.389.par. 4. Reg. Valenzuel. conſ. 130. num. 3.* alijq; apud *Reg. D. Michael. de Gortiada deciſ. Cathal. 10. num.87.Franc.Ant.Trancbedin.conſult. 4.ex num.1.*

4 Quod ampliatur, etiam ſi officij cōceſſio facta fuerit ad beneplacitum, & cum clauſula (*quoad placuerit*), nam abſque iuſta cauſa minimè poterit reuocari, quia beneplacitum intelligitur de voluntare iuſtificata, & regulata, *l. Thais 41. §.ſororem, l. fideicommiſſa 46. §.quod ſi ità*, ibi: *Nàm & eam libertatem deberi placuit, ſi tibi videbitur, peto, manumittas. Ità enim hoc accipiendum, ſi tibi (quaſi viro bono) videbitur, D.de fideic.libertat. l. Præſidis 54. D.ſi cert.pet.* imò Officiales creati ad beneplacitum dicuntur perpetui, *Author* noſter hìc *num.3.*& ex *Gratian. diſcept. 167.num.46.& 47.* tradit *Conſil. Staiban.in obſeruat.ad ſuam reſolution.147. num.7. Menoch. conſil.1032. num.25. Portugal. dict.loc. num.* 110. ac ſignificat arbitrium boni viri, idem *Menoch. num.26.* Vnde amoueri ſine iuſta cauſa non poſſunt, vt poſt alios concludūt *Maſtrill.d.cap.27.n.26.Cancer.var. lib. 3.cap.12. à nu.191. Fontanella de pact. nupt.lib.1.cl.4.gl.10.p.1.à nu.145. Gratian.d.diſcept.167. Xamar. de off.Iudic. p.1.q.12. à num.97. Montan. de Regal. fol.136.num.16. Conſil.Staiban.in d.obſ. ad ſuam reſol.147.à num.1.tom.1.Creſpi par.1.obſeru.7.num.8. Conſ.Rocc.de offic. rubric. 13. §.8. num.41.* licet alitèr deciſum referat *Reg.Reuerter. deciſ.511.*

5 Et ſic Iudices M.C.V. in hoc Regno ad

ad beneplacitum creati per *Dom. Pro-Regis*, licet antè annum, vel biennium abſque aliquo proceſſu fuiſſe officio priuatos ſcribunt poſt *Reg. Tap.* & *Mut. Surg. Reg. Capyc. Latro conſult. 47. n. 49. 50. & in fin. lib. 1.* & *Conſil. Rocc. de offic. rub. 8. à n. 83.* Non tamen id facere debent ſine cauſa, *Conſ. Rocc. reſp. 65. n. 2. tom. 2. Conſil. Altimar. in obſeru. ad conſ. Reg. Rouit. 81. num. 14. & 15. Portugal. d. c. 13. num. 119. Reg. Sanfelic. in praxi ſect. 3. à num. 15.* quidquid alitèr probare conetur *Reg. Capyc. Latro dicta conſultat. 47.* & ex illo idem *Conſil. Rocc. de off. rub. 8. à num. 63. ad ſeq.* contrà quos videndus *Conſ. Staiban. d. reſol. 47. num. 24. & ſeq.* vbi *num. 31.* concludit: *Et ideò exiſtimo, ſatis difficilè eſſe iuxtà d. conſultat. obtinere.*

6 Et ſic electus in Regno Officialis, durante anni curriculo amoueri non poterit, *Præſ. de Franch. deciſ. 216. & 409.* poſt alios *Conſil. Petra ſuper ritu 2. M. C. n. 44.* quia ſi Princeps non poteſt illos reuocare abſque legitima cauſa, tantò fortiùs nequeunt Barones, *Capibl. de Baron. pragm. 3. num. 238. & pragm. 7. n. 20. & 21. Faber in ſuo Cod. de reuoc. donat. tit. 8. lib. 36. defin. 18. Maſtrill. de magiſtr. lib. 4. cap. 17. à num. 22. Tondut. de præuent. iudic. par. 1. cap. 26. à num. 33. Matthæu de Regim. Regni Valent. tom. 1. c. 6. §. 5. à n. 44. ad 47. Franciſc. Ioſeph de Angelis in tract. de Official. Baron. cap. 53. & 54.* vbi latè, ac doctè explicat cauſas remouendi.

7 Vnde *Author* noſter hic teſtatur, quod, dùm ipſe eſſet in Supremo Italiæ Conſilio Regens, & interueniſſet in Supremo Conſilio Aragoniæ, orta fuit diſceptatio, an liceret Regi ſine cauſa Officialem ad beneplacitum creatum, ad nutũ amouere, & præfatus Sapientiſſimus Rex, ex peritiſſimorum Theologorum, ac Iuriſconſultorum conſilio reſpondit, hoc ipſi non licere tuta cõſcientia, abſque legitima cauſa, quem etiam referunt *Taſſon. de antefat. verſ. 1. obſ. 3. num. 51. & verſ. 3. obſeru. 3. num. 100. & 101. Thor. in comp. deciſ. par. 3. ſect. 2. ver. Officialis amotus, & ver. Officialis à Rege, Conſil. Petra ſup. Rit. M. C. 2. num. 66. tom. 1. Conſil. Altimar. in obſ. ad Reg. Rouit. conſ. 81. num. 15. to. 1. Reg. Sanfelic. in praxi iudic. d. ſect. 3. num. 17. & 18. D. Didac. Bolero de decoct. deb. fiſc. tit. 1. qu. 15. num. 22.*

8 Verumtamen inquit idem *Author* noſter hic *num. 12. & 13.* quod ſi conſtabat S. Cath. Maieſtati, etiam extraiudicialitèr, abſque proceſſu de aliqua cauſa amouendi Officialem, ad quod & meritò adhibere ſolebat Rex Exploratores ſecretos, qui informationẽ ſecretam habebant de actionibus Officialium, illa habita Rex ad libitum diſponebat, cuius verba tranſcribit *Bolero vbi ſuprà.* Licitum eſt enim exploratoribus vti, & ità fecit *Ioſue 2. nu. 1. de bello Dei*, & probat *P. Marquez de Gubernat. Chriſtian. lib. 2. c. 6.* dixit enim *Tacitus lib. 3. Annal. Quis ordo agminis, quæ cura explorandi, quantus vrgendo; trahendoue belli modus*, & ex *Auth.* noſtro hic obſeruat etiam *Taſſon. de anteſ. d. verſ. 1. obſeru. 3. num. 51. & d. verſ. 3. obſeru. 3. num. 101.* vbi dicit, hoc non practicari; mittuntur enim Viſitatores cum magno Regis, & Regni diſpendio, cum Prorex ipſe verus, & optimus Viſitator exiſteret, qui omnes cognoſcit, ex *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de elect. Official. §. 7.*

9 Cauſæ autem expreſſæ ſunt à *Valentiniano, & Theodoſio in l. 3. C. de off. Præfecti Prætor.* his verbis: *Si quos iudices, vel propter aduerſam, & longinquã corporis valetudinem, vel proptèr negligentiam, aut furtum, vel ſimile aliquod vitium ſublimitas tua inutiles eſſe repererit, his ab adminiſtratione remotis, & vice eorum alijs ſubrogatis, furibusq; pœnis legitimis ſubiectis, ad noſtræ manſuetudinis ſententiam non crimina, ſed vindicta referatur;* Et alias iuſtas cauſas referunt *Bouadilla lib. 1. Politic. cap. 16. num. 31. Menoch. de arbitrar. quæſt. 55. n. 8. Creſpi d. obſ. 7. num. 6. & 7. Maſtrill. lib. 6. cap. 5. de magiſtr. Reg. Capyc. Latro conſult. 47. num. 58. Conſ. Rocc. d. rubr. 8. num. 86. Conſil. Staiban. d. obſ. ad reſ. 47. num. 11. & 12.*

10 Licet ſolam voluntatem Principis eſſe iuſtam cauſam, eiuſq; aſſertioni ſtandum, probet *Reg.Capyc.Latro d.loc. à num.*60. quem ſequitur *Conſ.Rocc. de offic.d.rub.*8.*à num.*77.

11 Adeò autem fuiſſe in hoc diligētem *Philippum* Regem Macedoniæ,ait *Taſſon.de antefat.verſ.*1.*obſeru.*3.*ſub n.*50, *& d.verſ.*3. *obſeru.*3.*ſub num.* 77. vt ex ſola ſcientia, quod quidam Officialis meatum, ſeù ſuam barbam tingebat, eum amouit ab officio, dicendo, quod in rebus publicis fidelis eſſe non poterat ille, qui eius propriæ barbæ non eſt fidelis.

12 Remotus tamen ab officio, debet in poſſeſſione manuteneri, donec videatur cauſa, an potuerit remoueri, *Card. de Luca de Regal.diſcurſ.*20.*n.*2.

13 Inſupèr Officialium Electores inferiores, quos ex Ciuibus eligere ſolent, facta electione, non poſſunt mutare propoſitum,eam reuocando, vt fundāt *Maſtrill.d.lib.*1.*cap.*27. *num.*44. *&* 45. & *Conſtantin.Cæſar.peregr.quæſt.*2. *à n.* 1.*ad* 6.loquens de Cuſtode portus Ciuitatis Neap. electo à fideliſſ. Platea populari, & videndus *Conſil. de Anna conſil.*94.*lib.*2. vbi tenet,quod quidam non poterat amoueri à regimine Ciuitatis Capuæ, ad quod fuit admiſſus, tanquàm vnus de quadraginta, & extractus à *buſſula*,vbi vnus ex expectantibus erat poſitus à clariſſimo *Reg. Moles*, & iudicatum refert,eſſe illum manutenendum.

14 Prætereà Secretarium fortificationis, vel alios Miniſtros fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis, poſſe à dicta Ciuitate, ſeù eius Plateis ad nutum remoueri fundat *Conſ. Staiban. d. reſol.* 47. *per tot.Cent.*1. licet non referat deciſum.

15 Ad quæ valdè confert quædam allegatio celeberrimi olim Aduocati *Io: Vincentij Caualerij* pro Platea fideliſſimi Populi Neap. circà priuationem officij *Ianitorii*, ſeù *Porterij*, quam hìc duximus cum deciſione in fine inſerendam.

I V R I V M

Allegationes

P R O

Platea Fideliſſimi Populi Neapolitani.

PRo Platea fideliſſimi Populi Neapolitani veniunt conſideranda infraſcripta, quæ fundant notoriam Iuſtitiam, quam habuit,& habet contrà Franciſcum Antonium Pipinū in priuando eum Officio Ianitoris, ſeù Porterij.

16 Et primò præſupponitur in facto verum, Franciſcum Antonium ſenem octuagenariū in ſeruitio inhabilem non poſſe actu ſeruire itinerando per ciuitatem, vocando ſubditos, atq; alios magnificos Capitaneos,Conſultores, & Negotiatores, & ſic officium conſiſtit in ſeruitio perſonali, & in aſſiſtentia, & reſidentia ſeruitij perſonalis per ſe ipſum apud Dominos Electos dictæ Plateæ; Qui Ianitor, ſiuè Porterius de Iure dicitur habere officiū, vt firmauit *Purpur. in l.* 1. *nu.* 2. *ff.de Iurisd. omn. Iud.*loquens de Cuſtode portarum. Imò Cocus adhuc dicitur habere officium; *l. legatis ſeruis,§.ſi ex officio,et §.ſi vnus,ff.de legat.* 3.vbi *glo.& Doct.* Quæ officia nedùm ex cōmuni ſtylo Cancellariæ huius Regni, ſed etiā ex comm.ſtylo Plateæ prædictæ Populi cōceduntur, & concedi conſueuerunt cum clauſula (*donec ſe benè geſſerit ille, cui conceditur*), vt ab eo non benè ſe gerente, aut negligente, vel aliàs per corporis valetudinem non ſeruiente poſſit amoueri, quod procedit, etiam ſi in conceſſione non ſit expreſſum,*l.* 3. *§. qui ob ſegnitiem,ff. de ſuſpect.tut. l.ſi quos,C. de offic.præfect.prætor.orien.& illyric.c.fin.de offic. cuſtod. gloſ. in c. cum ad monaſterium, de ſtatu monac. Rom.conſ.*467.*vt clara*, ad hoc adducta per *Loffred,conſ.*21.*Quoniā Lucas,nu.*11. Et iſti Nuncij,Porterij, ſiuè Exequutores de Iure facili poſſunt amoueri, & eorum loco alij ſubrogari, & poni eſt caſus in *l.* 2. *C.de ſportul.* per quem *tex.*ità firmauit *Bal. in. l. mancipia,nu.* 4. *in fine,C.de ſeru. fugit.* & hoc eſt regulare. & regularitèr procedit, vt negligens in officio, prout eſt hic Franciſcus Antonius repellatur per *d. l. ſi quos,C.de off.præfect.prætor.orien.* & alius ſui loco ſubrogetur, vt ibi dicit *tex.ibi:aliis vice eorum ſubrogatis*; & perdit negligens in officio ſalarium,*l. purpura,C.de veſtib.oloberis,lib.*11.vbi *gloſ. vlt.l. pen. C.de ann. & tribut.lib.*10. & ſalarium

to-

Digitized by Google

totius temporis, & non prò rata temporis, de quo per *Iacob. Rebuff.in d.l.pen.* & prædictis, & alijs adductis firmauit *Marin. Frecc. in lib. 1. de ſubfeudis,in titulo de officio Magni Seneſcalli,num.9.* Indè fit,quod ſi perſonalitèr ſeruire non poteſt,neq; vult,quod priuari debet officio, atq; beneficio, vltra allegata in terminis Iura ſunt clara, & aperta in *c.2.c. conquerente, c.inter quatuor, & c. fin.de Clericis non reſiden.* cum mille concordantibus allegatis ad hoc per *Ancharan. in conſil. 17. incip.Super 1.dubio,nu.1.* per quæ Iura,& alia dicit,quod nedum fructibus officij, & beneficij priuari debet, ſed etiam titulo ipſius; Nam officia ſunt ad hoc formata, vt perſonalitèr reſideant, & ſeruiant per ſe ipſum, qua forma non ſeruata, actus ruit, etiam in beneficijs, & officijs, & priuantur fructibus, vt dicit inibi *Anch. nu. 2.* vbi allegat *Innoc. in d. c. fin. de cler. non reſid.* & licet Iura nouiſſimè adducta loquantur in beneficijs, procedunt etiam in officijs requirentibus ſeruitiũ, & exercitium perſonale,vt dicunt *Abbas*, & alij *in c.ad hæc, & in.c.de multa,n.21.& 22. extrà de præben.* per *text.in c.1.de conſuetud.in 6.* & etiam in officijs ſecularibus,per *tex.in l. 5. C.qui militar.nõ poſſ.lib.12.*& tetigit *Vrſill. in addit. ad Afflict.deciſ.289.num.1.*& nedum fructibus officij, atq; titulo illius ſunt priuandi, ſed etiam victualibus,ſeù manualibus, atq; diſtributionibus quotidianis, *c.1.de cler. non reſiden.in 6.* quia manualia, & Victualia, atq; diſtributiones quotidianæ non dantur, neq; exhibentur abſentibus, *c. de cætero de cler. non reſid.*vbi *gloſ. & Doct.* & ideò omni Iure priuatus dicitur Franciſcus Antonius.

17 Secundo loco erit ſciendum in facto, hunc hominem eſſe diffidẽtem,temerarium,loquacem, rixosũ,qui ſecreta officij publicat, quod deponũt plures teſtes ſuper decimo articulo, & licèt qui publicat, vel renunciat ſecreta Domini,ſit grauiſſima pœna puniendus,quãdo hoſtibus reuelat ſecreta,quia viui exuruntur,vel furca ſuſpenduntur,*l. ſi quis aliquid ff. de pœn. l.omne delictum,§.exploratores, ff. de re milit.* & plenè *Boer. in tract. de authoritate magni Conſilij, nu.155.*qui alios congerit, qui dicit: *Vtinam iſtæ ll. ſeruarentur in Francia, quia perfectò non eſſent tot exploratores, & renuntiatores, ſiuè reuelatores ſecreti Regalis cõſilij.* Tamen in caſu noſtro validum eſt argumentum de feudo ad officium, quia feudum dicitur beneficium,*c. 1. § huius autem generis ex quib. cauſ.feud. amitt.* & beneficium vocatur officium, *c.1. §.quicunq; de pace tenen.* ità *Andr.*qui dicit vtrumq; in *c.1.verſ.ſimiliter ſi duo fratres, de feud. March.*& in ſpecie noſtra voluit *Io:Vinc.de Anna alleg.103.vol.2.nu.3.* ſed in feudis Vaſallus reuelans ſecreta domini ſui,priuatur feudo, *c. 1. quibus modis feud. amitt.* vbi *DD.* ergò officialis reuelans ſecreta, proùt eſt Franciſcus Antonius, priuari debet ſimilitèr officio.

18 Tertio loco erit aduertendum, Plateam prædictam extitiſſe,& extare in poſſeſſione, vel quaſi,tàm per ſe, quàm per ſuos Magnif. Electos creãdi porterios, illoſq; amouendi,& ſubrogãdi,tã in locũ in habiliũ, & impeditorũ,per infirmitatem,& ſenectutem,quàm priuandi eoſdem; & Franciſcus Antonius, de quo nunc agitur, in anno 1554. fuit electus in locum Galiatij Miglioli ſui vitrici,infirmi, atq; inualidi, vt liquet ex *proceſſu fol. 6.* & in anno 1578. alia electio facta in locum Gabrielis Sancto.patre decrepiti in perſonam Nicolai de Fazio *fol. 7.*& ſimilitèr adſunt aliæ electiones porteriorũ in anno 1576.& 1571. vt *fol. 18.& 19.* in quibus electionibus attẽditur conſuetudo *c.1.*vbi *DD.de elec.* pleniùs *Decianus conſil.6.vol.2 n.12.* Succedit ex his clara Iuris diſpoſitio, quod Platea prædicta, & Electus ſunt manutenendi in dicta poſſeſſione, vel quaſi, nam licet plures actus ſint poſſeſſionis, de iure ſufficit vnicus actus ad finem manutenendi, eſt caſus *in c. cum Eccleſia Sutrina, de cauſa poſſeſſ.& propriet.*& in terminis noſtris electionis,quod vnicus actus ſufficiat in quaſi poſſeſſione, allego *Bal. in l. 2. nu. 15. C.de ſeruit.* qui actus non dicuntur fieri citrà ius, & nomen poſſeſſoris, ideò vnicus ſufficit,dicit *Bal.*ex mente *Innoc.*ſequitur *Affl.deciſ.282. nu.2. Dec.* in pluribus *conſilijs*, proùt *in conſil. 117. col.2.121.124.126.129. 134.& 149.* allegauitq; alios *Io:Vinc.de Anna allegat. 131. vol. 2.* Quorum opinio eſt communis,vt poſt alios firmauit *Couarru.lib. practicarũ quæſt.c.14.col.7.verſ. Tertium imò, &c.* & prò eadem Platea Populi latiùs cumulaui in cauſa poſſeſſorij Cuſtodiæ clauium Portarum huius fideliſſimæ Ciuitatis(*vt in alleg.26. apud R.de Marinis 3.tom.diuerſ.*) ad ibi dicta me reijcio gratia breuitatis, & veritatis, quia veritas conſiſtit in paucis, & meũ eſt inſtitutum,ponere veritatẽ concluſionum, & non cumulare turbas Doctorum.Quinimò nedum vnicus actus attenditur; Sed etiam vltimus,probatur apertè in *l.Item mela,§.ſed ſi alimenta ff.de alimen.*& *cibar. legat.* quem ad hoc allegat *Andr.in c.1.n.4.de his,qui feud. dar. poſſ.* ſequitur *de Anna in d. allegat. 131. nu.2.* vbi plures alios allegat, quæ fuerunt ſimiliter per me allegata in dicta cauſa cuſtodiæ clauium.

19 Quartò,ad magis prędicta roborandum, quæ in proximè præcedenti motiuo dicta ſunt, circumſcripta omni poſſeſſione, confert veriſſima concluſio Iuris, quia officia omnia ſunt ad nutum amouibilia, quia conſiſtunt

Digitized by Google

in mera facultate, & iuriſdictione concedentium, & ſic omnia Iuriſdictionalia ad ſimplicem nutum amoueri, & reuocari poſſunt etiã ſine cauſa, vt not. *Geminian. in c. 1. de conſtitut. in 6. col. 6. Bal. in l. qui ſe prioris, C. vnde liber. num. 14. Felyn.* poſt *Anton. de Butr. Abb. & Aretin. in c. nouit. extra de Iudic. col. 10. verſic. limita 3. Capyc. deciſ. 121. nu. 15.* & *Tiraquell. in l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. verb. donatione largitus, nu. 13. & 14.* vbi ſi conceſſio, vel priuilegium fiat ob remunerationem, tunc dicuntur irreuocabilia. Et officia maximè manualia, ſunt ad nutum amouibilia, & reuocabilia, (& manualia dicuntur illa, quæ dantur ſingulis diebus illis, qui actu ſeruiũt, & interſunt ſeruitio, *c. olim*, vbi *gl. in verb. Manualia, extra de verb. ſignif.*) & iſta ſic manualia ad nutum facillimè reuocantur, ex quo vna die poſſum recipere ſeruitium ab vno, & alia die ab alio, & iſta officia maximè cuſtodis portæ, vel turris in ſpecie, quod ad nutum dicãtur amouibilia, voluit in terminis *Loffred. conſ. 21. Quoniam lucas nu. 7.* & *21.* vbi etiam de priuilegio conceſſo ſimplicitèr, & non ob remunerationem, vt reuocari poſſit, & multa copiosè adduxit, & ſimilitèr *Aug. in conſ. 320. Ars cartulariorum nu. 1. & 5.* in ſpecie dicit, quod quando electio competit Iure proprio Vniuerſitatibus, vel Ciuitatibus, abſq; confirmatione ſuperioris, quod eiſdem competit Ius reuocandi, & amouendi; Quinimò officia cõceſſa ſine temporis præſinitione, prout eſt iſtud, de quo agitur, poſſunt ad nutum reuocari, quia quantum ad concedentem dicitur Arbitrarium, vt per *Bal. Ang. Caſtr. &* alios *in l. Iudicium ſoluitur, ff. de Iudic.* & apertè in terminis cõſuluit *Alber. Brunus in conſ. 97. nu. 1. & conſ. 92. nu. 6. vol. 1.* & nedùm in ſuperiore, ſed in inferiore, & priuato concedente, voluit expreſsè *Dec. in c. cum venerabilis, col. vlt. verſ. In tertia oppoſ. Abb. n. 154. extra de exceptionibus*, ſequitur *Boer. deciſ. 149. num. 18.* Et nouiſſimè in officio *Bidelli* almi Collegij noſtri Neap. qui ad nutum poſſit reuocari, & mutari per eundem eligentem, tenuit Sacrum Conſilium ex voto duorũ ſeniorum Conſiliariorum teſtatur *Dom. Vinc. de Franch.* eruditiſſ. *in deciſ. 165. in fin.* meritò potuit hic Porterius amoueri.

20 Quintò, & vltimò, nè diutiùs hìc immorer, iſte Franciſcus Antonius fuit priuatus in anno 1558. officio prædicto à Mag. Hieronymo Certa electo, vt *fol. 151.* apparet, & fuit certè ex iuſtiſſima cauſa priuatio cum congregatis Mag. Electis totius Ciuitatis, cum domino Theſaurario generali in Tribunali Sancti Laurentij, fuit impoſitum, vt pro publicis negotijs frumenti vocaret d. Petrum Pignonum, qui noluit accedere, & replicauit, quod mitteretur alter, hoc eſt, quod dixit *tex. in l. 2. C. de ſpor.* dùm ceſſauerit cauſas instructas offerre, ſubdit *gloſ. in verb. offerre*, quod ſæpè faciunt peſſimi executores huius Terræ nolentes parere Iudicibus, quod intelligit eſſe exequutores Florentiæ, & illius Terræ *Accurſij*, & non *Azonis*, ex quo *Azo in ſumm. C. de ſportulis*, non dicit talia verba relata *in gl.* per *Accurſ.* ſed *Azo* dicit in *ſumma* prædicta, quod ſunt eligendi Nuncij, & Executores locupletes, & probatæ vitæ, vt ab eis non peccetur, vel prodatur, vel malignè agatur, & *n. 3.* dicit, quod eſt eorum officium parere Iudicibus, à quibus deputati ſunt, & offerre cauſas eis inſtructas, alioquin remouentur ab officio, & mulctis afficiuntur, & Iudices ſuperiores corporali pœna infligere poſſunt, & ſic ex iuſtiſſima cauſa fuit priuatus; Quinimò debebat etiam corporalitèr puniri per *l. quilibet, C. de decurionib. lib. 10.* & ſic ictibus plumbatarum ſubijci, & licet *gloſ. in verb. plumbatarum*, declaret, quod ſit damnatio in metallum, per *l. 1. C. de his, qui potent. nomine*, nihilominùs *gloſ.* non eſt vera, quod ſit damnatio in metallum, quia in *l. 1.* ideò eſt in metallũ dãnatio, ex quo exprimitur dicta pœna metalli, ſed *Lucas de Pen. in d. l. quilibet*, declarat verbum plumbatarum ictibus, ideſt verberibus, quod magis accedit veritati; quàm expoſitio *gloſ.* Nam *Iacob. Menoch. lib. 1. de arbitr. Iud. quæſt. 90. nu. 16.* declarando verba *tex. in d. l. quilibet*, dicit, quod ſunt plũbatæ flagelli genus, ſiuè fuſtium, vt meminit *Platina de vitis Pontificum, in vita Cornelij Primi*, & ſi Franciſcus Ant. hoc genere pœnæ inflictus fuiſſet, & flagellis, ſiuè fuſtibus cæſus, vtiq; hodiè non diſceptaret de officio, ne de ictibus inflictis recordaretur, & licet *gl. vlt. in d. l. quilibet*, dicat, quod dicta pœna eſt ſpecialis in caſu, in quo loquitur *tex.* & regularitèr contrà, nihilominùs propter caſum tantæ inobedientiæ in Tribunali Sancti Laurentij, coram tota Ciuitate, & Electis, & coram Reg. Officiali Domino Theſaurario, nèdum erat officio priuandus (prout fuit), ſed erat flagellis ſubijciendus. Ex quibus reſultat clariſſimus effectus, quod poſtquàm fuit ſemèl officio priuatus, non oſtendit ſe ad illud fuiſſe reintegratum, vèl alias de nouo electum, ergò vt vbi apparet de titulo ſui officij oſtẽdendo priuilegium, nullibi herclè, neq; oſtẽdere poſſet titulum deindè validum, ex quo ſemèl officio priuatus non poteſt ampliùs reſtitui, & admitti ad idem officium, *l. ſi aliquid, C. de ſuſceptor. & arcar. lib. 10.* etiam ſi reſcriptum Principis obtineret, quia præſumitur ſubrepritium, & clandeſtina ſupplicatione impetratum, & hoc traditur prò regula, vt per *Petr. Balluga in ſpeculo Prin-*

ci-

Digitized by Google

cipum, rubric. 33. §.*rem non nouam, num.*27.& *rubric.*35.§.*poſt militares, per d.l.ſi aliquid*, vbi etiam in ſpecie notat *Io: de Platea*, quod delinquens in officio, ſi fuerit condemnatus, & eo priuatus, nunquàm ad idem officum reuertetur, & elegantiùs *Bal.* qui refert ſolemnia ſua propria, & conſueta verba *in c.*1.§. *ſi duo, nu.* 9.*de pace tenenda, & eius violatoribus, in vſibus feudorum*, vbi remotus ab officio, vel dignitate propter vitiũ perſonæ, nunquàm ad illud aſpirare poteſt, perpetua macula ſibi afficiente, nam ſententia non ſolum priuat, ſed inhabilitat, & mortificat, adducens etiam illud *Virgilij*, (*Facilis deſcenſus auerni*), *ſed reuocare gradum, hoc opus, hic labor eſt*, quod etiam plenè diſſeruit, & firmauit *Capyc.in d. deciſ.* 121.*nu.*17. *cum mult.ſeq.* Et ideò eſt abſoluenda Platea, & ſucceſſiuè Dominus Electus Criſpus ab impetitione Franciſci Antonij, qui tàm acritèr ſepoſita omni humana modeſtia impertinentèr, & immorigeratè ſe gerit loquẽdo ſine reſpectu aliquo, ex quo ſolùm eſſet omni officio priuandus.

Io: Vincentius Caualerius.

21 *Fuit de menſe Iulij* 1592. *penès Felicem determinatum, non poſſe amoueri Porterios, niſi ex cauſa iuſta.*

AD QVÆST. IV.

An Officia poſſint vendi à Rege.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

*Officia, iuſtitiæ adminiſtrationem concernentia, an vendi poſſint, à nu.*1. *ad* 6. *& qua ratione eorum venditio prohibeatur, à n.*7.*ad* 10.

*Officia publica non habentia iuriſdictionem, an vendi poſſint, à n.*11.*ad* 15.

*Et quid in Baronibus, n.*16. *&* 17.

Traditurq; diſtinctio Reg. de Marinis, *n.*18.

Tituli, aut habitus Equeſtres, an licitè vendi queant? Affirmat Muce. *ſed contrarium ſuadetur, n.*19.*&* 20.

1 SAtis perutilis, ac elegãs eſt diſquiſitio, an officia publica, magiſtratus præcipuè, vendi, & emi queant? Debet enim Princeps nimiùm inuigilare in magiſtratuum electione, cum ad Rempubl. in pace regendam, nihil aptiùs inueniri poſſit, quàm magiſtratus optimus, cũ ſine iure, ſine legibus, ſine Iudicibus, nec vita eſſet in tuto, nec honor in plauſu, nec diuitiæ in vſu; Nùm igitur ea vendere Principes queant, acris eſt difficultas, de qua ex profeſſo latè, ac vtilitèr agunt *D. Thomas in Epiſt.ad Duciſſam Brabãtiæ opuſc.* 21. *dub.*5. eumq; ſequuti omnes ferè Theologi, ac Iuriſte, *Caſtellan.de officio Regis lib.*4.*c.*3. *Maximil.Fauſt.in Conſ. pro Ærar.claſſ.*5. *ord.* 588. *P. Molina de iuſt.& iure diſp.*91.*P.Rebell.p.*2.*de obligat.iuſtit.lib.*9. *qu.*18.*ſect.*2. *P.Diana p.*3.*tract.*5.*miſcell. reſol.* 108. *& par.*6. *tract.*6.*miſcell.reſol* 3. *Card.à Lugo de iuſtit.& iur.p.*2. *diſp.*34.*ſect.*3. *Xamar. de Officio Iudic. & Aduoc. p.*1. *quæſt.*21. *Maſtrill. de magiſtrat. lib.*1. *cap.*20. *Ripoll.de regal.cap.*14.*Reg.Galeota reſponſ. fiſc.*12. *Velaſcus de Iudice Perfecto rubr.* 1. *annot.*3. §.3. *Antunez Portugal in tract.de Donat.Reg.lib.*2.*cap.*14.*P. Molfeſius in comment.ad Conſuet.Neap. p.*1. *cap.*6. *Reg.de Ponte de poteſt.Proreg. tit.* 3.*de elect.Official. & deciſ.*37. *& alibi. Reg.de Marin.lib.*1.*reſol. cap.*283. *Conſil.Staiban.reſol.*100. *centur.*1. *D.Ignat. Gaſtone diſcept.fiſc.*21. *Franc.Ioſeph de Angelis in tract.de Official.Baron. cap.*3.

2 Ea verò eſt concors omnium aſſertio, hanc officiorum venditionem iuſtitiæ adminiſtrationem, ſeù exercitiũ concernentium, omni iure eſſe improbatam. Et primò de iure diuino, ſi credimus *Follerio in tract.de cenſib. in verſ. Nicolaus Epiſc.n.*221.*&* 222.*& ſeq.* & ſic peccatum committitur ea emendo, quod probat ex eo, quia in lege diuina expreſsè eſt prohibita perſonarum acceptio, vt habetur *Deutor.cap.*1. Vnde ſi quis proponitur, quia eſt diues, quia conſanguineus, &c. tunc eſt acceptio perſonæ, quæ opponitur iuſtitiæ diſtributiuæ, quod comprobari poſſe ait *cit.Staiban.d.loc.n.*114. quia adminiſtratio, & exercitium iuſtitiæ, cum

ſint

ſint fructus diuini, vendi non debent, *c.graue 35.q.9.* & authoritates *D.Chryſoſt.*& *D.Gregor.* refert. Alij verò aſſerunt, attento iure diuino, poſſe Principem vendere officia temporalia, quia ſunt per ſe pretio æſtimabilia, nec aliquid ſpirituale annexum habent, præſeferre tamen magnam indecentiam, ac detrimenta,quæ ex tali venditione ſequuntur.

3 De Iure naturali, ſeù gentium, officia vendere poſſunt Principes, ſi digno venditio fiat, ſecundùm aliquos, ex quo ſunt in Principis Patrimonio, & humanis contractibus ſubduntur; Alij verò negant, quia Princeps iſtorum officiorum non tàm eſt dominus, quàm diſpenſator, ſeù adminiſtrator exiſtat, eaq; dignioribus diſtribuenda ſunt; ad hunc enim finem omnes redditus Regni inſtituti ſunt, vt ex eis iuſtitia adminiſtretur, & Regnum defendatur, & ſic de iure gentium hæc vendi non poſſe, fundat,ac probabiliùs ait *cit.Velaſc.d.§.3.per tot.*

4 De Iure poſitiuo, prohibitam eſſe eorum venditionem dubitat nullus, & plura iura exclamant in *l.vnic. D.ad l. Iul.de ambitu, l.ſancimus 6. C. ad l.Iul. repet.* & *Iuſtinianus* in aureo *tit. Auth. vt Iudic.ſine quoquo ſuffragio fiant,* vbi etiam maximis pœnis inflixerunt caſu præſumentibus.

Nulla autem ferè benè inſtituta Reſpublica eſt, nullus ferè Princeps, qui non lege cauerit, ac prohibuerit, ne iuſtitiæ officia vendantur,vt memorant ſuprà laudati *DD.*

5 Et ſic de Iure Regni noſtri Neap. eadem prohibitio adeſt,& maiores pœnæ ementibus dicta officia eum adminiſtratione iuſtitiæ ſunt ſtatutæ. Primò eſt *Conſtit. Regni, incip. Puritatem,ſub tit.de praſtand. Sacram. Baiul.* Secundò adeſt *Cap.Regni, Item recipiant,ſub rubric.de iuram.praſt.ab Offic.* Tertiò,Rex Alphonſus I.ſtatuit pœnam mortis, vt legitur in *Cap. & Priuil.Neapol.fol.5. verſ. Statuit etiam,in fin.* Quartò adeſt *Pragmatica* edita per Inuictiſſ.Imperatorem Carolum V. anno 1536. quæ eſt *pragm.2.de Official.& quæ ijs prohib.* vbi non ſolùm prohibet, quod Officia prædicta per Regiam Curiam, & alios vendi non poſſint, nec emi, ità vt conferantur tantùm perſonis dignis; ſed contrafacientibus imponit pœnam priuationis, eaq; alijs conferri poſſint, & pecunia pro venditione data, amittatur, & applicetur pro medietate Hoſpitali Incurabilium, & pro alia Regiæ Curiæ. Demùm adeſt expreſſa declaratio per eundē Auguſtiſſ.Carolū V.anno 1540. facta in generali Parlamento, tunc peracto in *Cap.4.*& recenſent *Reg. Rouit.in d.pragm.2.n.1.in fin.Borrell.de magiſtrat.edict.lib.1.cap.9.num.12.Conſil.Staiban. d.reſol.100. à nu.95.ad ſeq. Author* hìc *n.15.*

6 Et non ſolùm pœnarum formidine, ſed etiam vt periurij reatu homines à tàm improbo commercio compeſcerētur, prudentiſſimi illi Legiſlatores ſtatuerunt, vt in ingreſſu officij iurare deberent ſolemnitèr Officiales electi, ab eis nihil datum, nec promiſſum fuiſſe pro dicto officio obtinendo, & de iure communi forma iuramēti prædicti ponitur in *Auth.iuſiurandum, quod præſtatur ab his*, præſertìm *in §. Iuro quoque.* De Iure noſtri Regni iuramentum prędictum demandatur in *d. Conſt. Puritatem,* & expreſſiùs in *d.Cap. Regni Regis Caroli,*incip. *Item recipiant,* quod fuiſſe confirmatum per Reginam Ioannā, in *Cap.* incip. *Status Reipubl. in §. Item, quod prædicti Officiales*, tradit *Author* hic *nu.12.* & in *Pragm.4. de Official. & his, quæ eis prohib.*

7 Et quis neſcit, maxima cum ratione omni æuo præfatam prohibitionem adfuiſſe, optimumq; habere finem, vt ſcilicèt, offenſiones Dei, oppreſſiones Ciuium, Regij Patrimonij, imò omniū Regnorum deſtructiones euitentur;Nā primò ementes iſta officia, cum emant illa, non vt miniſteria Reipublicæ,ſed, vt hæreditatem ſibi vtilem,exercebunt illa,proùt poſtulabunt priuata ipſorum commoda, & multò cariùs vendere curabūt,quod parui emerunt:*Quapròpter* (ait *Iuſtinianus* Imp.) *eius,quod ab*

eo

eo datum eſt, triplum, magis autem, ſi oportet verius dici, decuplum erit, quod à ſubiectis noſtris exigitur, & ex hoc etiam Fiſcus imminuitur; Nam ea, quæ oportebat in Fiſcum inferri, eo quod adminiſtratorem habet puris vtentem manibus; hoc ad propriam vtilitatem redigens, qui adminiſtrationem habet, inopem faciens nobis collatorem, inopiam illius, quæ per ipſum agitur, nobis reputat, &c. Et demum Imperator ipſe concludit, vt ex hac cauſa omnia mala oriantur; quia dùm delinquentes ſua crimina à Iudicibus pretio redimere ſperãt, leges, & Iudices quoque contemnunt, & per pecuniam euadunt impunes, vt legitur in *Auth. Vt Iudic. ſine quoque ſuffrag.* cuius aurea verba tranſcribunt *Reg. de Ponte de poteſt. Proreg. d. tit. 3. de elect. Offic. num. 14.* & *Velaſcus d. §. 3. num. 18.*

8 Probant fusè ex varijs Politicorum auctoritatibus, ac Sanctorum Patrum, præcitati Authores id, quod paucis verbis edocuit *Card. Caietanus in ſumma ver. Venalitas*: *Magiſtra rerum experientia nos docet, collapſam eſſe Rempublicam, vbi officia venduntur*. Vndè rectè *Alexander Seuerus* Imp. inquit: *Neceſſe eſt, vt qui emat, vendat; Ego non patiar mercatores Poteſtatum; quod ſi patiar, damnare non poſſum; erubeſco enim punire eum hominem, qui emit, & vendit*, referente *Lampridio in eius vita.*

9 Deniquè nullum malum Reipublicæ maius accidere poteſt, quàm, vt præmium conuertatur in pretium, & Rempublicam duabus rebus contineri dixit *Solon*, præmio, & pœna, dùm pecunia officia non obtinentur à melioribus, & vtilioribus Reip. ſed à ditioribus, quia, vt benè conſiderat *Caietanus*, digni non conferent pretiũ, ſed indigni ſupplebunt merita pecunijs, Vel ex tunc argentarios, nummularios, cerdones, atq; alios, profeſſiones in foro ſordidiſſimas obire ſolitos, magiſtratuum inſignibus ornatos cerneremus, *Boekel. de public. iudic. diſquiſ. 12. verſ. Imò pretio. Quid per hoc aliud agitur, niſi, vt nulla de actu probatio, nulla ſollicitudo de moribus, nulla ſit de vita diſcuſſio, ſed ille ſolummodò dignus, qui dare precium ſuffecerit, æſtimetur*, vt *D. Gregorius* inquit *lib. 7. epiſt. 112. Siagrio, & alijs Galliarum Epiſcopis*: cõtrà quos Iudices acritèr inuehit *Franc. de Petris feſtiu. lect. lib. 2. cap. 9. num. 7.* adducitq; *Propert. eleg. 13. lib. 3.*

Auro pulſa fides, auro venalia iura
Aurũ lex ſequitur, mox ſine lege pudor.

10 Et conſequentèr pereunt hac via in Republica ſtudia literarum, & virtutes; hæc enim officia ſunt virtutum, & meritorum præmia, & Principum obligatio eſt ea benemerentibus concedere, vt latiſſimè probant *Marquez in Gubern. Chriſt. lib. 2. cap. 3. Reg. Valenz. lib. 1. conſ. 82. à num. 32. ad ſeqq. Solorzan. de Indiar. gubern. lib. 2. cap. 1. ex nu. 57. & cap. 30. à num. 32. & lib. 3. cap. 19. num. 39. tom. 2.* cum igitur pecunijs, & non meritis ſperant homines ſe officia, ac dignitates conſequuturos, nec ſtudijs, nec virtutibus incumbunt, ſed pecuniarum adeptioni: Quid?

Ars iam panè caret, panis mox arte carebit:

Adeò, vt quidam *Author* teſtatum reliquerit, quaſi vaticinio ſub fine mundi trium potiſſimùm fore penuriam, virorum doctorum, metallorum, & lignorum: Et ſanè

——Quis virtutem amplectitur ipſam,
Præmia ſi tollas? Vt rectè cecinit *Iuuenalis ſatyr. 10.*

Et *Ouid. lib. 2. de Ponto* relatus à *Simança de Republ. lib. 9. cap. 10.*

Ipſe decor recti facti, ſi præmia deſint,
Nõ mouet, & gratis pœnitet eſſe probũ.

Nutriunt namq; præmiorum exempla virtutes, *Caſſiod. lib. 2. epiſt. 16. Cicero lib. 1. Tuſcul. quæſt.* Et ſic oportet, ſubditos à Principibus ſpe præmiorum prouocari, vt expreſsè cauetur in *l. Iuriſperitos 23. C. de Aduoc. diuerſ. iud.* & in *l. 1. C. de aſſeſſ. & domeſt. Iuſtinianus in proœmio Inſtit. §. fin.* Sublatis præmijs, Scholæ frigeſcunt, quibus ſublatis barbaries ſequitur, Reſpublicæ intereunt, delicta graſſantur, vt monent *Herman. Latherus de cenſu lib. 1. cap. 14. n. 16.*

n.16. Ioann. Boter. de orig. Vrb. cap. 4. lib. 2. Cothman. conſultat. Academ. reſp. 35. P. Andr. Mendus de Iure Academ. lib. 1. queſt. 1. num. 8. *&* 9. Faxit DEVS, vt hæc ab hominum memoria deleantur, vtq; collabentis iàm virtutis ſtatus reſtauretur, quod Catholici noſtri Regis cura, & munificentia futurum ſperamus, vt probè inquit *Reg. Tapia in annot. ad Pragm. 2. de Official. & his, quæ eis probib. lib. 2. Iur. Regni rubr. 1. fol. mihi* 124. *n. 4. verſ. Et tandem.*

11 Officia verò publica, quæ non habent iuriſdictionem, ſeù Iuſtitiæ adminiſtrationem, poſſe à Principe vendi, admittunt prænarrati *DD.* vt ſunt in hoc Regno illa Scribæ Portionis, Generalis Theſaurarij, Curſoris maioris, Secretarij Regni, Regiarumquè Audientiarum, Perceptorum Prouincialium, Dohanerij Dohanæ Apuliæ, & ſimilia, quia officia prædicta non vẽduntur proptèr aliquam iuriſdictionem, quam habent annexam, ſed proptèr temporale emolumentum, quod ex ijs percipi ſolet, vt propter honorẽ, propter præcedentiam, propter ſalariũ annuum, quod inde conſequuntur, imò impropriè Officiales dicuntur, vt probant *Maſtrill. d. lib. 1. cap. 20. num. 22. Solorzan. de Iure Indiar. lib. 5. cap. vnico, num. 101. tom. 2. Portugal. d. cap. 14. num. 12. Molfeſ. d. cap. 6. num. 11. Gaſtone cit. diſcept. 21. à n. 26.*

12 Et de Iure Regni noſtri ſuadetur ex *d. Pragm. 2. de Official. & his, quæ eis probib.* vbi ſtatuitur, quod officia deputata ad Iuſtitiæ adminiſtrationem, vel perceptionem pecuniæ vendi non poſſunt; ergò à contrario ſenſu, cætera officia vendi poterunt; Et clariùs declaratum anno 1540. ad ſupplicationem Regni ab inuictiſſ. Imp. Carolo V. cõcedendo licentiã, vt omnia officia vendi poſsent etiã ea, quę perceptionẽ pecuniæ concernunt (reuocando in hoc *d. Pragm. 2.*) exceptis tantùm ijs, quibus incumbit Iuſtitiæ cura, & alijs, ex quorum venditione poſſet Regi, aut Regno ſequi damnum, aut præiudicium, vt legitur in Generali Parlamento anno 1540. *in Cap. 4. incip. Item, Perche,* inter *Cap. & Priuil. Ciuit. Neap. fol.* 128. & tradunt *Reg. Rouit. in d. pragm. 2. n. 1. in fine, Imbrian. in tract. de Iudice Regni Dialog. 1. num. 65. Conſil. Staiban. d. reſol.* 100. *num.* 47. 48. *&* 49. & *Reg. de Marin. d. reſol.* 283. *num.* 4. poſt *Reg. de Ponte deciſ. 16. num. 26.* & *Regentem* noſtrum hìc *n. 15.*

13 Et ſic anno 1558. exiſtente Prorege *Ill. D. Ioãne Manriquez,* fuit facta per Regiam Maieſtatem Philippi II. diuiſio officiorum, quæ ſcilicèt officia poſſent vendi per Proreges, vt pretium in eorum beneficium cedat, & quæ erant vendenda per Regem, teſte noſtro *Authore* hìc *in fine,* vt longa ſerie habetur in *Pragm. 2. de officijs ad Reg. Maieſt. eiuſq; Vice-Reg. collat. ſpectant. Reg. de Philippo diſſert. fiſc. 13. num. 78. Conſ. Roccus de officijs rubric. 2. num. 55. & ſeqq.*

14 Sed in his etiam Officijs præfata procedere plurimi aſſerunt, quia licet adminiſtrationem Iuſtitiæ non habeant annexam, nullum tamen inuenitur officium, per quod ſubditi non grauentur, ſi Iuſtitia non miniſtretur, vt in terminis *d. Pragm. 2.* firmat *Reg. Tapia in eius annot. d. lib. 2. Iur. Regni, fol. 124. n. 4. verſ. & tandem, circà med.* Imò rationes ſuperiùs expenſæ procedunt, in omnibus officijs, ex quorum venditione ſequuntur exactiones iniuſtæ, & alia mala, *Xamar. d. quæſt. 21. num. 11.* & in ſpecie de præfatis officijs, *Molfeſ. d. cap. 6. num. 14. & 15.*

15 Poſſe tamen dictam venditionem licitè fieri cum aliquibus circumſtantijs, tenent plures Theologi apud *Dianam par. 3. tract. 5. miſcell. d. reſol. 108. verſ. Poteſt tamen, & p. 6. tract. 6. miſcell. reſol. 3. verſ. Dico ſecundò, Velaſc. de Iudic. Perfect. d. rubr. 1. annot. 3. §. 3. nu. 20. Xamar. d. loc. num. 26. Maſtrill. d. cap. 20. n. 15.* Prima conditio eſt, vt vendant, quantum fieri poteſt, digniori. Secunda, vt pretio moderatiſſimo. Tertia, ob Reipublicę vtilitatem, & neceſſitatem; Iſtæ enim circumſtantiæ malitiæ ſpeciem, quæ alitèr officiorum venditioni

inc-

inerat, tollunt, & licitam venditionem reddunt; tùm ex probabili Populi voluntate, tùm etiam, quia, quod non eſt licitum in lege, neceſſitas facit licitũ.

16 Quæ locum ſibi vendicant in Principe Supremo Superiorem non recognoſcente, non verò in Inferioribus, ſcilicèt, Comitibus, Baronibus,& Ducibus, qui licet ex priuilegio poſſint officia conferre, non tamen illa vendere poſſunt, non obſtante quacumq; in contrarium conſuetudine, nam nõ poſſunt in hoc diſpenſare, ſed debent ſeruare leges, vt omnes vno ore fatentur. Et in hoc Regno diſponitur in *Pragm. 4. incip. Et inter alia, ſub tit. de Baron.* vbi *Capiblanc.* latè *tom.1.de Baron. à n. 1. ad ſeqq. Reg. de Ponte d.tit.3. de elect. Offcial. num. 12. Molfeſ. ad Conſuetud. Neap.d.par.1.cap.6.num.*18.*&* 19. Vnde Proreges non poſſe vendere officia, latè fundat *Diana d par.6.tract.6.reſol. 3.* vbi refert *P. Hernandum de Mendoza Soc. Ieſu* in peculiari *tractatu* de hac quæſtione ad *Exc.Comitem de Lemos*, tũc Proregem Neapolitanũ, *dub.*1. poſſe tamen vendere officia, quæ non concernunt iuſtitiæ adminiſtrationem cum licentia Regis, quapropter dubitat eſſe numeranda cum illis officia, quæ vulgò dicimus, *Maeſtro di Campo, Sergente Maggiore, Capitani d'Infanteria, Capitani di Caualli, Capitani d'armi*, & ſimilia, quia iuriſdictionem exercent in milites,& ſubditos.

17 Si verò ſint officia, quæ non habent iuriſdictionem annexam, poſſe Barones illa vendere, ſi ex conſuetudine hoc eis permittitur, ex *Reg. de Ponte deciſ.*37. concludit *Molfeſ. d.cap.6. num.*20. ſed quia venditio officiorum eſt turpiſſima, & Reip. perniciosa, ideò conſuetudo illa vendendi rationabilis minimè videtur.

18 Optima eſt diſtinctio *Reg.de Marin. in d.cap.*283.*num.*5. quod, quando volentes officia vendere, Superiorem recognoſcunt, prout ſunt omnes in Regno, qui à Regia Curia emptionis titulo officia ſuperiùs recenſita aſſequuti ſunt, & tunc, ſi idem officium pecunia mediante cum Regis aſſenſu, in alium transferre volunt, venditio permittitur, ex *d.Cap.4 grat.* Vel ille, qui officium ad pecuniæ perceptionem deſtinatum à Regia Curia emit, illud non vendit, ſed pecunia mediante occupat alios in officijs, quorum ſunt multa in Generali Theſauraria, & Officio Scribæ Portionis huius Regni,& hoc non licere fundat *ibidem num.6. &* 7. imò inquit, quod extitit prohibita venditio in *d. Cap.* 4. dùm ibi Imperator excepit officia Iuſtitiæ,& alia, ob quorum venditionẽ Regi, aut Regno poſſet ſequi damnum, aut præiudicium, & ſic damnum ſentirẽt ſubditi huius Regni, quia emeutes decuplum extorquerẽt.

19 Siuè non poſſent vendi illa officia, quæ ad immediatum Reip.gubernium deſeruiunt, vt ſunt annona, aliaq; onera, quæ licet iuriſdictionem nõ habeãt annexam, poſſunt nocere, & prodeſſe Reip. ſecùs verò, quæ non immediatè deſeruiunt, vt ſunt Ducatus, Marchionatus, & ſimilia, vt exponit *Io: Baptiſta Mucci ad R.Sanfel.dec.*149.*n.*16. *lib.* 1.

20 Sed hoc ipſum contrà eorundem Titulorum decus eſt, vileſcentibus, ob eum abuſum, nobilitatis honoribus, dũ tituli collocari non debent, niſi ſupèr celebri Ciuitate,& in perſonis magnatibus, ſed hoc receſſiſſe ab Aula in Regno noſtro, in quo copioſus eſt eorũ numerus poſt *Frecc. Taſſon.* & alios ſcribit *Conſ.Roccus de offic.rubr.*17. §.4. *à num.*98. Vnde dùm fuerunt rari, & dignis impertiti, *fuerunt & glorioſi*, nũc autem *efferſi, & obſoleti*, vt ad rem pridem ſcripſit *Æmilius Probus in Miltiade*, ac de Equeſtri Conchiliato torque, apud Gallos, poſtquàm indignis is communicari cæpit, *Præſes Tuanus lib.* 23.*biſt.* ex militari dicterio ait, eſſe illum, *non iàm fortium virorum inſigne, ſed beſtiarum collare*. Quibus affinia alia habet *Gabriel Bartholomæus lib. 2. hiſt.* vbi de Equitibus S. Spiritus; *Prudentius Sandoualius in Carolo V.lib.*2.§.35. & vid. *Noldę de ſtat.nobil.ciu.c.*6.*à n.*66. *ad ſeqq.* Ex quibus, nõ licere Equeſtres habitus vẽdere cõtrà ſtatuta eorundem

Pp ordi-

ordinum, ac Iuſtitiæ normam, & decus, probat, poſt alios *Dom. D. Franc. Ramos del Manzano in comment. ad ll. Iul. & Pap. lib. 1. cap. 17. num. 3.*

AD QVÆST. V.

Officia vendibilia, an ſint in patrimonio ementium.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Officia vendibilia, an in legitimam imputentur, n. 1.

Et an veniant in collatione bonorum, à n. 2. ad 4.

Quodnàm tempus attendatur pro pretio, num. 5.

Officia Regalia, conceſſa pro hæredibus, & ſucceſſoribus, in perpetuum, & in burgenſaticum, *an alienari, obligariuè poſſint abſque aſſenſu, vel ad alios tranſire hæredes, quàm qui iuxtà Regni leges ad feudalem ſucceſſionem admitterentur?*

Recenſentur Regiæ literæ, *huius controuerſiæ declaratiuæ, & caſus nupèr occurſus in officio Magiſtri Rationalis Regiæ Siclæ Auerſæ; Tranſcribiturq;* Fiſcale Reſponſum, *aduerſùs* Horatij Montani *opinionem, à n. 6. ad 175.*

Et quid fuerit per Reg. Cam. determinatum, n. 176.

1 IVdicatum refert *Author* noſter hìc, quem allegat *D. Didac. Bolero in tract. de decoct. deb. fiſc. tit. 5. qu. 35. nu. 17.* quod Officia iſta, quæ vendi, aut cedi poſſunt, imputantur in legitimã, quia ſunt in bonis, & de hæreditate, & æſtimabilia, ſicut militiæ, ex *l. omnimodò, §. imputari, C. de inoffic. teſtam.* ac declarant *Gutier. lib. 2. quæſt. pract. 64. n. 4. Noguerol. alleg. 19. num. 46. Salgad. in labyr. Cred. par. 1. cap. 35. num. 2. Merlin. de pignor. lib. 2. quæſt. 14. num. 6.* & *in tract. de legitima lib. 2. quæſt. 21. & 24.* & poſt *Cenſal. ad Peregr. de fideic. artic. 36. verſ. tertiò addas, fol. 248. Conſil. Altimar. in obſeru. ad Reg. Rouit. conſ. 10. n. 23. lib. 2. D. Ignat. Gaſtone diſcept. fiſc. 21. num. 66.* vbi ampliat, etiam ſi in venditione requireretur aſſenſus, dummodò facile ſit illum impetrare; Et *Io: Bapt. de Thoro in compend. deciſ. par. 2. verb. Officium emptum à patre, pro ſe, & filio nominando,* tradit, quod ſequuta nominatione per patrem, imputabitur in filij legitimam, & portionem, eiuſq; valor attenditur tempore mortis patris, *Conſil. Staiban. reſol. 59. num. 34. lib. 1.*

2 Sic etiam officij pretium venit in collatione bonorum, iuxtà *text. in l. penult. C. de collation. l. 1. §. ſed an id, D. de collat. Valaſc. in praxi partit. cap. 13. nu. 62. Gizzius ad Reg. Capyc. Latro deciſ. 26. num. 9. Sanleger. reſol. ciuil. par. 2. cap. 193. num. 1. Amicangel. de Regal. offic. quæſt. 14. num. 17. & 18. & quæſt. 15. num. 11.* vbi etiam ait, quod ſecùs eſt in officio nouo per patrẽ acquiſito, ſibi, & poſt eius mortem ſuis hæredibus.

3 Proùt inter cohæredes, venit communicandum iudicio familiæ erciſcũdæ, *Maur. alleg. 19. num. 6. Vitalis in tract. de collation. qu. 28. n. 35. Gamma deciſ. Luſit. 29. Reg. de Marin. ad Reuerter. deciſ. 551. num. 2.*

4 Similitèr, ſi inter coniuges eſt contracta ſocietas, pretium officij in ea comprehenditur, *Giurba ad Conſuetud. Meſſan. cap. 1. gloſ. 2. par. 1. num. 115.* & poſt alios *cit. Gaſton. d. diſcept. 21. n. 69. Merlin. de pignor. lib. 2. qu. 14. n. 7.*

5 Fit tamen collatio, & imputatio habito reſpectu, non ad ſummam, qua empta fuerunt officia; ſed ad id, quod tunc temporis poſſent vendi, *Peregrin. de fideicomm. art. 36. num. 130.* & ibi in *addit. Cenſal.* quem refert *Conſ. Altim. in d. obſeru. 10. num. 25. Mangil. de imputat. quæſt. 33. num. 17. Merlin. de legit. d. lib. 2. qu. 24. n. 12. Blaſ. Michalor. de fratrib. par. 1. cap. 22. n. 19.*

6 Qua in re tranſcribendam duximus doctiſſimam fiſcalem allegationem elucubratam ab integerrimo *R. Conſil. Dom. Franciſco de Andrea*, nunc præcla-

Digitized by Google

clariſſimo *Regij Fiſci Patrono*, nunquàm ſatis pro meritis laudato, ſed omni æuo memorando Iureconſulto.

I V R A

PRO

REGIO FISCO

Ad interpretationem Regiarum Literarum editarum, Anno 1664.& exequutarum per Coll. Conſil. Anno 1675. Quibus fuit declaratum, officia, quæ ſunt de Regalibus S.M. quamuis conceſſa prò hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum,& in burgenſaticum,non poſſe alienari abſque aſſenſu. Nec in ijs ſucceſſionem deferri, niſi iuxtà Regni Conſtitutiones, & Gratias eidem Regno concesſas, circà ſucceſſionem in bonis feudalibus.

Quibus oſtenditur.

I. Regias Literas, tanquam declarantes Ius, comprehendere non minus caſus præteritos, quàm futuros; Itaùt de ijs diſputare amplius non liceat.

II. Malè aſſertum eaſdem reperiſſe communem opinionem, ſiuè conſuetudinem indicandi contrariam. Quin nè vnum Doctorem afferri poſſe, qui in terminis noſtræ Conſtitutionis,antè *Horatium Montanum* contrarium ſcripſiſſet.

III. Contrariam opinionem *Montani* nullo Iuris fundamento niti.Et tanquam communitèr improbatam, & pluries in noſtris Tribunalibus reiectam,tempore Regiarum Literarum, non meruiſſe nomen opinionis, nequidem probabilis.

In Cauſa decidenda in Regia Camera, in Aula Cedularij.

Coram Spect. D.Regente Locumtenente R.Cameræ D.Sebaſtiano Cotes,D.Regente,Regiçq; Cam.Præſidente D.Nicolao Gaſcon Cauſæ Commiſſario, & DD. eiuſdem Cameræ Præſidentibus D. Octauio Çapycio Scondito, Fr.Antonio Andreaſſo, & D.Adriano Vlloa.

Paleotta Actuarius.

7 Per Literas Catholicæ Maieſtatis optimæ recordationis Philippi IV. Anno 1664.declaratum legimus,Officia,quæ ſunt de Regalibus, quantumuis conceſſa *prò hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum*, & quod magis videtur, *etiam in burgenſaticum*, nec alienari, nec obligari poſſe ſinè aſſenſu; Nec ad alios hæredes tranſire, quam qui iuxtà Regni leges, Gratiaſq; eidem Regno cõceſſas, admitterentur ad ſucceſſionem feudalem. Prout eas legere licet apud *D. Regentem de Philippis, poſt diſſertationem 39. ſuarum diſſertationum ſiſcalium*, & *D.Reg.de Marinis in Arreſt.726.*poſt *2.tom.dec.Reuert.*2.editionis anni 1674.

8 Eædem literæ fuerunt repetitæ A. 1675. iuſſumq; vt eiuſmodi declaratio adnotaretur omnibus officiorum conceſſionibus eòuſq; factis,exceptis obtentis titulo oneroſo;quorũ reſpectu R M. nil voluit innouari. Et per Collaterale Conſilium exequutæ,inſertæ fuerunt in volumen Pragmaticarum, *pragm.vltima de offic. ad R.M.collationem ſpectantibus, vltima compilationis.*

9 Noluiſſe illis iuſtiſſimum Regem vllum Ius nouum inducere, ſed tantùm tollere diſputationes, quæ oriri potuiſſent, ob prætenſionem à nõnullis excitatam,vt eiuſmodi officia poſſent alienari abſq; aſſenſu, & immunia eſſent à periculo deuolutionis, conſtat ex earundem proœmio. *A mi noticia ha llegado, que muchas perſonas, que han obtenido de mi conceſſione de officios, que ſon de mi Regalia, tienen pretencion de poderlos enagenar en beneficio de perſonas eſtrangeras, ſin mi Regio aſſenſo, con preteſta, que la conceſſion pareçe hecha en burgenſatico. Y que aſſi miſmo nò eſtan ſujetos à las deuoluciones, en los caſos permitidos por las leyes.* Ac per conſequens voluiſſe Ius declarare,non condere,conſtat ex ijs verbis, *Conueniendo proueer de remedio en ello, hà pareçido declarar, como en virtud de la preſente declarò.* Quin ipſam declarationem proceſſiſſe iuxtà peritiorũ, doctiorũq; Regni Prudentũ ſententiam, docemur ex ijs: *Aprouando la opinion de los mas peritos, y doctos de eſſe Reyno, que los que tienen los dichos officios nò puedan aſſiñarlos, ny transferirlos à otros ſin que primero obtengan de mi el Regio aſſenſo; aunque la conceſion parezca echa en burgenſatico, y en perpetuo. Y aſſi miſmo que quedan ſaluas, y ileſas las razones de mi Regio Fiſco en los caſos de deuoluciones, ò por cauſa de delictos, ò por falta de legitimos ſucceſores.* Atq; ità procedere ſecundùm verã, rectamq; Iuris rationem, ex ijs, quæ ſequuntur; *Pues eſta clauſula pueſta en las conceſſiones de feudos, ò officios, nò puede por terminos de derecho, comprehender à los herederos, que ſon de todo puncto*

extraneos. Nec aliam ſuiſſe regiam intentio-
10 nem in conceſſionibus eòuſque factis, aut quæ in futurum fierent, teſtatus fuit ipſemet Rex in principio. *Y porque mi real intencion jamas fue, que los conceſſionarios de dichos officios pudieſen diſponer d'ellos, ſin mi regio aſſenſo.* Et iterum versùs finem: *Haviendo ſido eſta mi real intencion aſſi en las cōceſſiones echas haſta à quì, como en las que adelāte ſe hiçieren, y nò en otra manera.* Quod non magis de ipſo Rege, quam de alijs Prædeceſſoribus intelligendum; Quòd vnicum ſit Imperium, vnaq; regia dignitas, quæ in omnibus ſucceſſoribus eadē, benè oſtendit *D. R. de Philippis differt. 40. nu. 65. per plures ſequentes.* Vndè pendet, quod apud Politicos, in Regnis benè inſtitutis Regem nunquam mori. Quaſi non alius ſit, qui actu regnat, quàm qui olim regnarunt.

11 REm apertiſſimè deciſā à Supremo Principe, à quo omnis Iura interpretandi, & condendi poteſtas; mirum, adhuc in dubium euocari in re, de qua agimus. Magiſque mirum, quod Regiam declarationem velint non reſpexiſſe caſus præteritos, ſed tāntùm futuros. Imò per eam inductū Ius nouū, contrà veteris Iuris receptam traditionem, & conſuetudinem in hoc Regno iudicandi. Vt hinc ad præterita referri non poſſe Partium Patroni repetita ſcriptione, ſecuti aſſirmauerint.

12 Quod etſi nimio eorundem in cauſam affectui nos tribuere decet; non malè tamen operam collocatam iri credidimus, ſi quæ ad cuncta, quæ fuerunt allegata explodenda, voce coram doctiſſimis Conſenatoribus, in medium adduximus, ſcripto quoq; prout per alias occupationes licebit, eorundem cenſuræ exponeremus. Vt hinc pateat, & cauſam, de qua agimus, omninò iuxtà Regias literas iudicandam; Et per eas nihil noui; nil, niſi iuxtà veras, receptaſque Iuris regulas, communeſq; noſtrorum traditiones conſtitutum.

Quod vt facilius aſſequamur, forenſi ſtylo, & abſque vllo verborum ornatu, procedendum duximus per infraſcriptas concluſiones.

Sed prius erit factum enarrandum; Quod ſeriem continet annorum ducentum.

Facti Narratio.

13 POſſidentibus *Iacobo, & Fabritio de Riccardo* fratribus, antequam hoc Regnum inuaderetur à *Carolo VIII. Francorū Rege*, officium *Magiſtri Rationalis Regia Sicla Ciuitatis Auerſa, & Caſalium.* (Quod conſiſtit in Iure ponendi ſignum, ſeù regiam impreſſionem ponderibus, & menſuris rerū venalium; exigendiq; pœnas à cōtrauenientibus.) Obtinuit *Fabritius* à *Gallo Rege*, poſt illius aduentum, concedi ſibi etiam illam portionem eiuſdem officij, quæ ſpectabat ad *Iacobum fratrem*, prætextu, quod *filius Iacobi* ſequeretur partes ſui legitimi *Regis Ferdinandi II.* quem Gallus Regno expulerat.

14 Reſtituto dein in Regnum *Ferdinando*, eodemq; paulò poſt defuncto, abſque liberis, porrectæ fuerunt preces *Regi Federico*, qui illi ſucceſſerat, A. 1499. vt integrum officiū, vice verſa, concederet *Ioanni* prædicti *Iacobi filio*. Tàm ſcilicèt portionem ipſius *Iacobi*, qua fuerat ſpoliatus à *Fabritio*, quàm portionem, qua prius gaudebat *idem Fabritius*; Ex cauſa, quia cum dictus *Fabritius non haberet filios legitimos*, officiū *ſpectabat ad ipſos Iacobum, & Ioannem.* Eòq; *fortius, quia Fabritius nullam ſua portionis obtinuerat confirmationem à Sua Maieſtate*. Vt omnia enunciantur *in priuilegio eiuſdem Regis, f. 4. & at. in fin. & fol. 5. in princ.*

15 Vt hinc conſtet officium, eo tempore, fuiſſe habitum, tanquam deferendum Iure Sanguinis; dum ob defectum filiorum legitimorum, etiam viuente poſſeſſore, conſiderabatur tanquam perueuturum ad fratrem, fratriſque filios. Necnon conſiderabatur, tanquam directum dominium ſpectaret ad Regem, dum *Fabritius*, à ſua portione deciditſe dicebatur, quòd illius non impetraſſet à Rege confirmationē; omiſſa ratione, quòd per conceſſionem obtentam ab hoſte, cecidiſſet ab omni Iure, quod prius ſuper eo habebat. Fortè propter indultum, gratiaſq; conceſſas prò bono pacis, ijs, qui contrarias partes fuerant ſequuti.

16 Annuit petitioni Rex. Et intuitu ſeruitiorum *Cardinalis Vicecancellarij*. cuius nomine fuerant preces porrectæ, dixit ſe *donare, concedere, & gratiosè elargiri prædicto Ioanni, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuū, dictam medietatem Fabritij, ac totum prædictū officium.* De eodemque ſe illum *inueſtire, prout moris.* Quam inueſtituram robur voluit habere *vera, realis, & corporalis traditionis. fol. 5. in fin. & at. lit. A.* Quam veterem eſſe formulam, qua noſtri Reges vtebantur in feudorum conceſſionibus, antè introductam formulam *prò hæredibus ex corpore*; Et quam etiam poſt illam inuentā, promiſcuè vſi ſunt; Quòd altera ab altera, quoad qualitatem hæredum non differat, non ignorant, vel qui primis labijs noſtrorum feudorum leges deguſtarunt.

Hinc virtute huius conceſſionis, ſucceſſit *Ioanni de Riccardis Aſcanius filius.*

Aſcanius, quòd dominium officij, ijs temporibus, non ambigeretur ſpectare ad Regē, non *obſtante conceſſione prò hæredibus in perpe-*

pe-

petuum, ac obindè illius teneretur petere cõfirmationem,eam *A*. 1539.impetrauit à *Diuo Carolo V.Cæſare fol.6.lit.C.*

Ipſo mortuo, *Fuluius eius filius* eandem iterum confirmari obtinuit ab *eodem Imperatore, A.*1541.*fol.7.lit.A.*

17 Demùm *A*. 1562. idem *Fuluius*, tempore *Ill.Ducis de Alcalà*, officium vendidit *Vincentio, & Bernardino de Mauro* patri, & filio, prò ducatis mille, & quatuorcentum,Et cum preces porrexiſſet prò aſſenſu. (Nunquam enim fuit dubitatum illud ſinè aſſenſu non potuiſſe alienari,) *Collaterale Conſilium* non cenſuit illum concedendum,niſi habita prius *conſultatione, à Reg. Camera. fol.* 10. *àt.lit.B.* A qua facta relatione, poſſe concedi, *fol.*13. fuit præſtitus, *A.*1565.*Vincentio emptori* nomine S. M. ſed *ex gratia ſpeciali, & conſideratione ſincera deuotionis, & fidei eiuſdem Vincentij.fol.*14.*in princ.*

18 Succeſſerunt *Vincentio de Mauro eius filij*. Qui *A.*1580.cum idem officium vendere voluiſſet *Io: Dominico Comeſtabulo* prò ducatis tribus mille, ſimiles porrexerunt preces prò aſſenſu, *Excellentiſſ. Proregi*; illumq; paritèr obtinuerunt, ſed addita clauſula, *Fidelitate regia, feudali quoq; ſeruitio, atque adoha, regijſque alijs, & alterius Iuribus ſemper ſaluis. fol.*25.

19 ET huc vſq; omnia ritè; Poſita huius Regni praxi, vt poſſint *DD. Pro-Reges* huiuſmodi officiorum venditionibus aſſentiri; de qua teſtatur *Amicangelus tract.de regal. offic.quaſt.*10.*n.*31.*verſ. Sed his videtur.* Quàuis de eiuſmodi poteſtate dubitet, *num.* 22. Etiamſi officium eſſet irregulare, & alteratũ prò hæredibus, vt *nu.*25.*verſ.Sed prædictis.*

20 SEd mortuo *Io: Dominico Comeſtabulo* abſq; liberis, ſuperſtitibus *Cæſare fratre, & Aloyſia ſorore*; præſumpſit *Cæſar* eidem ſuccedere, non tantùm in officio, ſed in tota hæreditate ex teſtamento.Et decedens poſteà abſque liberis,ſuperſtite *Virgilia Longo* Vxore,illam inſtituit hæredem, tàm in bonis proprijs, quàm in peruentis ſibi, vt putabat, ex hæreditate fratris. Sed officium, cuius credebat incapacem fœminam, reliquit titulo legati *Carolo Longo Vxoris fratri*; ea tamen lege, vt emolumenta cederent in beneficium Vxoris.

21 Hæc voluntas caruit effectu. Quia licèt per M. Curiam fuiſſet ordinatum decretum præambuli,A.1603.in beneficium *Virgiliæ ex teſtamento, & vt immitteretur in poſſeſſionem officij Carolus, virtute legati*; Oppoſuit ſeſe ambobus *Aloyſia ſoror Io: Dominici, & Cæſaris*; Inſtitutaq; lite in S. C. de nullitate teſtamenti conditi per *Io: Dominicum*, prætendit illius hæreditatem, tanquã nullitèr aditã à *Cæſare*, ex teſtamento nullo, fuiſſe poſt illius mortem, integram ad ipſam delatam ab inteſtato, ac proindè nihil de ea diſponi potuiſſe in beneficium, nec *Virgiliæ, nec Caroli*.

Et per *Sacrum Conſilium* fuit, *eodem anno*, datus *terminus in cauſa*, Et interim decretũ, *vt bona remanſa in hæreditate Io: Dominici, ipſumq, officium locarentur nomine S. C.*;

22 Compilato termino, reque per plures annos,adhuc non deciſa;*Virgilia* longioris moræ impatiens, *A.*1614.tranſigendum ſibi duxit cum *Io:Th. Cardillo filio, & hærede Aloyſiæ*; acceptaq; obligatione de ipſi ſoluendis dotibus, & antephato, quæ ſibi debebantur ſuper hæreditate Viri, ceſsit eidem *Io: Thomæ*, quicquid Iuris ſuper ea habebat.

Qui cum ideò petijſſet ſe immitti in poſſeſsionem omnium bonorum hæreditatis,tàm *Cæſaris*, quàm *Io: Dominici*, & ſignantèr dicti officij, oppoſuit ſe *Carolus*, allegans officij proprietatem ſibi, *non Virgiliæ* relictam. Nihilq; ideò præiudicij ſibi, ob tranſactionem ab ea initam, inferri potuiſſe. Vndè *S.C.* decreuit, vt *procedetur ad expeditionem cauſæ nullitatis teſtamenti, firmo manente ſequeſtro.* Reſq; vſque adhuc, poſt nonaginta ferè annos, manſit indeciſa. Liberatis interim fructibus officij creditoribus *Ioannis Dominici.*

23 Intereà defuncto *Io: Thoma Cardillo filio Aloyſiæ*, qui hæreditatis ceſsionem obtinuerat à *Virgilia*, ſucceſsit ei *Carolus eius filius.* Eidemq; defuncto abſque liberis, *A.*1656. ſucceſsit *Hippolyta Ferdiana mater*, abinteſtato, A qua, *A.*1658. allegatur inſtitutum hæredem *Ioſephum Diotiaccreſca* extraneum. Cui, *A.* 1682. ſucceſſit *Horatius eius filius*; Qui vnus eſt hodiè, ex concurrentibus ad dictum officium.Cum ex alia parte concurrant deſcendentes à quond. *Carolo Longo.*

24 FIſcus, cum nullam haberet notitiam officium per tot annos,à nemine poſsideri, locariq; nomine S.C, petijt *A.*1673. citari illius poſſeſſorem ad oſtendendum titulum, *fol.*1. Comparuitq; *Ioſephus Diotiaccreſca* allegans ab ipſo illud poſsideri, titulo ſucceſsionis *à quond, Io: Dominico Comeſtabulo*, per intermediam perſonam *Aloyſiæ illius ſororis; & ab anno* 1603. fuiſſe ſuppoſitum ſequeſtro, ordine S.C.ad inſtantiam *Caroli Lõghi*, prætendentis in eo Ius, virtute legati eidem relicti, *à prædicto Cæſare Comeſtabulo, fol.* 2.

15 Re, de more, per plures annos ſilentio tecta, petijt Fiſcus An.1690. vt aſſertus poſſeſſor doceret *de deſcendentia à Io:Dominico Comeſtabulo, fol.* 32. *àt.* obtentoq; in eam rem decreto, fuit replicatum *de deſcendentia conſtare ex proceſſibus* S.C. *fol.*36. vndè, *Fiſcus*, facto

ſacto prius ſequeſtro *nomine R. Cam. fol.* 35. Viſisq; proceſsibus à S.C. tranſmiſsis, petijt declarari officium vacaſſe in beneficium *Regiæ Curiæ, ſaltem ab anno* 1656. quo extincta fuit linea deſcendentium *ab Aloyſia* ſorore *Io: Dominici*. Nulla habita ratione prætenſorum per hæredes quond. *Caroli Longhi*, virtute legati, ex quo nullum in illum potuerat transferri Ius, abſque Regis aſſenſu. Proindeq; petijt cogi Creditores, ſeù hæreditatem *d. quond. Io: Dominici*, quibus fuerunt liberatæ pecuniæ, ex fructibus officij, ſaltem poſt *dictum annum* 1656. ad illas reſtituendum in beneficium *Regij Fiſci*.

Prò cuius intentionis oſtendenda Iuſtitia, ſat eſſet, vt prædiximus producere *literas Cath. Mai.* Quas tamen *Aduerſarij* volun: non obſtare, quòd proſpexerint caſibus futuris, non præteritis.

Sit igitur,

PRIMA CONCLVSIO.

Si literæ S.M. non comprehenderent legatum relictum Carolo Longo abſque aſſenſu; Aut ſucceſſionem petitam ab hæredibus Cardilli, extraneis; quòd caſus, tàm legati relicti, quàm delationis hæreditatis euenìſſet antè Regias literas; ſequeretur legem declarantem nihil differre à lege conſtituente. Quod eſt contrà omnium DD. communem concluſionem.

26 PRobatur hæc Concluſio. Quia non dubitatur legem declarantem, hoc præcipuè differre à lege conſtituente, quòd lex conſtituens, ni expreſsim dicat diſponere, etiam de caſibus præteritis, non porrigatur, niſi ad futuros. Vt expreſsim *S. Pontifex in cap. fin. de conſtit. ibiq; omnes Canoniſtæ*. Lex verò interpretans, ſiuè declarans comprehendat, tàm præteritos, quàm futuros. Prout ex *textu in l. non dubium* 5. *C. de legibus, verbo, Quod ad omnes*, notat ibi *Baldus*. Vbi ex ſententia *Ioannis Andreæ*, docet potentiorem eſſe legis declarationem, quàm noui Iuris conſtitutionem. Quia lex conſtituens Ius nouum futura tantùm reſpicit, lex verò declarans Ius antiquum, non minus præterita, quàm futura. Eſtq; indubitata concluſio, vt per *D. Regentem de Philippis*, qui Iura concordantia affert, *d. diſſert. 40. n. 55. & 56.*

27 Modò ſi Regiæ literæ, dum prohibent nè vllus, qui conceſsionem obtinuerit officij, poſsit illud alienare abſque aſſenſu; Neuè ſimilitèr ad illius ſucceſsionem admittantur hæredes extranei, non comprehenderent, niſi caſus futuros, ſcilicet illos, quibus alienatio fieret, vel ſucceſsio deferretur poſt Regias literas, nulla re differret lex declarans à lege conſtituente. Nàm ità prorſus eſſet dicendum, ſi Rex, id non per Iuris declarationem, ſed per noui conſtitutionem ſtatuiſſet. Fruſtraq; ideò dixiſſet ſe facere illam declarationem, ad tollendam quamplurium prætenſionem, qui contrà ipſius Regis voluntatem, iſtud ipſis licere præſumebant.

28 Etenim ſi id Rex declarauit prætendi cõtrà ipſius voluntatem, ſequitur declarationẽ fundari in cauſa de præterito, ſcilicèt, quia nunquàm ſuæ intentionis fuerat, vt eiuſmodi officia, aut alienari potuiſſent, abſque ipſius licentia, aut ad illa admitti hæres extraneus. Ideòq; non dixit ſe conſtituere, ſed declarare; *Que los poſſeſſores de dichos officios nò han de poderlos en nigun tiempo venderlos, ny enagenarlos*. Quæ verba non magis reſpiciunt tempus futurum, quam omne tempus. Non enim dixit Rex velle ſe, nè huiuſmodi alienationes fierent; Sed dixit declarare ſe eas nõ poſse fieri. Quæ declaratio non poteſt magis reſpicere vnum tempus, quam aliud; maximè propter ea verba, quæ ſequuntur, *aprouando la opinion de los mas doctos, y peritos d'eſſe Reyno, que los poſſeſſores de dichos officios nò puedan aſſiñarlos, ny transferirlos*. Quotieſcunq; enim Rex declarat veram opinionẽ *DD.* vt aliquid non poſsit fieri, pernecesſè ſupponit, nec ſi fuiſſet factum, potuiſse fieri, cum ſemper fuiſſet contra opinionem illorum *DD.* qui dicebant non poſse fieri. Et ideò dixit; *En nigun tiempo*. Vt ſcilicèt quocunq; tempore factæ eſsent alienationes, ſiuè poſteà, nec confirmatæ fuiſsent per aſsenſum, ſemper nullæ eſsent.

29 Et cum ratio, quæ eſt anima legis, comprehendat tàm alienationes factas, quàm faciendas, & tàm officia deuoluta, quàm deuoluenda. Nempè quia hæc erat doctiorum, peritiorumq; Regni ſententia; & quia Iuris ratio non patiebatur, vt clauſula prò hæredibus, tàm in feudis, quàm in officijs comprehenderet hæredes penitùs extraneos, Et quia nunquàm Regalis intentionis fuerat rem alitèr decerni; Ridiculum eſset aſserere præſumendum Regem, non voluiſse ſua declaratione comprehendi tempus præteritum. Et per conſequens voluiſse, vt alienationes factæ, quamvis nullæ, ob defectum aſsenſus, eſsent validæ; & vt officia iam deuoluta, ob defectum legitimorum hæredum, vel manerẽt apud eos, qui illa iniuſtè occupaſsent; vel, quod peius, vt illis à Iudice eſsent concedenda; quod eſt, quod hodiè petitur. Contrà ſententiam doctiorum, peritiorumq; Regni. Cõtrà Iuris rationem. Contràq; ipſius Regis voluntatem.

30 ET decipiuntur *Aduerſarij*, ſi nos potiùs non decipere volunt, dum dicunt *ceſſa-*

re

re hac in re omnem ſcrupulum, dum Regia literæ expreſſam habent relationem, non ad caſus præteritos, ſed ad futuros; abuſi doctrina *Antonij de Butrio, & aliorum in d.cap. fin. de conſtit.* dum docent concluſionem, vt lex declarans, ſiuè interpretans comprehendat præterita, non procedere, *ſi eſſent adpoſita verba, per quæ adpareret mentem Authoris non fuiſſe comprehendere præterita.* Prout ità eandem concluſionem limitat *ibidem Felinus n.5.*

31 Nàm id procederet, quando adpareret Legiſlatorem ſciſse multotiès peccatum in præteritum, & tamen ob iuſtas cauſas non voluiſse facta reſcindere, ſed ſolum obuiare nè in futurum peccaretur. Vt colligitur ex *textu in cap. vnico de poſtulat. Prælator.* Vbi *Pontifex* poſt narratam conſuetudinem, quæ hactenùs inualuerat procedendi ad electiones Prælatorum, per eiuſmodi formulam, *eligo poſtulando, vel poſtulo eligendo,* quamuis eam non probet, tamen manifeſtè oſtendit ſe nolle quicquam innouari, quoad electiones iam factas, ſed ſolum prohibere nè amplius fierent; Vndè iuſsit, *nè ſub his formis, ad faciendas electiones, vel poſtulationes de cætero procedatur.* Vbi ideò *Gloſa verbo de cætero,* inquit: *Licet iſta conſtitutio ſit Iuris veteris declaratoria, puto tamen per hæc verba Papam præcedentes electiones ſic factas voluiſſe irritare.*

32 Proùt idem deſumitur, ex alio *textu in cap.fin.de ſponſal.* Vbi ſimilitèr Pontifex, poſt enarratam aliam conſuetudinem introductã in Eccleſia Mutinenſi celebrandi matrimonia, contrà morem receptum in Eccleſia Romana, quamvis eam ſimilitèr improbet, ſcripſit tamen Epiſcopo in hæc verba, *In matrimonijs de cætero contrahendis illud te volumus obſeruare.* Vndè cum Pontifex ſciens præteritos abuſus, noluit illos corrigere, niſi ſolùm in futurum; id enim indicat illud aduerbium *de cætero*, quod idem valet, quod apud nos, *da oggi auanti*; iure ſequitur, voluiſse ſolum prouidere caſibus futuris, præteritos verò relinquere in eo ſtatu, in quo erant.

33 Et in his terminis rectè procedit, quod inquit *Bolognettus*, ex aduerſo adductus in *l.omnes Populi 9.D.de iuſt.& iur.nu.163. verſ. Secundò limitatur*, nullum eſse inconueniens, *vt lex velit dare certam formam futuris negotijs, & præterita relinquere ſub determinatione antiqua, quæ iam inducta erat, per conſuetudinem, vel per alium modum, vel per DD.declarationem*; ſcilicet, cum ſciens Legiſlator ſuam declarationem eſse contrariam conſuetudini introductæ, vtitur tamen verbis, quæ ſolùm prohibent, nè ea conſuetudo valeat in futurum, præterita verò relinquunt, proùt erant, antè ſuam declarationem.

34 Et ideò idem *Felinus in d. cap. fin. num.6.* volens afferre exempla, ex quibus erui poſset mens Legiſlatoris, vt voluerit prouidere ſolummodò caſibus futuris, docet eiuſmodi mentem erui, ſi vſus fuiſset verbis, quibus conſtaret voluiſse non tàm Ius declarare, quã conſtituere. Vt ſi fuiſset vſus verbo: *Decernimus, ſtatuimus, vel per hanc noſtram conſtitutionem,* proùt vſus fuit in *d.cap. vltimo, de poſtul.Præl.* ibi; *Perpetuo prohibemus edicto.* Aut ſi fuiſset vſus verbis includentibus tempus futurum, & excludentibus præteritum. Vt ſi dixiſset; *De cætero, deinceps, in poſterum, & ſimilia*; vt *d.n.6.verſ.Secundus caſus, in fin.*

35 Quæ omnia nihil ad rem noſtram. In qua, nedum nullum legitur verbum, ex quo poſsit præſumi Regem noluiſse, vt ſua declaratio comprehenderet præterita; Vt potiùs conſtet ipſum credidiſse, nihil adhuc aduerſus ſuam declarationem fuiſse factum, ſed ſolum ab aliquibus prætendi poſse fieri. Ideòq; ad irritandum factum, ſi fortè fuiſset, ſat eſse duxit declarare illud non poſse fieri; ſcilicèt, quia contrà Interpretum traditionem, contrà Iuris rationem, contrà ſuam voluntatem. Vndè ſi vellemus dicere præterita fuiſse relicta in eo ſtatu, in quo erant, oporteret etiam dicere fuiſse relicta in ſtatu, quem non habebant; ſcilicet in ſtatu nullitatis. Nàm quod contrà Iuris rationem fit, contrà traditionem Interpretum, & contrà Principis voluntatem nullum eſt.

36 Vndè cum Rex ſuam declarationem ediderit ſolùm per modum declarationis, & non per modum conſtitutionis, impoſsibile eſt, vt non comprehendat præterita. Vt docet nos *Decius in d.cap.fin.de conſtit.num.49.* dùm inquit: *Si conſtitutio, propriè, & ſimplicitèr declaratoria ſit, ex quadam neceſſitate videtur, quòd ad præterita referatur. Aliàs reſultaret quædam perplexitas, & repugnantia, quod eſſet conſtitutio declaratoria, & non haberet locum in præteritis.*

37 Et ideò *DD.* communitèr dixerunt legem declarantem accipiendam, ac ſi ab initio fuiſſet inſita legi declaratæ. Quod & clarè *Iuſtinianus in Nouell.de raptis mulierib.in fin.* ibi: *Tanquam ſi lex noſtra à principio, cum tali interpretatione promulgata fuiſſet.* Quem *textum* meliorem de Iure, ad id probandum ſcripſit *Felinus vbi ſuprà num.5.* Sed meliùs probatur *Nouella de filijs antè dotal. inſtrum. natis, §.1.* à ſummo Viro, in Aula, cum de hac cauſa ageretur allegata, ibi: *Cum omnibus manifeſtum ſit oportere ea, quæ adiecta ſunt per interpretationem, in illis valere, in quibus interpretatis legibus ſit locus.*

38 Quam fruſtra *Aduerſarij* conati ſunt effugere, quòd ibi ageretur de quorundam dubita-

bitatione, quam *Imperator* expreſsim declarauit abſurdam; Ibi, *Quod abſurdè arbitrati ſunt*. Nàm id ipſum eſt, quod *Imperator* declarauit *abſurdè arbitrari*; dubitare ſcilicet ſi quædam ſua conſtitutio, quam ediderat ad declarationem duarum præcedentium, haberet vires à die, quo præcedentes latæ fuerāt: Quamvis iſtud in ea non exprimeretur. Iſtudquè dubium eſt, quod *Imperator*, tanquam in re manifeſta, declarauit *abſurdum*, dum ait nil fuiſſe opus adijcere expreſſim *de tempore*, dum manifeſtum erat, legem editam ad interpretationem alterius, valere in omnibus caſibus, in quibus erat locus legi interpretatæ. Et ideò inquit facere ſe illam quartam conſtitutionem, non quòd eſſet neceſſaria, ſed ad tollendum qualecunq; illud dubium, ſiuè potiùs errorem illorum, qui de re adeò manifeſta dubitauerant. Ibi; *Quia verò omninò emerſerunt quidam de ſic manifeſtis dubitare contendentes, vel errantes, hanc adiecimus legem, &c.* Vt hinc agnoſcant *Aduerſarij* ipſorum dubium eſſe, quod *Imperator* declarauit abſurdum, non illud, quod oriri potuiſſet antè editionem legis declarantis.

39 Etenim, vt lex declarans comprehendat caſus præteritos, ſat eſt, opinionem contrariam declarari falſam, parumq; refert, ſi antè declarationem parum, aut multum habuiſſet probabilitatis. Nàm ſi ſecundum eam fuiſſet iudicatum, aut tranſactum, lex tunc declarās non comprehenderet caſus iam deciſos; vt per eundem *Felinum d.cap.fin.num.6.in fin.* & eſt *communis concluſio*. Igitur ſupponitur dubium fuiſse probabile, vt ſuper eo potuiſset ferri ſententia, aut tranſactio celebrari. Nam aliàs nec ſententia, nec tranſactio fuiſset valida.

Sed non idem Iuris eſset in caſibus decidendis. Vndè idem *Felin.ibid. verſ.& ſecundùm iſta*, poſt *Ioannem Andream*, *& alios* inquit: *Quod ſi Papa per viam declarationis adprobat vnam ex opinionibus contrarijs*, prout in re noſtra; *illa declaratoria trahitur ad præterita*.

40 SEd quid in re clariſſima adhuc hærere? Quando in re, de qua agimus, declarauit Rex, nunquam regiæ intentionis fuiſse, cum conceſſit officia, aut de illis diſponi, abſque ipſius licentia, aut in illis ſuccedere heredem extraneum, Etenim *Horatius Montanus*, qui, quod nulli antè eum in mentem venerat, primus affirmare auſus fuit, conceſso officio *prò hæredibus in perpetuum*, omne dominium, tàm vtile, quàm directum videri translatum in conceſsionarium, & proindè, nec ab illius ſucceſsione repelli extraneos, nec locum eſse *conſtitutioni ſcire volumus*, quę omnem alienationem Regalium, inſcio Principe prohibet, *in repet.l.Imperialem, §.præterea ducatus, n.44.& 45.& in tract.de regal. in præludijs, n.41.& de officijs regal. nu.25.* Non auſus fuit id affirmare, niſi quando non conſtaret de intentione Regis, vt *in d. §.præterea, num.35.* ibi: *Non conſtat de eius intentione*. Sed ſi ex verbis conceſsionis eliceretur, Principem, cum conceſsit, voluiſse retinere penès ſe directum dominium; Aut cum dixit prò hæredibus, ſenſiſse, de hæredibus ſanguinis, non dubitatur tunc concedere nullum diſputationi futurum locum, vt *ibid. num. 36.* ibi: *Et ideò perquirenda eſt voluntas illius in conceſſione*, & iterum *in prælud. tract.de regal. nu. 41. verſ.hæc tamen.* Sed in re noſtra, Rex declarauit, nunquàm ſuæ intentionis fuiſse concedere, aut de officio poſse diſponi, ſine ipſius licentia, aut ſuccedere extraneos; & adhuc dubitamus?

41 Et ſi *Aduerſarij* dicerent (quod non dicunt) iſtud Regem declaraſse, reſpectu conceſsionum factarum ab ipſo Rege, non à ſuis Prædeceſsoribus; Tunc petimus; An reſpectu cōceſsionum factarum à *Rege Philippo IV.* ex cauſa gratuita, ſuſtineri credant, aut alienationem factam abſque aſsenſu, antè regiam declarationem, Aut ſucceſsionem extranei? Si adfirmabunt; Conſequens erit eos velle, Vt regia conceſsio operetur contrà voluntatem concedentis; Quod quis ferat? Si negabunt, habemus intentum; Nàm fateri oportebit, caſus præteritos comprehendi Regijs literis. Quod erat probandum.

SECVNDA CONCLVSIO.

Prædicta redduntur indubitata in re, de qua agimus; In qua Officium reperitur penès Reg. Curiam. Nec poſſet prò Actoribus ferri ſententia; Niſi expreſſim contraueniendo Regijs literis.

42 HÆc Concluſio demonſtratur. Nam non dubitatur Actores, nec poſſidere officium, nec vnquam poſſediſse; dùm ab *anno* 1603. quo lis fuit inſtituta, circà nullitatem teſtamenti *quond.Io: Dominici Comeſtabulo*, primi officij adquiſitoris, fuit illud locatum nomine Sac. Conſ. ſpatio ferè nonaginta annorum.

Nec etiam dubitatur controuerſiam in Sac.Conſ. non fuiſse particularem, circà officium; ſed vniuerſalem, circà totam hæreditatem,

43 Dum *Aloyſia*, poſt mortem *Cæſaris fratris*, cui à communi *fratre Io: Dominico*, fuerat relictus vſusfructus totius hæreditatis, non petijt officium, virtute conceſsionis factæ, *prò hæredibus*, quaſi accipienda eſset *prò hæredibus*

bus ſanguinis, & à *Cæſare* non potuiſset legari *Carolo Longo*, abſq; aſsenſu. Dubitauit enim, nè ſi id allegaſset, & præiudicium feciſset iudicio vniuerſali, circà totam hæreditatem; & eo ipſo ſe ab officij petitione excluſiſset; Quòd recepta tunc videretur ſententia, conceſso officio prò hæredibus, non cenſeri ad illius ſucceſsionem vocatam fęminam, etiam ſi fuiſset filia. Vt in punɑo ſcripſerat *Freccia de ſubfeud.lib.2. qu.51.* & iudicatum per *Reg. Cam.* apud *D.Reuerteram deciſ. 381. num.3.* iuxtà ordinem *D.de Marin. par.2.*

44 Omnis igitur quæſtio fuit, An inſtitutis per *Io: Dominicum* filijs naſcituris à *Cæſare fratre*, eidemq; ipſius vita durante relicto vſufructu totius hæreditatis, habendus ille eſset prò hærede in vſufructu, itaùt non natis liberis, cenſeretur inſtitutus in tota hæreditate, ob Ius adcreſcendi, An potius habendus prò legatario. Quo caſu, nulla reddita inſtitutione, ob defectum hæredum, quòd nunquam fuiſsent in rerum natura, dicendus fuiſset *Io: Dominicus* deceſsiſse inteſtatus; Ac illius proinde hæreditas, viuente *Cæſare*, cuius filij fuerant inſtituti, nec potuiſset adiri ex teſtamento, ob defectum hæredum, nec ab inteſtato, quia pendebat conditio, an eſsent extituri. Illo vero mortuo, abſque filijs, integra ſpectauiſset *ad Aloyſiam*. Vt conſtat ex ijs, quæ laté prò *Carolo Longa*, & poſtmodum prò *Andrea* eius filio, prò validitate teſtamenti *Ioannis Dominici* ſcripſerunt *D. Reg. Rouitus conſ.46.& 47.lib.1.* & *D.Conſ.de Roſa conſult.34.*

45 Non item dubitatur, ſopita per tranſactionem lite, circà hæreditatem *Io: Dominici anno* 1614. inter *Virgiliam hæredem Cæſaris ex teſtamento, & Io: Thomam Cardillum filium Aloyſia*, manſiſse litem, ſolummodò cum *Carolo Longo*, circà conſequtionem legati. Quod *Carolus* validè ſibi relictum adfirmabat à *Cæſare*, tanquam hærede ex teſtamento *Io: Dominici*; *Cardillus* negabat; Quòd *Cæſar*, nec fuiſset, nec eſse potuiſset hæres *Io: Dominici*, ex teſtamento nullo, nec per conſequens diſponere de re aliena. Et per S.C. fuiſse ordinatum, *vt procederetur ad expeditionem cauſa, firmo manente ſequeſtro*. A quo tempore fructus fuerunt liberati creditoribus *Io: Dominici*.

46 Prout, nec tandē dubitatur *Andrea Longo Caroli filio* ſucceſſiſſe *D. Mariam Carmignanā neptem*. Quæ, ſi officium non potuit legari *Carola* abſque aſſenſu, nil Iuris ſuper eo prætendere poterit. *Cardilla* verò defuncto anno 1656. abſq; liberis, ſucceſſiſſe ab inteſtato *Hippolytam Ferdianam matrem*. In cuius perſonam, ſi in Regalibus nō ſuccedunt extranei, non potuit à lege transferri vllum Ius ſuper officio, quod iam ipſo Iure, per *Cardilli* mortem, fuiſſet reunitum Regiæ Curiæ.

47 Igitur cum officiū, tanquam vacans, fuerit ordine *R.Cam.die 22. Ianuarij præteriti anni* 1690. ſubiectum ſequeſtro, *fol.1. Acta ſequeſtri*; deputata perſona prò illius exercitio, cum obligatione reddendi computū fructuū *in R. Camera*; Conſtat tam *D. Mariam Carmignanam*, quæ intimata nihil oppoſuit, quàm *Iaſ. Diotiaccreſca*, qui veluti per iocum, oppoſuit officiū ab ipſo poſſideri; & de ipſiua deſcendentia *à Comeſtabulis*, conſtare ex proceſſibus S. C. ſi aliquod Ius ſuper eo ſibi aſſerant, teneri illud proponere *in R.Camera*, ab eaq; petere, vt alicui ipſorum ſucceſſio deferatur.

48 COmpertum enim eſt Fiſcum non minus in officijs, quàm in feudis, defuncto poſſeſſore, abſq; liberis ſi non adſit, qui claro, & aperto Iure oſtendat ſe in officium ſucceſſiſſe, poſſe illius adprehendere poſſeſſionem, vigore *capitis ex præſumptuoſe*, quamuis cōceſſum fuiſſet prò hæredibus. Prout ſeruatū *in R. Cam.* apud *D. Reuerteram dec.56.p.4.in manuſcriptis*, quæ eſt *deciſio 364.* apud *D. de Marinis part. 1.* in cauſa *officij Magiſtri Portulani huius Ciuitatis*. Cuius per mortē *Petri Moccia* poſſeſſoris, abſq; liberis, Fiſcus poſſeſſionem adprehendit; Quamuis poſtea, cum comparuiſſet frater, fuerit ad illud admiſſus. Quod & plenè oſtendit *D.R.Galeota reſponſo fiſcal.12.cap.10.§.2.per totum, à num.387.* Et negari non poſſe, inquit *D. Regens Rouitus deciſ. 72.nu.73.* Quod generalitèr in officijs, quotieſcunq; non conſtat de claro, & aperto Iure ſuccedere volentis, & ipſe admittit *Montanus*, acerrimus alioquin, in hac re, Iurium Regij Fiſci oppugnator, *d. cap. de regal.offic. nu.10.* Qui inſuper addit, eatenus in cauſa *illorum de Bernando*, in qua ſuum ſcripſit reſponſum *D.Galeota, deciſionemq;* edidit *D.Rouitus*, fuiſſe ordinatum, facta relatione *in Collat. Conſilia, vt officium ſequeſtraretur, penes tertium*, quatenus quamplures comparuerant Creditores, quibus difficiliores fuiſſent redditæ pecuniarum liberationes, ſi eas petere debuiſſent è marſupio Fiſci. Itàq; ſe audiuiſſe ab ipſomet *D. Rouito*, qui in cauſa interuenerat. *Quod ſi creditores non adfuiſſent, abſq; dubio*, inquit *Montanus*, *in cauſa illa proceſſiſſet ſequeſtrum penes Fiſcum, ex diſpoſitione d. capitis ex præſumptuoſe; d.nu.10.pag. 174.col.2.*

49 Quapropter, cum Fiſcus poſſeſſionem intrà annum, detineat, tanquam penès ſequeſtrem, poſt annum verò, tanquam verus poſſeſſor, itaut Actor, qui ſe ſucceſſorem prætendit, teneatur plenè docere de Titulo. *Vt in eodem cap. §.poſt anni*; & tradit *Monta-*

*nus loco vbi ſup.pag.*175. qui ità ait in Regno paſſim ſeruari; Conſequens eſt, *vt Aduerſarij* teneantur docere plenè de ipſorum Iuribus, vt rem auferre poſſint è manibus Fiſci. Alioquin eſſet ille abſoluendus, ex regula, Actore non probante Reũ abſolui; Vinceretq; quando aliud Ius non haberet, eo ipſo Iure, quo poſſeſſores vincere ſolent.

Vndè petimus ab Aduerſarijs, Cui nam ex ipſis, & quo Iure petant decernendam ſucceſſionem à Regia Camera?

50 SI dicent decernendam eſſe *D. Maria Carmignana*, vti hæredi *quond. Caroli Longo*, prout prius dicebant, quando credebant potuiſſe illi competere aliquod remedium poſſeſſorium, virtute decreti obtenti *à M. C. per Carolum*, *vt immitteretur in poſſeſſionem*. Et tunc omiſſo, quod decretum illud per dationem termini, fuit ſublatum per S. C. Si tenerentur nunc aduerſus Fiſcum, plenè docere de Titulo, opus eſset plenè illos probare, conceſſo officio, *prò hæredibus in perpetuum*, poſſe de illo diſponi, etiam in eum, qui non ſit hæres, abſq; Regis licentia.

51 Sed hoc vel inuiti fateri fuerunt coacti, antè *Montanum* in terminis *noſtræ Conſtitutionis*, nullum auſum affirmare; eſſeq; contrà omnium *noſtrorum Prudentum* interpretationem, quotquot vnquam, hac de re ſcripſerunt. Vndè, ſecundas allegationes ferè totas reſtrinxerunt, quoad Caput ſucceſſionis hæredis extranei.

52 Agnouerunt enim, quoad Caput alienationis abſq; aſſenſu, (quamuis ex falſis Principijs *Montani*, verumq; ſequeretur) ipſis obſtare doctrinam *Afflicti in eadem conſtit.nu.*4. Vt illi ſit locus, etiam ſi Regalia conceſſa ſint liberè in allodium. Quod eſt maximum, quod prætenditur ex conceſſione facta, *prò hæredibus*, in perpetuum; ſcilicèt, vt iudicandum ſit tunc de officio, prout de quauis alia re burgenſatica. Quam *Afflicti* doctrinam communiter noſtri ſequuti fuere, nemine excepto, vt per *Capycium inueſt. feud. verbo gabellis, verſ. item nota*, *Frecciam de ſubfeud. lib.*2.*aut.*13.*nu.*9. *verſ. Et ex his patet, Fr. de Amicis*, qui expreſſim id tradit in officijs *repet. feud. pag.* 63. *verſ. Reſiſtit etiam.* Prout in officijs loquuntur *Regens de Ponte conſ.*30. *nu.* 11.*& deciſ.* 28.*nu.*28. Vbi dicit de hac re non dubitari. *Conſil. de Georgio repet. feud. cap.* 54.*num.*37.*Præſes Amatus conſil.*49. *Fuluius Lanarius in addit. ad D. Reg. Patruum in cap.* 1. *de ſucceſſ. feud.nu.* 57. & apud omnes *tam Regnicolas, quàm exteros* abſolutiſſimum tradit *D. Galeota d.reſp.*12.*nu.*131. & docuit *D.Regens Conſtantius in l.*1.*&* 2.*nu.*101.*C.de fil. official.* quibus ſubſcripſit *Amicangelus de regal. offic. qu.*5.*nu.*21.*& in rub.quæ ſint regal. c.* 5. *nu.*61.*& ſeq.*qui *nu.*62.dicit hanc rem in Regno omni carere difficultate. Et deciſum per S. C. apud *D. Reg. Marcian.diſput.tom.*1. *diſp.* 28. etiam in venditione facta ſub haſta Officij, quod ab immemorabili poſſidebatur tanquam burgenſaticum.

53 SI verò dicent officium decernendum *Diotiaccreſca*, tanquam hæredi *Hippolytæ Ferdianæ*, Cui hæreditas *Caroli Cardilli filij* fuit delata ab inteſtato, *anno* 1656. Et tunc cum nullam poſſint prætendere poſſeſſionẽ, nec etiam poterunt prætendere fuiſſe illud repertum in hæreditate *Cardilli*, niſi declaretur *per Regiam Cameram* officium ſpectauiſſe *ad Cardillum*, & poſt illius mortem abſq; filijs, ex legis diſpoſitione, actionem illud petendi tranſiſſe, cum tota hæreditate *ad matrem*, quantumuis extraneam; & ab ea illam actionem fuiſſe poſtmodum tranſlatam *ad Diotiaccreſca.*

54 Sed hoc non poſſet ad præſens *à Camera* decerni, niſi pro vero haberet veriorem fuiſſe opinionem *Montani*, & ſi quis alius ei ſubſcribendum cenſuit, contrà quam declararũt *Regiæ literæ*, conceſſo officio, *prò hæredibus in perpetuum*, cenſeri vocatos omnes hæredes, etiam extraneos. Nec rectè declaraſſe Regem Iuris rationem non pati, vt in officijs, prout in feudalibus, vocatis *hæredibus in perpetuum*, de alijs intelligendum ſit, quam *de hæredibus ſanguinis*; Quòd hæc ratio valeat quidem in futurum, ſed non in præteritum. Quaſi poſſet vna, eademq; ratio vno tempore eſſe vera, alio falſa. Et quaſi poſſet Iudex, contrà Regia declarationem, à quo omnis Iuris cõdendi, & interpretãdi poteſtas pẽdet, *d. Nouell. de raptis mulier. in princ.* Ius interpretari, alitèr quam ille fuerit interpretatus; Improbareq; illorum DD. ſententiam, quorum Rex probauit; probare, quorum improbauit. Etiam in præiudicium Coronæ, & Iuris deuolutionis. Quod ſi non eſt abſurdum, imò crimen non leui coerctione dignum, neſcimus quid aliud abſurdius, aut diſſonantius, in toto Iure noſtro fingi poſſit.

55 Ideòq; extranea ſunt à re, de qua agimus, quæcunq; fuerunt ſcripta de Iure quæſito, nè illud in dubio præſumatur Rex voluiſſe auferre. Nàm Pars, nedùm nullam producit ſententiam, vel tranſactionem, ſed neq; vllum titulum, quo ſaltem facto, ſi non Iure, poſſet prætendere, fuiſſe ſibi aliquod quæſitum Ius ſuper dicto officio.

Non enim *Ferdianæ mater* illud emit à *Cardillo*, aut illi fuit à *Cardillo* ceſſum, ſiuè donatum.

Titulus, qui allegatur nõ alius eſt, niſi quòd *anno* 1656. *Ferdiana*, *vti mater* ſucceſſerit *Cardillo, abſq; liberis defuncto, ab inteſtato.*

Ti-

Digitized by Google

Titulus ergò non eſt hominis, ſed legis. Sed à lege nunquam poteſt proficiſci titulus, niſi ſit validus. A lege enim, aut titulus validus, quia legitimus; aut nullus oritur titulus.

Igitur prius oſtendere oportebit officium, ſeù Ius ad illud legitimè conſequendum, fuiſse repertum in hæreditate *Cardilli*, vt poſſit poſteà dici Ius illud à lege fuiſse translatū *in matrem* vti illius hæredem. Nam ſi lex non diſponit, officium conceſſum prò hæredibus, extincta linea poſseſsoris, tranſire ad hæredem extraneum, nec reuerti ad Regem, non poteſt prætendi Ius vllum quæſitum hæredi, qui non oſtendit ſe à lege vocatum ad hoc officium.

56 Vndè ceſsant omnia, quæ de Iure quæſito, etiam pendente lite, fuerunt incaſsum congeſta in hanc rem. Quia reſpectu huius officij, nec vlla aderat lis antè Regias literas; Nec vllus adeſt titulus; Niſi plenè probetur, hæredem extraneum cenſeri vocatum à lege ad ſucceſſionem huius officij.

Sed non eſse vocatum declarauit Rex, cum dixit Iuris rationem non pati, vt vocatis hæredibus in perpetuum in officijs, cenſeantur vocati etiam hæredes extranei.

Igitur ſi à Iudice decerneretur contrariū; Scilicet Iuris rationem non tantum pati, ſed exigere, vt ſuccedant extranei; Illoſq; qui contrarium dixerunt, non benè loquutos; iſtud non aliud eſset, quàm proprium iudicium, præferre Iudicio Regis; Et apertè contrauenire *Regijs literis*. Quod erat demonſtrandum.

TERTIA CONCLVSIO.

Dicta in præcedenti Concluſione confirmantur ex ijs, quæ DD. docent, Vt Lex declarans non trabatur ad præterita, quandò reperit conſuetudinem contrariam. Dum id tantùm volunt nè reſcindenda ſint geſta, virtute illius Conſuetudinis. Non verò, vt etiam ſi nihil ſit geſtum, tribuendus ſit effectus Legi, quem Lex non produxit.

57 HÆc Concluſio probatur ex dictis *eorundem DD.* qui allegati fuere *ab Aduerſarijs in ſuis primis allegationibus*, Vt probarent legem declarantem non trahi ad præterita, quando reperit communem conſuetudinem ſeù, vt *DD. ipſi* loquuntur, communē obſeruantiam in contrarium.

58 Quamuis enim omnes allegent *Gloſam in d.cap. vnico de poſtul. Prælat.in 6.* quæ verè id non docuit, niſi quandò Legiſlator ſciens conſuetudinem introductam, clarè oſtendiſſet, velle ſe ſolummodò prouidere caſibus futuris, præteritos vero relinquere in eo ſtatu, in quo reperiebantur; Tamen admiſsa Concluſione, prout traditur à *Doctoribus*, certum eſt illos loqui de eiuſmodi conſuetudine, quæ adeò fuiſset recepta, vt fecisset Ius. Quaſi tunc lex declarans, non tam diceretur declarare Ius antiquum, quàm nouum conſtituere; ſcilicèt corrigendo conſuetudinem, quæ iam obtinuerat vim legis. Vt clarè per *Felinum in d. cap. fin. de conſtit. n.5. verſ. ſecundò.* ibi, *Quia tunc, quoad illa, & in his, quæ iam perfecta ſunt, videtur noui Iuris editoria; Et ideò non trahitur ad præterita.* Proptèr abſurda nempè, quæ aliàs euenirent, ſi prius facta eſsent reſcindenda, contrà *textum*, quem allegant *in l. Barbarius 3. D. de off. Prætor. & in l. iubemus 29. §. fin. C. de teſtamen.* ibi, *Quid enim peccauit Antiquitas; quæ præſentis legis inſcia, priſtinam ſequuta eſt obſeruationem?* Vnde *Injiceretur laqueus ei, qui communi Iudicio non peccauit.* Vt inquit *Gloſa in d. cap. vnico.* Et ideò idem *Felinus* poſt *Abbatem*, limitat eandem concluſionem, quandò conſuetudo illa non fuiſset exiſtimata rationabilis à Viris doctis. Quaſi tunc non poſset excuſari, qui cum poſset conſulere peritiores, non conſuluit, & permiſit ſe decipi, vigore talis conſuetudinis.

59 Ex quibus patet omnes ſupponere fuiſse aliquid factum, quod propter communem errorem fuiſset tolerandum; At nullus vnquā ſuppoſuit, vt etiam ſi nil fuiſset geſtum, tribuendus eſset legi effectus, quem verè non habebat. Et faciendum ſit à Iudice tanquam legis miniſtro, quod Partes non fecerunt.

60 In re ergò, de qua agimus; Quamvis quoad primum Caput alienationis, abſq; aſſenſu, fuiſse aliquid geſtum. Quia *Cæſar* legauit officium *Carolo Longo*, quamvis actus non fuerit perfectus, quia adhuc hodie ſub dubio manet, An *Cæſar* habuiſset à *Io: Dominico* facultatem diſponendi de rebus ſuis. Et ſaltem non fuit impletus; quia *Carolus* nūquam fuit adeptus poſseſsionem rei legatæ; Tamen quod attinet ad Secundum Caput ſucceſsionis, cui hodie Partes inſiſtunt, nil poteſt prætendi geſtum, niſi ſolùm deceſsiſse *Cardillum*, eidemq; ob liberorum defectum, ſucceſsiſse *matrem*.

61 Quod factum nullus eſt, qui impugnet. Vnde ſi *mater* vigore illius ſucceſsionis, cæpiſset poſseſsionem officij, potuiſset fortè dubitari, An Rex voluiſset illud factum reſcindi, tanquam nulliter geſtum, & in præiudicium ſuæ Coronæ; An potius manere in ſuo ſtatu; Qui tamen alius non potuiſset eſſe, niſi ſtatus nullitatis, vt ſuperius aduertimus.

62 Sed ſi nullam habuit poſseſsionem, & ſo-

lum adiuit hæreditatem filij; Vtiq; nihil virtute Regiæ declarationis erit irritandum de ijs, quæ geſta ſunt. Nàm aditio hæreditatis manebit valida. Et omnia bona reperta in hæreditate filij tranſibunt ad matrem. Sed velle, vt debeat tranſire etiam officium, quod reperitur hodie penes Curiam, nec poteſt dici repertum in hæreditate filij, niſi afferatur Lex, quæ illud diſponat; Quæ adeò non affertur, vt potius afferatur lex contraria; Regia ſcilicet declaratio, quod iſtud Iuris ratio non patiatur; Velleq; ideò, vt iſtud, quod non poſſunt facere Partes, debeat fieri à Iudice, declarando legem, alitèr quam Rex declarauit; poſſet iudicari temerarium; nè quid grauius dicamus.

QVARTA CONCLVSIO.

Quæcumque ex aduerſo fuerunt adducta; Tàm de conſuetudine iudicãdi introducta antè Regias literas, circà facultatem alienandi, abſq; Regis licentia in prioribus allegationibus; Quàm de veriori opinione, circà ſucceſſionem hæredis extranei in ſecundis, fuerunt inutilitèr adducta. Tùm quia falſa; Tùm quia poſt Regis declarationem, de ijs non licet diſputari.

62 HÆc Concluſio ſat poſſet dici demonſtrata ex dictis. Nàm ſi Rex declarauit, quoad caput alienationis, abſq; aſſenſu, opinionem doctiorum, peritiorumq; Regni fuiſſe, vt huiuſmodi officia conceſſa *prò hæredibus, in perpetuum, & in burgenſaticum*, non poſſent alienari, ſine licentia; Et fuit demonſtratum *Concluſ. 2. §. ſi dicent*, hanc fuiſſe ſententiam *Afflicti, omniumq; peritorum Regni*, abſque contradictore, antè *Horatium Montanum*; Et etiam poſt *Montanum* habitam prò indubitata; impoſsibile eſſet fuiſſe contrà eam inductum ſtylum iudicandi. Sed aut oporteret dicere deciſiones non eſſe veras, aut proceſsiſſe per errorem. Dùm ſemper habuiſſent communem *DD.* ſententiam cõtrariam. Nec obſtant deciſiones adductæ à *Lanario ad d. cap. 1. de ſucceſſ. feud. num. 59.* quibus freti *Aduerſarij*, prætenſum hunc ſtylum iudicandi allegari potuiſſe crediderunt; quia illæ proceſſerunt ob rationes longè diuerſas. Vt oſtendetur inferiùs *Concluſ. 5. & 6.*

63 QVoad Caput verò ſucceſsionis hæredis extranei, cuius reſpectu non videntur prætendere talem conſuetudinem; Dùm ſolùm dicunt nullum à Fiſco afferri *Doctorem* antiquum, qui dixerit in officijs vocationem hæredum in perpetuum accipiendam de hæredibus ex corpore; Quamvis & iſtud etiam ſit falſum. Nàm primus id dixit ex noſtris maximæ authoritatis *Doctor* idem *Afflictus in eadem conſtitut. Scire volumus, num. 5. & 6.* dùm expreſsim docuit in Regalibus non ſuccedere, niſi deſcendentes, excluſis etiam matre, & fratribus. Et ideò in eos non poſse eadem alienari, quia non ſuccedunt, nec in iiſdem inſtitui poſſe hæredem extraneum. Vnde manifeſtè ſupponit conceſsionem fuiſse *prò hæredibus*, ſed non reſtrictam *ad hæredes ex corpore*, quia tunc doctrina fuiſset de indubitabili. Et præſuppoſuit *Freccia, imò omnes ex noſtris* in officijs, quæ ex priuilegio eſsent tranſmiſſibilia ad hæredes, tàm ante, quàm poſt *Montanum*, vt demonſtrabitur *Concluſ. octaua*. Tamen ſat eſset Regem declaraſse probari à ſe illorum *DD.* ſententiam, qui in huiuſmodi officijs locum non eſse docuerunt ſucceſsioni hæredis extranei.

64 Hoc ipſo enim fateri oportebit plures adeſse *DD.* qui iſtud docuerint. Alitèr enim, quomodò à Rege potuiſset eorundem probari ſententia, ſi nulli fuiſsent? Quorum opinionem, hoc ipſo, quòd à Rege fuit probata, oportebit etiam dicere, nedum veriorem, ſed ſimpliciter veram, contrariam autem falſam. Maximè propter rationem, quam Rex affert; Quod non patiatur Iuris ratio in officijs, prout in feudis, quamvis conceſsis *prò hæredibus in perpetuum, & in burgenſaticum*, appellatione hæredum, comprehendi penitùs extraneos.

Dubitare autem de veritate Concluſionis probatæ per Regem, etiam ſi diceretur malè fuiſse conſultum à ſuis Conſiliarijs, mereretur potiùs pœnam, quam reſponſum.

Attamen vt omnia diſtinctiùs demõſtrentur; Vtque pateat de iuſtitia Regiarum literarum, legi poterunt, ſi libebit, Concluſiones, quæ ſequuntur.

QVINTA CONCLVSIO.

Malè fuit aſſertum ab Aduerſarijs in Regno, antè Regias literas, fuiſſe introductam conſuetudinem iudicandi, Conceſſo officio prò hæredibus in perpetuum, poſſe de eo diſponi, abſq; aſſenſu. Dùm talis Conſuetudo non probatur. Et in cauſa de Bernaudo non fuit allegata; Imò potiùs contraria, Ipſique Partium Aduocati, in officijs, quæ eſſent de Regalibus, quamuis conceſſis prò hæredibus in perpetuum, non auſi fuerunt prętendere, ea poſſe alienari ſinè aſſenſu.

65 HÆc Concluſio demouſtratur. Nàm non dubitatur de hoc articulo fuiſse *anno* 1627. acerrimè, ſi vnquam aliàs, diſputatum in *Reg. Camera*, in famigerata illa

cauſa

cauſa *Officiorum Magiſtri Actorum*, *& Credenzerij Prouinciarum Calabriæ*, quæ *Reg. Fiſcus* prò deuolutis habuit Reg. Curiæ, per mortem *Ioannis Mariæ de Bernaudo*, *abſque legitimo ſucceſſore*; Et è conuerſo in illorum ſe quaſi poſseſsione conſeruandos contendebant *filij naturales eiuſdem Ioannis Mariæ* legitimati per reſcriptum Principis, tàm vti donatarij, quàm vti hæredes patris ex teſtamento. Itemq; *D. Didacus de Bernaudo*, qui etiam allegabat donationem in ſui beneficiū, & inſuper fideicommiſsum ab Aſcendentibus factum in fauorem maſculorum, & poſſeſsionem captam viuente *Io: Maria donatore*. Vt ex *D. Regente Rouito*, qui illius cauſæ deciſionem compilauit in poſseſsorio, *deciſ. 62. num. 1. in narratione facti*.

Et in ea cauſa prò Fiſco eodem anno 1627. primas allegationes ſcripſit *D. Regens Galeota*, R. tùnc Conſiliarius, & ad illius cauſæ defenſionem deputatus à *D. Pro-Rege*, vt ipſe idem teſtatur in celebri eo, quem poſteà edidit, tractatu potiùs, quàm reſponſo *in eadem cauſa*, quod legimus inter ipſius *reſponſa fiſcalia*, *reſp. 12. n. 144.*

66 Pro filijs legitimatis aduersùs Fiſcum, qui nàm ſcripſerint, ignoramus. Imò illorum nullam habitam rationem, teſtatur *D. Rouitus d. deciſ. 72. num. 75.* Sed prò *D. Didaco de Bernaudo* ſcripſit doctus ſuorum temporum cauſarum conſultor *Alexander Palmerius*, vnà cum *Fuluio Lanario*, poſtmodum Præſidente Reg. Cameræ, vt ipſe idem *Lanarius* teſtatur *in additionibus ad patruum in cap. 1. de ſucceſſ. feud. editis anno* 1630. *num. 57.* Et diſſimulatis nominibus, *Horatius Montanus in d. l. Imperialem*, *§. prætereà Ducatus*, quam edidit *principio anni* 1628. *à num. 24. vſq; ad n. 54.* Qui omnia poſtmodùm ibi dicta latiùs confirmauit, ſeù potiùs per eadem verba pluries repetijt *in tract. de Regalibus edita anno* 1634. tàm in præludijs *à num. 41.* quàm *in capite de officijs à n. 6. vſque ad num. 14. & à n. 19. vſque ad* 24. Vbi quæ à *D. Galeota* fuerāt *in prædicto reſponſo*, contrà ipſius doctrinam adducta, tecto etiam nomine, reſoluere fuit conatus.

67 Aduersùs quem *Apologiam* ſcripſit non indoctam *Leonardus Maximus de Philippis*, impreſſam poſt dictum *Reſponſum* 12. *D. Regentis anno* 1643. *Montaniq;* ſententiam parum probabilem exiſtimauit *Religioſiſſimus P. Merolla* inter Patres Oratorij pręſtans doctrina, vitæq; ſanctitate præſtantior, *tomo 3. ſuar. diſputationum moral.* poſt ipſius mortem edito, anno 1640. *diſp. 6. cap. 8. à nu. 394. & à num. 419.* Prout eundem *Montanum* benè poſtmodùm impugnauit *Ioſue Amicangelus in ſuis quæſtionibus feudalibus editis anno* 1653. *in rub. cap. 1. quæ ſint regalia*, *cap. 5. & in tractatu*, qui ſubſequitur *de regal. offic. quæſt. 5. 6. & 11. per totas*. Et demùm omnia pleniſſimè confirmauit in fauorem Fiſci *D. Regens de Philippis in ſuis amœniſſimis diſſertationibus fiſcalibus*, *à diſſert. 32. vſq; ad* 40. præcipuè verò *diſſertat. 33. cum duabus ſequentibus*, quas ſcripſit, *anno* 1660.

68 ETſi de eodem articulo diù anteà diſputatum fuerat in *S. C.* in cauſa eiuſdem officij ad inſtantiam *Antira de Bernaudo*, filiæ *quond. Pyrri*, quæ quamuis fęmina, non potuiſſe ſe excludi, pręrendit à *Pyrro patre*, per fideicommiſsum ordinatum inter ipſum, & fratres, fauore maſculorum. Cuius virtute poſt mortem Ioannis Iacobi filij eiuſdem *Pyrri*, qui fideicommiſsum confirmauerat, ſucceſserat in officio pręd ictus *Ioannes Maria* filius vnius ex fratribus *Pyrri*.

Nàm pro *Antira* circà nullitatem fideicōmiſsi, abſque aſsenſu, ſcripſerat *Paulus Staibanus ſenior* Aduocatus ſua tempeſtate non incelebris *conſilium decimumnonum*, *inter conſilia poſt ipſius mortem edita anno* 1623. Et prò eiuſdem *Antiræ filijs* ſcripſit poſt illius mortem, pro nullitate eiuſdem fideicommiſſi, magni tùnc etiam nominis Aduocatus, dein Regius Conſiliarius *Scipio Theodorus allegationem 41. inter ipſius allegationes editas anno* 1624.

69 Et prò *Ioanne Maria* prò validitate fideicommiſsi, quamvis ſine aſsenſu, ſcripſerat tunc idem, qui ſuprà *Fuluius Lanarius*, vnà cum *Vincentio Corciono* Regio poſteà Conſiliario, & Reg. Cameræ Præſidente, *Io: Antonio Pariſio*, & *Ferdinando Capycio*, vt ipſe idem *Lanarius teſtatur eodem loco*. Vbi omnia tàm per ipſum priùs ſcripta aduersùs *filios Antiræ*, quàm per *Palmerium* poſteà aduersùs Fiſcum, pro validitate fideicommiſsi reaſſumpſit *per plures concluſiones*, *à d. nu. 57. vſq; ad* 60.

70 Quæ cauſa non fuit minus celebris in *S. C.* propter rei æſtimationem, & articuli, vt putabatur, nouitatem, ad inſtantiam *Ioannis Mariæ*, quàm poſteà in *Reg. Cam.* ad inſtantiam *D. Didaci*. Adeò vt *Conſiliarius de Georgio in ſuis repetitionibus feudalibus*, quas edidit *anno* 1620. tractans quæſtionem, An officium poſſet locari ad longum tempus; Quamvis ex Concluſionibus, quas ibi firmat; & ex Principijs, quæ fundauerat *qu.* 53. clarè adpareret, quid in *prædicta cauſa de Bernaudo* eſſet iudicandum, noluit tamen ſuper ea ſuum edere iudicium. Cum inquit *in fine eiuſdem quæſtionis* 54. *Sunt etiam aliqua officia conceſſa prò ſe, & hæredibus in perpetuum. Vndè aliqui ſortiri naturam allodialium exiſtimarunt,*

poſſeq;

Digitized by Google

poſſeq; de his fieri diſpoſitionem ſine aſſenſu. De quo magnopere fuit controuerſum in cauſa nunc magni momenti decidenda in S. C. Vndè tenor inueſtituræ conſiderandus erit; Et quæ à peritiſſimis Aduocatis adducta prò vtraque parte, vt certum iudicium proferri poſſit.

Noluit autem Vir doctiſſimus ſuam ea in re aperire ſententiam, non quod de ea dubitaret, ſed quia erat Cauſæ Commiſſarius. Vt habemus ex *Ioanne Dominico Taſſono*, poſt hæc ſcripta viſo, qui & ipſe in eadem cauſa allegationes ſcripſit prò *filijs Antiræ*, circà nullitatem fideicommiſſi *anno* 1618. quæ leguntur inter ipſius *obſeruationes ad pragm. de antephato, verſ. 4. obſeru. 2. fol.* 158. & *in additionibus*, quas ſcripſit *anno* 1624. *fol.* 367.

71 EN igitur vt hic ſpeciatim articulus fuit tot annorum ſpatio diſputatus in prędicta cauſa priùs *in S.C.* deinde *in Regia Camera.* Per quam facta relatione in Coll. Cóſ. *anno* 1630. fuit datus terminus in cauſa. Et interim nulla habita ratione poſſeſſionis captæ per *D. Didacum*, tàm vigore inſtrumenti donationis, quàm fideicommiſſi, quòd vtrũquè careret aſſenſu, fuit ordinatum, *Vt officium ſequeſtraretur penès Tertium.*

Vbi nàm igitur imaginaria iſta conſuetudo iudicandi prò validitate alienationis, abſq; Principis licentia? Nàm ſi articulus potuit diſputari, non obſtante adſerta conſuetudine, cùr non potuit declarari per Regias literas?

Et ſi fuiſſet introducta hæc conſuetudo, cùr non illam Partes allegarunt? Et ſi fuiſſet allegata, oporteret fateri fuiſſe reiectam; dùm fuit exturbatus *D. Didacus* ſua poſſeſſione.

72 SEd allegatam fuiſſe potiùs conſuetudinem contrariam, ſcilicet, circà neceſſitatem impetrandi aſſenſum, tàm *in S.C. ab Aduocatis deſcendentium ab Antira*, quàm poſtea *in Reg. Camera per* Reg. *Fiſcum*, conſtat, ex traditis per *D. Theodorum d. alleg. 41. num.* 14. cum inquit: *Et cum in prędictis attendatur valdè conſuetudo, hoc corroborat caſum noſtrum. Dum prædicti omnes* Regnicolæ *teſtantur in officijs, & præſertim in Actuariatu, nullum admitti commercium ſinè aſſenſu: & in vnica alienatione, quæ de pręſenti officio reperitur,* Regius *quoque interuenit aſſenſus, cum diſpenſatione ſpecifica; non obſtante quod ſuper officio proceſſiſſe noſcatur.*

73 Fuiſſeq; etiam allegatam per Fiſcum, conſtat ex traditis per *D. Galeota num.* 307. Et refert *D.* Rouitus *d. deciſ. 72. num.* 8. cum inquit: *Et deniq; non deficit inueterata illa obſeruantia, per quotquot fuerunt poſſeſſores impetrandi aſſenſum* Regium *ſuper alienationibus, & quibuslibet contractibus factis tangentibus officia prædicta.*

Cuiuſmodi allegatæ conſuetudini *ex* parte Fiſci, ſi aliquid fuiſſet repoſitum, ex parte *D. Didaci*, de prætenſa conſuetudine iudicandi contraria, non illud narrare omiſiſſet *D.* Rouitus, qui omnia, quæ ex vtraq; Parte in facto fuere allegata, adeò diſtinctum attulit, vt nihil prætermiſiſſe dici poſſit.

74 NEc tantùm fuit allegata conſuetudo impetrandi aſſenſum; Sed ijdem *Aduocati D. Didaci* confeſſi fuerunt de officijs regalibus, quamvis conceſſis pro hæredibus non poſſe diſponi abſque aſſenſu.

Conſtat id *ex* traditis per *ſupracitatum Lanarium*, qui fuit Aduocatus *D. Didaci, in addit. ad d. cap. 1. de ſucceſſ. feud. num.* 57. Dum reaſſumendo omnes concluſiones, *ex* ijs, quæ ſcripta fuerant prò *D. Didaco*, eatenùs ait, de officijs, de quibus agebatur, potuiſſe diſponi per fideicommiſſum, quatenùs ſuppoſuerunt Aduncari illa non eſſe de Regalibus, quia non habebant annexam Iuriſdictionem, ſed ſolummodò verſabantur circà miniſterium perſonale. Et in iſtis officijs, non in illis, quæ eſſent de Regalibus, plures allegauit *deciſiones*, ea non ſubiacere diſpoſitioni *conſtitutionis ſcire volumus.*

75 Nàm ſi habuiſſent annexam Iuriſdictionem, *Audactèr teneo*, inquit *Lanarius*, *non poſſe in eo fieri fideicommiſſum, & ſubſtitutionem, ſinè aſſenſu; Quia talia officia non poſſumus negare eſſe de* Regalibus; ex prædicta *Afflicti* doctrina, *& alijs*, quos allegat, *d. num.* 57. *verſ. & tunc officium.* Quod ſecus ideò dicendum voluit in ea cauſa, quia agebatur de officijs Magiſtri Actorum, & Credenzerij; *In quibus*, inquit, *nulla cadit Iuriſdictio ſed tantùm exactio prouentuum, qui conceduntur in allodium, vel ſimplicitèr abſq; vlla expreſſione feudi, vel ſeruitij, & retentionis directi dominij, prò ſe, & hæredibus ex corpore. Et tunc indubitantèr teneo poſſe in eis fieri fideicommiſſum, & ſubſtitutionem abſq; aſſenſu. Vt latiùs fundaui in prædictis allegationibus.* Atq; ità ait iudicatum *in deciſionibus*, quas affert *nu.* 59. *pag.* 281.

76 Igitur conſtat *Aduocatos D. Didaci*, nedum non allegaſſe conſuetudinem iudicandi, vt officia regalia poſſent alienari, abſque aſſenſu, quando fuiſſent conceſſa pro hæredibus ſimplicitèr. Vt potiùs allegauerint contrariam, ſcilicet eiuſmodi conſuetudinem fuiſſe introductam ſolùm in officijs non regalibus, Et parum referre. An eſſent *prò hęredibus ex corpore*, An ſimplicitèr conceſſa *prò hæredibus.*

Etſi id neque fuit probatum, niſi ex vnica deciſione Reg. *Cam. in officio Mag. Actor. Ciuit.*

Auer-

Auerſæ, Cuius poſseſsor citatus ad oſtendendum titulum; producto inſtrumento emptionis, abſque aſsenſu, fuit abſolutus.

77 Quæ deciſio, ſi eam habuit cauſam, prout fuit allegatum, *ex parte D. Didaci*, ſcilicet, quòd officia Magiſtri Actorum, & Credenzerij, non eſsent de Regalibus; Prout verius eſse, opinio erat eo tempore, ex punctuali doctrina *Andreæ in cap.1. quæ ſint regal. verbo poteſtas conſtituendorum Magiſtratuum nu.* 67. Imò de ea nullum eſſe dubium ſcripſit *Dom.de Ponte deciſ. 16. num.26. & deciſ. 37. num.*13. In eandemq; inclinat *D.de Franchis deciſ.45.num.6.* & admiſerat *D.Rouitus deciſ. 45.n.6.* & latè fundauit *Lanarius d. num.58. & 59.* vbi ex *Andrea* dixit officium Mag. Actor.eſse vile,& abiectum, imò officiorum faecem; Vtiq; non fuit contraria Regijs literis, quæ expreſsim loquuntur de officijs regalibus. Nihilq; obſtabit noſtræ cauſæ, in qua de officio agimus, quod verſatur, circà nobiliſsimam partem regiæ Iuriſdictionis, prò conſeruanda ciuili Societate; cognoſcendi ſcilicèt de ponderibus, & menſuris omniũ rerum vænalium, & exigendi pœnas à committentibus fraudes: In quo inductam Conſuetudinem, nè poſset alienari abſq; aſſenſu, conſtat ex duabus alienationibus non permiſsis abſque aſsenſu,& ex gratia; vt latius in narratione facti.

78 Præterquam quod, hodiè non dubitatur in omnibus officijs,cuiuſcumq; generis,idem Ius ſeruandum. Fuitq; prò vero habitum in *dicta cauſa de Bernaudo* per D. *Rouitum d.deciſ.72.n.21.& 24.* ex latè traditis per D. *Galeota d.reſp.12.à n.171.vſq; ad n.*184. & conſentit *Amicang.de offic.qu.2.n.6.& 7.*

Etſi ad id, quod probare intendimus, ſat erit oſtendiſse,eximios Aduocatos,tunc temporis, *Fuluium Lanarium*, *Vincentium Cortonum, Io: Antonium Pariſium, Ferdinandum Capycium,& Alexandrum Palmerium*, non auſos nè mutire quidem contra doctrinam *Afflicti, & aliorum*, circà prohibitam facultatem alienandi officium, quamvis conceſsum *prò hæredibus, & ſucceſsoribus in perpetuum.* Vt huic nil opponi poſsit Regijs literis, ſi eam ſententiam declararunt veram, quam nè *Partium* quidem *Aduocati*, cum caſus accidiſset, auſi fuerant impugnare.

SEXTA CONCLVSIO.

Prædicta deciſio Reg. Cam. in cauſa officij Mag. Actor. Ciuitatis Auerſæ, malè fuit adducta à D. Reg. Rouito *ad probandam opinionem* Montani, *circà facultatem alienandi, abſq; aſſenſu, officia conceſſa pro hæredibus in perpetuum. Aliæq; deciſiones adductæ per* Lanarium *non probant id, ad quod adducuntur,*

79 NON negabimus *D. Rouitum d.dec.72.n.42.* prædictam deciſionem attuliſse prò confirmanda *Horatij Montani* ſententia, *in d. 5 præterea Ducatus n.45.& 46.* Vt conceſso officio prò hæredibus in perpetuum, non ſit locus diſpoſitioni *conſtitutionis ſcire volumus*, improbando *Afflictum in ea conſtitutione*, quatenus docuerat illi locum eſse, etiam ſi Regalia fuiſsent conceſsa in allodiũ. Quaſi concedere officium prò ſe, & hæredibus, idem ſit, ac illud concedere in burgenſaticum. Et verba *D. Rouiti* ſunt; *Et in his terminis, procedit deciſio R. Cam. allegata prò parte D. Didaci ſuper officio Magiſtri Actor. Ciuitatis Auerſæ, quod fuerat conceſſum prò ſe, & hæredibus ſimpliciter, & ſic in burgenſaticum, & poſtea fuerat alienatum abſq; aſſenſu.*

80 Sed *D.Rouitus*, id dixit ſuo iudicio, non quòd interfuiſset illi deciſioni. Et in rebus facti, illius authoritas non poterit præualere numero, & authoritati tot inſignium Aduocatorum, qui deciſionem illam allegarunt, tanquam per eam fuiſset deciſum officium Mag. Actor. non eſse de Regalibus; Nullo verò modo, vt per eam prætenderent Regalia conceſsa prò hæredibus in perpetuum, poſse alienari ſine aſsenſu.

Vt omittamus non videri *D.Rouitum*,rem prò dignitate tractaſſe, cum ſupponens per eam deciſionem iudicatum contrà *Afflictum*, officium conceſſum *prò hæredibus, & ſic in burgenſaticum* in noſtro Regno potuiſſe alienari abſque aſſenſu,Nullam fecit mentionem *Frecciæ, Capycij, de Amicis,de Ponte,Georgij, & aliorum*, qui ad ea vſq; tempora,communi cõſenſu *Afflicti* ſententiæ ſubſcripſerãt. Quos haud credendum adeò ab eo paruipenſos, vt nè nominari quidem meruiſſent.

81 Diſſimulauit etiam omnia, quæ circà eam rem adducta fuerant *à D. Galeota d. reſp.12.à nu. 131. per plures ſequentes*; & rationem ineuitabilem, quam attulerat prò veritate doctrinæ *Afflicti*, quia Regalia conceſſa in burgenſaticum, non minus ſunt Regalia, quàm conceſſa in feudum, proindeq; vtroq; caſu prohibita alienari abſq; Regis licentia; vt latè oſtendit, *vſq; ad nu.*165. Etiam ſi fuiſſent

Digitized by Google

ſent conceſſa, cum poteſtate alienandi; Quia adhuc intelligendum, præcedente aſſenſu Regis. Quamuis aliud ſit in feudis, quòd ſtrictius procedatur in Regalibus, quàm in feudis, *vt nu.* 133. *&* 135.

82 Vndè impoſſibile eſt, *vt* credamus (quod nec *D. Ronitum* exiſtimamus credidiſſe) *Regiam Cameram*, cum abſoluit poſſeſſorem illius officij, ab oſtenſione tituli, quidquam iudicaſſe contrà tàm receptam ſententiam, proptèr authoritatem vnius *Montani*. Qui nec eo tempore ſcripſerat, nec ſi ſcripſiſſet, potuiſſet eum *Camera* præponere authoritati *Afflicti*, *Capycij*, *Freccie*, *de Ponte*, *& aliorũ*. Qui cum non haberent contradictorem, ab eorundem opinione tunc recedere, nefas.

83 Vero ſimilius eſt voluiſſe *D. Ronitum* illam deciſionem accipere, aliter quàm reuerà fuerat lata, & aliter, quàm fuerat allegata *ab Aduocatis D. Didaci*; vt paradoxam opinionẽ *Montani*, contrà *tot Scribentes*, quandò aliter non poterat, ſaltem muniret authoritate rei iudicatæ. Adeò magnus ille Vir tribuendũ cenſuit affectui, quo *Montanum* proſequebatur, & præiudicatæ opinioni, quam, licèt aliàs non immerito, de illius doctrina conceperat; Vt illius repetitionem *ad d.l. Imperialem*, non dubitauerit compoſuiſſe, cum *feudorum Monarcha*, vt ipſe eum vocat, *Bartholomeo Camerario*, in probatione operis eiuſdem *Montani de Regalibus*; vbi miris illum laudibus extollit.

84 ET vana eſt *Aduerſariorum* Reſponſio, *Afflictum*, *& alios*, qui allegantur, non loqui expreſſim, cum conceſſio fuit facta *prò hæredibus in perpetuum*, ſed ſolùm cum fuit facta *in burgenſaticum*.

Nàm præterquam quod *Afflictus*, cum paulò poſt dicat, neq; poſſe inſtitui hæredem extraneum. *vt nu.* 5. *&* 6. manifeſtè oſtendit ſe loqui in ijs caſibus, in quibus Regalia tranſeunt ad hæredes; Prout in conceſſione *pro hæredibus* illius doctrinam accepit *R. de Ponte d. dec.* 28. *ante n.* 58. Ratio omnis quam ſiuè ſtudio Partiũ, ſiuè æmulatione aduerſus *D. Galeota*, excogitauit *Montanus*, vt tam abſurdæ ſententiæ Author fieret, nõ alia fuit, niſi quia conceſſo officio prò hæredibus in perpetuum, omne voluit transferri dominiũ in conceſſionarium; illudq; ideò eſſe mere burgẽſaticũ, nec recognoſci amplius à Rege. Et exindè arguit, *Conſtitutionem*, quæ loquitur de Regalibus, quæ tenentur à Regia Curia, non habere locum in huiuſmodi officijs, quæ pleno Iure vult translata in conceſſionariũ; *vt d. §. præterea Ducatu, ſub n.* 35. *&* 37. Quã rationem centies repetit *in tract. de Regalibus*, & præſertim *in præludijs nu.* 43. *in fin. verſ. ex dictis*, *& in cap. de officijs*, *nu.* 20. *&* 25. Et quia huiuſmodi doctrinæ videbat obſtare doctrinam *Afflicti*, fuit coactus illam impugnare. Vndè tota illius ratio eſt, quod officium hoc caſu, amiſſa natura Regaliũ, adſumpſerit naturam merè burgenſaticam. Vt conſtat etiam *ex D. Ronito*, qui totus fuit in amplexandis imaginationibus *Montani*, *nu.* 40. 41. *&* 42.

85 Quæ ratio, ſi vllã haberet vim, fortius procederet, cum qualitas burgenſatica fuit expreſſim declarata in conceſſione, quàm cum deduceretur per argumentum, ex conceſſione facta prò hæredibus.

86 VEra igitur ratio *prædictæ deciſionis* Reg. *Cameræ* non alia eſſe potuit, niſi, quam adduxerunt *Aduocati D. Didaci*, quia officiũ illud non fuit habitũ tanquàm de Regalibus.

Niſi dicere velimus deciſionem illam, dùm abſoluit poſſeſſorem ab oſtenſione tituli, proceſſiſſe ex eo, quòd cum viuerent adhuc hæredes Venditoris, proùt etiamnùm viuunt, qui officiũ potuiſſent auocare, reſtituto pretio, aut ſuper venditione impetrare aſſenſum (prout ſuper alia venditione eiuſdem officij pluribus retrò annis facta. Fiſcus nuper coegit Partes ad impetrandum aſſenſum) Fiſcus nullum ex ea re lucrum ſperans, nihil ſua intereſſe putaſſet, illud ab altero potiùs, quàm ab altero exerceri. Atq; ità poſteà reperimus fuiſſe reſponſum *dictæ deciſioni à Taſſono in ſuis tertijs allegationibus*, quas ſcripſit aduerſus *Lanarium anno* 1629. *in dictis obſeruat. ad prag. de anteſ. fol.* 275.

87 ALiæ deciſiones, quæ producuntur à *Lanario*, nihil faciunt ad rem.

Deciſio nànq; *in cauſa illorum de Maſtrillis, cum Vniuerſitate Nolæ*, circà officium paritèr *Magiſtri Actorum*, ex cuius fructibus fuerunt condemnati ſoluere collectas, quæ eſt *deciſio* 469. *D. Reuertera, iuxtà ordinem D. de Marinis p.* 2. Cùm tantùm concludat officium fuiſſe habitum prò burgenſatico, nil certè ad rem. Cùm non qualitas feudalis, ſed qualitas Regaliæ ſit illa, quæ in officijs impedit alienationem, abſq; licẽtia Principis, quamuis eſſent conceſſa in burgenſaticum, vt modò oſtendimus.

88 Et deciſio adducta *in cauſa illorũ de Montibus*, qua per S. C. fuit conſeruatus in poſſeſſione *officij Baliuæ Ciuitatis Capuæ*, *Mons* inſtitutus *à Marchione Achaia* in beneficium maſculorum ſuæ familiæ, aduersùs *nepotes ex filia eiuſdẽ Marchionis*, qui petierant immitti in illius poſſeſſionem; quòd conceſſio fuiſſet facta *à Rege Ferdinando Primo qn. Antonio de Montibus* Locumtenenti Regiæ Cameræ, *prò ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus ex corpore*; ac propterea de eo non potuiſset diſponi abſque aſsenſu, in præiudicium deſcendentium; Aut non probat id, ad quod fuit

pro-

producta; Aut plus probat, quàm ad quod fuit producta.

Fuit enim lata ſuper officio habente Iuriſdictionem. Malè igitur fuit adducta *à Lanario*, vt probaret officia nudi miniſterij, poſse alienari, abſq; aſsenſu.

Fuerat inſuper officium conceſsũ *prò hæredibus ex corpore*; Quo caſu nè *Montanus* quidem negault de eo non potuiſse diſponi ſinè aſsenſu; nec qui in omnibus *Montano* ſubſcripſit *D.Ronitus d.deciſ.72.nu.43*. Et deciſum in proprijs terminis apud *D.* Reuerterã *deciſ. 73.par.4.* quæ eſt 381. apud *D.de Marinis*.

Fuit igitur conſeruatus Mons in poſseſſione, quia iudicium immiſſionis non poterat intentari, niſi à ſucceſsore vniuerſali; nec poterat exerceri contrà titulo poſſidentem.

Vt hinc conſtet nullam ex prædictis deciſionibus poſse dici contrariam Regijs *literis*; Quod erat probandum. Quamuis aliter illis reſpondendum duxerit *D.de Philippis diſſert. 35.à num.54.vt per eum.*

SEPTIMA CONCLVSIO.

Officium, quamuis conceſſum in burgenſaticum, & in perpetuum, abſq; vlla ſpe reuerſionis ad Regiam Curiam, non potuiſſe alienari, abſq; aſſenſu, antè Regias *literas, fuit habitum prò indubitato in S.C.etiã in caſu fortiori, Venditionis factæ ſub haſta, in deciſione adducta per* D.Regentem Marcianum diſput.28.1. p. *anno 1636. Quam fruſtrà vitare conati ſunt Aduerſarij.*

89 CONcluſio hęc probatur euidenter ex traditis per *ipſum* D. *Marcianum eadem diſput.28.*

Fuerat ad inſtantiam creditorum *Ciuitatis Auerſę* exequutum in S.C. *officium Graſſerij*, quod a Ciuitate ab immemorabili tempore poſsidebatur, vt *ibid.n.11. in fin.* Et præcedente appretio, & ſubhaſtationibus, venditum eidem creditori, nullo reſeruato aſsenſu impetrando, traditaq; poſseſsio.

Petijt Ciuitas ſibi concedi Ius offerendi, quod potiſſimùm ſibi competere allegabat, quòd officium illud, ſiuè eſset feudale, ſiuè ſaltem de Regalibus, non potuerat vendi ſinę Regis aſseuſu.

90 Et quamuis ex recepta *inter Noſtros* interpretatione, aduersùs venditionem factam ſub haſta, non admittatur reuocatio, id dicebat procedere, quando in ipſa venditione fuiſſet reſeruatus Regius aſſenſus; Non quandò venditio, abſque illius reſeruatione, nullitèr proceſsiſſet. Nàm tùnc, ſi non potuiſſet reuocari venditio, vigore *Conſtitutionis Conſtitutionem D.mem.* quæ non loquitur, niſi de venditione voluntaria, potuiſſet auocari res, tanquàm nullitèr diſtracta. Et cum nullum fuiſſet in emptorem translatum dominium, non poſſe ſibi negari Ius offerendi. Vt latè per *eundem D.Marcianum à n. 14.*

91 Et facta relatione per *D.tunc Conſiliarium* poſtea *Regentem Sanfelicium*; interuenientibus ſex Conſiliarijs, & inter eos inſigni illo *Feudorum Interprete*, doctrina non minus, quam nobilitate clariſsimo, *D.Andrea Marcheſio*, memoriæ nobis nunquàm obliterandæ, poſtmodùm *S.C.Præſide* digniſsimo, fuit deciſum *eſſe deferendum petita in integrum reſtitutioni per Vniuerſitatem; eidemq; facto depoſito quantitatis debita, poſſeſsionem eiuſdem officij reſtituendam*.

Et in tota ea diſputatione, nullum conſtat fuiſſe excitatum dubium, circà articulum generalem, An officium ſi fuiſſet conceſſum in burgenſaticum, & abſq; vlla ſpe reuerſionis ad Reg. Curiam, dùm poſsidebatur ab Vniuerſitate, quæ nunquàm moritur, potuiſſet, vel nè alienari ſine aſſenſu.

92 Id enim fuit habitum prò abſoluto, ex prędicta *Aſſlicti* doctrina, *& aliorum*; Nec ſophiſmatum *Montani*, quibus eam impugnari poſſe tuetar opinatus, ob prætenſam translationem pleni dominij, & omnimodam mutationem naturæ de Regali in burgenſaticam (quæ fortiùs ſibi locum vindicaſſent in ea ſpecie, quàm in caſu conceſsionis factæ prò hæredibus in perpetuum) fuit vlla habita ratio; Itàvt nè allegari quidem meruerint ab vlla ex Partibus. Sed omnis difficultas fuit, circà priuilegium venditionis ſub haſta; Et an competeret Ius offerendi, cum alijs, quæ per totum illud Caput diſputantur. Quippè quia articulus generalis, circa prohibitam alienationem abſque aſſenſu, etiam ſi officium fuiſset conceſſum in burgenſaticum, & nunquam ad Regem reuerſurum, habebatur pro indubitato. Itàvt etiam poſt impugnationes *Montani*, non potuiſſet in diſputationem trahi, in forenſibus quæſtionibus.

93 VNdè fruſtrà *Aduerſarij* recurrunt ad conſiderationes eiuſdem *Montani*, dũ *2.alleg. pag.7. verſ.ſimilitèr*, dicunt non referri à *D. Marciano formam conceſſionis dicti officij; Quomodò ea fuiſset facta; An ſub aliqua reſeruatione; Et an in feudum; An in allodium. Imò, dum recurrit ad præſumptionem feudalitatis, ob iuriſdictionem annexam officio, clarè inferri, quod prima conceſſio non appareret.*

Etenim vel ex hoc ipſo agnoſcere potuiſſent, nullam ex prædictis conſiderationibus, quas effinxit *Montanus* fuiſſe exiſtimatam per *S. C.* vllius ponderis in ea cauſa. Quia

Rr ſiuè

ſiuè officium fuiſſet conceſſum in feudum, ſiuè in burgenſaticum, ſiuè cum aliqua reſeruatione, ſiuè non; ſiuè illius adpareret conceſsio, ſiuè non adpareret; ſemper idem erat iudicandum, nè poſſet alienari abſque aſsenſu.

94 Quinimò hoc ipſo, quod poſsidebatur per Ciuitatem ab immemorabili, iàm certum erat illius non adparere conceſsionem. Nàm ſi adparuiſset, non potuiſset poſsideri ab immemorabili; Cuius eſſentia eſt, vt nullum adpareat initium. Vnde ſi non adparebat conceſsio, nulla in ea poterat contineri reſeruatio in beneficium concedentis; Et officium debebat præſumi conceſsum ſimpliciter, & per conſequens in burgenſaticum.

95 Et ideò *D. Regens* reſtrinxit ſe in qualitate Regaliæ, quæ vt prædiximus, non minus poteſt concedi in feudum, quàm in burgenſaticum. Vnde inquit *num. 15. Vel ſaltem eſt de Regalibus, cùm ſola iuriſdictio includat per ſe qualitatem Regalia; ex Rouito deciſ. 72. nu. 54. verſ. quicquid tamen ſit, & antè eum de Ponte conſ. 30. num. 13. lib. 1.* Et vtroq; caſu inquit *num. 16. Siuè igitur dicamus officium eſſe feudale, ſiuè de Regalibus propter iuriſdictionem annexam, certum eſt, nullo modo potuiſse alienari abſque Regis aſsenſu. Ex Afflicto, Freccia, Capycio, aliiſque*, quos præcedentibus Concluſionibus adduximus.

96 ETſi verè hoc ipſo, quod non conſtabat de conceſsione, nec prò eo officio vnquam *per Ciuitatem* præſtitum ſeruitium, debebat præſumi in burgenſaticum; maximè data poſſeſsione immemorabili. Vt abſque dubio tenendum inquit *D. Reg. de Ponte deciſ. 2. n. 5.* Et ità fuit ipſo referente deciſum *per Coll. Conſilium.*

Cuius opinionem, etſi alijs rationibus, ſequendam ſcripſit *Montanus de regal. verb. poteſtas conſtituendorum Magiſtratuum, num. 20. pag. 240. col. 1. in fin.* Etiam attento Iure Regni, reiecto *Fuluio Lanario*, qui contrarium tentauerat, vt *ibid. n. 9.*

Vnde *S. C. in prædicta cauſa*, dùm iudicauit officium, non potuiſſe vendi ſine aſsenſu, non potuit ſe fundare, niſi in qualitate Regaliæ.

97 Nec potuit illud habere pro feudali; dùm non erat annexum Caſtro, quod poſſideretur in feudum; quo caſu ratione adnexionis, voluerunt noſtri Iuriſdictionem tanquàm adnexam feudo præſumi feudalem; vt accipiat naturam rei, cui accedit. Vt benè per *Amicangelum in rub. cap. 1. quæ ſint regal. nu. 20. & ſeq.*

Alioquin ſi officia habentia iuriſdictionem, ratione iuriſdictionis, præſumenda eſſent feudalia, etiam ſi non fuiſſet expreſſim dictum ea concedi in feudum, ſequeretur officium, de quo agimus, præſumendum feudale. Quod ſi à Patre admittitur, nil nobis ampliùs opus recurrere ad qualitatem Regaliæ.

98 De qua tamen re, quidquid ſit. Sat nobis eſse debebit oſtendiſſe, ſententiam *Afflicti*, etiam poſt *Horatium Montanum*, fuiſſe habitam prò indubitata in *prædicta* cauſa. Dùm nulla facta inquiſitione iuxtà illius traditiones, An fuiſset facta vlla reſeruatio in beneficium concedentis; Et An conceſsio eſset præſumenda in feudum, An in burgenſaticum, fuit iudicatum prò nullitate venditionis abſque aſsenſu, etiam in venditione ſub haſta.

Vt hinc conſtet Regias literas nedùm non reperiſse, quoad hoc Caput, ſtylum iudicãdi contrarium; ſed potiùs, cum communiſſima, receptiſſimaque ſententia, rem aliàs iudicatam, iuxtà ipſaſmet literas.

Sed tranſeamus ad Secundum Caput de Succeſsione hæredis extranei.

OCTAVA CONCLVSIO.

Regia litera, cùm declarauerunt conceſso officio prò hæredibus in perpetuum, non alios ſuccedere, niſi qui fuiſsent ſucceſsuri, iuxtà ordinem ſucceſſionis Feudorum; nihil declararunt; quod in Regno antè Montanum *vllum habuiſſet contradictorem. Cum è conuerſo omnes à tempore* Afflicti, *prò indubitato habuiſſent, non ſuccedere niſi hæredes ſanguinis.*

99 HÆc Concluſio eſt certiſsima, & demõſtratur euidentèr; ſi conſiderentur tradita *à noſtris Regnicolis*, à temporibus *Afflicti*, vſque ad *Montanum*, & caſus, qui fuerunt intereà diſputati, circà ſucceſsiones in officia.

100 ERit namq; Primùm aduertendum, hunc articulum apud *noſtros Antiquos* vix poſſe reperiri explicitè tractatum.

Quia cum huiuſmodi officia regularitèr non concederentur niſi *ad vitam*; & in quibuſdam caſibus, *ad vitam primi, vel ſecundi hæredis*; Rariſſimè verò *prò hæredibus in perpetuum*, prout poſt *Conſiliar. de Georgio* aduertit etiam D. *Galeota d. reſp. 12. num. 98.* Et in iſtis, aliquando fuiſset expreſsum, *prò hæredibus ex corpore*, aliquandò *prò hæredibus ſimpliciter*. Proùt diuerſimodè iſta formula vti ſolitos conſtat *noſtros Reges* in conceſsionibus feudorum. Idcircò cum certum eſset apud noſtros, in feudorum Inueſtituris nil differre alteram, ab altera formula, niſi ſolùm quoad ſucceſsionem ſtatuum in feudo

nouo,

nouo, ex conſtit. vt de ſucceſſionibus; Cum quoad conſtitutos in vlteriori gradu, vtraq; formula ſemper intelligatur de hæredibus deſcendentibus ex corpore primi adquirentis, tàm *Iure communi feudorum*, quàm *noſtrarum Conſtitutionum*; fuit ideò id habitum prò indubitato, etiam *in Regalibus*, & pèr cōſequens eò fortius *in officijs*, quandò ex priuilegio poterant traſmitti ad hæredes. Scilicèt, vt ſiuè dictum fuiſſet, *prò hæredibus ex corpore*, ſiuè *prò hæredibus ſimpliciter*; ſemper non alij intelligerentur vocati, quàm hæredes ſanguinis, propter ſimilitudinem, quam Regalia habent, cum feudis, & quia ſtrictius proceditur in Regalibus, quam in feudis, & ſtrictius in officijs, quā in cæteris Regalibus.

101 SEcundò aduertendum, feuda, etſi à principio fuerunt annalia, poſtmodum ad vitam, deindè ad filios, & demum fuerunt extenſa ad omnes deſcendentes, *cap. 1. §. 1. qui feud. dar. poſſ.* non id eodem Iure ſtatutū reperiri in Regalibus. Et proindè regulam, vt conceſſa re in feudum cenſeatur conceſſa prò omnibus deſcēdentibus, *d.cap.1.§.1.qui feud. dar poſſ.& cap.1.§.etſi clientulus de alien.feud.* Nō æquè procedere in Regalibus, niſi expreſſim cōcedantur in feudum, habeantq; reditus certos, ſuper quibus feudum poſſit conſiſtere. Nàm aliàs cenſerentur conceſſa ad vitam, vt declarat *Andreas in cap.1.de feud.March.n.2. & 3.* Vndè dignitates regales, etiam conceſſæ in feudum, non tranſibant ad hæredes, niſi nouitèr ab Imperatore cōcederētur; vt clarus eſt *textus in d. cap. 1.§.fin.de feud.March.* ibi, *hæres non ſuccedit vllo modo, niſi ab Imperatore per inueſtituram adquiſiuerit.* Et contrà rationabilem vſum vſurpatum, vt in huiuſmodi Regalibus, quamuis in feudum conceſſis, ſit ſucceſſio, habemus, *ex d.cap.1.de alien. feud.in fin.* ibi. *Non eſt ſucceſſio ſecundùm rationabilem vſum, ſed hodiè hoc eſt vſurpatum*, Vndè *Gloſa*, ibi volebat hanc conſuetudinem, tanquam improbam non eſſe ſeruandam. Cui non conſentit *Andreas loco vbi ſup.* quando tamen vnà cum dignitate regali concederentur Terræ, vel alia immobilia, ſuper quibus feudum ſubſiſteret, quod regularitèr non conſtituitur, niſi ſuper rebus ſoli, *cap.1.in fin.de feud.cognitione.* Quia iam in iſtis dignitatibus regalibus, ità in feudum conceſſis habemus dari ſucceſſionem, etſi non diuiduam, prout in cæteris feudis, *in cap. Imperialem, §. præterea Ducatus, de probib.feud.alien.*

102 At in alijs Regalibus nullam legem habemus, vt tranſeant ad hæredes, niſi ſolam cōſuetudinem reſpectu deſcendentium.

Idcòq; *Afflictus in d.conſtit. ſcire volumus nu.5.* Vt probaret conceſſis Regalibus, poſſe ea tranſmitti ad filios, cum non haberet legem, quæ id diceret, vſus fuit argumento ducto ab *Auth. de reſtit. §. fin.* quod in generali prohibitione, nō comprehenderentur filij, dum inquit. *Sed an tranſeant in filium? dico, quod ſic, nam ſi eſt prohibitum alienari, non intelligitur de filio, niſi expreſſim dicatur, Auth.de reſtit.* Et ideò ſucceſſionem reſtrinxit ſolum ad deſcendentes, excluſis etiam matre, & fratribus, in quorum Perſonas prohibitam etiam eſſe dixit quamcunq; alienationem, ibi; *Sed in iſtis Iuribus Regalibus, ſinè regio aſſenſu, dictis perſonis, quæ non ſuccedunt in ipſis, non poteſt fieri alienatio, ſicut decimas in feudo nouo, vt dicetur infrà in conſtit. vt de ſucceſſionib.* Et eò magis prohibitam inſtitutionem hæredis penitus extranei, vt ſubdit *num.6. Et ſcias, quod iſte, qui habet iura Regalia à Rege, non poteſt aliquid in teſtamento relinquere, quia ſub prohibitione alienationis facta per iſtam conſtitutionem comprehenditur hæredis inſtitutio extranei, & legatum.*

103 Sicq; patet nullum habuiſſe dubium *Afflictum*, quin deſcendentes ſuccederent in Regalibus, prout in feudis; sed non ex eadē regula, qua ſuccedunt in feudis. Idcòq; Regalia tranſire ad deſcendentes, introductum per vſurpationem, & non per regulam, dixit *Freccia de ſubfeud.lib.3.formula 2.nu. 28.* ibi, *Regalium natura non eſt ad filios tranſitura, niſi per vſurpationē, & non per regulam.* Quamuis *n. 30.* dicat eam fuiſſe bonam vſurpationem. *Sed quia hodiè iſta Regalia ad deſcēdentes trāſmittuntur, hanc ſumpſere naturam, vt omnes deſcendentes habeant, non ex mala vſurpatione, ſed ex bona*, Vt hinc *D. Galeota d. reſp.12.nu. 153.* non ſinè ratione deduxerit ſtrictiorem eſſe ſucceſſionis naturam, quoad deſcendentes in Regalibus, quàm in feudis. Quia in Regalibus, ſi non ſint conceſſa in feudum, non ſuccedit, niſi deſcendens ab vltimo moriente; & per conſequens, facilius deuoluuntur ad Regem, quam feuda; In quibus ſat eſt, vt quis deſcendat a primo adquirente; intrà gradus tamen Iure permiſſos; Quod non ità in Regalibus.

104 TErtiò aduertendum, nunquam fuiſse dubitatum, officia, præcipuè habentia Iuriſdictionem eſse de Regalibus. Prout neque dubitatum ſtrictiorem in ijs rationem ſuccedendi, quàm in cæteris Regalibus. Quia officia ſunt perſonaliſſima, nec tranſeunt ad hæredes, nè quidem ſanguinis, prout cætera Regalia, niſi expreſſim dicatur. Etiam ſi fuerint conceſsa in perpetuum, quia intelliguntur in perpetuum, durante vita conceſſionarij.

Et quamuis facta alicui conceſſione Regalium, cenſeatur in eundem tranſlatum dominium vtile, prout in feudis, vt poſt *Gloſam*

in d.conſtit.ſcire volumus, tradit *Afflictus ibid. nu.* 4. dum docet rationem illius conſtitutionis pendere *à ratione directi dominij, quod Rex habet in* Regalibus, *ſicut in rebus feudalibus*; Vndè præſupponit dominium vtile translatũ in conceſſionarium. In officijs tamen nullum, neq; vtile, neq; directum dicitur transferri dominium, ſed tantum adminiſtratio. Vndè potius dicuntur commendari, quam concedi, Vt poſt *Andream in d. cap.* 1. *de feud. March. poſt nu.* 2. *& in cap.* 1. *quis dicatur dux, nu.* 2. *&* 4. tradunt *Fr. de Amicis in repet. tit. de his, qui feud. dar. poſſ.* §. *natura etiã officij pag.* 62. *Regens de Ponte deciſ.* 28. *nu.* 7. *& nu.* 43. *Conſil, Teodorus alleg.* 41. *nu.* 3, *& alij* paſſim.

105 QVibus poſitis, Cum certum ſit, in feudis, & per conſequens in Regalibus, conceſſionẽ prò hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, accipiendã prò hæredibus ſanguinis. Vt communis eſt omniũ concluſio, de qua latè per *Theodorũ d. allegat,* 41. *nu.* 10. *& ſeqq.* & docuit *Bartolus* communiter receptus, *in l. Gallus* 29. §. *etiam ſi parẽte, D. de lib. & poſth.* Nunquam potuit alicui in mentem cadere, vt cõceſſo ſibi officio, prò hæredibus in perpetuum, potuiſſet de eo diſponere in extraneum. Quia ſi id nõ licuiſſet in feudis, eo minus videbatur licere potuiſſe in officijs; In quibus ſtrictius proceditur. Et ideò ſemper fuit prò certo habitum in illud non ſuccedere, niſi deſcendentes, iuxtà præclaram *Afflicti doctrinam*. Quam cum nullus vnquam impugnauerit, antè *Horatium Montanũ*, qui aduerſus illã inſurrexit, tàm quoad caput hæredis extranei, quando conceſſio nõ fuiſſet expreſſim prò hæredibus ex corpore, *in d.* §. *preterea* Ducatus, *nu.* 23. quàm quoad caput alienationis abſq; aſſenſu; quandò fuiſſet facta in burgenſaticum *ibid. num.* 46. Imò potius omnes eã ſimpliciter fuerint amplexati, *et* ſuperius oſtenſum. Iure ſequitur illam tàm quoad caput alienationis abſq; aſſenſu, quàm quoad caput ſucceſſionis hæredis extranei, vſq; ad tempora *Montani*, per centum, & quinquaginta, & vltrà, annos ſtetiſſe immotam. Et cum quoad caput hæredis extranei, à nemine fuiſſet reuocata in dubium; ideò defuiſſe occaſionem Veteribus, vt hunc articulum ſpecialitèr tractarent.

106 HInc *Freccia d. lib.* 2. *de ſubfeud. qu.* 51, Volens tractare quæſtionem, An cõceſſo officio, *prò hæredibus*, poſſent admitti fœminæ, poſuit caſum expreſſim in filia, quia in filia ſolùm credidit poſſe cadere quæſtionem, non in extranea, ibi, *Si Rex concedat officium Titio, & hæredibus ſuis, An in eo filia ſuccedat?* Manifeſtè oſtendens ſuis temporibus, non fuiſſe dubitatum, quin per eiuſmodi conceſſionem, ſolùm intelligerentur vocati deſcendentes; Quaſi idem dicere fuiſſet *prò heredibus ſuis, ac prò hæredibus ex corpore*. Et id, de quo ſolùm potuiſſet diſputari, fuiſſe, An inter hæredes ex corpore, ſicq; intèr deſcendentes, filia tanquam fœmina, eſſet comprehenſa.

607 HInc idem *Freccia lib.* 3. *formula* 2. *n.* 25. tractans aliam quæſtionem, An conceſſio facta Titio *prò ſe, & hærede*, reſtringenda eſſet ad primum hæredem, præſuppoſuit ſimillitèr quæſtionem procedere ſolùm inter deſcendentes. Vndè ſi conceſſio fuiſſet de feudo, dixerat, *nu.* 2. *verſ. contrariam*, veriorẽ ſibi videri ſententiam, vt comprehenderentur omnes hæredes; ſi verò fuiſſet de Regalibus, inquit *n.* 25. videri conceſſionem reſtringendam ad primum; Quòd Regalia videantur alterius naturæ, & citius reuerti debere ad Regem, quàm alia feuda.

Igitur vtroq; caſu loquitur de hæredibus ſanguinis; dum pari modo determinat quæſtionem in feudis, ac in Regalibus; excepto eo, quod in feudis vult intelligendum de omnibus, in Regalibus de primo.

Id quod clarius declarauit *ibidem nu.* 27. *verſ. At duo*; dum expreſſim docuit in Regalibus non ſuccedere, niſi deſcendentes, idque introductum per conſuetudinem, ibi, *Quòd Regalia hodie ſunt ad hæredes ſanguinis tranſitoria, & perſonalia non ſunt, & num.* 30. ibi, *Quia hodiè, iſta Regalia ad Deſcendẽtes tranſmittuntur.*

108 ET idem ipſum ſenſiſſe, cum eandẽ quæſtionem tractauit ſpeciatim in officio, conſtat ex *lib.* 2. *qu.* 56. Vbi quæſtionem propoſuit in hæc verba. *Si per Regem datum ſit officium D. Ioanni Felici, prò ſe, & eius hærede; An veniant omnes hæredes maſculi in infinitũ, vel tantum primus*. Nam reſtringendo quæſtionem ad maſculos, oſtendit agere de deſcendentibus. Et refert ſe ad dicta *ſupracitato loco.*

109 IDem deſumitur ex *deciſione D. Reuerteræ* 39. *p.* 3. *in manuſcriptis, quæ eſt* 230. in compilatione *D. de Marinis*; in qua, facta conceſſione officij *Carolucio de Altomare, prò hæredibus, & ſucceſſoribus*, in numero plurali, quia non aderat clauſula *in perpetuum*, fuit etiam acriter diſputatum cum Regio Fiſco, An in illud ſuccederent omnes deſcendentes in infinitum; An per ſucceſſionem filiorum primi gradus, fuiſſet extinctum. Vndè quæſtio fuit ſolùm cum deſcendentibus, non cum hæredibus extraneis.

110 INter deſcendentes proceſſit etiam alia deciſio eiuſdem *Reuerteræ* 76. *par.* 4. *in manuſcrip.* quæ eſt *deciſ.* 381. *par.* 2. *penès de Marin.* Qua fuit deciſum conceſſionem accipiendam de maſculis, non fœminis. Et quam-

uis

nis conceſſio fuiſſet expreſſim *prò hæredibus ex corpore*; Rationes tamen *D. Regentis*, ſunt deductæ ex natura ſucceſſionis in officijs,nõ ex virtute illius clauſulæ. Nam aliàs clauſula prò hæredibus ex corpore, non excluſiſſet fœminas,

Vndè conſtat nè cogitaſſe quidem *D. Regentem*, vt aliquo caſu potuiſſent admitti hæredes extranei.

111 INter deſcendentes, etiam res erat apud *eundem Regentem deciſ. 56.p.4.* quam nobis, etſi nimis decurtatam,tradidit *D.de Marin.deciſ.364.* In qua officium fuerat conceſſum prò hæredibus maſculis,abſq;clauſula in perpetuum. Et fuit orta eadem quæſtio, An conceſſio reſtringenda eſſet ad filios primi gradus.

Nam *Iacobus Moccia*, qui petebat admitti ad ſucceſſionem, per obitũ *Petri fratris*,abſq; liberis defuncti, allegabat ipſum eſſe deſcendentem à primo adquirente, eſſe maſculum, & eſſe hæredem.Ibi: *Sum deſcendens ex Petro ſeniore, ſum maſculus, & hæres*. Vt tota vis ideò prò obtinenda ſucceſſione, fuerit poſita in eo, quod erat deſcendens à primo adquirente.

Et ſi fuit dubitatum, An conceſſio prò hæredibus in ea ſpecie,reſtringeretur ad primos tantùm;plurimumq; profuit prò extendenda ſucceſſione ad vlteriores hæredes, ità aliàs fuiſſe iudicatum in eadem cauſa; vt dicitur *in eadem deciſione*; Iam clarè conſtat fuiſſe habitum prò vero conceſſionem prò hæredibus in officijs, alio Iure iudicandam, quàm, quo vtimur in alijs rebus priuatis. Nàm in alijs rebus non dubitatur *hæredis* nomine, etiam in ſingulari numero, comprehendi nõ tantùm proximum, ſed & hæredis hæredes, & deinceps in infinitum, *l.hæredis appellatio 65.& l.ſciendum 70.D.de V.S.*

112 IDem deducitur ex illa ipſa *deciſione eiuſdem Reuertera 74. par. 4.* quæ eſt 382. apud Reg. *de Marinis*, quæ contra Fiſcum affertur. Qua concluditur, conceſſo officio *prò ſe, & vno hærede*, debuiſſe admitti filium fratris, tanquam hæredem inſtitutum à patruo, quamuis non eſſet deſcendens à primo adquirente.

Nàm dum officium erat conceſſum prò vno hærede, res erat indubitata, potuiſſe inſtitui etiam extraneum. Vt ità paſſim ſeruari teſtatur ibi Reg. *de Marin.num.1.*& admittit, tanquàm extrà dubium R.*de Philippis diſſert. 23.nu.29.& 30.* Ceſſant enim tùnc rationes nè officium,propter perpetuam ſucceſſionem extraneorum, contrà naturam Regalium, videatur perpetuò auulſum à Regia Corona, liberèque translatum in conceſſionarium, eiuſq; hæredes, contrà mentem concedentis, & contrà prohibitionem *Conſtitutionis ſcire volumus*, Vt oſtendetur *in ſequenti*.

Et tamen, quia inauditum erat ijs temporibus, poſſe in officium ſuccedere, qui non deſcenderet à primo adquirente, fuit de hac re dubitatum, etiam cum ſucceſſio erat reſtricta ad vnum tantùm. Nec deſijt Fiſcus officij poſſeſſioni incumbere, ac ſi vacaſſet in beneficium Curiæ; nihil reclamante hærede, quindiù diſtulit petere.

Nec conſtat, an res fuiſſet deciſa. Quia *Author* nihil de deciſione. Et rationes videntur notatæ potius,tãquàm *motiua*. Quas proceſſiſſe ſolum in eo caſu, manifeſtè innuit, cum poſt enarratos plures caſus, quibus noſtri DD. docuerunt appellatione hæredum intelligi ſolos deſcendentes, ex doctrina *Bartoli in d.l.Gallus, §.etiam ſi parente*, latèq; traditis per *Angelum conſ.182.* ſcilicèt,quando ob ſucceſſionem extranei reſultaret aliquod abſurdum, aut inueriſimile, aut repugnans naturæ actus, qui geritur, inquit, *In caſu noſtro, quòd veniat hæres extraneus,non cadit, neque reſultat aliquod inconueniens, de illis ſupranarratis*, Quaſi in alijs caſibus,quãdo ſucceſſio non fuiſſet reſtricta ad vnum tantùm, alitèr fuiſſet dicendum.

113 Hæcq; eſt vera Reſponſio *ad eam deciſionem*, non ea, quam tradidit *D. de Philippis d.diſſert.23.num.23.* quòd filius fratris ideò fuerit exiſtimatus dignus admitti ad officiũ conceſſum patruo, quòd fratris filius, tàm communi Iure, quàm pactio, non repelleretur à feudi ſucceſſione. Nàm id in feudis nouis, nec Iure communi, nec noſtrarum Conſtitutionum, potuiſſet tunc prætendi. Vt benè, quoad hoc, aduertetunt Aduerſarij, *pag.7.verſ.quod verè.*

114 Et verè fuiſſe maximoperè dubitatum ijs temporibus, an facta conceſſione, etiam pro vno tantùm hærede, potuiſſet reſtitui extraneus, conſtat ex alia *deciſ.* eiuſdem *Reuertera 390.* iuxtà ord. *D. de Marinis*. In qua conceſſo officio cum facultate nominandi *filium, vel generum, vel alium quemuis hæredem*, adhùc fuit dubitatum, an potuiſſet nominari extraneus; fuitq; deciſum, potuiſſe, per illa verba: *vel alium quemvis hæredem*; ex *cap.1.de feud.non hab.propr.nat.feud.* proptèr generalitatem verbi: *quemlibet*; Vbi ideò *de Marinis n. 2. & 3.* dicit, illud verbum, *quemlibet*, fuiſſe aptum comprehendere hæredem etiam extraneum, prout in feudis, ac ſi dictum fuiſſet, *concedo tibi, & quibus dederis*; Aut *pro hæredibus quibuſcumque*. Quo caſu etiam in feudis ſuccedere extraneos admittunt omnes, vt mox probabimus.

Igitur ſi etiam, quando erat conceſſa facultas nominandi vnum hæredem,fuit dubita-

ta-

Digitized by Google

tatum, an potuiſset eligi extraneus, & fuit opus recurrere ad generalitatem verbi, *quemlibet*; Manifeſta res eſt, nunquàm fuiſse ſuppoſitum ijs temporibus, facta conceſſione pro hæredibus ſimpliciter, potuiſse ſuccedere hæredes extraneos.

115 IDem, & apertiùs deſumitur, ex traditis per *Franciſcum de Amicis*, doctum ſui temporis feudorum Interpretem in *rep. cap. 1. de his, qui feud. dar. poſſ. §. ſumus modò, num. 10. pag. 60.*

Nàm poſito caſu, vt officium fuiſset conceſsum prò ſe, & hæredibus, ibi: *Habuerat Robertus officium ex priuilegio Regis, prò ſe, & hæredibus*. Conſuluit inter deſcendentes non ſuccedere, niſi ſolum primogenitum, Adeòut nec pater de eo potuiſset alitèr diſponere: Vt in § *natura etiam rei, pag. 62.* Ibi, *Et allegabam coram doctis, & peritis Conſiliarijs, quod etiam in iſtis officijs ſic conceſſis prò ſe, & hæredibus, primogenitus ſuccedit.*

Igitur habebatur prò indubitato ijs temporibus, conceſso officio prò hæredibus, non ſuccedere, niſi deſcendentes.

116 Et quamvis conceſsio in ea ſpecie verè non fuiſset prò hæredibus, vt eam malè ſupponit *de Amicis*; *Sed prò hærede nominando, & nominatione non facta, prò eo, qui legitimus fuiſſet hæres*. Proùt habemus *ex deciſione in eadem cauſa* (poſtquam ratione intereſse Regij Fiſci, è S.C. fuit tranſlata ad Reg. Cam.) apud *Reuerteram deciſ. 9. p. 7. in manuſcript.* quæ eſt 551. apud *de Mariu*. Sat eſt, quoad id, quod probare intendimus, ſuppoſuiſse *de Amicis*, conceſsionem fuiſse prò hæredibus ex corpore.

117 IDem fuit poſteà habitum prò vero per ipſam Reg. Cameram in prædicta cauſa. Nàm cum non facta nominatione per patrem, futurus fuiſset locus ſucceſsioni hæredis legitimi; fuit deciſum in officium ſucceſsiſse filiam primogenitam, & per illius mortem; vacaſse in beneficium Regiæ Curiæ.

Non tantùm quia ipſa fuerat inſtituta hæres in feudalibus; Vndè videbatur inſtituta etiam in officio. Sed etiam, quia quandò adhuc pater deceſsiſset inteſtatus, qualitas illa *hæredis legitimi* contenta in conceſsione, non *de alia potuiſſet intelligi, quàm de primogenita, quia ea ſola fuiſſet futura hæres in feudalibus*, quamvis in burgenſaticis fuiſset ſucceſſura vnà cum ſecundogenita; *Propter maius ſymbolum* (ſunt verba *Authoris*) *quod officium habet cum feudis, quàm cum allodialibus*.

Igitur ſi Regia Camera habuit prò vero hæredem legitimum in officijs, non alium fuiſse, niſi qui ſucceſsurus fuiſset in feudis; pernecesſè habuit etiam prò vero, conceſſionem pro hæredibus in officijs, non alitèr accipiendam, quam acciperetur in feudis.

118 SEd non in alia cauſa magis fuit id habitum tanquàm extrà dubium, quàm in prædicta *de Bernaudo*, tàm in S.C. quàm in Regia Camera, vt difficilè ſit percipere, qua mente Aduerſarij illam prò ſeipſis adducere præſumpſerint.

Quamvis enim principalis articulus, qui in ea diſputabatur, fuiſset circà validitatem, ſiuè inualiditatem fideicommiſsi ordinati *à fratribus de Bernaudo*, in fauorem maſculorum ab ipſis deſcendentium; & circà donationem factam *à Ioanne Maria* vltimo officij poſseſsore, in beneficium *D. Didaci*, fuit tamen, tanquàm neceſsarium antecedens, opus etiam diſputare, An per conceſsionem factam prò hæredibus, & ſucceſsoribus in perpetuum, fuiſset adeò alterata natura officij, vt potuiſsent in eo ſuccedere quicumqs hæredes, etiam extranei. Vt indè poſteà gradus fieret ad articulum; An ſuper eo potuiſset inſtitui fideicommiſsum, fauore maſculorum, in præiudicium fœminarum proximiorum, & an potuiſset transferri titulo donationis, in præiudicium Fiſci.

119 Ideòq; *Paulus Staibanus ſenior*, qui poſt mortem *filiarum Io: Iacobi*, ſcripſit prò *Antiva amita conſilium* 19. aduerſus *patrem Ioannis Mariæ*, qui poſseſsionem cœperat vigore fideicommiſsi; poſuit, tanquam concluſionem certam, conceſsionem prò hæredibus in officijs non alitèr interpretandam, quàm in feudis. Vt ideò quemadmodum in feudis accipitur prò hæredibus ex corpore, iuxtà *theoricam Bartoli in d. l. Gallus, §. etiam ſi parente, D. de lib. & poſth.* ità etiam accipienda eſset in officijs.

Quam concluſionem latiùs poſteà fundauit *Taſſonus in dictis ſuis allegationibus in d. prag. de antephato n. 79. & ſeq fol. 258. & fol. 267. & 275.* Et optimè *Conſ. Theodorus in ſua alleg. 41.* qui eam demonſtrauit, adeò invictis rationibus, vt nil ſit mirum, ſi Aduocati Ioannis Mariæ, de illius veritate dubitare non fuerint auſi.

120 Poſtquàm enim pluribus docuiſset *nu. 1. & ſeq.* officia proùt, & cœtera Regalia habere naturam ſimillimam cum feudis, poſuit *num. 10.* tanquàm Principium, quod à nemine poſset negari, non minus feuda, quàm officia, cœteraq; Regalia poſse concedi à Principe, vt in ijs ſuccedant hæredes etiā extranei, aut vt de illis diſponi poſset abſq; aſsenſu. Sed tamen id nunquam præſumendum, niſi cum verba illud claré ſonant, itavt ſalua illorum proprietate, alitèr non poſsent intelligi. Vndè ſi feudum fuiſset conceſsum *tibi, & quibus dederis*, vel *tibi, & habentibus cauſam à te*, nullus dubitat comprehendi tunc omnes

Digitized by Google

omnes ſucceſſores, etiam extraneos. Quia id ſignificant verba, iuxtà illorum proprietatem.

Proùt etiam ſi conceſsio eſset facta *prò hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque*. Quia quamuis etiam eo caſu, non pauci velint verba reſtringenda ad ſucceſsores quoſcumque, ſed ſanguinis, frequentius tamen alij voluerunt comprehendi etiam extraneos, proptèr generalitatem verbi, *Quibuſcumque*.

121 Sed abſque eo verbo, nullum ait eſse, qui dubitet, nullatenùs comprehendi ſucceſſores extraneos. Quia verba illa, *prò hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum*, benè poſsunt accipi *prò hæredibus ſanguinis*, iuxtà ſubiectã materiam. *Et proindè*, inquit, *cum verba hæc omnia poſſint verificari in deſcendentibus, non oportet rei naturam vlterius alterare, itaut etiam extranei comprehendantur*. Ex prædicta magiſtrali theorica *Bartoli*, quam alij communitèr ſequuntur, quos allegat. Vndè vt idem concludat in officijs, ait *num.13. Bartolum, Decium, Camerarium, & alios*, quos attulerat, non loqui ſpecialitèr de feudis, ſed generaliter de re ſui natura non tranſmiſsibili ad hæredes extraneos, & exindè inferre ad feudum, ad emphyteuſim, ad vſumfructum, & ſimilia.

Vndè eadem, inquit, *theorica procedit in officijs, non modò quia ſimilitèr officia non ſunt tranſitoria ad hæredes, & non modò quia valet argumentum de feudis ad officia, ſed etiam & fortius, quia officia ſunt magis perſonalia, &c. in illis ſtrictius proceditur, quàm in feudis*. Ex *Gloſa in d.Conſt. Scire volumus, Afflicto, & alijs*, quos affert *ibid.num.14.*

Quod ideò, tanquàm extrà dubium admiſit *Fuluius Lanarius* aduerſæ partis Aduocatus *d.nu.57.* quotieſcunque officia, de quibus agebatur, fuiſsent adnumeranda inter Regalia. Ibi: *Neque abſque aſſenſu locari, nec eſſe tranſitorium ad hæredes, ſicuti feudum.*

122 Prout idem *Lanarius* eandem concluſionem admittere non dubitauit in Regia Camera.

Nàm cum à *D.Galeota*, ſuis primis allegationibus, hic ſolus fuiſset pro Fiſco excitatus articulus, ſcilicèt conceſsionem pro hæredibus in officijs, non de alijs intelligendã, quàm de hæredibus ex corpore, proùt in feudis; ex citata doctrina *Bartoli*, latèq; traditis per *Conſ.Theodorum d.alleg.41.* vt ipſemet teſtatur *d.reſp.12. num.104.* nec ab *Alexandro Palmerio*, nec ab eodem *Lanario*, qui ſcripſerunt prò *D. Didaco*, aduerſus Fiſcum, ſcimus quidquam allegatum contrà eam doctrinam, aut prætenſum, illam non fuiſse adplicabilem.

123 Quin potiùs ab ijs habitam pro vera, & pro rectè adplicata. Dum omnem cauſæ defenſionem conſtituerunt in eo, quòd illa officia, Vel non eſsent de Regalibus, Vel quòd in Regalibus non eſset ſuccedendum, iuxtà gradus reſtrictos per *Regni Conſtitutionem*; Sed iuxtà *Ius commune feudorum*. Vt tribus argumentis, quamquam nimis leuibus, conatus fuit probare idem *Lanarius ibidem num. 60.*

124 Cum è conuerſo *Reg. Galeota* fundaſset in ea non ſuccedere, niſi deſcendentes ab vltimo decedente, excluſis etiam lateribus. Vndè *num. 152.* ità rem concluſit; *Si verò conceſſio non eſſet in feudum, ſed in ſua propria natura Regalium, cuiuſmodi ſunt officia; proùt ità in propria natura præſumenda eſt omninò facta conceſsio; Et hoc caſu ſoli deſcendentes vltimi decedentis admitti poſſunt, & non alij, non ſolùm de Iure Regni, ſed etiam de Iure communi, vt ex fundatis patet.*

125 VT hinc conſtet, quàm inexcuſabiles ſint Aduerſarij, cum ſcripſerunt *D. Galeota*, quamvis totis viribus conatus fuiſſet demonſtrare officium conceſsum prò hæredibus, non potuiſse alienari ſine aſsenſu. *Nihilominùs reſpectu ſucceſsionis hæredum extraneorum, id non auſum firmare, niſi ſub verbo fortè*. Ex ijs, quæ idem Regens ſubdit *ibid.n.158.* Cum inquit, *Si verò eſſet expreſsè facta conceſſio in ſimplex, & merum allodium, & in burgenſaticum, alterata natura Regalium; quæ ſpecies bonorum eſt diſtincta à cæteris bonis; Cuius contrarium in caſu occurrenti manifeſtè liquet; & eo caſu etiam excluderetur D. Didacus; quia non venit, vti ſucceſſor Io: Mariæ; neque hac via ſe direxit. Et quando ipſe petet immiſſionem, vti ſucceſſor Ioannis Mariæ, adhuc repelleretur ex alijs defectibus, quia Sacerdos, & ex alijs, inhabilis. Et fortè quia etiam ad ſucceſsionem Regalium expreſsè conceſſorum in allodium, ſoli deſcendentes admittuntur. Vt non minus adpareat reſtricta ſucceſſio, quàm inhibita inter viuos alienatio.*

Siquidèm *D.Galeota* verbo illo, *fortè*, fuit vſus ſolùm eo caſu, quo conceſſio fuiſset facta *expreſſim in ſimplex, & merum allodium*. Quaſi potuiſset tunc dubitari, An Rex per ea verba, voluiſset in omnibus mutare naturam Regalium, officiumq; ſubijcere legibus rerum priuatarum. Qui non erat caſus, de quo ipſe agebat, nec de quo nos agimus.

126 Agebat *D. Galeota* de officijs conceſsis *prò hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum*, qui eſt caſus noſter. Quo caſu adeò firmitèr ſubſtinuit non cenſeri vocatos, niſi deſcendentes; vt iſtud fuerit vnum ex duobus capitibus principalibus, quę ſibi probanda propoſuerat prò excludendo *D.Didaco*. Scilicèt, Vel quia officia ex clauſulis contentis in

con-

Digitized by Google

conceſsione præſumenda eſsent conceſsa in feudum; Vel quia quamvis conceſſa ſub natura Regalium; *Adhuc ad ea, nec ex contractu donationis abſq; aſſenſu, nec vti ſucceſſor, ex defectu gradus, & perſonæ potuiſſet adſpirare.* Vt ex eiuſdem *Propoſitione in princ.n.*1.

Etſi etiam cum conceſsio fuiſset *liberè in allodium*, non ſuccedere hæredes extraneos, docuerat *Afflictus in d. Conſt. Vt de ſucceſſionib.* Quia libertas illa allodij intelligitur, vt res ſit libera à ſeruitio feudali, non vt exuat naturam Iurium Regalium, Quæ ſententia fuit poſtmodum probata per Regias literas.

127 VNdè vanum etiam eſt, quod opponitur, ſi articulus excluſionis hæredis extranei fuiſset habitus prò indubitato in fauorem Fiſci *ab Aduocatis D. Didaci*, prout nos aſſerimus, nil opus fuiſſe Regio Fiſco recurrere ad articulum qualitatis feudalis.

Nàm conſequentia eſt falſiſsima. Quia veriſsimum eſt, Aduocatos *D. Didaci* non auſos in dubium reuocare articulum, circà excluſionem hæredis extranei; Et veriſsimum quoque optimo conſilio *D. Galeota* habuiſse recurſum ad articulum qualitatis feudalis.

Siuè ad tollendam difficultatem, circà alium articulum, ſi officia Magiſtri Actorũ, & Credenzerij fuiſsent de Regalibus.

Siuè ad remouendam aliam, circà pretenſam exteuſionem graduum hæredum ex corpore primi adquirentis in linea laterali, iuxtà Ius commune feudorum. Quæ adeò viſa fuit potens Reg. *Rouito d.deciſ.*72.*n.*66. Vt ob eam ſolam, dixerit, cauſam *D. Didaci*, ni ei obſtitiſset ordo Sacerdotalis, viſam fuiſſe poſitam in tuto. Quòd *Conſtitutio, Vt de ſucceſſionibus*, quæ arctauit gradus in ſucceſsione feudorũ, non ità paritèr eos arctaſset in ſucceſsione Regalium. Vndè, cum eſset ſexto gradu coniunctus *Ioanni Mariæ*, donatio in ipſum collata cum conſenſu patris, nullo opus habebat aſsenſu, tanquam facta in vnum ex comprehenſis in conceſsione, cum conſenſu proximioris.

A qua ideò difficultate, vt ſe extricaret *D. Galeota*, conatus fuit probare officium fuiſse conceſsum in feudum. Quia ex eiuſmodi cõceſsione non potuiſset reſultare niſi feudum rectum, & in ſui natura quaternatum; ac per conſequens comprehenſum ſub diſpoſitione *Conſtitutionis, Vt de ſucceſsionibus*; Et contrarium tentare in Regno fuiſset hæreſis feudalis, vt inquit *num.*156.*&* 157.

128 VT ex his pateat, Regias literas, quatenùs declararunt veram ſententiam peritorum Regni, vt in officijs conceſsis prò hæredibus, & ſucceſsoribus in perpetuum, & in burgenſaticum, non ſuccederent niſi hæredes ex corpore, nullum reperiſse in Regno contradictorem antè *Horatium Montanum*. Quin *Afflictum, Frecciam, Reuerteram, de Amicis, Staibanum ſeniorem, Theodorum, Taſſonum, & Galeota*, Ipſoſq; aduerſarum *Partium Aduocatos*, cum caſus accidiſset, apertè pro eis ſtetiſse. Quod erat demonſtrãdum.

NONA CONCLVSIO.

Opinio Montani, *vt conceſſo officio prò hæredibus in perpetuum, cenſeatur conceſſum prò omnibus hæredibus, etiam extraneis, tanquam deſtituta Iure, Ratione, & Authoritate, & poſt ipſius ſcripta communitèr improbata, & prò nulla habita, tam in S.C. quàm in Regia Camera; nedùm non faciebat opinionem certam tempore* Regiarum *literarum, ſed neque probabilem.*

129 VEritas huius Concluſionis poteſt facillimè demonſtrari, ex ipſis Principijs *Montani.*

Nàm cum fuiſset ille motus ad ſcribendum, vt ſubſtineret cauſam *D. Didaci de Bernaudo*, cuius tota vis erat ſuper prætenſa validitate donationis, & fideicommiſsi, quamvis ſine aſsenſu, nulla re differre voluit ſucceſsionem hæredis extranei in officijs conceſsis prò hæredibus in perpetuum; à facultate illa alienandi abſque aſsenſu. Vnde ſi falſa fuit illius opinio, circà facultatem alienandi, falſam quoque dicere oportebit, circà ſucceſsionem hæredis extranei.

Vt nihil ſit ideò, quo ſibi Aduerſarij blandiantur, vt poſsit in noſtro Regno prohibita eſse alienatio Regalium ſine aſsenſu, virtute noſtræ *Conſtitutionis, Scire volumus*, & tamen nõ prohibita ſucceſsio hæredis extranei.

130 Vtramq; enim *Montanus*, qui eſt illorum Achilles; voluit pendere ex eodem Principio; ſcilicèt ex prætenſa translatione directi dominij officij, quod facta conceſsione prò hæredibus, voluit à Rege tranſire in conceſſionarium, eiuſq; hæredes. Vt conſtat ex traditis *in d.§.præterea Ducatus, n.*34.43. *&* 45. Ibi: *Ratione directi dominij perpetuò à Rege abdicati, & translati in conceſſionarium.* Quam rationem centies inculcat per totum eum tractatum; & *in tract. de Regal.* vbicumque de re agit.

131 Modò cum iſta dominij translatio debebat ab ipſo probari in terminis *noſtra Conſtitutionis*, quæ indiſtinctè vult Regalia alijs conceſsa ſpectare ad Regem; ijs verbis: *Quicunque de Regalibus noſtris quid tenet magnũ, vel paruum, nullo modo, nulloq; ingenio valeat ad noſtra Regalia pertinens alienare.* Ratione ſcilicèt directi dominij, quod cenſetur reſeruatum Regi, vt ibi *Andreas*, & *Afflictus* rectiſ-

Digitized by Google

rectiſsimè adnotarunt; nedùm illam non probauit, ſed potiùs oppoſitum; Nempè facta conceſsione prò hæredibus, in terminis *noſtræ Conſtitutionis*, non videri tranſlatum directum dominium in conceſsionarium.

132 Quod oſtenditur manifeſtè. Quia tota ratio, quam ipſe affert, prò hac prætenſa tranſlatione directi dominij, fuit ab eo deducta ex ſuppoſitione, quod facta conceſsione Regalium pro hæredibus in perpetuum, in terminis Iuris communis, conceſsio comprehendat etiam hæredes extraneos; prout ità inquit eſse communem opinionem, ex *Gloſa, Bartolo, & Io: de Platea in l. vnica, C. ſi imperial. liberal. ſoc. & alijs*, quos allegat *d. num. 34.*

Vndè infert, quod cum nemo decedat ſinè hærede, nuda illa proprietas penès Regem remaneret inutilis, quia nunquàm ſpes eſset, vt cum ea poſset conſolidari vtile dominiũ; & per conſequens, proprietas hoc caſu remaneret abſorpta ab vſu perpetuo, & cenſeretur tranſlata in conceſsionarium.

Atqui exindè ſubinfert, quod cum prohibitio *Conſtitutionis, Scire volumus*, fundetur ſuper directo dominio, quod eſt penès Regem, quotieſcunque dominium illud cenſeretur tranſlatum in conceſsionarium, quia aliàs maneret inutile, non debeat eſse locus illi *Conſtitutioni*; & reduci debeat res ad terminos Iuris communis.

133 CVius diſcurſus vanitas, vel ex eo detegitur, quod ex præſuppoſita ſucceſsione hæredum extraneorum in Regalibus, in terminis Iuris communis, voluit traducere tranſlationem pleni dominij ad terminos *noſtræ Conſtitutionis.*

Quamvis enim *DD.* quos allegat, non loquantur in Regalibus, ſed tantùm diſputent articulum in donatione facta à Principe, iuxtà terminos eiuſdem *legis vnicæ*. Circà quam vera, etiam & communis opinio eſt appellatione hæredum, non intelligi niſi deſcendentes; Vt benè probat *D. Regens de Philippis diſſert. fiſcal. 35. nu. 47.* Et in Regalibus communiſsima etiam opinio ſit, attento Iure communi, directum dominium ſemper cenſeri reſeruatum Regi, Vt reiecto *Montano*, optimè oſtendit *Amicangelus in rubr. quæ ſint Regal. cap. 5. num. 63. & 64.*

Tamen quod attinet ad oſtendendam vanitatem, imò cõtradictionẽ progreſſus *Montani*, ſat nobis erit ipſummet *Motanum in præludijs tract. de Regal. quæſt. 7. nu. 36. & ſeq.* maximum in hac re conſtituiſſe diſcrimen inter Ius commune, & Ius noſtratum Conſtitutionum. Vt ideò ex diuerſis non potuiſſet fieri illatio.

Nàm Iure communi voluit Regalia, poſtquàm ſunt conceſſa priuatis, deſinere eſſe Regalia, & adſumere naturam rerum priuatarum; Vt concludit *nu. 39. in fin.* cum inquit: *Et ideò benè exiſtimamus Iure communi Romanorum Regalia penès cõceſſionarios allodialem habere naturam, ſcilicèt ſub libera diſpoſitione inter viuos, & in vltima voluntate, abſq; Regis aſſenſu. Quia penès conceſſionarios, non ſunt Regalia, ideſt publici Iuris, ſed Iuris priuati.*

Iure verò *noſtræ conſtitutionis*, non potuit negare ea, quamuis alijs conceſſa, ſpectare ad Ius publicũ, ratione directi dominij, quod reſidet penès Regem, habereq; naturam diſtinctam ab alijs bonis. Vt *nu. 37.* Ibi: *Natura igitur communis Regalium in Regno noſtro, eſt quid diſtinctum ab allodiali, ob Regis aſſenſum requiſitum in diſpoſitione illorum, ſinè quo nulla eſt diſpoſitio.*

134 Igitur quotieſcunq; ex eo, quod Regalia in terminis Iuris communis, tranſeant vt ipſe vult, ad hæredes extraneos; atque indè infert tranſlationem pleni dominij, in conceſſionarium, voluit idem extendere ad terminos *noſtræ conſtitutionis*, peſſimè fuit argumentatus; Nec probauit, quod tenebatur probare; Imò aſſumpſit id, quod erat in quæſtione. Et retorquetur argumentum. Nam ſi nuda illa proprietas remaneret inutilis Regi, quando conceſſio prò hæredibus acciperetur prò hæredibus etiam extraneis, ſequitur, vt ad vitandum iſtud abſurdum; in terminis *noſtræ Conſtitutionis*, conceſſio accipienda ſit ſolummodò pro hæredibus ex corpore.

135 QVæ Concluſio deducitur ex ſuiſmet Principijs. Etenim admittit ille, Quotieſcumq; ex verbis conceſſionis argueretur Regem voluiſſe, ſibi reſeruare directum dominium, vt ſi dixiſſet, vt officium debuiſſet recognoſci à ſua Curia, conceſſionem prò hæredibus, interpretandam tunc prò hæredibus ex corpore, *vt d. §. præterea. nu. 37. in fin. verſ. & ex prædictis*, dùm ait: *Et ex prædictis ſequitur, quod ſi Rex per illa verba retinuit penes ſe directum dominium officij, Cuius directi dominij virtus eſt excadentia; Ergò dum conceſſit tibi, & hæredibus, dummodò illud teneas, & recognoſcas à Rege, de hæredibus corporis intellexit.* Quod *R. Rouitus d. deciſ. 72. num. 46.* voluit deſumi etiam ex ſola clauſula, *noſtris, noſtraq; Regia Curiæ Iuribus ſemper ſaluis.* Vt etiam tunc, conceſſio intelligatur prò hæredibus ex corpore.

Igitur nedum ex prætenſa tranſlatione directi dominij Regalium, in terminis Iuris communis, non poterat idem inferri in terminis *noſtræ Conſtitutionis*, ſed potius fuiſſet formanda Concluſio contraria; ſcilicet Regalia tranſire in plenum dominium in termi-

Digitized by Google

nis Iuris communis, quia, attento eo Iure, poſtquã ſunt alijs conceſſa, non ſunt amplius Regalia, nullaq; re differunt ab alijs rebus priuatis; Non tranſire verò in terminis *conſtitutionis*, quia attento eo Iure, etiam poſtquam ſunt alijs conceſſa, retinent naturam Regalium, & faciunt ſpeciem diſtinctam, ab alijs bonis priuatis.

136 Et per conſequens conceſſionem prò hæredibus, accipiendam prò hæredibus quibuſcumq; in terminis Iuris communis, quia nil repugnat, eo Iure attẽto, vt Regalia trãſeant in plenum dominiũ priuati; In terminis verò *Conſtitutionis*, accipiendam prò hæredibus ex corpore, quia eo modo intellecta, non repugnaret naturæ Regaliũ, ſed repugnaret quàm maximè, ſi intelligeretur de hæredibus extraneis.

Nam quæ maior repugnantia, quam vt deſtruenda eſſet natura Regalium; Rex amitteret dominium directum; Officium de inalienabili, efficeretur alienabile; & de re Iuris publici, euaderet Iuris priuati?

137 EX quibus ideò rectè conſequitur opinionem *Montani*, (quod fuit poſitum in Concluſione) quatenus voluit conceſſionẽ officijs, prò hæredibus, in terminis *noſtræ conſtitutionis*, nõ reſtringendam ad hæredes corporis, ſed extendendam etiam ad extraneos, non probari; Nec Iure; nec Ratione; Nec Authoritate.

138 NOn Iure. Quia licet verbum *hæres* cõtineat omnes hæredes, *l.hæredis appellatio 65. & l.ſciendum 70. D.de V. S.* Tamen plures ſunt caſus in Iure, quibus, vel ratione ſubiectæ materiæ, vel ad vitandum abſurdũ, aut inueriſimile, reſtringitur, vel ad primum hæredem, vt in *d.l.ſciendum; & in l.antiquitas 14. C.de vſufr.* Vel ad hæredes ex corpore, vt *in l.ex facto 17. §.fin. D.ad Trebell.* Quod *in præced. Concluſ. §.ſed non in alia*, ex doctrina *Bartoli* communitèr recepta, in *d.l. Gallus, §. etiam ſi parente*, ſatis fuit probatum.

139 NOn Ratione, Quia ea, quam affert *d.n.* 34. Quòd ſucceſſio hæredum in officijs ſit materia indifferens; & ideò ità poſſit accipi de hæredibus corporis, prout de extraneis; eſt indigna *Montano*. Quomodo materia indifferens, ſi accepta prò hæredibus ex corpore, conſeruatur natura Regaliũ; accepta verò, prò extraneis, deſtruitur?

Prout vana eſt alia, quam addit *num.35*, Quòd quando non conſtat Regem voluiſſe ſibi reſeruare directum dominium, non ſit recedendum à proprietate verbi *hæres*.

Argumentum ſanè (abſit verbo inuidia) puerile. Nàm clauſulam *prò hæredibus*, ità ſalua proprietate verborum poſſe accipi de hæredibus ex corpore, prout de hæredibus extraneis, ex communi *Feudiſtarum* ſententia, iam ſatis oſtenſum *d. §. ſed non in alia, verſ. Poſtquam*. Nec in dubio præſumendus Rex voluiſſe à ſe abdicare directum dominium, atq; ità deſtruere naturam Regalium. Præcipuè in officijs concernentibus Iuriſdictionẽ; Quæ ſi reducerentur ad claſſem rerum priuatarum, mille oriri poſſent abſurda; quæ quòd cuiq; ſint nota, omittimus.

Vndè abſurdũ quoq; eſſet velle alitèr verba interpretari, quàm iuxtà naturam actus, qui geritur.

140 VNdè corruit etiam alia Ratio, quam aduerſus *R. Galeota* diſputans, & ſi non ſine ingenij acumine, excogitauit *in tract. de regal. offic. n.7.* ad intellectum doctrinæ *Bartoli in d. §. etiam ſi parente*. Dum voluit eam procedere, quandò ageretur de illis rebus, quæ ſui natura non ſunt tranſmiſſibiles ad hæredes extraneos, ſed ſunt tranſmiſſibiles ad hæredes ſanguinis, prout ſunt feuda, & emphyteuſis Eccleſiaſtica; Non verò cũ ageretur de illis, quæ ſui natura ad nullos hæredes ſunt tranſmiſſibiles, nec ſanguinis, nec extraneos, prout ſunt officia. Quæ eſſe perſonaliſſima, & cũ vita extingui, nec trãſire ad vllos hæredes, quidquid ſit in alijs Regalibus, apud omnes *noſtros DD.* eſt in confeſſo.

141 Ideòq; voluit, Vt ſi eorum natura ſemel alteretur per conceſſionẽ *prò hæredibus*, nulla ratio ſit cur magis cenſenda ſint cõceſſa prò hæredibus ſanguinis, quàm prò hæredibus extraneis. Quod non ità in feudis. Quæ ſi intelligantur cõceſſa prò hæredibus ſanguinis, procederet res, iuxtà eorum naturam. Non ſic, ſi prò extraneis; Nam tunc alteraretur natura feudi.

Quod argumentũ adeò viſum fuit efficax Aduerſarijs *in ſuis poſtremis allegationibus*; vt *Ridiculum* eſſe ſcripſerint, *adplicare huic rei illud axioma, quod in re nõ tranſmiſſibili ad hæredes extraneos, verbum hæredibus intelligatur de deſcendentibus, iuxtà naturam conceſſionis.* Super quo ſe fundauerat *Amicangelus de regal. offic. quæſt. 13. num. 18.*

142 Sed potuiſſet non videri ridiculum, quod à Viris doctiſſimis *Staibano ſeniore, Conſil. Theodoro, & D. Galeota* in hac ipſa re fuerat probatum, ad mentem *Bartoli, in d. §. etiam ſi parente*. Circà quod tota verſata fuit poſtmodum *Apologia* aduerſus *Montanum*, edita poſt *reſponſum 12. D. Galeota.*

Sed Nos, ijs omiſſis, facillori methodo, poſſumus oſtendere axioma rectiſſimè fuiſſe adplicatum; Imò longè fortiori ratione in noſtris officijs, quàm in feudis.

143 Procederet enim argumentum *Montani*; quandò prius oſtendiſſet ità immutari naturam officij, per ſucceſſionẽ hæredum ex corpore,

Digitized by Google

pore, prout immutaretur per ſucceſſionem aliorum, qui non eſsent ex corpore. Tunc enim potuiſset, & fortè non malè, dici non eſse rationem, cur potiùs debuiſset intelligi de hæredibus ſanguinis, quàm de extraneis.

Sed hoc eſse falſiſsimum docuit ipſemet *Montanus*. Dùm in noſtro Regno officium conceſsum, prò hæredibus ex corpore, voluit retinere naturam publicam Regalium, & ideò nec alienari ſine aſsenſu, nec tranſire in dominium conceſsionarij. Conceſsum verò pro extraneis, voluit, deſtructa natura Regalium, tranſire in naturam rerum priuatarum. Et ideò, ſi adpareret Regem noluiſse à ſe abdicare directum dominium, conceſsionem pro hæredibus, admiſit interpretandam eo caſu, pro hæredibus ex corpore.

144 Quapropter cum ſemper ità ſit præſumendum; Quòd Principis conceſsio intelligenda ſit ſemper, iuxtà naturam rei, quæ conceditur. Nec præſumendus ſit Rex ea, quæ ſunt ipſius propria, eidemq; competunt, tanquàm Regi, pro ſubditorum regimine velle in aliũ transferre, in præiudicium ſuæ Coronæ, eorundemq, ſubditorum. Conceſsio pro hæredibus erit interpretanda pro hæredibus ex corpore; Vt officium ſic retineat ſuam naturam Regalium, maneatq; ſub dominio Regis; Non verò pro extraneis, Vt indè amitteret naturam Regalium, & tranſiret in dominium priuati, abſque vlla ſpe reuerſionis ad Regiam Curiam.

145 Et ratione, vt prædiximus, longè fortiori, quàm qua hæc interpretatio admittitur in feudis.

Nàm per ſucceſsionem hęredis extranei, non ideò feudum amitteret naturam feudi; Nec res de feudali efficeretur allodialis; Nec Rex amitteret dominium directum. Sed ſi officium cenſeretur conceſsum pro hęredibus extraneis; Natura Regalium, ad mentem *Montani*, non alteratur tantùm, ſed deſtruitur. Officium è publica, efficitur res priuata, amittitq; nomen, & naturam Regalium. Et è re, cuius natura eſt, nè poſsit ſeparari à perſona Principis, ſemperq; cenſeatur conceſſum, quoad adminiſtrationem, transferretur in plenum dominium conceſsionarij, eiuſq; hæredum, cum libera facultate alienãdi in quemcunq; Ità vt poſſet tranſire per mille manus, abſq; vlla licentia Regis; Quaſi res eſſet effecta propria ſubditi; Nec quicquam Iuris ſuper ea ampliùs ſpectaret ad Regem. Quæ an ſint abſurda, videant ipſi Aduerſarij.

146 DEnique opinionem *Montani* omni deſtitutam Authoritate ijdem Aduerſarij non negabunt; Dùm, vt vnum adducerent, qui idem ſcripſiſſet, opus habuerunt illum euocare è Gallia Ciſalpina; *Io: Antonium Bimium conſ. 161. tom. 2.*

Sed irrito conatu. Nedùm quia cum non loquatur in terminis *noſtræ Conſtitutionis*, nihil ad nos. Sed etiam quia in eo conſilio ſolùm agebatur de *officio Notarij Dobanæ* conceſſo *à Diuo Carolo V. Cæſare* inſigni illi Iuriſconſulto, noſtræq; Italiæ decori *Andreæ Alciato*, cum facultate, *vt illud tranſmittere potuiſſet ad hæredem*. Et dubitabatur, An ea facultas reſtringenda eſſet ad primum tantùm hæredem; An extendenda etiam ad vlteriores. Et circà id ſolùm vertitur totum *illud conſilium*.

Et quamvis incidenter *Author* dicat officium, eo caſu, potuiſſet tranſmitti etiam ad extraneos, referens ſe ad tradita per *ipſummet conſ. 61. num. 15. tom. 1.* tamen eo loci de nulla alia re minus loquitur. Vndè illius dictum habetur, ac ſi non dictum.

Imò *deciſio Senatus* prodijt contrà illud conſilium; aliter quàm Aduerſarij ſupponunt, & contrà opinionem *Montani*.

Nàm cum Fiſcus ſe oppoſuiſſet interinationi priuilegij, etiam quoad primum hæredem; obtenta, quod cum tractaretur de re ſui natura non tranſmiſsibili ad hæredem, priuilegium, quo permittebatur illam tranſmitti, non eſſet interinandum. *Senatus* habita ratione, quod ex alia conceſsione *Ducis Franciſci Sfortiæ*, adpareat officium illud ſemper fuiſse *in Domo Alciatorum*, decreuit *Interinandum priuilegium, vt ad hæredem Alciati tranſiret.*

Vndè non decreuit, vt tranſiret etiam ad hæredes hæredis, prout petebatur. Sicq; deciſio fuit contrà doctrinam *Montani in d. q. præterea, num. 35.* Vbi voluit, conceſſo officio *prò ſe, & hærede; Nedùm primum, ſed ſecundum, & deinceps in infinitum, hæredes comprehendi.*

De Authoritate Horatij Montani, *eiuſque ſententia communitèr improbata.*

147 REmanet igitur diſcurienda ſola Authoritas *Montani*. Quem non negamus acri fuiſse Virum ingenio, & ſuprà Vulgum doctum. Sed cum quæ ſcripſit proprijs Principijs aduerſentur, credimus nè ab ipſo quidem potuiſse probari.

Voluit ſui ingenij Vires oſtendere; Vt cauſam *D. Didaci* planè deploratam, & ab Aduocatis proditam potius, quam defenſam, aliquo Iuris fundamento ſuſtentaret.

Vndè quo loco illi conceſſerant, quando officia, de quibus agebatur, fuiſsent de Regalibus, quamuis conceſsa *prò hæredibus in perpetuum*, ſucceſsionem deferendam iuxtà

Iura feudalia, & de ijs diſponi non potuiſse ſine aſsenſu, adgreſsus fuit fundare, ex nouis Principijs, & contrà omnium *D D.* placita, quotquot antea de hac re ſcripſerant, & fortè contrà proprium ſenſum, ſucceſsionem deferendam, iuxtà leges Romanas, de ijſdemque ideò non minus liberè diſponi potuiſse, quàm de rebus priuatis, etiam attentis terminis *noſtræ Conſtitutionis.*

148 Quin vt cauſam *D. Didaci* in tuto poneret in omnem caſum, molitus fuit probare aliam propoſitionem, non minus arduam, ſed quæ pendebat ex eodem Principio; Vt etiam ſi conceſsio expreſsim fuiſset facta *prò hæredibus ex corpore*, aut ità fuiſset intelligēda, adhuc diſpoſitio collata in vnum ex deſcendentibus à primo adquirente, quocunq; gradu diſtaret, & etiam omiſso proximiore, qualis erat *D. Didacus*, reſpectu *filiorum Antiræ*, non potuiſset reuocari; Nec à Rege; quòd ſua nihil intereſset; Nec à Proximiore; quòd Iure Romano agnatus vocatus ſub qualitate hæreditaria, non poſset venire contrà factum defuncti. Quidquid aliud eſſet in feudis. Vt *d. §. prætereà, n. 48. & 49. vſq; ad num. 55.*

Adeò vt neq; vti Clericum potuiſse excludi ab adquiſitione dominij eorundem officiorum, ſcripſerit poſtmodum *tractatu de Regalib. offic. num. 76.* Quamuis contrarium viſum fuiſset *Reg. Ronito d. deciſ. 72. n. 67.* antequam ipſe ſuam de ea re ſententiam declaraſset.

Et quoniam tempore motæ litis in Reg. Cam. ſub prælo habebat *repetitionem ad d. l. Imperialem*, meliùs ſe aduerſus Fiſcum, *D. Didaci* cauſam acturum putauit, ſi tanquam nullarum Partium miles in aciem prodiret. Vndè ità rem tractauit, ac ſi ſolo fungeretur officio Interpretis. Adeò vt à *D. Ronito* in eadem cauſa meruerit allegari, tanquam neutri Parti addictus. Quandò nec *Staibani ſenioris*, nec *D. Conſil. Theodori*, qui prò *Antira* ſcripſerant, vllam duxerat ſibi faciendā mentionem. Etſi poſteà *Montanus*, cum aduerſus *D. Galeota* ſcribens *in tractatu de Regalibus*, apertè in Fiſcum arma ſumpſit, omnem ſuis ſcriptis, quæ adhiberi potuiſset, fidem dempſit.

149 CÆterùm falſum eſt, quod ſcribitur, *Montani concluſiones*, proùt fuerunt reaſsumptæ *à D. Ronito, prò veris habitas per Reg. Cameram, & per Reg. Coll. Conſilium in illa cauſa. Et quoad rem, de qua agimus, fuiſſe habitam prò veriſſima concluſionem illam, quòd in conceſsione Regalis officij facta prò ſe, & hæredibus in perpetuum, abſque vlla reſeruatione, comprehendantur etiam hæredes extranei, poſſitq; officium alienari, abſq; aſſenſu.*

Quod mirum potuiſse ità ſcribi à Viris, alioquin non indoctis. Quandò ſi concluſio ea fuiſset habita prò vera, & non potiùs prò euidentèr falſa; Quo Iure potuiſset exturbari *D. Didacus* poſseſsione, in qua reperiebatur, virtute duplicis tituli, donationis ſcilicet, & fideicommiſsi; Quibus non alius tribuebatur defectus, quàm quod carerent aſſenſu?

150 Reaſsumpſit eas Concluſiones *Ronitus* proprio Marte, ſeù potius ex Marte *Montani*, à quo nè latum quidem vnguem ſibi diſcedendum cenſuit; non quod eæ fuiſsent habitæ prò veris *à Regia Camera*. Imò ipſemet *Ronitus num. 64.* inquit ſuper eis maturius fuiſse conſiderandum, quandò fuiſset tractandus articulus validitatis fideicommiſsi cum *filijs Antiræ*, in iudicio petitorio. Quas ideò conſtat, ſaltem in poſſeſsorio, per *Reg. Cam. & Coll. Conſ.* adeò non probatas, vt potiùs contrà eas fuerit iudicatum.

151 PRoùt earundem, etiam poſt *deciſiones Roniti* editas *anno 1633.* nullam rationem habitam vidimus *à S. C. anno 1636.* in cauſa *officij Graſſerij Ciuitatis Auerſæ*, apud D. *R. Marcianum diſp. 28.* de qua ſupra egimus *Concluſ. ſeptima.*

152 NEc vllo in pretio habitas à *P. Merolla d. tom. 3. ſuar. diſput. moral. diſp. 6. cap. 8. à num. 393.* Dùm tractans articulum, An ſi conceſsio fuiſſet facta *prò hærede*, numero ſingulari, comprehenderet omnes hæredes, vt voluerat *Montanus d. §. prætereà, nu. 35.* An potiùs reſtringeretur ad vnum tantùm; proùt exiſtimauit *Freccia de ſubfeud. lib. 2. author. 1. quæſt. 56.* Et iudicatum per *Senatum Mediolanenſem*, iam oſtendimus, ex *Bimio d. conſ. 161. tom. 2.* Inquit *num. 402.* voluiſſe alios, extendi quidem ad omnes hæredes, ſed tantùm corporis, ex pluries citata doctrina *Bartoli in d. §. etiam ſi parente*; A quibus *num. 403.* dixit diſſentire *Montanum*, ex prædicta ratione, quod non reperiatur ſtatutum in officijs, proùt reperitur ſtatutum in feudis, hæredum nomine contineri ſolos deſcendentes.

153 Vndè volens ipſe quæſtionem determinare *n. 404.* nulla habita ratione huius poſtremæ ſententiæ *Montani*, dixit probabiliorem ſibi videri ſententiam, vt ſi fuerit facta conceſsio *prò hærede*, numero ſingulari, non excedat primum, ſi verò, numero plurali, extēdatur ad omnes, ſed tantùm ſanguinis. Inquiens: *Quoniam alteratio officij prò hæredibus eſt contrà naturam officij, ergò potiùs eſt reſtringenda, quàm amplianda. Ergò conceſſio officij facta prò hærede in ſingulari, reſtringi debet ad primum, ſeù potius non extendi vltrà primum, contra naturam ſingularis numeri*. Et

ſi con-

ſi concedatur prò hæredibus, reſtringi debet ad hæredes deſcendentes ex corpore primi conceſſionarÿ; Vel ſaltem ad duos hæredes, nempè primum, & ſecundum, vt dicemus infrà in alio ſimili. Cunctaq; argumenta *Montani*, quoad primam partem, vt vocatio hæredis comprehenderet omnes in infinitum, iuxtà *l.hæredis appellatio 65. cum concord. de V. S.* reſoluit à *num.405.*

Cuius religioſiſſimi Authoris verba tranſcribere duximus; Tùm quia non reperitur citatus à *D de Philippis*; Tùm vt ſileat Aduerſariorum obiectum, dùm ſcripſerunt nullum à Fiſco adductũ *Doctorem*, qui *Montani* ſententiam improbauerit, excepto *Amicangelo*; quem omni carere dicunt authoritate, tàm propria, quàm aliena. Quod ſanè de *doctiſſimo P. Merolla* haud credimus eos dicere auſuros.

154 Cui adiungere etiam poſſumus *D. de Marinis ad Reuerteram deciſ. 381. nu.9. in 2. edit. anni 1674.* Vbi reiecto *Montano*, haud recedendũ ſcripſit à ſententia *Reg. de Ponte deciſ. 28. antè nu. 58.* vt conceſſo officio prò hæredibus, non poſſit illud neque alienari, neque obligari ſine aſſenſu. Qua poſita doctrina, pernecеſſe ſequitur ex Principijs *Montani*, prohibitam quoq; eſſe ſucceſſionem hæredis extranei.

155 Nec omittendus *de Luca ad Franchis deciſ. 627. num. 10. verſ. Additur*, qui nominatim etiam reiecit *Montanum*, cum inquit; *Neque nocent ſcripta per Montanum, ſcilicet alterari naturam officÿ per conceſſionem factam prò hæredibus, nam contrarium eſt verius.*

Prouti eiuſdem *Montani* Principium, Vndè tot poſteà ipſe deduxit paradoxas cõcluſiones, vt ſucceſſio in officijs dirigenda ſit ex Iure Romano, non ex Iure feudorum, nec valeat argumentũ à feudis ad officia, haud fuit iudicatum dignum, vt refelleretur ab eodem *D. de Marinis ad Reuerteram deciſ. 551. nu.3.* Ibi: *Quidquid ſibi dixerit Montanus*. Nec illud probare confiſus fuit *D. Rouitus d. deciſ. 72. nu. 66.* cum inquit, *Succeſſio in regalibus eſt regulanda, prout de Iure communi Romanorum, vel ſaltem Iure communi feudorum*; Nec aduertit Vir doctus, non firmato eo Principio, omnes *Montani* concluſiones in cauſam ruere.

156 Etſi, quando adhuc aduerſus *Montanum* nullum alium haberemus, præter *Amicangelũ*, non videmus, cur ſola illius authoritas, qui rem peculiari tractatu pleniſſimè digeſſit; Impugnauitque ex profeſſo *Montanum* in cunctis ſuæ ſententiæ Capitibus; tàm quoad tranſlationem dominij, de quo agit *quæſt. 5. à nu.6. & in rub. cap. 5. à n. 63.* quàm circà prætenſam facultatem alienandi, abſq; aſſenſu, & ſucceſſionem hæredis extranei, de quibus *latiſſimè quæſt. 6. & 11. per totas*, non eſſet longè præferenda authoritati vnius, aut alterius *ex noſtris*, qui abſq; vllo examine, ſola *Montani* allegatione contentus, viſus fuerit eiuſdem ſententiæ adquieuiſſe.

157 Nec de *D. Cardinali de Luca* curandum, qui in ſuis *Diſcurſibus de Regalibus, diſcurſu 5. nu. 17.* argumento ducto, vt ſibi moris, ab extrinſeco, magnifaciendas dixit concluſiones *Montani*, quòd à *R. Rouito* fuiſſent probatæ in arduiſſima cauſa, poſt maturam diſcuſſionem.

Nàm vt vidimus, earum nulla fuit habita ratio in ea cauſa. Et *D. Cardinalis* articulum non deguſtauit, Quia in ſpecie, de qua ipſe agebat, qua conceſſio facta pro *hæredibus quibuſcumq*; & cum clauſula, *nihil ſibi reſeruans*, res videbatur extrà controuerſiam; quia tunc omninò videbatur deſtructa natura Regalium, & redacta ad naturam Iurium merè allodialium, vt idem *D. Cardin.* aduertit *ibid. nu. 15. & n. 18.* Et tamen adhuc in eo caſu ex *motiuis*, vt ipſe ait (vocabulo in Romana Curia vſitato) *prudentialibus*, rem cum Reu. Camera componendam conſuluit.

158 Sed longè melius, quàm à *Merolla*, aut *Amicangelo* doctrinam *Montani* poſſumus improbatam oſtendere à tota *Reg. Camera*, poſt rem attentiſſimè examinatam in cauſa, de qua per *R. de Philippis differt. 23.* per diffinitiuum decretum latũ *anno 1663.* quod omnem dubitandi anſam in poſterũ potuiſſet auferre, etiam ſi non ſuperueniſſent Regiæ literæ.

Nàm conceſſo officio *Cuſtodis R. Dohanæ* huius fideliſſimæ Ciuitatis *Antonio Borio*, ab eodemq; obtenta ampliatione *prò vno hærede nominando*. Cum deceſſiſſet inteſtatus, nullaque facta nominatione, prætendit Vxor, quæ illi in aliorum defectum, ſucceſſerat, *ex edicto ſucceſſorio*, ipſam tanquam hæredem ab inteſtato, potuiſſe etiam ſuccedere in officium, iuxtà praxim, de qua per *R. de Marinis ad deciſiones Reuerteræ deciſ. 382. nu. 1.*

159 Cuius petitioni, cum ſe oppoſuiſſet Fiſcus, quòd illud eatenus potuiſſet prætendi, quatenus hæres ab inteſtato fuiſſet *ex noſtri Regni Iuribus*, habilis ad ſuccedendum in feudis; Nec ideò porrigendum ad Vxorem, quæ nullo feudorum Iure vocata, non potuiſſet ſuccedere, niſi ex Iure Romano; ex traditis per *eundem de Philippis d. differt. 23.* Fuit deciſũm per *Reg. Cameram*, referente doctiſſimo *D. Duce Diani*, tùnc R.C. Præſidente, poſteà R. Cancell. Regente meritiſſimo, *Non eſſe locum ſucceſſioni petitæ, in officio, vigore edicti ſucceſſorÿ; Vndè Vir, & Vxor. Et proindè illud vacaſſe in beneficium Regiæ Curiæ.* Vt ex decre-

creto *in calce dictæ diſſertationis* 23. Aduerſus quod, petita in integrum reſtitutione, fuit deciſum, *illi non eſſe locum, nec fuiſſe deferendum.*

Quo decreto fuit implicitè deciſus articulus generalis in fauorem Fiſci, etiam cum conceſſio fuiſſet prò hæredibus in perpetuum,

Nàm ſi quandò vnus tantùm hæres abinteſtato potuiſſet ſuccedere in officium, fuit deciſum, non ſat eſſe, vt ad ſucceſſionem vocaretur, ex Iure communi, ſi non deſcenderet ex corpore. Eàdem, ſi non maiori ratione, idem erat dicendum, quandò conceſſio fuiſſet prò hæredibus in perpetuum. Vt ſcilicèt hæredes illi in perpetuum, eatenus poſſent admitti ad ſucceſſionem officij, quatenus eſſent hæredes ex corpore.

Sed quia adhuc indeciſus manebat articulus, circà ordinem ſeruandum inter hæredes ex corpore. An intelligeretur de ſolis deſcendentibus ab vltimo poſſeſſore? An etiam de ijs, qui deſcenderent à primo adquirente? Et an gradus eſſent computandi iuxtà Iura Regni? An iuxtà Ius commune feudorum? Et quid in officijs nouitèr quæſitis? Et An ſi conceſſa in burgenſaticum? Ideò prodierunt Regiæ literæ, *anno ſequenti*, quæ omnia prædicta declararunt; Vt Principio expoſuimus.

160 NEc obſtat vana Aduerſariorum Reſponſio, qua dicunt deciſionem Reg. Cam. rectè proceſſiſſe in ſuo caſu, ſcilicèt quandò *Officiū erat conceſſum prò vno hærede. Tunc* enim dicunt, *Non negamus, quod retinet qualitatem Regaliæ, ac ſtrictius in eo proceditur, quàm in feudo, & in eo habet locum conſtitutio Regni, Scire volumus*. Et traditis per *Montanum d. num.* 37. & *D. Rouitum in ſexta concluſ. nu.*44.

Nàm id eſſet iterùm petere Principium, & velle vt per conceſſionem prò hæredibus, officium amitteret naturā Regaliæ, & trāſiret in naturam rei priuatæ; Quod ſatis ſuperius reiecimus. Quando è conuerſo ſpecies, de qua agebatur in prædicta deciſione, erat magis dubitabilis.

161 Quia non dubitabatur iuxtà hodiernam praxim conceſſo officio prò ſe, & hærede nominando, potuiſſe inſtitui etiam penitus extraneum. Vt per *D. de Marinis ad d. deciſ.* 382. *n.*1. Et non negat *D. de Philippis d. diſſert.* 23. *nu.* 29. Vndè quandò ob non factam nominationem, ſuccedere debebat in officio hæres ab inteſtato; iuxtà tradita per *Annam ſingul.* 391. & *Marcellum de Mauro alleg.* 43. videri potuiſſet, non eſſe in eo caſu neceſſaria qualitas, vt eſſet hæres ex corpore, quia idem ille ipſe hæres ſi fuiſſet inſtitutus ex teſtamēto, potuiſſet ſuccedere, quamuis extraneus.

Et tamen fuit deciſum contrarium. Scilicèt potuiſſe quidem inſtitui, ſiuè nominari extraneum; Quia id præſumebatur actum, cum conceſſa fuerat facultas nominandi, vt potuiſſet conceſſionarius nominare ſibi ſucceſſorem, quem voluiſſet. At cum ea facultate non fuerat vſus, quia nullum elegerat, ſicque officium deuoluebatur ad ſucceſſorem ab inteſtato, non poſſet eo nomine intelligi, niſi qui ſucceſſor fuiſſet, iuxtà naturam Regaliū; ſcilicèt, qui fuiſſet deſcendens ex corpore. Vt per *d. D. de Philippis nu.* 30.

Eàdem fermè ratione, qua *Conſtans Imperator in l.* 2. *tit.* 14. *lib.* 10. *Cod. Theodoſ.* de re ab Imperatore pluribus donata, permiſit vnicuique teſtari, in quē vellet; at decedenti inteſtato, non ſuccedere, niſi liberos. Vt apud eundem *de Philippis diſſert.* 35. *nu.* 46.

162 VT ex his cōſtet literas Cath. M. nedùm nil induxiſſe noui, ſed proceſſiſſe iuxtà veram, & communem ſententiam; & iuxtà res aliàs pluries, tàm per S. C. quam per *Regiam Cameram* deciſas. Opinionem verò *Montani*, tanquam communitèr improbatam, & non ſemel in noſtris Supremis Tribunalibus reiectam, omniq; Iure, Ratione, & Authoritate deſtitutam, non potuiſſe mereri nomē opinionis nè quidē probabilis.

Quod oſtendendum propoſuimus.

163 VNum ſupereſſet, quamuis ad cauſam, non neceſſarium; Vt oſtenderemus iuſtitiam Regiarum literarum, etiam quandò officium fuiſſet conceſſum in burgenſaticum.

Sed ex dictis iam conſtat hanc fuiſſe ſententiam *Afflicti in d. conſt. Scire volumus, n.*4. omniumq; *Prudentum Regni*, excepto *Montano*, eiuſq; Epitomatore rectius, quā aſſecla, *D. Rouito*. Ea euidente ratione. Quia Regalia quandò non ſunt conceſſa in feudum, perneceſſè non poſſunt eſſe niſi burgenſatica; Quatenus ſcilicèt burgenſaticum, ſiuè allodium dicitur, quod non eſt feudum, vt in *vſibus feudor. tit. de allodijs*. Vndè concedere officiū in burgenſaticum, aliud non eſt, niſi illud nō concedere in feudum. Nempè, vt non ſubiaceat oneri ſeruitij feudalis; ſed non vt ideò amittat qualitatem Regaliæ. Aut vt ideò directum dominium transferatur in conceſſionarium; Quod repugnat naturæ Regalium in terminis *noſtræ Conſtitutionis*. Vt ſuperius probatum.

164 Vndè conſtat iniuſtè reprehenſum *Afflictum* ab eodem *Montano d.* §. *prætereà nu.*46. cum ſcripſit illum, dùm *conſtitutionem* extenderat ad caſum, quo Regalia fuiſſent liberè conceſſa in allodium, videri ſibimetipſi contradicere; dùm rationem *illius conſtitutionis* fundari prius ſcripſerat ſuper directo dominio Regis; *Allodium verò*, ait ipſe; *dicitur, quod à nemine recognoſcitur, niſi a Deo.*

Nàm

Google

Nàm *Affliƈtus* non alitèr accepit rem *liberè datam in allodium*, niſi quatenus eſſet libera à ſeruitio feudali. Non verò vt non poſſet à Rege recognoſci, ſed non in feudum. Vt declarat *Capycius in ſua inueſtit. feud. verb.allodia*. Et aduertit *Amicangelus de regal. offic. quæſt.5.n.21.* Et quandò conſtabat de mente, nil erat cur *Montanus* tempus tereret in cauillandis verbis.

165 PRout nec rectius eundem *Affliƈtū* reprehenderat *num.45.* Qui verba *Regis Rogerij in d. conſtit. Quicunque de Regalibus noſtris aliquid tenet magnum, vel paruum*, interpretatus fuerat de ijs,qui Regalia à Rege obtinuerant; quaſi *tenere* idem eſſet, ac *obtinere*. Prout idem verbū interpretatus quoq; fuerat *Azo in Gloſa ad l.ſi ex falſis 47.D.de manumiſ. teſtam.*

Quod carpſit *Montanus*, ac ſi *tenendi* verbum eiuſmodi interpretationem non admitteret. Quamuis *ex conſt. Vt de ſucceſſionibus*, agnoſcere potuiſſet eodem verbo, in eundem ſenſum vſum *Rogerij* nepotem *Federicum*; Ibi, *Qui feuda à nobis in capite tenent*, ſcilicèt, *obtinent*. Quo ſenſu etiam in corpore Iuris Romani verbum, *tenere*, vſurpatum plerumq; legimus prò *obtinere*. *Vt in l. 1. C. de adparitor. Præf. Prætor. lib. 12.& in d.l cum ex falſis*, & *vtrobiq; Gothofredus*, poſt *Cuiacium*.

166 Verùm *Montanus*, criticum inopportunè agens, improbandam dixit *Gloſam Azonis*, & cum ea *Affliƈtum in d. l. ſi ex falſis*, dùm verbum *tenuerit*, prout legitur in *Florentina*, explicauerat prò *obtinuerit*, *vt in vulgata*. Inquiens, *eſſe violationem literæ exponere obtinere prò tenere*. Nec probari ex dicta lege; Nàm ibi obtinere agendo quærela inofficioſi teſtamenti, eſt ſententiam in ſui beneficium latam eſſe. *Tenere autem ſententiam in ſui beneficium eſt*, inquit, *nimis barbaricum apud eruditos, vt fuerunt Iuris Conſulti*.

Qua cenſura potiùs oſtendit, quàm malè ipſe eam linguam teneret. Cum *cauſam tenere*, prò *obtinere*, & apud *Liuium*, & apud *Suetonium* fuerit vſitatum, Vndè, & apud *Ouidium*. *Difficilem tenui ſub iniquo Iudice cauſam.*

Quod prętet *Gothofredum*, qui fortè ei non innotuit, ediſcere potuiſſet ex *Calepino*. Sed hæc obiter.

DECIMA CONCLVSIO.

Ex tranſaƈtione inita anno 1673. in cauſa de Bernando, nihil præiudicij fuit illatum Regijs literis. Pront illis nec deſinit eſſe locus, cum officia eſſent empta à Regia Curia.

167 PRima pars huius Concluſionis facillimè demōſtratur. Regiæ enim literæ quamuis tranſmiſſæ *ad Regiam Camerā, anno 1664.* nō fuerunt exequutæ per *Coll. Conſil.* niſi poſt earundem iteratam miſſionem, *anno 1675.* Vndè tranſactio, quæ poſt quinquaginta ferè annos, quibus res ſteterat ſub ſequeſtro, fuit celebrata, *anno 1673.* nil potuit illis præiudicare, quæ ad vſq; illud tempus (prout ſpeciatim fuit oppoſitum *in proceſſu, in Banca Mobilia fol. 184.*) vim legis non obtinuerant.

Præterquāquod in ea cauſa lis potius fuit inter ipſos concurrentes ad ſucceſſionem, qui omnes deſcendebant à primo adquirente, quàm cum Regio Fiſco.

168 Quia Fiſcus ſemper fuiſſet excludendus à *filijs Antiræ*, quæ vti Amita, ſucceſſionem petierat poſt mortē *filiarum Io: Iacobi*. Vndè haud cenſuit ſibi recuſandam tertiam partem valoris officiorum, ſponte oblatam, vnà cum omnibus fructibus, eòuſq; decurſis; diuiſis alijs duabus partibus inter *filios Antiræ*, & alios concurrentes; adſignatiſq; D. Didaco, in ætate iam decrepita, ſolùm ſexcentum annuis, vita eius durante. Sicque plus habuit Fiſcus ex tranſactione, quàm ſperare potuiſſet ex victoria. Nàm victor, alienam feciſſet cauſam, non ſuam.

169 SEcunda pars probatur non minus euidēter. Quia falſum eſt, quod ex aduerſo ſuppponitur, Regias literas excepiſſe ab ipſarum declaratione officia, quæ fuiſſent quæſita titulo oneroſo.

Excepit ea Rex à formula, quā præſcripſit adijciendam, omnibus officiorum conceſſionibus, eò vſq; factis. Nè fortè, per adpoſitionem illius formulæ, præiudicium fieret illis, qui ea fortè lege, officia emiſſent, vt ea poſſent tranſmittere ad quoſcumq; hæredes. At non ea excepit à ſua declaratione, qua declarauerat officia, tanquā de Regalibus, quamuis conceſſa prò hæredibus in perpetuum, & in burgenſaticum, nec tranſire ad hæredes, qui non ſuccederent in feudis, nec de eis diſponi poſſe ſine aſſenſu.

170 Quemadmodum enim feuda, ſiuè vendita, ſiuè gratuitò conceſſa, retinent ſemper eandem naturam, nec in eis ſuccedunt, niſi hæredes ex corpore, nec poſſunt alienari ſinè aſſenſu; Quod & praxis docet, & probatur ex *textu in §.fin. de fratrib. de nouo benef. inueſt.* Ità idem erat dicendum in officijs.

Prout in puncto docuit *Freccia lib. 2. de ſubfeud. quæſt.57.* Nàm cū firmaſſet *quæſt.56.* officium conceſſum prò ſe, & hærede non extendi vltrà primum hæredem, quærit *quæſt. 57.* Quid ſi officium fuiſſet pretio quæſitum? Atq; *Arbitror Ego non immutari officij naturam, licèt pretio, & pecunia datum ſit. Retinet autem, quoad alia, ſuam inſtitutionem, & ſubſtitutionem nè transferatur ad hæredem, Si pro*

ba-

harede datum eſt, non prò omnibus videri datū, ſed prò vno, ideſt prò primo, vt celerius reuertatur ad naturam ſuam. Pretium non vertit naturam officij, quando Rex non explicat, ſed conſert, tantum prò harede, vt officium ſit ſub qualitate ſua.

171 Quam ſententiam, ſcilicèt pecuniam ſolutam prò officio non alterare illius naturam, prout non alteraret in feudis, optimè probauit *Montanus*, nè manubia ſpernamus ex hoſtibus, *de regal. offic. nu. 53. verſ. Quod ſi opponat, pag. 220. ex textu in l. Titius puerum 3. D. de obſeq. à lib. præſt.* Vbi ſeruus, qui pecunia à domino libertatem obtinuit, non ideò minus efficitur libertus, nec eo minus tenebitur ad operas; Quia beneficium etſi non gratuitum, beneficium tamen eſt, Potuiſſet enim dominus pecuniam nō accipere, & retinere ſeruum in ſeruitute. *In hoc* ergò, inquit *Montanus, recipit Rex à te pecuniam, vt te potius, quàm alium eligat, ſed non alteratur natura rei deductæ in conceſſione.* Quemadmodum non alterari naturam feudi docuerat *in repet. l. Imperialem, nu. 209.*

172 Qua ratione poteſt confirmari ſententia *Amicangeli de regal. offic. quaſt. 5. num. 22.* Vt quamuis titulus emptionis ſit habilis ad trāſferendum dominium, officium tamen pecunia quæſitum, non tranſeat in dominium conceſſionarij; ſcilicèt, quia pecunia videtur ſoluta, non vt adquiratur dominium officij, quod ſui natura debet ſemper reſidere penes Regē, ſed vt ad adminiſtrandum officium, ipſe potius eligatur quam alius.

Quemadmodum pecuniam ſolutam prò facultate nominandi, inquit *Montanus citato loco*, videri ſolutam, vt Rex poſſeſſorem officij potius, quàm alium conſtitueret procuratorem ad nominandum ſucceſſorem poſt ipſius mortem. Sed non ideò mutari naturam rei contentæ in conceſſione, vt non debeat deuolui ad Curiam, ob culpas commiſſas in adminiſtratione; eodem modo, ac ſi nulla pecunia interueniſſet.

Et in facultate nominandi pretiò obtenta, proceſſit deciſio R. Cam. *apud D. de Philip. d. differt. 23.* vt non facta nominatione, non ſuccederent, niſi qui fuiſſent habiles ad ſuccedendum in feudis.

173 SEd hæc potius ad articulum generalem. Nam nos agimus de officio gratuitò conceſſo à *Rege Federico anno 1499.* nec niſi poſt centū ferè annos, empto à *d. Io: Dominico Comeſtabulo*, cum aſſenſu Pro-Regis; nè obulo quidem ſoluto *Regiæ Curiæ*, prò aſſenſu impetrando.

Neq; poteſt adplicari, quod legitur apud *Reuerteram deciſ. 98. tom. 2. in manuſcript.* Officium *Mag. Actor. R. Cam.* conceſſum ab *Imp. Carolo V. D. de Granuela*, ab eodemq; ſtatim, cum aſſenſu *eiuſdem Imp.* venditum *Io: Ant. Criſpo*, potuiſſe dici quæſitum *à Criſpo* titulo oneroſo, etiam reſpectu R. Curiæ; Ac ſi idem *Imperator* pecuniam accepiſſet à *Criſpo*, vt illam dono daret *D. de Granuela.*

Nàm prætèrquamquod Ratio hæc, ſi reuocaretur ad examen, detegeretur falſa. Cum res ſemper dicatur tranſire cum ſua cauſa; & aliud ſit vendere, aliud vendenti aſſentiri. Et ideò eam fortè omiſit referre *D. de Marinis in deciſ. 175.* Termini ſunt longè diſpares.

174 Quandoquidem *Imperator*, ideò officium conceſſerat *D. de Granuela*, vt ex ipſius venditione ſibi pecunias quæreret; Vndè primaria intentio Regis fuit dono dare *Granuelæ* pecuniam, in remunerationem eius ſeruitij, non officium. Quod longè aliter in re, de qua agimus. In qua officium fuit conceſſum *à Rege Federico*, vt exerceretur à conceſſionario, eiuſq; hæredibus, prout exercitum fuerat à ſuis Aſcendentibus. Nec vnquam fuit cogitatum, vt debuiſset vendi. Nec Pro-Rex tenebatur venditioni aſsentiri; Imò fuit dubitatum, an potuiſset. Et ideò fuit opus, vt præcederet conſultatio R. Cam. Vndè nil intererat Curiæ, vt illud venderetur.

175 SED, vt omnis tollatur ſcrupulus. Aut dicemus per aſſenſum præſtitum *à D. Pro-Rege* officium retinuiſſe eandem naturā, quam prius habebat; Aut eam fuiſse mutatā.

Si eandem retinuit. Nil erit, cur reſpectu Curiæ, aliter de eo ſit iudicandum; quàm iuxtà naturam primæuæ conceſſionis.

Si fuit mutata. Quaſi officium videretur reſignatum Curiæ, & ab ea nouitèr conceſsū, & ex noua cauſa; Et tunc ex clauſula *reſeruationis Iurium*, quæ in conceſſione expreſſim legitur, cenſebitur reſeruatum Curiæ directū dominiū, etiam iuxtà poſita per Aduerſarios, ad tradita per *D. Rouitum d. deciſ. 72. nu. 46.* Sicq; non alitèr officium cenſebitur conceſſum, quàm prò hæredibus ex corpore. Quod erat probandum.

Hæcq; prò vindicanda Iuſtitia Regiarum literarum ab iniuſtis obiectionibus Aduerſariorum, in alijs caſibus, qui occurrere poterunt, non omninò extrà rem fuit ſcripſiſse.

Neap. die 6. Octobris 1691.

R. Conſil. F. D. A. R. Fiſci Patronus.

176 Et in hac cauſa R. Fiſci ſuper incorporatione ad beneficium Reg. Curiæ officij Regiæ Siclæ ponderum, & menſuratum Ciuitatis Auerſæ, & Caſalium, die 10. Decembris 1691. in Aula Regij Cedularij, facta relatione in Regia Camera Summariæ per *Spect. Dom.*

Dom.Regentem D.Nicolaum Gaſcon,et Altauas eiuſdem Reg.Cam.Pręſidentem Decanum, fuit per ipſam Reg. Cameram ità decretum: *Viſis Regalibus litteris in prag. 2. de officijs ad collationem S. C. M. contentis,* R.C. *declarat, officium Reg. Sicla Ciuitatis Auerſa eſse apirtum, & deuolutum in beneficium* Regiæ *Curiæ, es proindè eidem incorporetur unà cum fructibus pro quãtitate, & tempore liquidandis.* Quod quidem decretum, fuit per eandem Reg.Cam. confirmatum in gradu reſtitutionis in integrum,& nullitatum, vt in Actis apud *IoſephumPaliotti Act.*

AD QVAEST. VI.

Officialis accuſatus qualitèr, & quando poterit ſuſpendi ab eius adminiſtratione.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

INfamibus,cur honores deferri prohibuerit Alexander Seuerus, *num.* 1.

*Infames, quinam dicantur, & quotuplex ſit infamia, à num.*2. *ad* 5.

*Accuſatus, ſeù denunciatus de crimine, àn hac denunciatione pendente, à nouis dignitatibus arceatur, à n.*6.*ad* 8.

Expenduntur Text.in l.reus delatus, & l.vn. C.de reis poſtul. *à num.* 9. *ad num.* 11.

Reus poſtulatus, atque delatus, quomodò intelligendus ſit, à num. 12. *ad* 15.

Et Taciti *locus nouitèr elucidatur, à num.*17.*ad* 23.

Reatus quid ſignificet, num. 16.

*Inquiſitus, ſeù de crimine accuſatus, an poſsit ad officium promoueri,num.*24. *et* 25.

Et quid poſt acceptas Regias *literas pro electione?* Recenſetur *deciſio,nu.* 26. *et* 27.

*Accuſationis propoſita cauſa, ſi intrà annum non terminetur; àn poſsit reus nouos aſſequi honores, nu.*28. *et* 29.

*Iudicium ſuſpenſionis officialium, prudentèr terminandum, num.*30. *& quare unum fiat ſummarium, ad finem ſuſpendendi, alterum verò ordinarium ad finem priuandi, num.*31.

*Officialis, ut remoueatur ab officio, pendente inquiſitione, quæ requirantur, à num.*32. *ad* 34.

1 ALexander Seuerus antequàm Imperatoriam eſſet adeptus dignitatem, moleſtè ferens, *Septimium Arabinum* furtorum crimine famoſum, cum Senatoribus, Principem ſalutatum veniſse, exclamauit: *ò Numina, ò Iuppiter, ò Dij Immortales, Arabinus non ſolùm viuit, verùm etiam in Senatum venit; fortaſsis etiam de me ſperat, tàm fatuum, tàm ſtultum eſse me indicat;* teſte *Ælio Lãpridio in eius vita.* Quapropter electus Imperator eam tulit legem, quæ eſt 2.ſub *tit.de dignitatibus lib.*12.*Cod.* & falsò *Conſtantino* tribnta, vt aduertit *Alexander Chaſsanaus in commentar. ad Axiomata Politica Ethica Aur.Alex.Seueri Imper.in l.*2. *C.de dignit.* qua ità ſanxit: *Infamibus dignitatis portę non patebunt,*ex qua deſumpta eſt regula Iuris Canonici, *cap.infamibus* 47. *de regul. iur. in* 6. & poſt eum *Diocletianus, et Maximianus* aliã promulgauere *in l. vnica C. de infamib. lib.*10. ibi: *Infames perſonæ, licet nullis honoribus, qui integra dignitatis hominibus deferri ſolent, uti poſsint etc.* cõcordãt *l.infamia C.de Decur.eod.lib.* 10. *l.*1. §. *ais Pretor D. de poſtul.l.cum Pretor* §. *non autem D. de iudicijs.*

2 Sciendum tamen eſt, quod infames dicuntur illi, qui publicè verecũdiam paſsi ſunt, vt probauit *Anendan. de exiq.mandat. cap.*19. *num.*24. itaùt opus ſit ſententia,cum infamia, grauiſsima ſit pœna, & vitæ ęquiparetur,*in l.inſta* 9.*D.de manumiſs.vindict.*

dict.l.ſi adulterium 38. §. *ſed etſi D. ad l.Iul.de adulter. l. iſti quidem* 8. §.*quod ſi D. de eo, quod met.cauſ.* & omnium rerum turpiſsima, vt cecinit *Poeta*:

Che d'ogni male, è il diſonor più reo.

Et docuerunt *Vlpianus in l. Athletas* 4. §. *fin.* ibi: *Item ſi quis furti, vi bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo ſuo nomine damnatus, paſſuſuè erit, ſimili modo infamis eſt*. *Iulianus in l.* 1. §.*qui furti D.de his, qui not.infam. l. notatur* 15.*cum ſeqq. D.eod. l.vlt. C.ex quib. cauſ.infam. irroget. cum ſimil.* & *Io. Coraſius ad l.*2. *D.de Senator.* notat: *damnatus etenim publico iudicio, ac ideò infamis*; & *d.C.M. in tract.de Magiſtratibus num.* 1. *&* 191. cum dixiſset infames dignitatibus arceri, idem explicando inferiùs infamiam prædictam, ſic inquit: *Hinc C. Ant. à Cenſoribus notatur cauſa motus, tamen poſteà Prætor, & Conſul cum Cicerone fuit, quamuis non eſſet de nota, & ignominia iudiciali, quem incapacem reddebat; Quamobrem, ne tanta illa Cenſorum authoritas libero populo grauis eſſet, neuè quiſquam inauditus de æſtimatione, & fama periclitaretur; notam quidem Cenſores habere placuit, non iudicationē.* Quod ſanè fuiſse ab omnibus I.C. probatū obſeruat *Hugo Donel.in cōm. Iur. Ciu. lib.*18.*cap.*6. *circà med.*

3 Vndè *Ant. Faber in ſuo Cod. lib.* 4. *tit.*15. *de teſtibus defin.* 45, dicit, quod ad improbandos teſtes admiſsos, ſi furti crimen, aliuduè quid ſimile objiciatur, nec allegetur, ſecutam eſſe ex cauſa condemnationem, audiendus non eſt delator, quoniam nemo ex ſolo delicto fit infamis, infamia, vt vocant iuris, ſed ex ſententia.

4 Infamis autem cenſetur, quis, vel authoritate Iuris, vel ex turpi facto; illa dicitur infamia iuris, hæc infamia facti. Sed horum conſortio aggregari deberi eum, qui famoſa ſcriptura, aut conuitio diffamatus eſt, negat *Io: Harpprecthus in* §.*iniuria autem* 1. *à n.* 218. *ad* 224. *inſtit.de iniur.* quam ſententiam euidentiſsimè confirmarunt *Imperator Valentinianus, & Valenſ.in l. vnica C. de famoſ. libell.* ibi: *Huiuſmodi autem libellus alterius opinionem non lædat.* & latius explicarunt *Bocerus ad d.l.vnic.C.de famoſ.libell.cap.*4. *num.*19.*& ſeq Arithmæus diſp.* 5. *Collegij crim. theſ. lit.B.*

5 Imò *Donellus in Comment. Iur. ciu. lib.*18.*cap.*6.*Pacius in Iſagoge D.de his qui not.infam.* & *Niell. lib.*2. *diſp.feud. theſ.*5. *lit.D.* contendunt non dari infamiam facti, ſed contrà iſtos inſurgit *D. Franc. Amaya in comm. ad l. vnic.C.de infam. lib.*10. *à num.*11.

6 Ex quibus clarè liquet, ex ſola accuſatione, non excludi quem à dignitatibus, cum non dicatur infamis, nam accuſatio non cōfirmat aliquem reum, vel criminoſum; *nec ſtatim, qui accuſatur reus eſt, ſed qui conuincitur criminoſus*; ex *Nicolai P.* Canone *in cap.final.*16. *quæſt. vlt.* & ex *cap.nonne* 1. 8. *quæſt.* 4. & deducitur ex *l.reo D. de ſolut.* Quinimò pendente Maieſtatis criminis accuſatione, non dici quem infamem, conſuluit *Cardin. Zabarella conſ.* 129. *num.* 5. & in Curia Burdegalenſi latum fuit *Arreſtum anno* 1521., & in gradu reuiſionis cōfirmatum, quo fuit datum officium *Iacobo Arnault* pendente falſi accuſatione, & termino, ſupèr falſitate eidem impoſita, quod reſponderet, & teſtes venirēt, vt refert *Boer. dec.*150. *circà fin.*

7 Etenim, *& nemo innocens eſse poterit, ſi accuſaſſe ſufficiat, nemo nocens, ſi negaſse*, vt ait *Ammianus Marcellinus lib.* 18. & pluribus luſit *Io: Lymnæus de Iure publico lib.*1. *cap.*12. *n.*51. Nàm ſi nominatio ſola ſufficit, ſecundùm *text. in cap.multi* 18. §. 1. *in fine*, vbi *gloſ.* explicat, ideſt, *infamatio*, multi damnādi ſunt innocentes, quia ſæpè falsò in quenquam crimina nominant, prouti *Cato* quater, & quadragies poſtulatus, ſemper abſolutus fuit, teſte *Plinio hiſt.* 7. *cap.*37. Hinc *Boetius in lib. de conſolat. Philoſoph. Hoc tantùm dixerim, vltimam eſse aduerſæ fortunæ ſarcinam, quod dum miſeris aliquod crimen infligitur, quæ pro-*

ferunt,

ferunt, meruiſſe creduntur. *Tertullianus* verò ſic: *Omnium eſt æſtimare, quantacunque fama ambitione diffuſa ſit, quantacunque aſſecuratione conſtructa, quod ab vno aliquando Principe exorta ſit, neceſſe eſt exindè in tradu ces linguarum, & aurium ſerpat, & ità modici ſermonis vitium, cætera rumoris obſcura, vt nemo recogitet, num primũ illud os mendacium ſeminauerit, quod ſæpè fit, aut ingenio æmulationis, aut arbitrio ſuſpitionis, aut non noua, ſed ingenita quibuſdam mentiendi voluptate*. Et plerunque fama, veris addere falſa gaudet, vt ait *Ouid. lib. 9. Metam.*, & *Virgil.* 4. *Aeneid.*

Tam ficti, prauique tenax, quàm nuntia veri.

8 Et quamuis contrarium dicendum videatur ex *cap. omnipotens Deus* 4. *de accuſation. l. reus delatus D. de muner. & honor. l. vnica C. de reis poſtulat. lib.* 10. quibus, reum criminis delatum, etiam ante ſententiam, honores petere prohibetur, & ex iſtis iuribus peritiſsimi I. C. *D. Emanuel Gonzalez in comment. ad cit. cap. 4. lib. 5. Decretal.* ibiq; *Proſper Fagnan. in par.* 1. *lib. 5. Decret. n.* 1. *P. Enric. Pirhing Soc. Ieſu in meth. Iur. Can. to. 4. lib. 5. tit.* 1. *de accuſat. ſect.* 1. §. 10. *num.* 41. hanc deducant aſſertionem, quod ſcilicet accuſatus, vel denunciatus de crimine, pendente accuſatione, vel denunciatione, nouis dignitatibus decorandus non ſit; Deciſioniſq; rationem aſſignent DD., quia per huiuſmodi accuſationem læſa eſt fama accuſati apud probos, & honeſtos viros; quã rationem acerrimè *ibidem* reijcit *Gonzalez*, & concludit eam eſſe rationem, quia nempè per litem res dubia efficitur, vndè nè contingat eundem reum criminoſum exiſtere, & talem per ſententiam declarari, proindè præſumptione quadam prohibitum eſſe, ne is accuſatione, vel denũciatione pendente, ad nouas dignitates aſcendat: Facit *Textus in l. qui ſtatus D. de re milit.*

9 Attamen paulò altiùs rem repetere liceat; & primò citatos *text. in l. reus delatus*, & *l. vnic. C. de reis poſtul.* accipiendos eſse de honoribus municipalibus, cum verba illa, *Reus delatus, vel poſtulatus petere nouos honores non poteſt*, de municipij honoribus non appetendis, non autem de ijs, quos Princeps confert in ſubditos, ſint intelligenda. Honores quippè non perunt ſubditi, ſed Princeps, cui vult, eos largitur benignè, & qui aſſecuti ſunt, ei ſoli gratias referunt, *Ant. Perez de Iure Publ. §. Magiſtratus creare Principis eſt fol.* 124. Propterea antequam poteſtas populi transferretur in Principem, cuique competebat ius, ſiuè actio petendi Decurionatum, Conſulatum, aliaſque dignitates municipales, & *Pratæus in Iuriſprud. veteri, legem quintam Romuli* tranſcribit his verbis: *Populus Magiſtratus creanto, leges ſciſcunto, bella decernunto*. Tranſlata autem in Imperatorem omni poteſtate; vt *in l.* 1. *de Conſt. Princ.* ſoli Imperatori creandorum Magiſtratuum creatio pertinere cœpit, quod probat euidentèr *Modeſtinus in l. vnica D. ad l. Iuliam de ambitu*, in illis verbis: *Hac lex in Vrbe hodiè ceſsat, quia ad curam Principis creatio Magiſtratuum pertinet, non ad populi fauorem*.

10 Vndè Candidati, ſiuè *Petitores* in more habuerunt rogare, prenſare, togaque candida ſumpta venire in comitia, & in colle conſidere, vt decorati vniuerſis viderentur, aduertũt *Roſin. Antiq. Rom. lib. 7. cap. 8. Carol. Sigon. de antiquo iure Pop. Rom. lib. 2. de iudic. cap. 30. Ioſeph Laurentius in Polymathia var. erudit. lib. 1. diſsert.* 28. At ſi qui turpi iudicio damnati eſsẽt, in perpetuum omni honore, ac dignitate priuari erant, vt inquit *Cicero pro Cluentio*. Et alibi idem *Cicero* (*Si quis igitur ignominia notatus ad petendum veniſset, eius nomen recipi non poterat*). Quod de iudiciaria ignominia intelligi debere, teſtantur *Nicolaus Gruchius de Comitijs Romanor. l. b.* 1. *pag.* 26. *àt.* & *Deſiderius Heraldus in quæ-*

ſtion. ad Claud. Salmaſii obſeru. ad Ius Atticum lib. 5. cap.17. num. 17.

11 Hinc factum, vt *Martianus,& Imper. Alexander* in allegatis iuribus conſtituerint, reis delatis petere honores municipales vetitum eſse, cum prius licuiſse videretur, vt ſcripſit *Franc. Hotman. lib.13. obſer.cap.8.* qua de re idem Imperator pro tranquillitate ciuium in ſua cuiuſque patria exiſtentium, in electione, & conſecutione munerum, & municipalium honorum (quorum poteſtas tantùm manſit penes populum, *Veſembecius in Paratitla Cod. lib. 48. tit. de Ambitu num.5.* ex *Aſconio*, & alijs) decernere voluit, *Reum delatum ante ſententiam* (ideſt poſt litem conteſtatam, vt mox oſtendetur) *honores petere non poſſe*.

12 Prætereà, etiamſi præfata prohibitio procedat in quibuſuis honoribus, vel dignitatibus, quæ in Republica tales creduntur, quod ex generalibus verbis dictarum legum colligi dicunt *cit. Gonzalez in d.cap.4. num.8.* & alij, & quis perſiſtat in affirmando reum poſtulatum, atquè delatum nil aliud ſignificare, quam accuſatum eum eſſe, ex *Accurſio in d.ll.* ſiuè crimini dare, in crimen vertere, & crimen obijcere, & criminosè reum deferre, iuxtà *Budæum in prima. comment. Lingu. Græc.* Reuocanda in mentem ſunt, quæ ex venerandæ antiquitatis penu collegerunt eruditiſsimi viri *Carol. Sigonius de antiquo Iure Rom. lib. 2. de iudicijs cap.7. Io. Roſinus lib. 9. Antiq. Rom. cap. 19. & Barnabas Briſſon de Formulis lib. 5.* ex quibus ordo, ac modus agendi talis erat: Ciuis, qui priuati nomen deferre in animo habuit, eum in ius vocauit, & Prætorem in foro adiens, qui de crimine illo cognoſcebat, quod ipſe deferre volebat, dicendi poteſtate accepta, poſtulauit, vt ſibi nomen eius deferre liceret: Qua re impetrata nomen detulit, nomine recepto, atque à Scribis iuſſu Prætoris in tabulas relato, ille Reus eſt dictus. Ità primum præceſsit, *In ius vocatio*, deindè *Poſtulatio*, tùm *Nominis delatio*, ad extremum indè ſequuta eſt *Accuſatio*. In ius vocatio, eſt in ius, ad Magiſtratum manu ducere, ſecundùm *Anton. Goueanum lib. 1. variar. cap.47.* Aduerſario ſic in ius vocato, poſtulabatur in publico à Prætore, vt ſibi liceret nomen deferre. Die inde conſtituta veniebat in ius accuſator, & ille, cui accuſatio parabatur, ac præſente Prætore delatio nominis fiebat; primùm autem accuſator calumniam iurabat, deindè nomen deferebat, & nomine hoc modo delato poſtulabat, vt reciperetur, ideſt, vt in Tabulas inter Reos referretur, *Aſconius: Reum fieri*, inquit, *eſt apud Prætorem legibus interrogari, cum in Ius ventum eſſet, dicebat Accuſator apud Prætorem Reo.* Aio te Siculos ſpoliaſse; *ſi tacuiſſet, lis ei æſtimabatur, vt victo; ſi negaſſet, petebatur à Magiſtratu dies inquirendorum eius criminum, & inſtituebatur accuſatio*.

13 Hinc eſt, quod cum erat nomen eius receptum, dicebatur Reus poſtulatus, & antequàm reciperetur, tantummodò poſtulatus, delatus; Nàm accuſatio erat actus neceſſarius, & medius inter nominis delationem, & condemnationem, vt ait etiam *Cicero ad Cælium, inter poſtulationem, & nominis delationem uxor à Dolabella diſceſsit.* Idemque *Cicero pro domo ſua: Quid indigniùs*, ait, *quàm qui neque adeſse ſit iuſſus, neque citatus, neque accuſatus*. Non enim poterat dici quis poſtulatus, atque delatus, niſi priùs fuiſset citatus, quod etiam monet *Franciſcus Polletus in hiſtoria fori Romani lib. 4. cap.7.* & alibi idem Polletus, *Ità interrogatus legibus Reus, ſi inficiatus eſſet crimen, dies inquirendi à Magiſtratu petebantur, maximè in cauſa repetundarum, vt in cauſa Verris, Verres primùm delatus, agitata diuinatio, lege interrogatio, lite conteſtata inquiſitio, demùm accuſatio, & damnatio.*

14 Recepto verò rei nomine, Prætor

ple-

plerunque iubebat die decimo accuſatorem, & reum adeſse, & ſpatium dabat accuſatori ad probationes conquirendas. Et *Deſiderius Heraldus de rer. iudicat. auth. lib. 1. c. 11.* obſeruauit, ità, illa *Papiniani* verba: *Si adulter poſtquàm crimen inchoatum eſt, Prouincia exceſſerit, etiam abſentem inter reos recipi poſſe explorati iuris eſt*; vt in *l. adultera 12 C. ad l. Iul. de adult. Nota, inter reos recipi, quod aliud longè eſt, quàm accuſari. Accuſatione crimen inchoatum erat, ſed qui accuſatus erat, non dum erat receptus inter reos, is, cui nomen delatum erat* (ait ipſemet *Heraldus*) *poterat ſe defendere antequàm reciperetur inter reos, atque tueri ſe præſcriptione, vel alia ratione accuſatorem depellere, obiecta, vel conditione eius, vel alia cauſa, propter quã non liceret ei accuſare, quibus examinatis, vel recipiebatur reus, vel dimittebatur*. Et Cornel. Tacit. *lib. 13. Annal. Cicero pro Milone*.

15 Recipi verò, vel referri inter reos dicitur quis, poſtquàm delatum eſt nomen eius, contrà, eximi verò, ex rei abſolutione, vel abolitione ſecuta, ex *Briſſonio lib. 2. ſelectar. cap. 1. Budæo in Pandect. annot. 2. fol. 84. lib. 1. cap. 10.* & præfato *Heraldo*, qui ità ſubdit: *Referre inter Reos, non eſt deferre, aut Reum facere, ed eum, qui iam delatus eſt, in Reum recipere*. Dicitur autem inter reos receptus, ex *Bart. in l. 11, qui reus D. de publ. iudic. & in l. adulterij C. ad l. Iul. de adulter. Steph. Forcatulus in princ. tract. rei criminalis num. 16.* quando reiectis exceptionibus dilatorijs, declinatorijſque pronunciat, iubetque Iudex, vt reus ſe defendat; Poſt huiuſmodi interlocutionem, quæ vim cuiuſdam litis conteſtationis habet, accuſatus incipit in reatu eſse.

16 Reatus verò ſecundum *Budæum d. loc. pag. 16. & 144.* nihil aliud ſignificat, quàm ſtatum, & conditionem reorum, hoc eſt habitum demiſsum, pannoſum, ſqualidum, & miſericordiæ aucupatorem; Vnde *Martialis lib. 2. Epigramm.*

Si det iniqua tibi triſtem fortuna reatum,
Squallidus herebo, pallidiorq; Reo.

Solũ tamẽ *Publiũ Scipionem Africanũ* legimus, cũ Reus eſset, eiq; à *Claud. Aſellio* Tribuno plebis dicta dies eſſet ad populum, neque barbam radere, neque non candida veſte vti deſijſse, minimèque fuiſse cultu ſolito Reorum, vt eſt apud *Gellium lib. 5. cap. 4.* Cæterum erat aſsuetum Romanis in Reatu exiſtentibus veſtibus ſordidis indui, vt notant *Cuiacius lib. 6. obſeru. cap. 5. Reuard. lib. 3. var. cap. 6. & lib. 1. coniectan. cap. vlt. Forcatul. Dialog. 58. num. 3. Petr. Faber lib. 1. ſemeſtr. cap. 10. Hilliger. ad Donell. lib. 15. comm. cap. 24. lit. F.* Hinc Reorum ſordes, ſordidatique rei dicebantur, & nil aliud dicere voluit *Modeſtinus in l. ſi diutino D. de pœnis*, in illis verbis: *Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, aliquando reus è pœna ſublenandus eſt*. Quàm, qui diù ſordidatus fuerit. Quapropter omninò falluntur *Pragmatici*, poſt *Accurſium*, exiſtimantes, à I. Conſultis, *Reatus*, verbum pro crimine vſurpari; eorũq; ſententia refutatur per *l. 3. §. quod pater D. de muner. & honor.* Siquidem *Modeſtinus*, in allegato *textu*, non loquitur de reo, qui diù delictum patrauit, ſed de eo, qui diutino tempore in *reatu* fuit, hoc eſt, in carcere detruſus, ſquallore plenus, ſordidis veſtibus indutus, alijſque cruciatibus, carcerem ſubſequentibus affectus, vt notant *Dionyſ. Gothofred. in d. l. ſi diutino, & l. veſtem ſordidam 39. D. de iniur. Coraſius lib. 2. miſcell. cap. 20. Alciatus lib. 2. Parergon. cap. 10. Eduard. Calder. var. lection. lib 3. cap. 2. Fachin. lib. 9. contron. cap. 38. Herm. Piſtor. obſeru. 61. Carpzonius in pract. crimin. q. 141. num. 80. Antonius Matth. de crim. lib. 48. tit. 18. cap. 5. num. 14. D. Emanuel Gonzalez in comm. ad lib. 1. Decret. in cap. tantò 11. num. 2. de conſuetud. Laurentius Matthæu de re criminali contron. 67. n. 3. & 4.* Idemq;

Al-

Digitized by Google

Alciatus, *Reatus* (ait) *atrocitas ipſa facti dicitur*, *Reuſque*, *qui capitali crimine delatus*, *receptus eſt*. Et in fine eiuſdem capitis inquit: *Et ſanè reatus etiam pro facto ipſo rei dicitur*; *vnde lex ait*, *omnem honorem reatus excludit*: *eo ſcilicet exemplo*, *quo & Abigeatus factum ipſum Abigei Marcello*, *Calliſtratoque*.

17 Quibus nihil refragatur, quod dixit *Tacitus lib. 3. Annal. L. Ennium Equitem Romanum Maieſtatis poſtulatum*, *quod effigiem Principis promiſcuum ad vſum argenti vertiſſet*, *recipi Cæſar inter reos vetuit*. A quo non abſimilis eſt locus *Tranquilli* in Iulio Cæſare: *Mox & ipſe à L. Ariſtio Trib. Plebis poſtulatus*, *appellato demum Collegio obtinuit* (*cum Reipublicæ cauſa abeſſet*) *Reus ne fieret*.

18 Facili enim modo reſpondetur, *Tacitum* dixiſſe *Poſtulatum*, non autem *Reum poſtulatum*, proùt aduertunt Interpretes. Quid verò ſignificauerit reus poſtulatus, patet ex his *Apulei* lepidiſſimis verbis in eius *Apologia*. *Hic eſt enim pueruli huius inſtigator*, *hìc accuſationis auctor*, *hìc Aduocatorum conductor*, *hic teſtium coemptor*, *hic totius calumniæ fornacula*, *hic Æmiliani huius fax*, *& flagellum*. *Idq; apud omnes intemperantiſſimè gloriatur*, *me ſuo machinatu reum poſtulatum*. Et ex *Ammiano Marcellino lib. 28. hiſt. Tunc Cethegus Senator adulterij reus delatus ceruice perijt abſciſſa*. Vnde in his caſibus fuerunt illi inter Reos recepti, accuſatione inſtructa, cognitione ſuſcepta, teſtibus productis, liteq; conteſtata; Etenim poſtulatio tantùm, & delatio, non continebant litis conteſtationem, ſed ex vna tantùm parte vocata, & altera inaudita, ſecundùm *Vlpianum in l. is qui §. inchoatus D. de publ. iudic. Cuiac. ad comment. tit. 9. ad l. Iul. de adulter. lib. 9. Cod.* & alios, quod etiam reſcripſerunt *Imper. Seuerus*, *& Antoninus*, ibi: *Res in iudicium deducta non videtur*, *ſi tantùm poſtulatio ſimplex celebrata ſit*, *vel actionis ſpecies ante iudicium reo cognito*, *inter litem enim conteſtatam*, *& editam actionem permultùm intereſt*. Et licet poſtulare, vel deferre, quendam de crimine ſit accuſare, & reum agere; attamen non quia accuſatus eſt, reus cenſebitur, ibi: *Ne quicunque in diſcrimen capitis accerſitur*, *non ſtatim reus*, *qui accuſari potuit*, *exiſtimetur*, in *l. accuſationis C. de accuſat.*, adeòq; longè differt eſſe poſtulatum, vel delatum, atq; eſſe reum poſtulatum, ſiuè reum delatum, ſcilicèt, quod ſit & reus, & poſtulatus, ſiuè delatus, quod habeat etiam delatorem, ſeù accuſatorem, ſecundùm *Vlpianum in l. 6. §. ſi quis accuſ. D. de mun. & hon.* Et quod hi Rei, non cenſentur ſimplicitèr accuſati, ſed quod ſint in reatu, ſtatuit *Marcianus in l. 3. §. 2. D. de bonis eorum*, *qui ante ſententiam*.

19 Præterea nec *Ennius*, de quo ſuprà apud *Tacitum*, potuit eſſe Reus, cum effigies non eſſet adhùc dicata Principi, ideòque *Tiberius* recipi vetuit inter reos, quia conſenſus Prætoris requirebatur ad faciendum aliquem reum: Quod ſi iàm dicata eſſet, crimen fuiſſet, vt notat *Ludouicus Dorleans in nouis cogitat. in Tacit. lib. 3. in d. loc. L. Ennij fol. 425.* & aduertit *Dionyſius Gothofredus in l. famoſi §. vlt. D. ad l. Iul. Maieſt.*

20 Proùt neque vrget *Catilinæ* exemplum, qui cum reus eſſet repetundarum, Conſulatum habere nequiuerat, quod teſtatum reliquit *C. Criſp. Salluſtius in Catilina*: *Poſt paulò Catilina pecuniarum repetundarum Reus*, *prohibitus erat petere Conſulatum*, *quod intrà legitimos dies profiteri nequiuerit*. Siquidem notum, perſpicuumq; eſt apud *Ciceronem*, *Aſconium*, eundemq; *Salluſtium*, *Catilinam* Reum fuiſſe; Reus autem propriè fit litis conteſtatione, & relatione inter Reos, & ità Reum factum, ex ſuprà traditis, & ex *Gallo*, apud *Feſtum*, Reus eſt, qui cum alio litem conteſtatam habet, ſiuè is egit, ſiuè cum eo actum eſt; Idemque *Catilinæ* exemplum referẽs *Petrus Aerodius rer. iudicat. lib. 11. tit. 9. de offic. Magiſtrat. cap. 4.* ità ſubdit:

Non

Non ſufficiebat poſtulari, niſi ſecuta eſſet accuſatio; multi enim detuliſſent petitionis impediendæ cauſa, qui ea impedita non accuſaſsent; ideòque (ait *Asconius*) *Poſtulato M. Scauro accuſatores tempus inquiſitionis dimiſerunt*. Imò idem *Salluſtius*: *Prohibitus erat petere Conſulatum, quod intra legitimos dies profiteri nequiuerit*. Ac ſi diceret, quia enim Reus erat *Catilina*, nec poterat intrà trinundini ſpatium iudicium eius perfectum eſse, proptereà intrà legitimos dies profiteri non poterat, atque ità & de illo trinundini ſpatio intelligit *Nicolaus Gruchius de Comitijs Romanorum lib. 1. cap. 4. fol. 26. Franc. Polletus in hiſtoria fori Romani lib.4. cap.8.*

21 Concludendum itàq; eſt, reum delatum intelligi debere, vt iàm ſit factus reus, & inter reos ſcriptus, adeòque ſit cum eo lis conteſtata, quæ ſecundùm *Cuiac.lib.9.obſeru.cap.21.* eſt eius rei, de qua controuerſia eſt apud Iudicem ex vtraq; parte facta narratio teſtibus præsẽtibus. *Cincius* apud *Macrob. in lib. Saturn. iubent dicere, quorum negotium eſt, narrant, iudex teſtes poſcit*, vt etiam expreſsè habetur ex eiuſdem *Cuiacij commentar. ad lib.9. tit.9. Cod. ad l. Iul. de adult. in l. adultera*, ibi: *Ex his omnibus colligo, eos tantum fieri requirendos, cum quibus lis conteſtata non eſt; eos autem fieri reos, cum quibus lis conteſtata eſt.* Et inferiùs: *Vt autem Reus, vel Rea propriè ſit litis conteſtatione, impropriè dato libello accuſatorio: ità eadem ambiguitas exiſtit in verbo (deferendi), nam & is delatus dicitur, cum quo lis conteſtata eſt, vt l.2 §.qui hoc dicit, vbi Accurſ. ità interpretatur rectè, vel etiam is, contra quem datus eſt libellus inſcriptionis*. Litis autem conteſtatio oritur cauſa perorata ex vtraq; parte, quod propriè eſt accuſare, vt ipſemet dixit *Cuiac. in comment. C. tit. qui accuſare non poſſunt 58.lib.8.* Hinc *Fab. Quintilianus declam.287. Reum*, ait, *ſemel delatum non poſſe abſolui, niſi accuſetur*, ideſt niſi lis conteſtetur, & *Cicero de Inuent. Itemq; ſciendum eſt, eum, qui reus criminis delatus eſt, nec accuſatorem ſuum regulariter alio crimine, cuius allegatio eum non releuet, aut oneret accuſatorem, neq; alium quempiam, à quo non accuſatur, accuſare poſſe quãdiù in reatu eſt*: & ità ſubiungit idem *Cuiac.obſeru.lib.20.cap.7.* Et *Vlpianus* reſpondit, accuſatum de nullo crimine alium accuſare poſſe, dummodò accuſatus ità ſit, vt nomen ſuum iàm ſit inter reos receptum, *in l.is qui reus factus, D.de publ. iudic.* Imò ex *Papiniani* reſponſo in *l.reo criminis 1. D. de ſolut.* habetur reo criminis poſtulato, interim nihil prohiberi, rectè pecuniam debitoribus ſolui, cum reus criminis non dùm damnatus omnia iura ſua retineat ex *Donello lib.18. Iur.Ciu.cap.11.nu.40. Petr.de Gregor. ſyntagm.p.3.lib.32.cap.5.n.5.*

22 Neq; obſtare videtur *Papiniani* reſponſum *in l.libertus, §. in quæſtionibus, D.ad municipal.* ibi: *In quæſtionibus, nominatos capitalium criminum, ad nouos honores ante cauſam finitam admitti non oportet*: Etenim diſpoſitio prædicta locum ſibi vindicat tantùm in nominatis à conſcijs, & participibus facinoroſis, & qui à reis apprehenſi iudicantur, deferuntur, arguũtur, vt rectè aduertit *Barnabas Briſſon.de verb. ſignif. in verbo nominari, ex l.2.de bonis eorum, & l.1.§.cum quis D.de quæſtion.* ibi: *Dum metuunt, ne fortè latrones apprehenſi eos nominent*, & ex *Iul.Cæſar.lib.4.de bello ciuili*: *Caſſius eos, qui nominati erant conſcij cædis iubet comprehendi.* Et *Sueton.in Calig.cap.26.* ibi: *Quæſtorem ſuum in coniuratione nominatum flagellauit veſte detracta.* Idemq; *Sueton.in Iul.Cæſare cap.17. Recidit rurſus in diſcrimẽ aliud inter Socios Catilinæ nominatus*, Ibiq; ſic notat *Leuinius Torrentius I.C. vbi de criminibus agitur, nominatos dicunt eos, qui rei facti, poſtulatiq; ſunt, l.1.de quæſtion. l.6. D.de interdict. & relegat.* ibi. *Deniq; Priſcum in homicidio, & incendio nominatum, ante quæſtionem confeſſum in Inſulam deportari iuſſerunt.*

Ex

23 Ex quibus omnibus clarè patet, quod rei nominati, poſtulati, ſiuè delati cenſentur ij, qui contrà ſe ipſos crimen habent plenè probatum, lite conteſtata, iudicio accepto, nomine rei recepto, cognitione vndique-ſuſcepta; cum verò, & propriè nemo reus efficiatur ex ſimplici delatione, ſeù denunciatione, ſed requiritur, quod inquiſitus audiatur, ad *Text. in l. Iudices C. de Iudic.* ibi: *Plena inquiſitione diſcutere*, vt fundat *Conſil. Franciſc. Maria Pratus reſp. crim. 2. à n. 72.* aliàs cuiq; pateret via optimos quoque impediendi, ne ad honores aſcēderent, ſi ſola accuſatio, vel inquiſitio benè, vel malè inſtituta ſufficeret ad repellendum aliquem à proſecutione officiorum, vt poſt *Felin. & Navarr.* contrà regulam *cit. cap. omnipotens*, aduertit *Reg. Tap. deciſ. Supremi Ital. Sen. 17. num. 9.* ad *text. in cap. meminimus 13. de accuſation.* vbi cum Abbatiſſa eſſet de grauiſſimo ſimoniæ crimine accuſata, nihilominùs iubet *Alexander III.* vt ab Epiſcopo benedicatur, adhùc accuſatione pendente, quia, inquit ipſe *Gonzalez in d. cap. omnipotens num. 12.* ea accuſatio ſaltèm iuris præſumptione fiebat malo animo, & ſic per fraudem, & calumniam.

24 Et ità deciſum fuiſſe in Conſilio Regio; teſtatur *Bouadilla in ſua Politica lib. 2. cap. 21. num. 263.* dicens: *Y aſsi en el Conſejo ſe ha determinado, que el perquiſidor, contro quien ſe puſieren capitulos, pueda ſer promouido à qualquier officio, ſin que eſtean determinados.* Et aſſignat ſuprà traditam rationem, quia ſcilicet, *no es juſto que puedan los emulos del Perquiſidor (poniendole capitulos en venganza de la juſticia hecha contra ellos) embarazarle ſu promoçion, y acreſentamiento, en que ſe entroduzca por eſte camino, como ſe vee cada dia auer tantas moleſtias &c.*

25 Similitèr in Supremo Italiæ Senatu, idem deciſum refert *Reg. Tap. in d. deciſ. Supr. Ital. Sen. 17.* vbi, cum eſſet inquiſitus quidam ſtrenuus Miles de geſtis in officio *Straticoti* Ciuitatis Meſſanæ, & Inquiſitoris contrà delinquentes per totum Regnum Siciliæ, fuit reſolutum, illi non obſtare proceſſum inquiſitionis, quin poſſet proponi ad Officium Præfecti Militiæ Ciuitatis Caietæ.

26 Si igitur poteſt quis promoueri ad officium, in quo manutenendus vſq; ad delicti verificationem, eò fortiùs poſt acceptas Regias literas, vulgò *Cedulas*, mittendus eſt in poſſeſſionem, quia ſi quis priuilegium electionis à Rege obtinuerit, tunc nihil ſupereſt conſequendum, ſed tantùm, quod ille conſequutus eſt, executioni demandandum; vt probat eruditiſſimus *Dom. Regens Hieronymus Caimus in tractatu*, non adhùc typis edito, *de Regia Viſitatione in artic. 4.* (vbi examinat, an officialis pendente viſitatione ſit ſuſpendendus, & an poſſit ad alia munera promoueri) *in verſ. Sed quid dicendum*, ibi: *Et ego credo aduertendum eſſe, dignitatem à Principe iàm eſſe collatam, & poſſeſſionem ſolùm deficere, quæ eſt facti, & conſequutiua ad ipſam electionem, Menoch. remed. 6. adipiſcend. num. 46. ſicut ergo accuſatio ſuperueniens non præiudicat electioni iàm factæ, ità nec poſſeſſioni, quæ petit ſuum principium electionis, cui accedit &c.*

27 Quibus omnibus maturè perpenſis annis elapſis, & per egregios tunc cauſæ patronos allegatis, præſertìm in doctiſſimis Iuris Reſponſis editis Regij Conſil. *Dom. Franciſci de Andrea*, meritiſſimi Regij fiſci Patroni, tunc Aduocatorum Principis, nec vnquàm pro meritis ſatis laudati, & *Dom. Ioſephi Valletta*, eruditiſſimi I. C. & ob celebre eius Muſæum meritò laudatiſſimi, ac morum ſuauitate diligendi; Ità fuit deciſum in Regio Collaterali Conſilio Regni huius Neapolis coram Excellentiſs. *Dom. D. Ferdinando Ioachimo Faxardo de Requeſens Marchione de los Veles*, Regni huius tunc vigilantiſſimo Pro-

rege,

Digitized by Google

rege, nemini ſecundo, æternaq; memoria digno, necnon Illuſtriſs. *Dom. Reg. Daneſio Caſati* Regni eiuſdem tunc Generali Viſitatore, & præclariſsimis *Dom. Reg. & Sac. Reg. Conſ. Præſide D. Felice Vlloa*, ac *D. Regente* tunc *Reg.Cam. Locumtenente D.Antonio de Gaeta*, Adiunctis; Fuit enim exequutioni demandata *Cedula* Suæ Catholicæ Maieſtatis, & *Dom. Petrus Aemilius Guaſcus* doctiſs.I.C.digniſsimè Iudex electus in poſseſsionẽ miſsus, non obſtante imaginarij criminis delatione, ad inſtantiam huius fideliſsimæ Ciuitatis Neap. de malè geſtis in re frumentaria, ſeù annonæ, de qua deciſione memor quoque eſt *Io:Baptiſta Mucci in dilucidat. ad deciſ. Reg.Sanfelic.61. num.6. & in fin.*

28 At, ſi intrà annum propoſitæ accuſationis, adhuc lis definita non ſit, poteſt Reus nouos aſſequi honores, niſi per eum ſteterit, quominùs intrà annum finiatur cauſa, *d. l.Reus delatus*, ibi: *Nec intereſt, plebeius, vel decurio fuerit, ſed poſt annum, quàm reus delatus eſt, petere non prohibetur, niſi per ipſum ſteterit, quo minùs cauſa intrà annum expediretur*; Et *l. Lucius §. idem reſpondi D. ad municip. l. 1. & 2. C. Theodoſ. vt intrà annum queſtion. termin.* Et tranſacto anno (& hic eſt

29 annus litium, ſecundùm *Iuuenalem ſatyr.6. verſ.43.*

Expectandus erit, qui lites inchoat annus)

Ceſsat diſpoſitio iuris, ac proindè poterat nouos aſsequi honores; quemadmodùm poteſt accuſatore aliàs deſiſtente, & ab accuſatione ceſsante, *l.reſcripto 6.§.ſi quis D.de mun.& hon.* & licèt ex *l. vlt. C. vt intra certum tempus actio criminalis non terminetur anno, ſed biennio*; biennium expectandum eſse, dicat *Cuiac. lib.1. obſ. cap.87.* attamèn ſubiungit *idem Gonzalez in fin. d. num.* 10. hanc prohibitionem non habere locum, cum ex coniecturis conſtat, accuſationem proponi, & reum deferri per fraudẽ, & calumniam, vt is honores aſſequi nequeat; tunc enim perindè, ac ſi nulla pendeat accuſatio, admittendus eſt, *l. qui de libertate verſ. qui verò D. de liber.cauſa*; imò idem *Cuiac. lib. 1. obſ. cap.* 8. notat, *Tribonianum* non ità fuiſse accuratum, vt *d.l.Reus*, fuerit emendata per *Iuſtinianum*, quod & aduertit *Gothofred. in comment. ad Cod. Theod. lib. 9. tit. 36. vt intra annum crim. actio, verſ. Porrò tom. 3.*

30 Et in materia ſuſpenſionis ab officio temperatè, ac prudentèr procedendum eſt, cum ſuſpenſio famam lædat, & pœnam inferat, vt monent *Berlichius deciſ.299. nu.24. Aufrerius in add.ad deciſ.Capellæ Tholoſ.dec.370. Grinell. deciſ.Dolan.60. num. 13.* aliàs *eſset damnatus, antequàm Reus*, ſecundùm *Tacit. lib.1.Annal.*& in puniendis Ducum militarium criminibus, & ſi vitio ſuo malè pugnaſse probatum fuiſset, Romani leuitèr, & clementèr procedebant, tùm, ſi error ex inſcitia, vel infortunio proueniſset, non modò non puniebant, ſed præmijs potiùs perindè, ac ſi benè geſsiſſent, afficiebant, *Nicolaus M. de Rep. lib. 1. diſp.33.* Et *Tiberius* ſemèl aſſumptos in regẽdis Imperijs, ſemper retinuit, *Tacit. in lib.Annal.*

31 Vndè contrà Officialem inquiſitum, duo fiunt iudicia, vnum ad finem ſuſpendendi, & hoc eſt ſummarium, alterum plenarium, & ordinarium ad finem condemnandi, *Reg.de Ponte dec.7. num.18.& deciſ.25.num.12. Reg. Sanfelic. dec.61. num.4. Guazzin. defenſa reor. cap. 22. num.17. Carena reſol.38. num. 5.* Et in vtroque iudicio debet Officialis audiri, *Reg. de Ponte vbi ſuprà, Maſtrill. de Magiſtr. lib.6. cap.5. num.48. Caren. d. reſol.38. n.5. Molfeſ. in add. ad conſ. 9. num. 28. & ſeq. tom.2.Conſ.Pratus reſp.crim.2. per tot.* Imò non poſse ante conteſtationem litis fieri ſuſpenſionem, & interdici adminiſtrationem Officiali delinquenti in officio, tenent *Camill. de Medic. conſ.53. Prat. d. reſp.crimin.2. num.53. Crinell.dec.60.* Quarum concluſionum veritatem didici à nun-

quam ſatis, tum ob magni Ingenij dotes, tum etiam ob celebrem doctrinam, & ſingularem erga huius Regni Neap. quietem, ac publicæ rei bonum, inſuperabilemq; vigilantiam laudando, diligendoque eruditiſſimo, ac magno I.C. tunc *R.Conſ. D.Ioſepho Ledeſma*, nūc Cōſil. Regij Patrimonij in Aula millionum digniſſimo Fiſci Patrono, cuius hoc in Regno meritò ſuſpitamus præſentiam.

32 Verùm ad hoc, vt officialis remoueatur ab adminiſtratione officij, pēdente inquiſitione, non ſolùm requiritur, vt ſit accuſatus de graui crimine commiſſo in officio, & non extrà, ſed illud tale ſit, vt eo probato, poſſit ſequi officij priuatio, & aliquid ſubſtantiale appareat in probatis de criminibus obiectis; additque *Praeſ. de Franch. deciſ.* 8. vt iudicium ſuſpenſionis intentetur per fiſcum ante litis conteſtationem, cum poſt illam regulariter conquieſcat Iudicis officium, vt poſt alios declarant *Author* noſter *hic num.* 4. *& ſeqq. Reg. Reuert. deciſ.* 2. *& deciſ.* 301. vbi *in obſ. Reg. de Marin. Praeſ. de Franch. d. deciſ.* 8. vbi *Adden. Reg. de Ponte deciſ.* 25. *& conſ.* 133. *lib.* 2. *Reg. Sanfelic. deciſ.* 61. *vbi Mucei in dilucid. lib.* 1. *Amichangel. de regal. offic. quaeſt.* 20. *num.* 22. *Praeſ. Merlin. controuerſ. cent.* 2. *cap.* 28. *&* 29. *Caſtill. deciſ.* 166. *Reg. Galeota reſp. fiſc.* 15. *à num.* 44. *Capiblanc. de Baron. tom.* 2. *cap.* 23. *Berart. in ſpec. viſitat. cap.* 7. *Conſil. Prat. in addit. ad Muſcatell. in praxi de Iudic. corrupt. &c. verſ. Quarta fol. mihi* 638. *Iul. Capon. diſcept. for.* 246. *à nu.* 20. *tom.* 4. *Conſil. Altimar. in obſ. ad Reg. Rouit. conſ.* 85. *à num.* 15. *lib.* 1. *& in tract. de nullitatib. rub.* 10. *q.* 6. *à nu.* 43. *ad ſeqq. tom.* 2.

33 Et ità refert deciſum *Author hic num.* 10. die 12. Nouembris 1577. in cauſa cuiuſdam Portulanoti Ciuitatis Neapolis, vbi dicit, hoc eſſe arbitrarium Iudici, vt videat, ſi ſuſpiciones ſunt graues, & cauſa, & eius probationes ſint tales, quæ dignè, & meritò moueant Iudicem ad eum ſuſpendendum; quales autem debeant eſſe probationes; agit *cit. Praeſ. Merlin. d. cap.* 29. Aliam deciſionem de anno 1626. in ſimili cauſa Portulanorum, vulgò, *Portolanoti, Fanti, e Guardiani di Dogana*, refert *Reg. Sanfel. d. dec.* 61 *num.* 12.

34 Proùt eſt de tutore ſuſpecto poſtulato, quod lite pendente ſit illi interdicenda adminiſtratio, ex *l. eum quem C. de ſuſpect. tut.* & in *l. quod ſi fortè §. ſunt quidam D. de ſolut. l. fin. C. de admin. tut.* quod procedit in omni adminiſtratore, ob dolum, vel culpam, *l. eum qui res C. de procur. l.* 3. *§. qui ob ſegnitiem D. de ſuſp. tut. l. ſi tutor velit D. de auth. tut. Auth. licet C. de Ep. & Cler.* Et de tutore ad officialem valet argumentum, *l. Praefectus D. de rit. nupt.* ex quo etiam idem de officiali aſſerunt *Author* noſter *hic nu.* 6. *&* 7. *Praeſ. de Franch. deciſ.* 8. *num.* 8. *Reg. Galeota d. reſp. fiſc.* 15. *num.* 45. *&* 46. latè *Conſil. Pratus reſp. crim. cap.* 2. *num.* 54. *&* 55. *& tom.* 2. *diſcept. for. cap.* 37. *à num.* 10. *ad ſeqq.*

AD QVÆST. VII.

Officialis ſuſpenſus ab Officio, an amittat ſalarium, & fructus, & quid ſi eſt reſtitutus, qualiter, & quando eos recuperet.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Officialis ab officio ſuſpenſus, an ſalarium, alioſuè directus amittat, & quid ſi reintegretur?

Hanc Dom. Regentis *quaeſtionem tranſcripſit* Reg. de Marinis, *& in eodem puncto laudatur* Reg. Fornarius, *num.* 1.

Diſtinguuntur tres caſus, à num. 2. *ad ſeqq.*

Reſtitutus à Principe, qua recuperet, à n. 5. *ad* 7. *& num.* 11.

Offi-

Officialis dignitate priuatus, ac deindè reſtitutus, an recuperet eundem locum ab alio præuentum, num. 8.

Vtrùm poſsit vlteriùs officium exercere, quo abſtinuit, num. 14.

Et quid ſi fuerit ſuſpenſus ad certum tempus, an illo completo, poſsit ad officium redire abſque licentia Principis, num. 15.

1 IN hac eadē quæſtione, de qua *Author hic*, doctiſsimè quoque ſcripſit *Dominus Ferdinand. Fornarius in alleg.* 11. *apud Reg. de Marin. tom.* 3. *allegat. diuerſ.* Et hanc *Authoris* noſtri quæſtionem, ſeù materiis deciſionem integrè tranſcripſit præfatus *Reg. de Marin. in lib.* 1. *reſol. cap.* 310. *à num.* 6. *vſq; ad finem*, eamque referunt, ac ſequuntur idem *Reg. de Marin. in obſer. ad Reg. Reuert. deciſ.* 162. *num.* 1. *Taſſon. de anteſat. verſ.* 3. *obſ.* 3. *num.* 270. *verſ. Et quid ſi aliquis, Conſil. Altimar. in obſeru. ad Reg. Rouit. deciſ.* 37. *num.* 18. *Inl. Capon. diſcept. forenſ. tom.* 5. *diſcept.* 395. *num.* 29.

2 Tres verò caſus diſtinguere videtur *Author hic*, prout etiam tripartita diſtinctione quęſtionem hãc reſoluũt *Reg. Fornar. in d. alleg.* 11. & *Reg. Tap. lib.* 2. *Iur. Regni in annot. ad Conſt. Regni Conſtitutionum num.* 4. *ſub rubr. de ſalar. official.*

3 Primus caſus eſt, in officiali ſuſpenſo ab officio, in pœnam patrati delicti, quæ ſuſpenſio operatur, vt interim amittat fructus, *Author* noſter *hic num.* 1. Reg. *Tap. d. loc. verſ. Secundus caſus, Fornar. in d. alleg.* 11. *n.* 1. & 2. apud *Reg. de Marin.* 3. *tom.* Vnde ſi quis declaretur inhabilis per ſententiam ad exercendum officium, in quo deliquit, & poſteà factus habilis per gratiam à Principe ſimpliciter conceſsam, tunc non cenſetur reintegratus ad idem officium, licet alteri non conceſſum, vt deciſum refert *Reg. Rouit. deciſ.* 37. in qua cauſa ſcripſit *Reg. Capyc. latr. conſult.* 62. *lib.* 1. & *Reg. De Marin. lib.* 1. *reſol. cap.* 68. ibique *Rodoer. in add. num.* 1. memorant *Conſil. Altimar. in obſeru. ad cit. Rouit. in princ. Capon. d. diſcept.* 395. *num.* 25. *Bottil. de ſucceſs ab inteſt. theor.* 74. *n.* 3.

4 Imò ſi ob delictum quis officio priuetur, in quo deliquit, cenſetur, non ſolùm priuatus exercitio, ſed etiã proprietate, vt latè fundant *Præf. Merlin. controu. cent.* 2. *cap.* 30. *Conſil. Altimar. in obſ. ad Reg. Rou. conſ.* 104. *à num.* 17. videndus *Marcellus Graſſus in ſua alleg.* poſt *deciſ.* Reg. *Rouit.* & apud *Capon. in d. diſcept.* 395. *n.* 24. contrà quem ſcripſit *Cæſar. peregrin. quæſt.* 2.

5 Sic Rebellis bonis ſpoliatus, ſi reſtitutus fuerit, non recuperabit bona confiſcata tertio iàm quæſita, *Gallup. in Meth. feud. par.* 4. *cap.* 6. *num.* 28. & 29. *Larrea alleg. fiſci* 43. *Bottilier. d. theor.* 74. *num.* 6.

6 Et Princeps, quando remittit alicui crimen, & reſtituit cum generalitèr ad omnia per crimen ommiſſa, intelligitur tantùm quoad pœnam, non autem quoad bona confiſcata, ſi de eis non fuerit facta expreſsa mentio, *Andreol. controu.* 58. *num.* 3. *Conſ. Staib. in obſeru. ad ſuam reſol.* 105. *n.* 1. *tom.* 2. *De Luca in animaduerſ. ad Gratian. diſcept.* 423. *num.* 5. *Conſ. Altimar. in obſeru. ad Reg. Rouit. conſ.* 3. *nu.* 21. *lib.* 1. *Aloyſ. Manſ. conſult.* 361. *à num.* 5. *tom.* 4.

7 Quamuis per reſtitutionem ex gratia, etiam bona à Fiſco in alium tráſlata recuperari, quando reſtitutio eſt pleniſsima, fundent *Rota Romana dec.* 10. poſt *tract. Rodriq. de concurſu cred. Staib. d. obſeru.* 105. *num.* 7. & 8. *Conſ. Altimar. in obſeru. ad cit. conſ. Rou.* 3. *num.* 25. *Manſ. d. conſult.* 361. *num.* 6. *Rodoer. ad Reg. de Marin. d. cap.* 68. *num.* 2. Proùt de vita, & militia, quæ recuperatur per ſecundogenitum rebellem per reſtitutionem ex genera li indulgentia ei à Principe facta, *Reg.*

Digitized by Google

Reuerter. deciſ. 66. Capan. de vita, & militia q.29. Bottil. d.theor.110.nu.23.

8 Proùt officialis dignitate priuatus, & poſteà reſtitutus, non recuperat eundem locum ab alio præuentum, poſt alios *Bottilier. theor. 74. num. 5. & d. theor. 110. num.25. Reg. Galeota controu.45. num.27. lib.2. Mut. Recch in gloſ.ad Priuileg.Collegij Neap.S.fin.à num.123. Conſil.Altimar. in obſeru. ad cit.conſ. Rouit. 3. num.4. & ad dec.37. 37. num. 21. Taſson. de anteſ. verſ. 3. obſeru.3.num.270. verſ.Et quid ſi aliquis,Capiblanc.de Baron. tom.1.cap.24. num. 8. & 9.* niſi Princeps expreſsè contrarium determinaueriit; vel ſi motus fuerit ad tempus, ſiuè ſuſpenſus, nàm finito ſuſpenſionis tempore, veterem præcedentiam tenet, *ex l.2.D.de Decur. Iacob. Gothofred.in Diatrib.de Iure pracedentia par.1. c.6. th.44.*

9 Secundus caſus eſt, quando officialis ſuſpenditur ab officio,& poſteà reſtituitur, & tunc dicēdum eſt, quod ſi cauſa ſuſpenſionis fuerit iuſta, ſalarium minimè debetur; ſi verò iniuſtam appareat fuiſse ſuſpenſionem, debentur ſtipendia medio tempore maturata,ex *textu in l.ex cauſa penult. D. de re milit.* ibi: *Quod ſi ratio conſtiterit, neque deſertorem fuiſse apparuerit, omnia ſtipendia citrà temporis finem redduntur*. Nàm quidquid iniuſtè accuſatus amittit, iniuſtè amittit, & illud reſtitui debet, *cap. ſuper cauſa 2.q.5.* Et ſic debentur iniuſtè ſuſpenſo, & impedito ſalaria, quaſi per eum non ſtetetit, quominùs proprium exerceret munus; reſtitutio autem ex gratia non comprehendit obuentiones medij temporis, *d. l. penult. l.cum allegatis 5. C. de re milit. lib. 12.* niſi hoc ſpecialiter dicatur, quomodo intelligendus eſt *textus in l.qui excubias 10. D. de re milit.* ibi: *Ex cauſa deſertionis reſtitutus in militiam non alitèr medij temporis ſtipendium, vel donaria accipit, niſi hoc liberalitas principalis ei ſpecialitèr indulſerit*; Benè tamen reſtitutio ex iuſtitia, qualis fuit illa *in d.l.ex cauſa penult.* vt rectè ſentiunt *Author noſter hic num. 6. Reg.de Ponte conſ. 133. lib.2. & deciſ. 25. num.8. & 9. Larrea deciſ. Granat.85. num.15. tom.2. Praſ.Ganauer. deciſ.13. n.11.& 12. & dec.24. n.vlt. Conſil. Rocc.de offic. rubr. 10. de milit. ſtipend. num.16. Reg. Viloſa in tract.de fugitiu. cap.20. de milite fugit. à num.115. ad num.119. Lanfranch. Zacch. in tract. de ſalario par.1. q.22. num.17. & par. 2. q.69. à num.18. ad 24.*

10 Proùt carcerato ob criminis ſuſpicionem pro tempore, quo iniuſtè impeditus fuit, debentur ſtipendia, *Reg. de Marin. d. cap. 310. num. 3. Conſil. Rocc. d. rub. 10. num. 13. Fr. Sadarin. reſp. 21. num. 7. & ſeqq.* Item de excommunicato, qui licet fructus amittat, etiam abſolutione obtenta, *Author hic num.4. Io:Vinc. Anna in repet. cap. 1. de Vaſall. decrep.atat.num.224. Ganauerr. d.deciſ.13. num.4.* Si tamen declaretur iniuſtè excommunicatus, poteſt repetere fructus beneficij medio tempore perceptos, *Amicang. de regal. offic. q.20. n.25. verſ. amplius, Reg.de Marin. d.reſol.310. num.3. Sadarinus d. reſp.21. num.10.*

11 Vnde Rebellis, qui fuit reſtitutus ex iuſtitia, vt ſi per ſententiam fuit ab inculpatione abſolutus, tunc recuperat non ſolùm bona medio tempore confiſcata, & penès Fiſcum exiſtentia, ſed etiam alteri quæſita, & conceſſa, *Conſil.Staiban.d.reſol.105.n.16. & ſeqq. ibiq; in obſ. à num. 12. Conſil. Altimar. in obſeru. ad cit. Reg. Rou. in conſ. 3. num.1.& ſeqq.lib.1. & in deciſ. 37. num.16. Capon. dict. diſcept. 395. num.18. Aloyſ. Manſ. d. conſult. 361. num.2. & ſeqq.*

12 Tertius denique caſus eſt, ſi officialis fuit ab officio ſuſpenſus, & demùm per viam iuſtitiæ reſtitutus, an ei debeatur ſalarium pro tempore, quo non inſeruiuit? Et *Author* noſter *hic num.12.* videtur diſtinguere, quod aut loquimur de adminiſtrante aliquod officium, quod pendente illius ſuſpenſione non poteſt eſse ſine Re-

ctore,

ctore, vt eſt officium iuſtitiæ, in cuius locum fuit ſuffectus alter, & tunc reſtitutus non recuperat ſalarium, nàm illud debetur proptèr laborem, & ei qui laborat tantùm; Aut loquimur de adminiſtrante aliquod officium non continens iuriſdictionem, prout eſt officium Actuariatus, emptum à Regia Curia, & tunc reſtitutus recuperat emolumenta medio tempore percepta, & ſic iudicatum refert, non eſse reſtituendum ſalarium, ſi id fuit alteri ſolutum, contrà quendam *Io: Troianum Stinca* ſub die 17. Iunij 1657. quam deciſionem paritèr refert *Reg. Fornar. in d. alleg.* 11. *num.* 10. Et obſeruatum fuiſse in cauſa *D. Michaelis Soria* ſuſpenſi ab officio perceptoris Prouinciç Principatus citrà, teſtatur *Anna in repet. d. cap.* 1. *de Vaſall. decrep. ætat. n.* 222. *&* 225. & *Auth.* noſtrum referunt, & ſequuntur *Montan. de regal. offic. num.* 54. *verſ. Sed aduerte fol.* 222. *Conſil. Altimar. in obſ. ad Reg. Rouit. dec* 37. *num.* 18. *& in obſ. ad conſ.* 3. *num.* 6. *lib.* 1. *Capon. d. diſcept.* 395. *num.* 19. Et comprobant *Reg. de Ponte deciſ.* 25. *num.* 15. *& d. conſ.* 133. *num.* 9. *Conſil. de Georg. alleg.* 20. *poſt repet. ſ. ud. poſthumas, Maſtrill. de Indultu cap.* 22. *num.* 70. *Amicang. de offic. d. q.* 20. *nu.* 26. *Gallup. in meth. feud. par.* 4. *cap.* 6. *n.* 30. *De Luca ad Franch. deciſ.* 165. *ſub num.* 2. *Conſil. Prat. obſer. pract. cap.* 66. *Noguer. alleg.* 8. *Bottilier. d. theor.* 74. *num.* 4. *& theor.* 110. *num.* 24. *Franciſc. Ioſeph de Angel. in perutili tract. de official. Baron. cap.* 64.

13 Etenim reſtitutio operatur reſpectu fructuum, naturalium, ſeù induſtrialium prouenientium ex re ipſa, ſecùs verò in ſalario, in quo, qui non laborat, non manducat, & ſalarium non debetur, niſi quando cæpit laborare, vt docent *Author hic nu.* 14. 15. *&* 16. & *Reg. Reuerter. deciſ.* 162. vbi *Reg. de Marin. in obſ.* meminit *Auth.* noſtri, & poſt alios annotauimus ſuprà *in annot. ad quæſt.* 4. *num.* 30. §. 2. *par.* 1.

14 Ille verò Officialis, qui fuit ſuſpenſus ab officio iuriſdictionis, quod exercebat, propter accuſationem indebitam, ſi fuerit reſtitutus ex iuſtitia, non poterit vlteriùs exercere illud officium pro tempore, quo abſtinuit, *Reg. Rouit. in pragm.* 5. *num.* 50. *de Offic. Iud. Capiblanc. de Baron. prag.* 5. *num.* 87. *& tom.* 2. *cap.* 24. *de Franch. deciſ.* 419. *Conſ. Petra in Rit. M. C.* 20. *n.* 55. *Conſ. Altimar. ad Reg. Rouit. d. deciſ.* 37. *nu.* 19. *& in tract. de nullit. rub.* 10. *quæſt.* 6. *à num.* 53. *ad ſeqq. to.* 2. *Capon. d. diſcept.* 395. *num.* 30. *t.* 5. *Creſpi obſeru.* 11. *n.* 6.

15 Notabile demum eſt, quod iudicatum refert *Author hic nu.* 23. Officialem ſcilicet ſuſpenſum per certũ tempus, puta per annum, illo completo, non poſſe ad officium redire abſq; licentia Principis, quem referunt *cit. Montan. de regal. officijs n.* 54. *verſ. Refert quoque deciſum Moles fol.* 222. *ac Taſſon. de antef. verſ.* 3. *obſ.* 3. *n.* 270. *verſ. Et quid ſi circà fin.* & ſequuntur *cit. Conſ. Altimar. in d. dec.* 37. *n.* 20. *& Capon. d. diſcept.* 395. *num.* 31. ex *Reg. de Marin. in d. cap.* 310. *nu.* 11. vbi tranſcripta eſt *hæc deciſio.*

AD QVAEST. VIII.

An mortuo officiali tranſeat in eius hæredem actio criminalis prò malè per ipſum geſtis.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Actio criminalis pro pęna defuncti officialis, an in hæredem tranſeat? Laudantur Ciceronis, ac Plinij *loci, n.* 1. *ac declaratur regula negatiua, n.* 2. *&* 3.

Heredes, an poſt delinquentis obitum in crimine repetundarum, peculatus, & de reſiduis, obſtringi queant, n. 4.

Deciſ. *hanc exarauit* R. de Marinis, *n.* 5.

Accuſatio in crimine repetundarum, & pecu-

culatus ; quandiù præſcribatur , num.6.

Pœnę ipſo iure poſitę per Reg. Pragmaticas aduersùs Officiales , an tranſeant ad hæredes , n.7. Et an requiratur ſententia declaratoria, n.8. & 9.

Hæredes, an vltrà vires hæreditarias, vel tantùm ad id , quod ad eos ex delicto peruenerit, teneantur, à num.10. ad 13.

Et quid ſi actiones meram rei contineāt perſecutionem, n.14. & 15.

1 ELoquentiæ lumen *Cicero in orat. pro A. Cluentio*, & *de lege Agraria contrà P. Seruilium Rullum*, & *Aſconius Pedianus*, oſtendunt, tractatum aliquandò Romæ in Senatu fuiſſe, vt pecunię, quas *Sylla Dictator* per multos annos, non redditis rationibus, ex Aerario ſumpſerat, à filio eius *Fauſto* repoſcerentur; Porrò & *Plinius iunior lib. 3. epiſt. 9.* refert quendam *Cæcilium Claſſicum*, Bęticæ Proconſulem , qui Prouinciā grauibus rapinis, & nundinationibus non minùs violentèr , quàm ſordidè ſpoliauerat , & licet mortuus fuiſſęt ante accuſationem , nihilominùs ad bona, quæ ſuſtulerat, reſtituēda, fuiſſe condemnatum, vbi in illis verbis; *Nihilominùs Bętica, etiam in defuncti accuſatione perſtabat : prouiſum hoc legibus &c.* obſeruat *Io: Maria Cataneus in notis*, quod pluribus *legibus* cautum ſit, vt mortuos liceat accuſare. Quem librum donauit mihi omnigena eruditione præditiſſimus I.C. morumq; probitate celeberrimus D. Antonius Matina , Neapolitanæ Archiepiſcopalis Eccleſiæ digniſſimus Canonicus .

2 Etſi enim regulare ſit , actiones ex delicto deſcendentes, ad hæredes minimè pertranſire , cum per mortem delinquentis pœna quoq; extinguatur, *l. defuncto 6. D. de public. indic. l. ex iudiciorum 20. verſ. ex cæteris, D. de accuſat. l. vnic. C. ex delict. defunctor. l. 1. C. ſi reus, vel accuſ. mort. fuer. §. non autem omnes Inſtit. de perpet. & tempor. act.* niſi cum defuncto ſit lis conteſtata, in delictis priuatis , in publicis verò ſit condemnatio ſequuta, latè ex cit. iuribus *Amaya in comm. ad l. 10. C. de iure fiſci lib. 10. à num. 10. ad ſeqq. Conſ. Altimar. ad Reg. Rouit. conſ. 60. n. 31. lib. 3. Reg. de Philipp. differt. fiſc. 16. num. 24.*

3 Pluribus tamen hæc regula adſtringitur receptionibus , prout in deteſtabili Diuinæ læſæ Maieſtatis ſcelere eam reſpui, edocemur ex *l. Manichæos 4. §. præterea, C. de hæret. & Manich. c. fin. 24. q. 3. c. filij de hæret. in 6.* & in humanæ lęſæ Maieſtatis crimine , *ad l. ex indiciorū 20. verſ. excepto D. de accuſat. l. pantonius 85. §. rei perduellionis D. de acq. hæred. d. l. 4. & l. fin. C. ad l. Iul. Maieſt.* cum alijs apud *Reg. de Philipp. d. loc. n. 8. & 9.*

4 Quemadmodùm , & in repetundarum crimine, poſt delinquentis obitum , ex ipſius crimine hæredes obſtringi, etiā lite nō conteſtata, vt *Modeſtinus in d. l. ex iudiciorum 20. D. de accuſat.* reſpondit . (*Excepto repetundarum , & Maieſtatis iudicio , quæ etiam mortuis reis , quibus cum nihil actum eſt , adhùc exerceri placuit , vt bona eorum fiſco vendicentur*) & *Scæuola in l. 2. D. ad l. Iul. repetund. Datur*, inquit, *ex hac lege, & in hæredes actio.* Vt & in crimine peculatus, ac de reſiduis , ad hæredes pæna pertranſit , reſpondente *Papiniano in l. fin. D. ad l. Iul. peculat.* in hæc : *Publica iudicia peculatus, & de reſiduis , & repetundarum , ſimilitèr aduersùs hęredem exercentur* ; firmantq; *Petrus Herod. rer. iudicatar. lib. 9. tit. 3. de repetundis cap. 10. & 22. & tit. 5. de peculatu cap. 7. Dominic. Arumęus ad Pandectas diſp. 25. theſ. 15. Bonadilla lib. 5. Polit. cap. 1. n. 83. Berart. de Viſit. cap. 1. n. 21. Petr. Barboſa in collect. ad l. vnic. C. ex delict. defunct. n. 12. Amaya in d. l. 10. nu. 23. & 24. C. de Iure Fiſci , Larrea allegat. fiſcal. 47. n. 5. lib. 1. Creſpi de Valdaura obſeruat. 83. num. 17. & 18. p. 2. Praſ. Amat. conſ. 55. num. 12. Reg. Renert. dec. 516. n. 2. in fine, Reg. Rouit. deciſ. 64. n. 7. 8.*

7.8. & 9. Conſil. Altim. in obſ. ad cit. R.Rouit.d.conſ.60.num.35. lib.3. nec-
non *Author* noſter *hic n.12.* quem re-
5 ferunt, & ſequuntur *Reg. de Marin.
lib.2.reſol.cap.244.* vbi *à n.8. ad n.18.*
integram *Auth.* deciſionem tranſcrip-
ſit, & *in obſ.ad Reg.* Reuerter. *deciſ.65. n.1.deciſ.70.n.1.deciſ.226.num.5 deciſ. 440.n.2.& 3.& deciſ.516.num.2.* R.*de de* Philipp.*cit.diſſertat.16.n.19. & 20. Iul.Capon.for.diſcept.246.n.9. tom.4.*

6 Accuſatio tamen hæc in crimine repetundarum intrà annum, & intrà quinquennium in peculatu proponi debet, *l.2. D.ad l.Iul.repetund. l.peculatus crimen, D.ad l.Iul.peculat.Creſpi d.obſeru.83.n.26. & ſeq. Author hic n.* 13. quem poſt alios referunt, & ſequuntur *Reg.de Marin. in ſupracit. locis, & in obſ.ad deciſ.260.num.6. Reg. Reuert.Conſ.Altimar.in obſ.ad* Reg.*Rouit.d.conſ.60. num.37.lib.3.* Capon. *d. diſcept.246.n.9.* nihil obſtante, quod per *Hermogenianum in l.in omnibus 13. D. de diuerſ. & temp. præſcript.* Fiſci quæſtiones præſcribi nequeunt, niſi viginti annorum ſpatio; ex quo per eundem I.C. reſeruantur alij caſus, in quibus minora tempora ad præſcribendum ſunt determinata; ibi: *In omnibus Fiſci quæſtionibus, exceptis cauſis, in quibus minora tempora ſeruari ſpecialiter conſtitutum eſt, viginti annorum præſcriptio cuſtoditur*; & ità ſupracit. DD. tradunt.

7 Inſuper ſi Officiales inquiruntur de pœnis per ſtatuta, & *Pragmaticas Regni* diſpoſitis, in quibus ſit ordinarũ, vel prohibitum aliquid ſub pęna ipſo iure amiſſionis rei, & in controbannis, vel ſub aliqua pę a pecuniaria, tunc quia à lege impoſita eſt pœna ipſo iure, & principaliter, tranſit ad hæredes, & ſi lis conteſtata non ſit, cum defuncto, vt latiſſimè, & rectè fundant *Author* noſter *hic à nu.1. ad n.5.Conſ.Roccus in tract.de offic. rubr. 14.§.9.per tot.Cęſar Nicol.Piſan.in addit.ad Goffred.ſuper* Ritib. *R.Cam.rub. 3.à n.137.Conſ.Altim.in ſecundis obſeruat.ad dec.Reg.Rouit.obſ.64.per tot. R. de Philipp. cit. diſſert.16. à num.12. ad ſeqq.* & ex quodam *Præſ.Minadoi* manuſcripto obſeruat *Reg.de Marin. ad Reuert.deciſ.516.n.3.*

8 Et quamuis concluſionem hãc plures admittendam cenſuerint, dummodò antè criminoſi mortem, præceſſerit ſententia declaratoria, fuiſſe huiuſmodi crimen commiſſum, vt poſt alios notant *Amaya in comment. ad l.10.C.de Iure Fiſci l.b.10. n.41. Noguerol.alleg.12. n.157. Reg.de Marin.in obſ.ad Reuert.d.dec.516.n.4.*

9 Verior tamen, magiſq; recepta eſt ſententia, quod etſi verum ſit, vt requiratur declaratoria, intelligitur quoad exequutionem facti, & pænæ, non autem ad illius incurſum, cum ſtatim commiſſo delicto in pænam incidat, etiam abſq; declaratoria; debent verò citari hæredes pro eorum intereſſe, & probato delicto fertur ſententia, in qua pronunciatur, delictum fuiſſe à defuncto commiſſum, & propterea incurriſſe in pęnam pecuniariam à ſtatuto indictam, & exinde eius hæredes, & bona eſſe obligata, *Reg.Rouit.dec.64.n.23.Conſ. Rocc.de off.rub.14.§.9.n.52.et 65.R.de Philipp. d.diſſert.16. n.13.et ſeq. Piſan. in d.rubr.3.n.138. et 139. Conſ.Altim. in d.noua obſeru. 64.n.9.et 13.*

10 At non teneri hæredes vltrà vires hæreditarias, etiam ſi inuentarium non confecerint ex eo, quia conuenitur ex delicto defuncti contrà regulas iuris, docent *Conſ.*Rocc. *d.§.9. n. 66. et 67. Creſpi d.obſ.83.n.11. Conſ. Altim.in obſ.ad* R.Rouit.*conſ.54.n.25. lib.2.ad conſ.57.n.9.et conſ.60. nu.38. lib.3.Piſan.d.loc.n.143.*

11 Annotandum verò eſt, quod ſi lis non ſit conteſtata aduersùs hæredes, actio ex delicto deſcendens non datur, niſi tantum in id, quod ad eos ex delicto peruenerit, *l. ſicuti* 38. *l.toties 44.D.de reg.iur.l.vnic.C.ex delict. defunct.in quantum hæred.conuen.* cum alijs innumeris recenſitis per *Cuiac. Petr.Fabr.* & alios in *d.l.ſicuti,de reg. iur.* Etenim, ſicut iuſtum eſt, ex de-

tuncti

functi maleficio hæredes non teneri, cum ſuos pœnæ auctores ſequi debeant, *l. ſi pœna 20. l. crimen 26. D. de pœnis, l. ſăcimus, C. eod. tot. tit. C. ſi reus, vel accuſator mortuus fuerit*; ità æquitati conſentaneum eſt, vt ex delicto defuncti hæres quoq; nullum commodum percipiat, quoniam turpia lucra ſunt hæredibus extorquenda, ne alieno ſcelere locupletentur, *l. in hæredem 5. D. de calumniat. l. quod diximus 16. §. vlt. & l. ſeq. D. de eo, quod metus cauſ. Cuiac. lib. 7. obſ. c. 37. & lib. 13. c. 37. Fachinæus lib. 9. contr. cap. 5. Schifordegh ad Ant. Fabr. lib. 1. tract. 10. q. 1. & lib. 2. tract. 1. Ant. Faber lib. 4. coniect. cap. 1. Amaya in d. l. 10. num. 46. & 47. C. de Iure Fiſci, Pichard. in §. non autem num. 35. & ſeqq. Inſtit. de perp. & temp. act.* ibique *Chriſtian. Krembergk num. 11. 16. & ſeq. Harpprecht. ad tit. Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. num. 15. & 16. Bachouius in tract. de action. diſp. 5. th. 4. & theſ. 17.* vbi ſubtilitèr oſtendere allaborat, actiones purè pœnales non poſse dari in hæredes vlla ratione, nec in quantum ad eos peruenit contrà *Anton. Fabr. de error. pragm. decad. 76. error. 4.* & alios.

12 Et prædicta firmat quoque *Author hic à num. 6. vſque ad num. 11.* vbi dicit ſufficere, quod ad defunctum peruenerit, & ab eodem conſumptum fuerit, quia cum hæredes ex aditione omnes hæreditarias obligationes ſuſcipere videantur, cum vniuerſitate omnium iurium, & actionum, cum iiſdem, hoc etiam, quod à defuncto fuit conſumptum, dicatur perueniſse, quem ſequitur, & poſt alios comprobat *Cæſ. Nicol. Piſan. in add. ad Goffred. d. rubr. 3. à num. 128. ad ſeq.*

13 Quod eò fortiùs *Canonum* iure attento procedit, vt etiam lite non conteſtata cum defuncto, & inſolidum hæredes teneantur, quia obligati ſunt defuncti conſcientiā exonerare, vt ex *cap. fin. de ſepult. cap. in lit. 5. de raptor. & cap. tua nos 9. de vſur.* docuerunt *Couarr. var. lib. 3. cap. 3. num. 7. Ant. Gomez var. reſol. tom. 3. cap. 1. de delict. num. 27. & ſeqq. Petr. Barboſ. in l. filiusfamilias 15. num. 138. & ſeqq. D. de re iudic. Amaya in d. l. 10. num. 42. C. de Iure Fiſci lib. 10. Author* noſter *hic à num. 19. vſque ad fin.* quem ſequuntur *Reg. de Philipp. cit. diſſert. 16. num. 10. & 11. Piſan. vbi suprà numer. 136.*

14. Cæterùm ſatis controuerſum eſt apud politioris literaturæ Interpretes, *Cuiacium* nempè, & *Antonium Fabrum*, aliosq; quos retulit *Fachin. controu. lib. 9. cap. 5.* an actiones ex delicto proficiſcentes, iure ciuili, contrà hæredes dentur inſolidum, eo caſu, quo non pœnæ, ſed rei meram continent perſecutionem? Et quamplures reſponderunt negatiuè, nimirùm actiones ex delictis, quamuis rei perſecutoriæ ſint, & saltèm pro ipſa re ablata, vel damno illato intententur, in hæredes tamen non tranſire, niſi poſt litem conteſtatam, vel niſi aliquod ad eos peruenerit, *Hartm. Piſtor. lib. 1. q. 27. Hunnius lib. 4. var. reſol. par. 6. tract. de action. quæſt. 3. Amaya in comm. ad lib. 10. Cod. tit. de iure fiſci d. l. 10. à num. 48. ad ſeqq. Harpprecht. in princip. inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. num. 25. & ſeqq. Cuiacij* verò

15 ſententiam contrà *Fabrum*, mira ingenij dexteritate tuetur eximius I.C. & Collega olim noſter amatiſſimus *D. Hieronymus Borgia*, meritiſsimus deindè *Tropeianus* Antiſtes, *Inueſtigat. Iur. Ciuil. contrà Ant. Fabr. lib. 4. cap. 1. per tot.*

AD

AD QVAEST. IX.

Officiales, an, & quando poſſint in eorum officijs ſubſtituere.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Officiales, an per ſubſtitutum ſeruire valeant, num. 1.

Electio denotans perſonę induſtriam, quibus verbis concipiatur, num. 2. & 3.

Subſtituere, àn poſsint officiales in hoc Regno, à num. 4. ad 6. & àn Proreges poſſint diſpenſare, num. 7.

Et quid in caſu abſentia, aut infirmitatis? Recenſentur Regia literæ, ac varia referuntur exempla in Prorege, Regente M. C. Secretario Regni, Curſore Maiore, Actuarijs, Cardinalibus, Canonicis, Vicarijs, Lectoribus, & locorum Gubernatoribus, à num. 8. ad 22.

Subſtitutus, an debeat eſſe idoneus, n. 23.

1 Prudentèr ſtatutum legimus, Officiales perſonalitèr aſsiſtere debere, vt nec per ſubſtitutum poſsint deſeruire, *Nouell.* 134. quæ eſt *Auth. Vt nulli Iudic. in princ. Nou.* 128. ſeù *Auth. de Collator. §. ad hoc prohibemus, Nou.* 17. ſiuè *Auth. de mand. Princ. §. eos autem, Nouell.* 8. ſeù *Auth. Vt Iudic. ſine quoq; ſuffrag. §. nulli quoque, l. vnic. §. ne autem C. de caduc. tollend. l. nullus, qui nexu C. de Decur. lib.* 10. *l. inter artifices* 31. *D. de ſolution. l. fin. D. de off. eius, cui mand. eſt iuriſd. cap. is cui* 12. *de offic. deleg.*

2 Quoniam in officijs, quæ habent adminiſtrationem annexam, vel quādo certum miniſterium alicui committitur, tunc cēſetur electa induſtria perſonæ, quæ non poteſt ſuppleri per ſubſtitutum; & in Regno validior ſuppetit ratio, quia in eo moris eſt, præſtari ab Officiali iuramentum de benè, & fidelitèr adminiſtrando, ob quod perſonæ induſtria electa longè magis cenſetur, *Andr. in cap.* 1. *de feud. Marchia, Capyc. dec.* 151. & poſt alios exornant *Reg. Conſtant. in Comment. ad d. l. nullus C. de Decur. lib.* 10. ibique *Amaya à num.* 3. *ad ſeqq. Maſtrill. de Magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 29. *per tot. Gurba conſ.* 36. *à num.* 1. *Lanfranch. Zacch. in tract. de Salario q.* 69. *à num.* 5.

3 Plura autem ſunt verba electionem induſtriæ perſonæ denotantia, veluti ſi dicatur, *de te confidimus, de te ſperamus, pro te, manu tua, videas perſonalitèr, tuæ diſcretioni committimus, tuæ conſcientiæ*, vt tradunt *Menoch. lib.* 2. *præſumpt.* 21. *& de arbitrar. lib.* 1. *q.* 68. *Epiſc. Ricc. deciſ.* 88. *par.* 1. *& dec.* 270. *par.* 2. *Amaya in d. l. nullus* 7. *&* 8.

4 Quod etiam alijs Regni noſtri legibus cauetur, prouè de Decurione loquitur *pragm.* 2. *in fin. de compoſit.*

De Prouinciarum Gubernatoribus, *pragm.* 2. *§.* 7. *de offic. Iudic.*

De Caſtellano, & Caſtrorum Cuſtodibus, *pragm.* 4. proximè relatis, & *pragm.* 2. *de reuoc. grat.*

De Rationalibus Regiæ Cameræ, *prag.* 39. *de offic. proc. Caſ.*

De Adminiſtratoribus Vniuerſitatum, *pragm.* 1. *De Adminiſtr. Vniuerſitatum.*

De Circitore, ſeù Barricello, *prag.* 3. *de Compoſit.*

De Actuarijs, *pragm.* 1. *de Actuar. Auctor hìc num.* 5. vbi etiam de ſcribis, & officialibus Dohanæ.

De Officialibus Dohanæ Menæpecudum Apuliæ, vulgò, *Canallarijs*, *prag.* 78. *§.* 5. *&* 6. *de offic. proc. Cāſ.*

5 Id quod ad omnes extenditur officiales Regni, vigore *cap. Regni Item quod prædicti officiales*, & *prag.* 1. *&* 2. *de Adminiſtratorib.* & quod ijdemmet ſeruiant, & non per ſubſtitutum, ex *pragm.* 2. *§.* 8. *de offic. Iudic.* Et conſtat ex *Ritib. M. C. V.* 2. 7. *&* 309.

Digitized by Google

Imò ex Gulielmi *Conſtitutione incip. Officia, quæ perſonis*, pœna capitis erat impoſita, nedùm ſubſtituenti aliquem in officijs, ſed etiam ſubſtituto, quæ poſteà ad pęnam bonorum publicationis per Imper. Federicum *in Conſt. Duram, & Diram pęnam*, fuit mitigata.

6 Vnde in Regno inconcuſsum videtur, neminem in officijs per ſubſtitutum deſeruire poſſe, vt latè declarant *Reg. de Ponte deciſ. 28. num. 45. & conſ. 137. lib. 2. & de poteſt. Proreg. tit. 10. de diuerſ. prouiſ. tit. de poteſtate ſubſt. in priuat.* Reg. *Conſtant. in d. l. nullus nu. 6.* Reg. *Rouit. & Nouar. in comment. ad pragm. de administrator. Reg. Tap. lib. 2. iur. Regni in annot. ad d. Conſt. officia ſub rubr. de official. in Regno conſtit. Reg. Galeota reſponſ. fiſc. 12. à num. 174. Reg. Sanfel. deciſ. 362. lib. 3. Amicangel. de regal. offic. quæſt. 7. Reg. de Marin. ad Reuerter. deciſ. 206. num. 1. et deciſ. 390. Conſil. Petra ſuper rit. M.C. 2. à nu. 34.* vbi *Scaglione n. 1. et 3. Conſil. Rocc. in tract. de offic. rubr. 4. de ſubſtit. in officijs à num. 3. Author hic à n. 1. ad 6.* omnium optimè *Reg. de Philippo in diſsert. fiſcal. 25. à n. 28.* vbi *in anteced. num.* oſtendit id quoq; variarum regionum iuribus diſpoſitum eſse.

7 Nec Proreges diſpenſare poſſunt, niſi ex cauſa legitima pro breui termino, conſulto Reg. Coll. Conſ. ex *pragm. 9. §. 3. de offic. Iudic.* & *pragm. 75. §. 132. de offic. proc. Cęſar. Rocc. d. loc. num. 21.*

8 Imò Auguſtiſs. Rex noſter ſuis Regijs literis ſub die 18. Iulij 1622. *Matriti*, expreſsè mandauit, non licere officiali per ſubſtitutum deſeruire, niſi in caſu abſentiæ per vnum, vel duos menſes cuiuslibet anni, vel in caſu infirmitatis per menſes ſex, & vbi longior requireretur dilatio, ad Suam Cath. Maieſt. eſse recurrendũ, itaùt ſi infrà menſes ſex in Tribunali Reg. Cam., Regia hæc facultas nòn præſentaretur, eiuſdem Tribunalis curæ ſit, exercitium officij, impediti officialis vita durante, perſonæ habili, & idoneæ vendere, illiuſq; pretium eidem officiali ſolui, proùt ex Regijs literis, quas recenſet *Reg. de Marinis in obſ. ad Reg. Reuert. d. deciſ. 390. n. 4.* ſiuè *num. 8. in 2. edit.*

9 Hinc primò deducitur, vt quamuis minor nominatus in officio ab habente facultatem, alioquin valeat per ſubſtitutum deſeruire, tanquàm inhabilis, *Montan. in repet. in cap. Imperialem §. præterea Ducatus n. 43.* attamen vigore dictarum literarum, non licere minori abſque Regis permiſſu per ſubſtitutum deſeruire firmat *Reg. de Marin. ibid.*, quod latiùs probat *Reg. de Philipp. cit. diſsert. fiſc. 25.*

10 Deindè, licet impedimentum infirmitatis ſit iuſta cauſa, vt quis per ſubſtitutum deſeruire poſſit, vigore tamen huiuſmodi Regiarum literarum, intrà ſpatium ſemeſtris tantùm, hanc facultatem reſtringi, infert *Conſ. Rocc. d. rubr. 4. num. 11. et 12.*

11 Rursùs ex abſentia neceſsaria poteſt officialis alios ſubſtituere, *Zacch. de Salar. d. q. 69. n. 12. Conſ. Rocc. d. rub. 4. num. 24.* & ſic ſeruatum tempore Exc. Ducis Albæ, & D. Petri de Toleto, & aliàs ſæpè, vt apud *Reg. Tapia deciſ. Supremi Conſ. Ital. 9.* vbi etiam refert illc concluſũ, poſse Proregem in caſu neceſsitatis, & abſentiæ ſibi ſubſtituere Locumtenentem, referunt *Thor. par. 3. ſect. 3. compend. deciſ. verb. Vicerex, et Nouar. ſuper pragm. 1. num. 7. de adminiſtr. etc.* quod etiam firmant *Reg.* Rouit. *ſuper pragm. 2. de Admin. tutor.* Ricc. *collect. 1056. Nouar. de elect. fori ſect. 2. q. 7. num. 7.* Reg. *de Ponte de Poteſt. Proreg. ſub tit. de aſſenſ. Reg. §. 6. Taſſon. de anteſ. verſ. 2. obſ. 2. num. 43.* meminit *Conſil. Petra ſuper d. rit. 2. num. 45.* videndi *Reg. Tap. lib. 2. iur. Regni in annot. ad Conſt. Officia num. 12.* & *Conſil. Rocc. in tract. de officijs rubr. 11. Locumtenentem, an Prorex creare poſsit, per tot.*

12 De Regente M.C. Vicariæ durante infirmitate, vel alio impedimento, quod non poſsit ſine licentia Regis,

vel

vel cum votò Proregis, & conſenſu aliorũ Iudicum ſubſtituere aliquem ex Iudicibus, ex *Afflict. in d. Conſtit. Officia num.* 1. quod idem hodiè ſeruari teſtatur, *ibid.Reg.Tap. n.7.*

13 De Secretario Regni huius, an poſsit ſubſtituere, latè *Gizzius in obſ. ad Reg.Capyc.latro deciſ.* 168. *2. tom.*

14 De Officio Curſoris Maioris, quod non poſsit exerceri per ſubſtitutum, ait Reg.*de Ponte lib.2. conſ.*137. *nu.*1. vbi idem ſubdit obſeruari in officijs Magiſtrorum Actorum, quorum conductores non admittuntur abſq; Proregis aſsenſu.

15 Facultatem verò nominandi, vel eligendi alicui elargitam, alteri cedi non poſſe, diſponitur *in l.ſi quis arbitratu* 43. *D.de verb.oblig.Noal.de trãſmiſs. caſ.* 16. *num.*7. *caſ.*35. *num.*26. *& caſ.*36.*num.*18. *Larrea alleg.*120. *n.* 15. *tom.* 2. alijque apud *D. Alphonſ. Olea de ceſs. iur. tit.*3. *quaſt.*1.*n.*42.

16 Prout, nec executori teſtamenti ſuum officium alteri iniungere licet, *l.nulli C.de Epiſc.& Cler.*noſter *Author hic n.*3.*Carpio de executor.teſtam. lib.*2. *cap.*19. *Præſ.Merlin. hoc declarans controu.centur.* 1.*cap.*84.*Olea d.l. n.*43.

17 Quod tamen reſtringitur in Cardinali, qui proptèr eius eminentem dignitatem, valet munus commiſſum alterius fidei committere, *Barbatia de Cardinal. par.*1.*q.*5. *num.*12. *Conſ.*Pe*tra ſuper rit.*2. *M.C. num.*41. *verſ. Id quod.*

18 An verò Canonici ad effectum lucrandi quotidianas diſtributiones, poſsint per ſubſtitutum deſeruire, latè declarat R*eg. de* Marin. *lib.* 1. *reſol.* 41. ibique *in add.*Redoer.poſt Ciartin. *controu.lib.*2.*cap.*192. *à nu.*42.& alios, *De Luca in animaduerſ.ad* Gratian.*diſcept.*800. *per tot.tom.*4.

19 Vicarium etiam Epiſcopi non poſſe ſibi Vicarium ſubſtituere, legitur *in cap.clericus de offic.Vicar. Taſſon.de anteſ.verſ.*2.*obſ.*4.*num.*58. niſi ex cauſa neceſsaria, *Iacob.Strezz.de offic.Vicar.Epiſc. lib.*2.*q.*66. Et an valeat ſubſtituere, cum Epiſcopus in literis commiſsionalibus facultatem eidem Vicario dedit ſubſtituendi, copioſè *Conſ.Petra ſuper rit. M.C.*309. Et quãdo Vicarius Capitularis, poſsit alium ſubſtituere, elucidat optimè *Flamin. Marchettus in prax. Vicar.Capitul.tit.* 8. *per tot.* Et ſi Vicarius ſubſtitutus vigore facultatis ſubſtituendi conceſsæ à Capitulo delinquat, non tenetur pro illo Vicarius Capitularis ſubſtituens, *Ricc. deciſ.Curia Archiep. Neap.*169. *per tot.*

20 Doctor verò ad legendum deputatus, per ſubſtitutum legere valet, ſi conſuetudo ferat, vt poſt *Bart.* tradit *Conſ.Petra d.num.*38. In legitimis verò caſibus is eligi debet ſubſtitutus, qui dignè poſset eam Cathedram obtinere, *P. Andr. Mendus Soc. Ieſu de Iure Academ. lib.*2. *q.*27.*num.*303. *&* 304. Et in noſtro Regno Neap.ſtatuta eſt forma ſubſtituendi, per Reg. *pragm. ſub rubr. de* Regimine *ſtudior. Neap. par.*2. *tit.*5.

21 Permittitur quoq; ſeruire per ſubſtitutum, quando in loco, cui fuerunt Gubernatores propoſiti, viget conſuetudo ſubſtituendi, *Afflict.deciſ.*22. *Carau.ſuper rit.M.C.*2.*ſub nu.*20.ibiq; *Conſ.*Petra *num.* 38. *Zacch.de Salar.d. q.*69.*nu.*9. *Nouar.collect.*2.*ſuper prag. de adminiſtrator.n.*3. *Maſtrill. d.lib.*1. *cap.*29.*num.*20.

22 Et diuerſimodè ſeruari ait Reg.*Tapia in d.Conſt. Officia num.* 16. nam in aliquibus Vniuerſitatibus huiuſmodi Locumtenentes, ſeù ſubſtitutos eligunt Barones; in aliquibus Capitanei, ſeù Ciuitatum Gubernatores, in alijs Magiſter Iuratus hanc vicariam exercet iuriſdictionem; Iſti verò Locumtenentes Magiſtratuum Baronalium debent eſse exteri, niſi ad modicum tempus; P*ræſ.de Franch. deciſ.* 98.*Balthaſ.de Angel.in ſuo* Prato *ſuper* 1. *libro Cod. in l.*10. *num.* 2. *ſub tit. de aſſeſſor. Borrell. de Magiſtrat.edict.lib.* 1. *cap.*5. *num.*39.*Thor.in compend.dec. par.*3.*ſect.*2.*verb. officialis ciuis f.*209. *& par.*1. *&* 2. *verb. Locumtenens, Capiblanc. de Baron. pragm.*3. *num.* 217.

Nouar. de grauam. vaſallor. tom. 1. *grauam.* 195. *tom.* 2. *grau.* 83. 84. & alibi. & quamuis alitèr ſentiat *Conſ. Petra ſuper rit. M. C.* 63. *num.* 13. Attamen *De Luca in obſ. ad cit. Præſ. de Franch. num.* 2. meritò ab illius opinione recedit, dùm impoſsibile eſt, haberi exterum habilem pro illo modico tempore.

23 In his autem caſibus, in quibus ſubſtitutum, ſeù Locumtenentem apponere licet, ità ſubſtitutus erit deſignandus, vt ſit habilis, & idoneus, ac ità qualificatus, vti ſubſtituens, vt diſpoſitum eſt per *Reg. Pragm.* 2. §. 12. *de offic. Iudic.* tradunrq; *Reg. Conſtant. in d. l. nullus, qui nexu, C. de Decur. lib.* 10. *n.* 45. *& ſeq.* ibique *Amaya n.* 36. *&* 37. *Conſ. Rocc. d. rubr.* 4. *num.* 28. vbi ſubdit, quod ſubſtitutus debet approbari per Regiam Cameram, ex *Arreſt.* 77. ex collectis per *Reg. de Marinis*, idemque *num.* 31. teſtatur, fuiſſe inquiſitum officialem, qui ſubſtituit neſcientem legere, & ſcribere.

AD QVAEST. X.

Officialis non habens facultatem ſubſtituendi explicitam in ſuo priuilegio, ſed implicitè, & relatiuè ad priuilegium prædeceſſoris, an poſſit ea facultate vti, & quando.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

Subſtituendi facultas, an requiratur ſpecificè in conceſſione officij, an verò ſufficiat relatiuè ad priuilegia prædeceſſorum, qui ſubſtituendi poteſtatem habebant?

Elucidatur quæſtio ex Mõtano, *&* Merolla, *à n.* 1. *ad* 4.

Clauſula, ſi, & prout prædeceſſores officiales tenuerunt hoc officium, *quid importet, n.* 5.

Et an ſub illa veniat poteſtas ſubſtituendi, à n. 6. *ad* 8.

Quid ſi concedatur officium perſonæ inhabili ad ſeruiendum, n. 9. *&* 10.

1 PVlchram appellat hanc noſtri *Auth.* quæſtionem *Montanus de regal. offic. nu.* 18. *verſ. ſed hic occurrit, fol.* 185. num ſcilicet requiratur ſpecifica facultas ſubſtituẽdi in priuilegio conceſſionis officij; an verò ſufficiat implicitè, & relatiuè ad priuilegia prædeceſſorũ, ideſt, *ſi, & prout tui prædeceſſores Officiales tenuerunt hoc officium*, itàut ſi prædeceſſores Officiales habebant poteſtatem ſubſtituendi, poſſit & ipſe quoque ſubſtituere?

2 Diuerſimodè deciſum refert *Author hic*; primò, quod poſſit ſubſtituere ex vi clauſulæ prædictæ, *ſi, & prout tui prædeceſſores officiales habuerunt*, quia cum prædeceſſores in officio habuerint facultatem ſubſtituẽdi annexam cum officio, videbatur illa facultas ex natura officij, adeòq; vi dictæ clauſulæ, omnia conceſſa in priuilegio relato, intelliguntur conceſsa in referente *Author hic à n.* 3. *ad* 6.

3 Secùs autem dicendum eſſe docet idem *Author à n.* 6. *ad n.* 10. ſi officium ſit conceſſum poſt *Reg. Pragmaticas*, per quas, cum data ſit generica natura omnibus officijs miniſterij, vt ſeruiant officiales de perſona, & non per ſubſtitutum; alterario naturæ debet fieri ſpecificè; Item deuoluto officio ad Regem, qualitas ſeruiendi per ſubſtitutum, dicitur extincta, argumento eorum, quæ dicit *Andr. in c.* 1. §. *huius autem generis ſub num.* 12. *ex quib. cauſ. feud. amitt.* ſcilicet feudum apertum Regi, non eſſe feudum penès Regem, & ſic iudicatum fuiſſe in cauſa *Ant. Belmuſti* ſub die 1. Decembris 1576. quod non liceret ſubſtituere, teſtatur *Auth. hic nu.* 9. quem refert, & ſequitur *P. Merolla tom.* 3. *theol.*

theol.moral.diſp.6.de priuil.cap.8.num. 440.

4 Sed contrà noſtrum *Auth.* argumentatur *Montan. vbi ſuprà*, ſcilicet penès Regem adhuc eſſe officium, quia eſt nomen ſeruitij, & non poteſt deſinere eſſe, itàut deſeruiat magiſtratibus; Non ſic in feudo, quia penès dominum ſuum res illa eſt libera, & ſic extinguitur qualitas feudalis; Vnde reſpectu officij, dum Rex ſcit naturam generalem officiorũ in Regno noſtro, vt ſeruiant de perſona, & non per ſubſtitutum; neq; concedit ſim-
5 pliciter officium, ſed alterat, reſtringendo ſe ad priuilegium prædeceſſorum, cuius relationis vis eſt, vt relatum ſit in referente, cum omnibus ſuis qualitatibus: Ergò ex vi relationis dicitur ſpecificè facta alteratio naturæ; Et ſic proſequitur declarare dictam clauſulam, *ſi, & prout prædeceſſores officiales illud tenuerunt*, de qua etiam *R.Reuerter.deciſ.*557.ibiq; *Reg.de Marin. in obſ.*

6 Concludit tamen idem *Montan.* vt ſub clauſula prædicta, non veniat poteſtas ſubſtituendi, quia in *Pragmaticis* prædictis mandatur, quod non ſeruiant per ſubſtitutos, abſq; expreſſa licentia Regis; Et in *Pragm.*2. §.12.*de offic. Iudic.* mandat Rex, officia de cætero non concedi, nec conceſſa intelligi cum poteſtate ſubſtituendi; & ſic ait *Montan.* eſſe de reſeruatis inſolitis concedi, quò ſit, vt non ſufficiat relatio ad aliud, vbi requiritur eſſe quid certum, & expreſſum, ex *gloſ.in c.ſi Epiſcopus in ver.certis de præben.in 6.* & alijs.

7 Idq; etiam ſtatutum ex particularibus ordinibus Regijs, quod minimè poſſit fieri ſubſtitutio, & ſi priuilegium habeat, cum clauſula prædicta, teſtatur *Reg.de Ponte de poteſt.Prorreg. tit.*10. *de poteſtate ſubſtituendi in offic. num.*2. *& conſ.*137. *num.*2.*lib.*2. quem ſequitur *Amicangel.in tract.de regal.offic.quæſt.*7.*nu.*2. *Reg.de Philipp. differt.ſiſc.*4.*n.*6.

8 Imò quia in *d.prag.*2.§.12.*de offic.Iud.* expreſsè mandatur, ne de cætero officia concedantur cum poteſtate ſubſtituendi, cùm clauſula derogatoria ad futuras conceſſiones; obſeruat proinde *Amicangel.ibid.nu.*13. quod noua officij conceſſio etiam cum ſpecifica poteſtate ſubſtituendi non valeret, niſi in ea eſſet appoſita clauſula derogatoria ad *prag.*prædictam.

9 Quod limitari docet, quando ex certa ſcientia conceditur officium alicui, qui non poteſt de perſona ſeruire, nam quoties eſt electa perſona inhabilis ad officium, tacitè cenſetur iàm eſſe diſpenſatum, vt per ſubſtitutum ſeruiat, *Reg.de Ponte d.loc.n.*3.
10 *Amicang.d.q.*7.*n.*15.*&* 16.& latè videndus eſt *Reg. de Philipp. in differt. fiſcal.*25.*per tot.* vbi doctiſſimè de more fundat, nullo modo minoribus, ac fœminis in officijs ſubſtituere permiſſum abſq; Regis licentia, quod etiam firmat ex Regijs literis ſub datum Matriti 10. Martij 1663. quas tranſcribit *in fine ſuæ differt.*, ac refert Reg.Cam. decretum ſuper liquidatione quinque in centena ſingula pro facultate ſubſtituendi in officio Secretarij huius Regni petita per *Ill.D. Syluiam Barrilem*, Principiſſam S.Archangeli, eius vita durante tantùm.

AD QVAEST. XI.

Officialis ſubſtituens, qualiter, & quando teneatur de culpis ſubſtituti.

ANNOTATIO.

SVMMARIVM.

*SVbſtituens, an teneatur de exceſſibus, ac delictis ſubſtituti, à n.*1.*ad* 4.

*Et quid ſi ſubſtituit ex cauſa neceſſaria, vel mutatis ex poſtfacto moribus ſubſtituti, aut decreto Iudicis, ſiuè licentia Proregis, à n.*5.*ad* 11.

Officiales ad munus aliquod deputati præſtita fideiuſſione, ſi illud in capite obtineant

tineant, an iterùm fideiubere teneantur, n. 12.

Subſtituens in caſu, quo tenetur de culpis ſubſtituti, an teneatur ciuilitèr, vel in ſubſidium, & quid ſi illum exhibeat, à n. 13. ad 15.

Officiales, an etiam pro omnibus miniſtris, ac executoribus teneantur, n. 16.

Inſtitoris factum, an domino noceat, n. 17.

Nominator, an teneatur pro nominato ad officium, à n. 18. ad 20.

Salarium, an debeatur ſubſtituto, qui officium exercuit, vel alteri ex officio falſo, ratione laboris; Itemq; Officialibus carentibus Regali *priuilegio, ſed ex* Proregis *ordine, ex cauſa iuſta ſeruientibus, n. 21. & deciſio refertur, n. 22.*

1 FRequētiſſima item, ac perutilis eſt huius loci indagatio, an ſubſtituens teneatur de exceſsibus, & delictis ſubſtituti? & affirmatiua ſententia dilucidè probatur ex *l. nullus 60. in fin. C. de Decurion. lib. 10. l. neminē 64. C. eod. l. 1. in fin. C. de Præpoſ. agent. in rebus lib. 12. l. ad ſimilitudinem 21. C. de Ep. & Cler.* firmaturque, poſt alios R. *Conſtant. in d. l. nullus 60. à n. 57. cum ſeqq.* vbi *D. Franc. Amaya à n. 43. Solorzan. de Indiar. iure lib. 3. c. 6. num. 106. & ſeq.* Reg. *Reuerter. deciſ. 206. num. 3.* Ibiq; Reg. *de Marin. in obſer. n. 3. & deciſ. 325. n. 1.* Reg. *Rouit. dec. 72. num. 68. & dec. 79. in princ.* Conſ. *Carleu. in Apologia in eandem* Reg. *Rouit. dec. 79. num. 1.* poſt *to. 2. tract. de Iudic. Amicangel. de regal. offic. q. 7. num. 19. Reg. Galeota reſp. fiſc. 11. n. 1. Conſ. Staiban. reſol. 34. n. 8. & 9. & in obſeru. n. 4. et 5. t. 1.* Reg. *de* Philipp. *differt. fiſc. 14. n. 37. Conſ.* Rocc. *de officijs rubr. 4. nu. 30. et 44. et in opuſc. de delict.* Perceptor. *tit. de delictis ſubſtit. à n. 197. ad ſeqq.* Rodoer. *in add. ad* R. *de Marin. cap. 3. n. 1. lib. 1.* Conſ. *Altim. in obſ. ad* Reg. *Rouit. conſ. 87. à n. 2. lib. 1. Tranchedin. conſult. 62. n. 5.*

2 Quod procedit in quocunq; Officiali habente officium in capite à Regia Curia, cum facultate ſubſtituendi, quia adhùc tenetur pro culpis ſubſtituti, delinquentis in exercitio officij, *Author* noſter *hic nu. 1.* quem ſequitur *Taſſon. de anteſ. verſ. 4. obſer. 2. num. 94.* & deciſum refert Reg. *Rouit. d. dec. 79.* quem ſequuntur *Rodoer. in d. cap. 3. num. 2.* Reg. *Galeota d. reſp. 11. num. 27. verſ. Et fuit deciſum, Conſil.* Rocc. *de delict.* Percept. *n. 208.* qui reprobat diſtinctionem R. *Conſtant.*, ac aliorum inter habentem facultatem ſubſtituendi, & illa carentem, & *num. 209.* rationem tradit, quia poteſtas ſubſtituendi conceſsa alicui officiali in ſuo priuilegio, non reſpicit vllum commodum Regiæ Curiæ, ſed ſolius officialis in capite, vt poſſit illud officium exercere, ſiuè per ſe, ſiuè per alium, propterea omne damnum, quod ex culpis ſubſtituti emanat, ſubſtituentem tantùm ſequatur.

3 Aliam rationem excogitauit noſter *Auth. hic nu. 3.* quia ſcilicet conceſſio Regis debet intelligi, prout ius intelligit; Quod confirmari poteſt ex Conſuetudine, de qua teſtatur Reg. *Galeota d. reſp. 11. num. 27.* vt in omni caſu, in quo declaratur de iure, vel ex priuilegio competere facultatem exercendi officia per ſubſtitutos, adijciatur clauſula, *dummodò ipſe ſubſtituens principaliter, vel inſolidum teneatur*, quæ clauſula de conſueto Cancellariæ ſtylo apponi ſolere poſt alios tradunt *Amicangel. d. q. 7. nu. 19. verſ. Et ideò ex ſtylo,* Conſ. *Rocc. de delict.* Percept. *nu. 239. et 259.* Reg. *de* Philipp. *cit. diſſertat. fiſc. 14. n. 42. et 45.*

4 Et ſic, quando in priuilegio officij eſt conceſſa facultas ſubſtituendi cū expreſſa conditione, ſiuè particula, vt nempè de ſubſtituti culpis, ac defectibus ſubſtituens teneatur, tunc ſumus in claris, vt ſubſtituens teneatur, *R. Reuert. dec. 206. R. Rouit. d. dec. 79. n. 9. Conſ. Rocc. de delict. Percept. nu. 237. R. de Philipp. d. differt. 14. num. 44. Conſ. Altimar. in obſeru. ad cit.* Reg. *Ro-*

uit.

nit.conſ.87 num. 1.lib.1.

5 Quod limitari ſolet in officiali ſubſtituente ex cauſa neceſſaria,quo caſu omnes concludunt, nullo modo ipſum teneri pro defectibus, & culpis ſubſtituti,ſi nulla fraus,vel negligentia ſubſtituẽtis interceſſit, & ille idoneus, & fide dignus electionis tẽpore exiſtimabatur; arg. *l.vnum ex familia* 67. §. *ſi de falcidia,D.de leg.*2. *l.ſi ſeruo* 84.*D.de hæred.inſtit.& l.utrũ* 8.§.*cum quidam,D.de reb.dubijs,Amaya in d.l.nullus nu.*47. *C. de Decur.lib.* 10. vbi *Reg.Conſtant. à n.*59. *R.Rouit. conſ.*87.*n.*2.*lib.*1.

6 Et tunc demum teneri ſubſtituentem de culpis ſubſtituti, ſi ſubſtitutio illa fuit ex cauſa voluntaria, declaratum fuiſſe teſtatur *Author* noſter *hic n.*1. quem referunt, & ſequuntur *Nouar.ſupèr Pragm.*2. *de adminiſtrat. &c. n.*7. *Conſ.Petra ſuper Rit.M.C.*2. *ſub n.*48. *lib.*1. *Reg. de Philipp. differt. ſiſc.*14.*nu.*39. *Conſ.Rocc. de delict.Percept.n.*206. *Conſ.Altimar. in obſ. ad R. Rouit.d.conſ.*87.*n.*3. *Rodoer. ad Reg.de Marin.d.cap.*3. *n.*6. *&* 7. vbi *Authorem* laudat, eiuſq; verba refert.

7 Sed non ſolùm ſubſtitutus debet eſſe perſona idonea, ſed valdè integra, & ſolita eũ integritate ſe gerere in negotijs ſibi cõmiſſis;ſi verò mutatis ex poſtfacto moribus, ſubſtitutus delinquat, ſubſtituentem non teneri docent, poſt alios *Reg.Conſtant. in d.l. nullus n.*63.*&* 64. vbi *Amaya n.*49. *et* 50.*Ricc.dec.*137.*p.*1. *Rodoer. ad Reg.de Marin.d.cap.*3. *n.*9. *De Luca ad Praſ. de Franch. dec.*212. *& in animaduerſ. ad Gratian.cap.*395. *nu.*7.*&* 8. *tom.*2. qui etiam inferunt, quod ſi Caſtellanus, ſeù Arcis Præfectus, alium probatæ conditionis virum loco ſui in cuſtodiam arcis conſtituerit, qui poſteà arcem perdiderit, excuſatur:

8 Prout de Cuſtode carceris, ſiuè commentarienſi, qui, dum ſubſtituit ad carceratos cuſtodiendos idoneum, qui poſtmodùm fiat cuſtodiæ peruicax, non tenetur de eius infidelitate, vt latè declarant *Grammat. voto* 29. *Maſtrill. deciſ.*276. *Reg. de Marin. ad Reuert.deciſ.*325.*n.*1.*Io.Bapt.Mucci in dilud.ad Reg.Sanfelic. deciſ.*46. *per tot. Paſqualin. in comm. ad Pragm. Regni Neap.ad rubr.de carcer.& captiu.num.* 427.

9 Contrariam tamen opinionem, vt ſcilicet etiam ſi neceſſaria erat ſubſtitutio, adhuc ſubſtituens teneatur de culpis ſubſtituti, acertimè tuentur P. *Afflict.controu.cap.*45.*num.*15.*& Conſ. Roccus de delict. Percept. à num.*218.*&* 231. qui tamen poſt alios, ad hoc, vt teneatur ſubſtituens, regulam generalem conſtituunt,quod ea dicitur cauſa neceſſaria, quæ peruenit ex poſtfacto, iuſſu Principis, & non poterat præuideri, *Reg. Galeot. reſp. fiſc.* 11. *num.* 3. *Reg. Rouit. deciſ.* 79. *n.*6.quod etiam probare videtur *Reg. Reuerter. deciſ.*206. *num.* 3. ibi: *Idque procedere dictum fuit, adhùc ſi ſubſtituens ſubſtituendi poteſtatem haberet, & idoneum ſubſtituerit, non tamen à Superiore approbatum,vt ſemper teneatur de culpis, & defectibus ſubſtituti.*

10 Vnde,ſi decreto Iudicis fuerit ſubſtitutus admiſsus,vel iuſſu Superioris conſtituatur, tunc ſubſtituens non tenebitur, ex eo, quia ſpecialitèr fuit à Principe admiſsus, & ſic approbatus, *Giurba conſ.*36.*num.*19.*&* 20.*Reg. Rouit.in pragm.*1.*de Syndic.Offic.n.*53. *& conſ.*87. *num.*3. *lib.*1. *Conſ. Staib.d. reſol.* 34. *num.* 9. quod declarat *Reg. Galeota d. reſponſ.*11. *n.*8. niſi à Principe, vel à Iudice expreſsè fuerit dictum, vt de ſubſtituti culpis, ſubſtituens teneatur.

11 Et ſic ſolent iſti Officiales deputare aliquem, qui poſteà confirmatur à Prorege, & ab eius manibus ſuſcipit officium per viam prouiſionis, quo caſu nominantem, ſiuè ſubſtituẽtem non teneri pro culpis illius ſubſtituti, nec principalitèr, nec in ſubſidium,vt deciſũ teſtatur *Dom. Reg.noſter hic num.* 9. quem ſequuntur *Rodoer. ad Reg.de Marin. d. cap.*3. *n.*11. *& Io: Bapt.Thor. in comp. deciſ. par.*3. *ſect.*2. *verb.Officialis nominans f.*214. 2. *col.*

Et

12 Et hi deputati ab Officiale cum licentia Proregis, qui præſtiterunt fideiuſsionem pro regentia, ſi poſteà obtinuerunt officium in capite, & principalitèr, nouam fideiuſsionem præſtare tenentur, vt iudicatum refert *Author hic num.* 10. & 11. cuius meminerunt *Nouar. ſuper pragm.* 2. *de adminiſtrator.&c. num.*7. *verſ. Et aduertit inſupèr, Thor.in comp.dec.d.par.* 3.*ſect.*2. *verb.officialis ab aliquo nominatus fol.*214.

13 Sed in caſu, quo ſubſtituens obligatus remanet de culpis ſubſtituti, intelligi debet ciuiliter tantùm, & non criminaliter, *Amicangel. de regal. offic.d.q.*7.*num.*21. *Reg.Reuerter.deciſ.* 206.*num.*5. & *deciſ.*325. & 536. *Reg. Galeota reſp. fiſc.*15.*num.*132. & 133. *Reg.Rouit. d.conſ.*87. *num.*4.*lib.*1. vbi *Conſ. Altim. in obſ. num.* 14. niſi ſubſtituens ſciens ratum habuerit, vel permiſerit, vel particeps fuerit delicti, poſt alios *Conſ. Rocc.de delict.Percept. num.*272. & *ſeqq.*

14 An autem teneatur ſubſtituens principalitèr, vel in ſubſidiū, diſcuſſo ſubſtituto, declarant *Reg. Galeota d. reſp.*11. *à num.*18. *Reg.Rouit. deciſ.*79. *num.*24. *Conſ.Altimar.* ad Rou. *d.conſ.* 87. *à num.*8.

15 Et vtrum liberetur exhibēdo ſubſtitutum? & negatiuè reſpondent *Maur. alleg.*93. *Conſ. Altimar. in obſ. ad Reg. Rouit. d. conſ.*87. *num.*6. & 7. *Rodoer. ad* Reg. *de Marin. d.cap.*3.*n.*5. latè *Conſ. Rocc. de delict. Percept. à nu.* 244. & *ſeqq.* moti ea ratione, quia in hoc Regno adeſt Statutum, vt de culpis, & defectibus ſubſtituti teneatur ſubſtituens, per *cap.* 62. ſecundùm *ord. Nigri*, itemquè ſi adeſſet clauſula in priuilegio, vt teneatur de culpis ſubſtituti, quod limitat *Reg. Reuerter. deci.*206. *verſ. Excepto*, in officialibus ſubſtituentibus, qui non poſſent alitèr ſuum exercere officium, niſi aliorum vterentur miniſterio, vt ſunt Perceptores Prouinciarum, quo caſu licet teneantur de ſubſtitutorum culpis, ſi tamen non ſunt delicti participes, & bonos elegerint, eos exhibendo, liberentur, & ſic deciſum refert per Reg. Om. quod ſtante exhibitione ſubſtitutis eis reſtituatur officium.

16 Porrò officiales non ſolùm pro ſubſtitutis, verùm etiam pro omnibus ſuis Miniſtris, Executoribus, & Subofficialibus tenentur, *Author hic num.* 4. quod ſpecialitèr prouiſum eſſe, ait in *cap. Regis Caroli, incip.Item prædicti Secreti* 62. ſecundùm *ord.Nigri*, ſequuntur *Conſil. Rocc. de delict. Percept. à num.*244. *Reg. Galeota reſp. fiſc.* 15. *num.* 132. *Conſ. Prat. in ſuo Nicandro in vlt. edit. à num.* 610. *ad ſeqq. Conſil. Altimar. in nouis, ſeù ſecundis obſeru. ad deciſ. Reg. Rouit. obſ.* 79. *num.* 1. & conferunt tradita per *Reg.Sanfelic. deciſ.*179.*par.*2. vbi fundat, quod eligens aliquem ad miniſterium, tenetur de proprio de omnibus ejus exceſſibus, idemque confirmat Reg. *de Marin. ad* Reg. *Reuert. dec.*260. dicens, teneri officialem de extorſionibus per ſuos Executores commiſſis.

17 An Dominus teneatur de facto, ſeù delicto Aurigæ famuli ſui, qui puellam ſubtus currum, quam vehebat, comprehenſam occidit, inquirit *Io:Paul.Xammar.par.*1.*rer.iudicat.definit.* 47. Et quid de negotijs geſtis per Inſtitorem, vel eorum Magiſtros, conſulendi ſunt, *Berlich. deciſ.* 252. *Coler.dec.*248. *Tranchedin.conſult.*62. *num.*1. *De Luca in Scholijs ad Gratian. deciſ.*178.

18 Hæc autem procedere in ſubſtituto, non autem in nominato per officialem, quia tunc non teneri officialem, niſi in ſubſidium, docet noſter *Author hic num.* 7. & 8. quem refert *Thor. in compend. deciſ. par.* 3. *ſect.* 2. *verb.Officiales nominans fol.*214.

19 Sed quod nominans, etiam de facto nominati teneatur, apertè oſtendunt *l.Imperator D. ad municip. l.*1. *D. de Magiſtr. conuen.L.inxtà C.de ſuſcept. Præpoſit. & Arc. lib.* 10. *l. Exactores C. eod.* probaruntq; *Reg.de Ponte conſ.*85. *lib.*2. *Montan. de regal. offic. num.*73.

Con-

Conſil. Gizzarell. deciſ. 31. Conſil. Rocc. de offic. rub. 4. num. 44. Reg. de Marin. lib. 1. reſol. 342. P. Afflict. contron. iur. cap. 45. num. 1. Larrea alleg. 39. Tranchedin. conſult. 62. num. 6.

20 Sunt tamen diſtinguendi tres caſus. Primus, quando ex nominatione nullum ius tribuitur electo. Secundus, in nominatione, quæ tribuit ius, ſed non perfectum. Tertius, cum tribuit ius perfectum, & in his duobus caſibus, quia nominatio eſt idem, ac electio, ſempèr nominans tenetur de culpis nominati, vt latè probat *Reg. Reuiſ. in pragm. 2. de Adminiſtrat. Vniuerſit. à num.* 27. quem ſequitur *Conſil. Altimar. in nouis, ſiuè ſecundis obſ. ad deciſ.* Reg. *Rou. obſ. 71. num. 6. & ſeqq.*

21 Notandum denique eſt, quod ſalarium debetur ſubſtituto, qui officium exercuit, quãuis officialis ſubſtituens eſſet impubes, ſicq; incapax, teſte *Reg. Reuerter. deciſ.* 437. per *tex. in l. Titio D. ad municip.* per quem *Bald.* dixit, quod quis meretur ſalarium ex officio etiam falſo, ratione laboris impenſi, ibiq; *Reg. de Marin. in obſeru. num. 5. in 2. edit.* teſtatur, ex his fuiſse in Supremo Italiæ Senatu abſolutum hæredem *Balthaſaris Golini* à reſtitutione ſalarij, quo gauiſus fuerat cum officium Proregij Conſiliarij exercuiſset ex prouiſione facta per Exc. Ducem Oſſunæ, tunc Regni Proregem, eſtò contrà expreſſos ordines S. C. Maieſtatis; Et ſimilem Regiæ Cameræ conſultationem adducit doctiſsimus I. C. *Carolus Rota in annot. ad Reg. Rou. conſ. 59. n. 9. lib. 3.* vt nempè daretur ſalarium officialibus abſq; priuilegio Regis, ſed ex iuſta cauſa, ordine Proregis ſeruiẽtibus, ratione laboris, non obſtantibus quoque Regijs literis de anno 1619. aliiſque prohibentibus dari mercedem Miniſtris carentibus Regali Ce-

22 dula; Proùt nupèr me patrocinante in cauſa *Ill. D. Helenæ Catharinæ Morra Duciſſæ Cantalupi*, fuit obtenta fauorabilis Conſultatio facta S.C.M. per Reg. Collaterale Conſilium: non obſtante *reſultatione*, ſeù mandato facto per Tribunal Regiæ Reuiſionis, aduerſus hæredes *Ill. Duc s Cantalupi D. Andreæ de Ianuario Regentis*, pro reſtitutione ducatorum 2144.3.14. ei liberatorum pro honorario, eo quod deficiẽte ei priuilegio Cath. M. obſtabant Regiæ literæ anni 1624. die 21. Nouembris, ordinantes, non dari poſseſsionem Regio officiali, abſq; Regali priuilegio, & neminem ex Spectabilibus Regentibus, poſse frui prærogatiuis in hoc Regno, niſi poſſeſſionẽ priùs cæperit perſonalitèr in Supr. Italię Conſilio; ſed quia ordine Proregis, præfato Regenti ad ſupplendum ſuffragiorum numerum in R. Coll. Conſ. & ſic ex iuſta, vrgentique cauſa interuenienti, debebantur vtiq; prædictę quantitates. Ex hoc conſultatio pręfata obtenta fuit; non obſtante etiam, quod fuerat iam ordinatum ſequeſtrum ſupèr bonis hęreditarijs, per integerrimum R. Cam. Præſidentem *Dom. Franciſcum Antonium Andreaſſo*, dictæ Regiæ Reuiſionis Delegatũ, exiſtente Fiſci patrono *Dom. D. Ioſepho Alciato*, I.C. natalibus, legali doctrina, vera eruditione, ac morum candore ornatiſsimo, ac in M.C.Vic. nunc meritiſsimo Pauperum Aduocato, omni ſuprema dignitate meritiſsimo; cuius doctiſſimam *Conſultationem de ſucceſſione feudali Ill. Nicolai ab Auria Ducis Ebuli*, in alijs noſtris feudalibus edendis operibus, Deo dante inſeremus.

Et demùm vniforme dictæ Reg. Collat. Conſil. Conſultationi, Sacræ Cath. Maiſtatis reſcriptum reſultaſse, Nobis innotuit.

APPENDIX

NOnnulla alia, quæ ſub oculis exorta ſunt, pro huius ſecundæ partis corollario annotanda putauimus, vt benignis Lectoribus pro apophoretis apponeremus.

Ad §. 7. de Immun. q. 9.

IN articulo immunitatis patrum onuſtorum in hac Ciuitate Neap. diximus *in d. q. 9. n. 5.* quod pro conſignatarijs ſcripſit peritiſſimus *Reg. Dom. Dominicus Petronius,* vt ex eius *reſponſo* apud *Iul. Caponum in diſcept. forenſ. 398. tom. 5.* ſed nec omittendum cenſuimus aliud doctiſſimum *Iuris Reſponſum* pro iiſdem Conſignatarijs elaboratum per *Dom. Flauium Gurgum* I.C. eximium, atq; primatium Aduocatum, omnique magiſtratu digniſsimum.

NOVISSIMVM
IVRIS RESPONSVM
PRO
Conſignatarijs Gabellæ farinæ,
CONTRA
Patres onuſtos.

Commiſſarius
Spectabilis Regens Dom. D. Franciſcus Ortiz.

I. M. I.

NEſcio, qua temporum, qua hominum iniuria, eo loci deuenimus, vt non modo oculis imperuia, ad trutinam reuocentur, ſed ipſa quoquè oculis ſubiecta fidelibus, manuq; haud dubia contacta, dubium faciant, ac ſcrupulum ingerant. At verò adeò, vel ſua placet ſententia, vel ab aliorum abhorrēt, vt iterum, ac ſæpiùs pendeant animi, & ſi omni hæſitandi materia, duobus à decretis remota, maturiſſimaquè, ſiue conſideratione, ſiue authoritate, Supremum conſultò Tribunal, Regium nempè Collaterale Conſilium, ſenſerit, decreuerit, confirmarit, quod quidem iam dudum patribus onuſtis, vnà cum gabellæ conſignatarijs euenit, quibus arrogata ſibi immunitate, præciſa quamquam in poſſeſſorio, inani inſiſtant prætenſioni in petitorio. Itaque aliorum fructus laborum le[illegible]ndo, poſteritatis bonum intuen[illegible] vel alienis ſudoribus, vel mea indu[illegible], quæ onuſtis patribus citra dubium dubitandi ratio planè eripietur, qua fœlicem cauſæ euentum, qua Fideliſſimæ huic Ciuitati gabellæ emolumentum, facili negotio, pollicemur.

Facti ſeries hæc eſt. Sublatis 11. April. 1648. omnibus pro Annona vectigalibus, quibus hæc Fideliſſima Ciuitas premebatur, præcipuè verò farinæ vectigali, habitaque in fauorem Fideliſſimi Populi Neapolitani, ſub verbo Domini Noſtri Regis, promiſſione, vel per ipſam Regiam Maieſtatem firmata, ne in poſterum huiuſmodi onera imponerentur, compertum deindè eſt, reimpoſitionem ex parte maximè expedire, quod nè inconſultis ciuibus, iiſque quorum commodo conſulebatur, peragerentur, & nè fortè iuri lege generali ad totius Regni, pacisque conſeruationem quæſito, aliqua ex parte incommodaret, vt in *pragm. 22. de vectig.* ad Populi preces, ac Ciuium cum aſſenſu de vectigalium repoſitione actum fuit: votis annuente Principe, relatiſque in Pragmaticarum ſeriem Populi ſupplicatione, ac conſultu, vt Principis mens in *Pragm. 22.* ſpectari licet.

Ea verò vectigalium iterata impoſitione nouo ritu, nouiſquè adiunctis coarcta, rogatum enixè fuit: *Che ſe leui l'vſo à tutte le perſone di qualſiuoglia ſtato, grado, e conditione ſe ſiano, anche priuilegiate, e non ſuddite alla Real giuriſditione, tanto nell'arrendamenti, e gabelle rimaſte, quanto anche nelli arrendamenti, gabelle, & impoſitioni, che ſe ripongono, poiche non ſolo è poco l'vtile giuſto à chi lo gode, mà ſotto tal preteſto ſono grandi le fraudi, che ſi commetteuano, e poſſono commettere.* Hinc priuilegium patrum habentium duodecim liberos, quos onuſtos appellamus, *ex l. ſi quis decurio la 2. C de decur. lib. 10. l. ſemper, §. demonſtratur de iur. immun. ac l. 2 §. 1. ff. de excuſat. tut.* pro vſu tantùm conceſſum, abolitum fuit, eorumquè immunitati derogatũ fuit, cũ ſolutione gabellarum ab eo die.

Cum

Cum verò ægrè id ferrent onuſti Patres, tranſacto dein 14. annorum interuallo, ad Supremum Collaterale Conſilium reclamarunt haud vinciri huiuſmodi farinæ vectigali, ſummèquè grauari, vt de die 17. menſis Decembris 1667. fuit etiam ordinatum. Maxima poſteà cum cauſæ diſcuſſione binis decretis eiuſdem Supremi Collateralis Conſilij fuit ſuſpenſum decretum prædictum, indictuſq; terminus in cauſa immunitatis per eos à vectigalibus prætenſæ; Tandem termino prædicto compilato pro immunitate exclamant, figurato prætextu eorum immunitati non fuiſſe derogatum, cũ gabellæ fuerint per Populum reimpoſitæ, nec Princeps fuerit plenitudine poteſtatis vſus; Hinc nobis qui Attendamenti farinæ iura tuemur, demõſtrare in animo eſt Principem patrum onuſtorum immunitati voluiſſe, ac potuiſſe derogare.

Enim verò tale onus noua inſtructum forma, nouiſque qualitatibus præmunitum, non populari iure affectum, cum inter pragmaticas locum teneat, ſed Principis nutu, ac iuſſu emerſiſſe apparet, adijciendo inter Pragmaticas dictam ſupplicationem, vt omni futuro tempore actum repoſitionis ab ipſorum conſenſu dependẽtiam habuiſſe liqueret, quorum conſenſus erat de ſubſtantia, & pro formalitate actus; adnotata per *Bald in l vlt. §. neceſſitate, ff. de bonis quæ lib. num. 16. Menoch. de præſumpt. lib. 6 præſump. 34. à num 12.* cum amplius eis præiudicari non poterat poſt gabellarum abolitionem in eorum fauorem, ad regulam, *id quod noſtrum, l. nil tam naturale, ff. de reg. iur. Gabriel comm. opin. tit. de iur quaſit. non tollen.* Omnia vero Principis iuſſu congeſta, quo bono communitatis proſpiceretur, ſuadet *Pragmatica ſubſequens 22. eod. tit. de vectig.* ibi: *In conformità di quello, che la Piazza di queſto fideliſſimo Popolo ſupplicò, e concluſe li meſi paſſati per beneficio vniuerſale, al che noi ſiamo condeſceſi in nome di S. M.* Ac etiam cum ſuper concluſione fuiſſet petita interpoſitio decreti, ſeù aſſenſus per Collaterale Conſilium, vt in fine *pragmatica 21.*, fuit interpoſitum decretum prædictum, vt colligitur ex eadem *Pragmatica 22. verſ. 9.* Inſtructionum pro delegatis erga finem, ibi: *Oſſeruando nel reſto il contenuto nell'aſſenſo dato da noi à 22. di Giugno proſſimo paſſato.* Quod teſtatur quoque *D. Reg. Capyc. latr. deciſ. 188. lib. 2. in princ. verſ. quibus ſtantibus,* ibi: *Ideò idem Populus ſupplicauit S. E. vt dignaretur imponere medietatem eius, quod antea exigebatur ex omnibus impoſitionibus, & gabellis, excepta tamen impoſitione ſuper fructibus. Quibus petitionibus annuit prudentiſſimus Prorex.* Ac in finalibus verbis eiuſdem deciſionis, ibi: *Et ideò cum hodiè fuiſſent ad inſtantiam eiuſdem Populi, per Excellentiſſimum Proregem impoſitæ gabellæ prædictæ pro medietate.*

Idque ex eo facile euincitur cum reliquię malorum, poſt menſem April. 1648. non defecerint, radiceſquè ad nouas turbationes nõ fuerint extirpatæ, nec ad pacis finem, omne publicum bonum fuerit compoſitum, dum Ciues, quorum numero, ac qualitate, magna Reipublicæ pars conſtituebatur, dolebant propriarum fortunarum iacturam, quas dederant Regiæ Curiæ, ac per abolitionem gabellarum, deficiebat. *Il primo fundamento per la conſeruatione di queſto Fideliſſimo Regno,* reſpectu dotis aſſignandæ Arcæ militari, *e dall'iſteſſe cauſe hà reſultato anche, che li Conſegnatarij patiſcono molto con l'alteratione dell'vno, e l'eſtintione dell'altro;* vt in *verſ. 1. & 2. pragm. 20. de vectigal.* Ideò in *verſ. 3.* Princeps adiecit: *Che dal dì che ſi compoſero le coſe del Regno, e ſi publicorno le gratie ſudette, il noſtro maggior penſiero è ſtato il vedere, come ſi poteua dare forma alla dote della Caſſa militare, & à ſodisfare l'intereſſati, &c. & riſoluendola prima d'incorrere nelli danni, che cauſa la ſuſpenſione di negotio di tanta importanza, & vniuerſale.* Et *in verſ. ſeq.* additæ leguntur diligentiæ in Supremis Tribunalibus adhoc adhibitæ. Imò etiam *hauendo dimandato il parere alle Piazze di queſta Fideliſſima Città, per eſſerno di tanta conſideratione, e qualità, e tanto zelanti del ſeruitio di S. M. e del bene publico del Regno; li quali non li hanno propoſto altro eſpediente più facile, ò conueniente.* Ac propterea Princeps proteſtatur, tunc ei non permitti, *conforme il ſtato preſente,* quam dare modicum, quod remanebat, vltra extinctas gabellas, *non eſſendoui per adeſſo* (vt in *verſ. 1.* ſubditur) *altro effetto di poterſi aualere, nè parendo conueniente à produrre noue impoſitioni, però, come ſi è detto, ſi ſpera, che il tempo dia miglior diſpoſitione, per pigliare altri arbitrij, & eſpedienti in beneficio dell'intereſſati.* Quod fuit mandatum Regiæ Iunctæ, vt in *verſ. penult. eiuſdem Pragmatica: Intenda ſubito, & diſponga gli eſpedienti, & arbitrij per la ſodisfattione, che ſi hà da dare alli Creditori di queſta Fideliſſima Città, nel che ſtamo con la medeſima attentione, e penſiero.*

Quæ verò Princeps meditabatur arbitria, & conducentia ad prædictum finem, fuit ſtatim explicatum in *pragmatica* ſubſequenti, in qua inſeritur totus, & integer libellus Plateæ fideliſſimi Populi, cum ſubſequenti *pragm. 22.* quæ dederunt nouam, vltimamque formam inſolutum dationis gabella-

rum, non alia præcedenti ordinatione repoſitarum, niſi cum relatione ad eandem ſupplicationem de verbo ad verbum præpoſitam, in qua legitur finem conſenſus dati in repoſitione per Plateam prædictam fuiſſe *per incontrare il Real ſeruitio à beneficio publico*. Et facta mentione damnorum vniuerſalium Regni, & Ciuitatis occaſione præcedentis abolitionis, depauperatæ, additur, quod *ſenza la di lui commodità non ſi può incontrare l'vtile commune, tanto neceſſario, e deſiderato*, & quod Iuncta, nec alij *potuerunt ritrouare rimedio ſin hora per li grani inconuenienti, e difficoltà, che troua in tutti l'eſpedienti, & arbitrij, che ſin adeſſo li ſono ſtati propoſti*. Quodque eadem Platea ob præfatas cauſas ſupplicauerat, ſe poſſe congregate. Tandem concluditur, quod ipſe Excellentiſſimus Prorex *conoſcendo l'vrgenza del negotio, & eſſere queſto l'vnico mezzo, per conſeruare la quiete publica, & il reciproco amore, che deue eſſere frà così buoni Cittadini, ſi contentò di dare detta licenza*. Et ſtatim proponitur; arbitrium remittendi medietatem gabellarum inſolutum dandam conſignatariis; Verum *con qualche circoſtanza, e conditione*, cum quibus ab eadem Platea conceſſum fuit Deputatis nomine eius facere dictam propoſitiunem. *Con farli procura ſufficiente à potere indiuiduarſi, & più ſpecificamente proporre li modi, con li quali ſi dourà eſequire; & praticare detto arbitrio, & eſpediente, ſecondo il contenuto in detta concluſione, & nel detto memoriale, che in ſoſtanza contiene*. Cũ igitur vnico verbo in *pragm. 22. in princip.* omnia fuerint cum relatione ad ipſam ſupplicationem diſpoſita, ibi: *In conformità di quello, che la Piazza di queſto Fideliſſimo Popolo ſupplicò, & concluſe li meſi paſſati, per beneficio vniuerſale di tutti l'intereſſati, al che noi ſiamo condeſceſi in nome di S.M. non oſtante il pregiuditio, che quindi ne può riſultare al Regio patrimonio*. Ac intelligitur ex omni actu deinde ſubſequuto; vt in *prag. 23. in principio eod. tit. de vectigalibus*, ibi: *Hauiendo la Plaza del Fideliſſimo Pueblo deſta Ciudad, en la concluſion, que hizo los meſes paſſados, para la repoſicion dela metad delas gauelas, impoſiciones, y derechos, que antes de las reuoluciones ſe cobrauan*, ac ibi: *Segun, y como mas largamente ſe contiene en la dicha concluſion, y en el memorial impreſſo de la dicha Fideliſſima Plaza*. Cumque ordinata fuerit inſolutum datio repoſitarum gabellarum, cum relatione ad ſupplicem Populi libellum, in quo aderant prædictæ conditiones, liquidò conſtat lege Principis fuiſſe firmatum, quod Populus ſupplicauit, & Principem effectiuè hæc omnia diſpoſuiſſe, à quo virtutem accepit quodcunque deductum in libello, ad notata per *Iaſon. in l. more, num. 3* & ibi *Bart. ff. de iuriſdict. omn. iud.* vbi etiam *Dec. num. 21. & Curt. Iun. num. 23. & ſeq. Natta conſ. 647. n. 15. & conſ. 669 num. 2. Surd. conſ. 63. nu. 17.* & à confirmatione legis nomen, ac vim accepiſſe, ac principale robur a Principe initium ſumpſiſſe, vt benè *Alciat. in l. lege obuenire num. 7. ff. de verb. ſignif.* ibi: *Quod ſi Præfectus prætorio defenſorem à popularibus electum confirmat, dare videbitur, principale enim robur actus a Præfecto initium ſumpſit: cum magiſtratum ſibi eligere, & iuriſdictionem conferre ſoli priuati nequeunt*, adeò vt non inconſultò, caſu, aut oſcitanter, imò nimis conſideratè fuerit inter *pragmaticas* redacta; ad *tex. in l. vniuerſa, C. de precibus Imp.* his verbis: *A quocumque ſupplicante impetratum reſcriptum, minimè requiratur, per quem preces oblatæ ſint*, præſertim cum totus libelli tenor fuerit inſertus; *Alciat. loc. cit. num. 8.* nam cenſetur ex certa ſcientia confirmaſſe integrum ſupplicatum, quod inſeruit. *Abb. conſ. 101. num. 9. lib. 1. & in cap. 1. n. 6. & in cap. examinata, & in cap. venerabilis nu. 2. de confirmatione vtili, Gabriel. conſ. 21. n. 7 lib. 1. & conſ. 182. num. 13. & ſeq. lib. 2. Gutier conſ. 51. num. 7. & 8. Ricc. coll. 1592. Decian. in tract. crim. tom. 1. lib. 2. cap. 33. num. 4. Mancin de iuram. p. 4. effectu 1. q. 4. num. 20. Octau. Glor. reſp. 1. num. 23. Carol. de Graſſ. de effect. cler. effect. 2. num. 158. Rot. apud Farinac. dec. 340. to. 1. & dec. 239. n. 2. par. 2. recent.* tametſi actus eſſet nullus, & inualidus, *Bart. in l. ſi conſtat num. 12 ff. de appell. Alex. conſ. 60. verſ. non obſtat vol. 1. & conſ. 1. vol. 5. Gabriel. com. concluſ. lib. 6. de clauſul. concluſ. 1. num. 1. Monet. de com. vlt. voluntat. cap. 7. num. 95. Cabed. deciſ. Luſitan. 2 num. 3. par. 2.* vel ſi eſſet iniuſtus, & iuri communi contrarius *Gabriel. loc. cit. num. 2.* Imò ex inſertione totius ſupplicis libelli, nedum videtur ex certa ſcientia confirmaſſe, ſed etiã de plenitudine poteſtatis, præſertim ne actus eſſet nullus, & inualidus; *Felin. in cap. cum inter n. 5. de except. Pariſ. conſ. 1 nu. 42. lib. 1. Alex. conſ. 92. num. 31. & ſeq. lib. 6. Roman. conſ. 396. num. 28. in fin. Curt. ſen. conſ. 48. num. 26. & conſ. 65. num. 10. Gabriel. loc. cit. num. 1. Menoch. conſ. 103. num. 50. Mattienſ. ad l. 7. gloſ. 7 num. 4. tit. 7. lib. 5. nou. recopilat. Auendan. ad l. 40. tauri, gloſ. 11. num. 28. Ludouic. Rodolph. de ſuprema, ſeù abſoluta Principis poteſt. cap. 5. num. 14. Monet. vbi ſupra num. 96.* irrita namque eſſet, ac nullius ponderis quæcumque impoſitio, quæ ad populi arbitrium induceretur. *Galiaul. in l. centurio num. 143. ff. de vulg. & pupill. Mandoſ. ad regul.*

Digitized by Google

gul. Cantell. 56. q. 7. num. 3. Menoch. de præſ. præſumpt. 12. n. 3.

Hoc igitur ſolido iacto fundamento, Principis, iuſſu, necnon ad populi preces impoſitas fuiſſe gabellas. Demonſtrandum erit Principem potuiſſe, & voluiſſe derogare immunitati patrum onuſtorum. Quo ad poteſtatem ſiquidem derogandi, piaculum eſſet de poteſtate Principis dubitare, *l. ſacrilegbi, C. de diuerſ. reſcript. l. 2. C. de crim. ſacril. canon ſi quis ſuadente, §. committuntur 16. q. 4. c. propoſuit de conceſ. præb.* Et qui de Principis poteſtate diſputat, facit ſe ſuperiorem, vel Principi parem, & ponit ſedem ſuam ſub Aquilone, *Bald conſ 359. n 1. lib. 1. Cran. de antiq. temp p. 1. in princ. n. 18. Hyer. de Leo. dec. Valent. 34 n. 29. & 30. Larrea dec. Granat. 8. n 1.* cum ſua lege poſſit ius ciuile abrogare, & noua lege innouare, emendare, & tollere, *l. 1. & fin. C. de legib. l. Imperatoris, ff. eodem, Petr. de Greg. lib. 7. de Rep. cap 20. n. 15. Bellug. in ſpecul Principis rub 465. num. 9. verſ ſed hoc credas eſſe verum, D. Reg. Galeot. reſp. fiſc 23. Praſ. Vrſ. de ſucc. feud p. 1. q. 3. art. 4. Gabriel. de iur. quaſt. non toll.* & alij per *D. Reg. Capyc. Latr. dec. 188. vol. 2.* quæ fuit compilata in proprijs terminis reordinationis gabellarum in dicto anno 1649. Ac optimi Principis ſit non leges ſeruare, vt inquit *Ariſt.* Sed leges pro humanarum rerum varietate conſtituere, itaùt de ſeruo poſſit facere liberum, de libero ſeruum, de iuſto iniuſtum, de diuite pauperem, de humili nobilem, de minore maiorem, & è contrà; de quibus cum alijs pleno calamo, *Pileus Modicenſ. in queſt. iurid. 43. incip. licet quaſtio verteretur*; ac liberè reuocare, priuilegium exemptionis, *Cott. in memor. incip.* . . . . *Vrſill. ad Afflict. dec 361. Larrea alleg. 10. num. 6.* proùt in indiuiduo, quod priuilegio patrum onuſtorum, Princeps valeat derogare, *Theſaur. deciſ. 267. nu. 17. Reg. Sonfel. deciſ. 391. n. 14. Matut. diſquiſ. legal. 43. n 8.* Et fuit derogatum immunitati prædictæ pro gabella, vulgò dicta *(il pane à rotolo) pragm. 7. de vectig.* & proculdubiò cum conſtitutio fuerit facta ad tutelam omnium ciuium, ad *tex. in l. nauis onuſta, ff. ad l. Rhod.* priùs enim Ciuitati, eiuſque bono naſcuntur liberi, quam ſibimet ipſis, & patri, vt arguit ad rem optimè *Bald. conſ. 312. vol. 3.* quo loco, ait, ſi conſuetudine priuilegium patris onuſti derogatum remanetet, ex *tex. in l. ſemper, §. quoque, ff. de iur. immun.* ergo, & decreto ſiue Domini conſtitutione, ad *tex. in l. a. ff. de adopt. l. Barbarius in fin. ff. de offic. Proconſ.*

Tota igitur quæſtionis res reducitur, volueritnè Princeps derogare dictæ immunitati, per ea verba: *Che ſi leui l'vſo à tutte le perſone di qualſiuoglia ſtato, grado, e conditione ſi ſiano, ancorche priuilegiate, e non ſuddite alla Real giuriſditione, tanto nell'arrendamenti, e gabelle remaſte, quanto anche nell'arrendamenti, gabelle, & impoſitioni che ſi ripongono, poiche non ſolo è poco l'vtile giuſto à chi lo gode, mentre ſotto tal preteſto, ſono grandi le frandi, che ſi commetteuano, e poſſono commettere?* Etenim fundamentalis ratio, nè derogatum cenſeatur priuilegium prædictum in corpore iuris clauſum, non oritur ex defectu poteſtatis, ſi quidem Principis poteſtas, vt diximus, in dubium reuocari nequit, ſed ob defectum voluntatis, cum non præſumatur voluiſſe Principem reuocare priuilegia prædicta, ſed tantum ea, quæ ſunt extra corpus iuris, vt benè poſt alios *Barboſ. de clauſ vſufreq. clauſ 83. num. 2. & 3* Ac propterea ſi quocumq; modo conſtaret de mente Principis infirmare volentis priuilegia, ſufficeret, vt etiam priuilegium in corpore iuris clauſum, comprehenderetur ſub generali derogatione, *Salic. in l. fin. C. ſi contra iur, vel vtilit. pub. Felin. in cap. nonnulli, num 7. & 8. de reſcriptis, Federic. de Senis conſ. 335. col. vlt. Rip. lib. 2. reſponſ cap. 6. num 14. R. Tap. in rub. de conſtit. Princip. cap. 4. n. 107. Eraſm. Cocch. de iuriſd. ordin. & exempt p. 3. q. 9. n. 9. Barboſ. d. clauſ. 83. num. 4 & 24. Menoch. de præſumpt. lib. 6. præſumpt. 40. num. 13.* tametſi voluntas eliceretur ex coniecturis, *Menoch. loc. cit. num. 25.* cum voluntatis quæſtio tota ſit coniectura is, *R. p. in cap. 1. num. 49. in fin.* & apertius *num. 53. verſ. ad iſtud reſpondeo, de reſcript. Cranet conſ. 136. num 4. Puteus deciſ. 109. in fin. lib. 1.* idem *Menoch. d. præſump. 40. n. 1.* proùt in indiuiduo, quod generalis derogatio ſufficiat ad denegandam immunitatem patribus habentibus duodecim liberos, probat *Matut. diſquiſ. leg. 43. num. 8.* cum priuilegium immunitatis ſit ſtrictiſſimè interpretandum, *Otalor. de nobilit. par. 4. cap. 5. num. 3. Matut. loc. cit. num. 9.* præſertim ſi noua lege: regula ſiquidem, quod non cenſetur reuocatum priuilegium, prò quo erat neceſſaria ſpecifica derogatio, tãquam notatum in corpore iuris, procedere, cum reſcripto tantùm fuerint reuocata priuilegia, ſecus ſi noua lege, ait *Bellug. in ſpecul. Princip. rub. 46. §. donum n. 9. verſ. ſed hoc credas eſſe verum.*

Illud igitur inſinuandum ſupereſt, ea ne fuerit Principis mens, immunitatem hanc auferendi de medio? quod multiplici via ſuadetur; Et primò, quia abſq; reſtrictione certi loci, vel certarum perſonarum fuerũt generaliter, & per viam legis vniuerſalis delecta omnia priuilegia immunitat s con-

ceſſæ

ceſſæ pro vſu, *Ruin.conſ.226. nu.12. & conſ. 228.num.4 lib.1 Menoch. d.lib.6.præſump.40. num.24. Dom.Reg.Galeot. reſp.Fiſcal.23. nu. 76.Reg.de Ponto de poteſt.proreg. tit.5.de tractis, Caren reſol.59.num.27. & 29.* cum in dicta *pragm.* auferatur vſus, *à tutte le perſone*, quæ dictio vniuerſalis eſt, ac neminem excludit, *l.Iulianus, l.teſtatorem in princ. ff.de leg.3.l.hoc articulo, ff.de hær.inſt. l.pediculis, §. labeo, ff.de auro, et argen.leg. Barboſ.de dictionibus dict.241.* ac idem operatur, ac ſi de ſingulis eſſet facta mentio, *Ludouiſ.dec.Rot. 315.num.11.cad Rot.Rom.dec.413.num.1.& 2.p.2.in poſth. Farin. alias par.3. recentior.* complectendo eos, qui alias non includerentur, *Bart.in l.generali §.Vxori, ff. de vſufr. leg. ex pluribus Barboſ.loc.cit. num.3.* quique alias non comprehenderentur, *Monachus deciſ.Florent.69.n.8.Barboſ. nu.6* ac præſertim ob ſequentia verba: *di qualſiuoglia ſtato, grado, e conditione ſi ſiano.* Cum dictio, *quæcumque*, ſit quoque vniuerſalis omnia includens, ac nihil excludens, *l. à procuratore, C.mandati, c.ſolitæ de maior. & obed.* ex pluribus *Barb. dict.317.* & de dictione, *qualſiuoglia*, tradit *Reg de Ponte deciſ.3. numer.4.* tamet ſi ſpecialis mentio requireretur, *Cald. Pereir.conſ 30.num 16. Menoch.de poſſeſs.remed.15.recuper. num.8. Gutierez canon. lib. 1.cap.34. num.57. Barboſ. dict.317. num.8.* tantu ſiquidem replicatio includit omnem ſpeciem, *Farinac. in praxi par.3. q.108. n.6.* & geminatio ſolet multum operari, *l. baliſta, ff.ad ſen.conſ.Trebel.Sura. conſ.73 num. 64.* vt de dictione, *omnia, & quæcumque, poſt Card Tuſch.& Alex.Barb.a.dic.241 n.22.* Accedit aliam dictionem; *Anche priuilegiate, e non ſuddite*, cum exprimat caſum magis dubitabilem, & relinquat indubitatum omne aliud minus dubitabile, *l etiam ff.de verb. ſignif. l.conuenticula, C.de epiſ.& cler l.etiam C.ſi tutor, vel curator, Peregr. de fideicom art. 16.num.20.* Adeout non fuerit generalitèr, ſed ſpeciali derogatum priuilegio patrum onuſtorum, ſublata quacumque immunitate, & vſu & quocumque priuilegio. Non enim aliud ſignificat verbum, *vſus*, niſi immunitatem à gabellarum ſolutione, quæ non conceditur; pro mercimonijs, ſed tantummodò pro vſu proprio, adeò vt in prouiſionum expeditione pro patribus onuſtis adijci ſoleant illa verba, *valeat ad vſus proprios*, quibus mercimonia excluduntur *D. Chriſtoph. Creſpi de Valdaura obſeru. 59. in vlt. verſic.* itaùt ſublato vſu videatur ſublata ſubſtantia priuilegij, nam ſicuti ſpecialiſsimè fuiſsent derogatæ omnes leges, ſi Princeps dixiſſet, non obſtante aliqua lege in contrarium, nec eſſet neceſsaria derogatio magis ſpecialis, ſiue indiuidualis, *Afflict. in deciſ.195.Boer dec.128.num.6. Preſ.Vrſin. de ſucc. feud.par.1. q.3 art.1. à num.22.verſ. contrariam tamen ſententiam*, poſt *gloſ.in l.1. C. de natur. liber. verb. reſcripti*, vbi *Bald. & Angel., Bar. in l. vlt num. 4. C.ſi contra ius, vel util. public.* vbi *Alberic. num.2. & in l. ſi quis in princip. num. 3 ff. de leg. 1. & alios.* Ita etiam ſpecialiſsimè apparent derogata omnia priuilegia ex legibus inducta, quæque ex lege debentur, vt ſunt priuilegia pro vſu in corpore iuris clauſa, ad *text. in l.vniuerſi C de vectigal.* Principi nota, cum omnia iura habeat in ſcrinio pectoris, *l.omnium C.de teſtam. cap.1.de conſt.in 6.* maximè cum vnica loquutione fuit derogatum perſonis priuilegiatis, & non ſubditis Regiæ iuriſdictioni, quorum priuilegia redacta ſunt in corpore iuris, in ò totum ius commune mandat non ſubditos ad gabellam Ciuitatis non teneri, *l cunctos populos*, vbi *Bart. & alij C. de Sacroſ. Eccleſ. Iaſ. in l. reconiuncti num.215. de leg. 3. Gratian. diſcept. 431. à num. 21.* adeò vt Romam tunc petierit Regius deindè Conſiliarius Aloyſius Capaccius.

Nec mihi aduerſa obiectio negotium faceſſat, addita ſcilicet verba illa fuiſse ad reſcindenda perſonarum Eccleſiaſticarum, de quibus fuerat ſermo, priuilegia, in *verſic. præced.* ibi: *E perche la Piazza del Fideliſsimo Popolo, per conſenſo di tutte le ottine, propone queſto arbitrio, à fin che l'intereſſati nella perdita di dette gabelle, & arrendamenti, pigliando queſto peſo ſopra di ſe, habbino refettione delle loro perdite, ſi dichiara, che ſe li non ſudditi alla Regia giuriſditione, & eſenti di qualuoglia modo non vorranno concorrere al peſo, non poſſano pretendere entrare alla parte del frutto, e del beneficio, nè ſe li debbia fare aſsignamento alcuno, poiche queſta Fideliſsima Piazza, non intende renunzare in queſta parte, e deſiſtere dalle gratie già confirmate da S. M. e ponere ſopra di ſe il peſo di pagare li creditori non ſudditi, ſi eſsi voranno eſsere eſenti, e non pagare nel medeſimo modo, che gl'altri. poiche per refettione della perdita ſi propone queſto arbitrio, e queſta conditione, e non altrimente, nè d'altro modo.* Ac ſi ſubſequens Capitulum per illam complicatiuam dictionem; *Et anche ſi ſupplica V. E.* connecteretur cum capitulo præcedenti.

Siquidem interpretatio prædicta, nedùm deſtruitur, ex eo quia capitulum præcedens habuit ſuum perfectum, & finitum periodum, ne fruſtra duplicaretur eadem petitio, ac in capitulo ſubſequenti, adſunt verba vniuerſalia, quæ quaſcumq; perſonas comprehendunt, ac neminem excludunt, etiam

ſi

ſi maiores ſint expreſſis, *gloſ. in clem.* 1. *de re iud. Roland. conſ.5. num.44. vol.1. Bertar. de clauſ. inſtr. clauſ.20. gloſ. 4. num.3. Rota Rom. deciſ.*680. *num.5. par.2. recent. Barboſ. dict.* 317. *num.* 4. Verum etiam ne interpretatio prædicta ſit pietati repugnans, ſi ſolum Eccleſiaſticos Ciues voluiſset comprehēdere ſub derogatione, & nemioem alium ex priuilegiatis, imò argumentum a maiori deſumptum, maiori vi vrget, comprehenſos, præfata generali derogatione, onuſtos Patres, in quos libera Principis facultas valebat quam maximè, nec erant priuilegia irreuocabilia, proût ſunt priuilegia non ſubditis conceſsa, *D. Reg. Galeot. reſp. fiſcal.* 23. *num.* 16. *in fin.* maximè eum voluntas derogandi priuilegio Eccleſiaſticorum, vel regulabatur ab expreſsa ratione, quia participabant de repoſitionis beneficio. Et hæc comprehendit quoque patres onuſtos, nam vti cæteri gaudent, pro eorum rata, fructibus gabellarum, cum dictio, *quicumque*, omnes comprehendat, dum ratio diuerſitatis reddi nequit, *Duran. deciſ. Rota* 233. *num.* 12. vel fundabantur, quia pro Regni publico bono ad reficiendum Æiarium, & ad habendam vniuerſalem quietem, omnes quoque debebant pariter contribuere, cum quacunque derogatione, vt ex *tex. in cap. tributum* 29 *q.*8. ibi: *Pro pace, & quiete, quæ nos tueri, & defenſare debet Imperatoribus perſoluendum*.

Hinc reſpondetur etiam Aduerſariorum obiectioni, quod confirmatio ſequuta de certa ſcientia non extenditur, ad quæ ſunt iuri contraria; ad *tex. in cap. dudum de decim. Grat. diſc.* 586. *à num.*23. Siquidem ibi ſæculares donauerunt decimas, & proindè ſacrilegij crimen incurriſse, qui Eccleſias, ſiuè Eccleſiaſticum aliquod à manu recipiat laicali, vt ait idem text. *in d. cap. dudum*; ac proindè nil mirum ſi confirmatio obtenta, hoc non expreſſo, non potuit ſacrilegium validare. Etenim ſi fuiſset ſupplicatum dari à Pontifice, quod laici donare non poterant, certè confirmaos dediſſet, quo caſu procederent iura allegata per *gloſ. in eodem cap. dudum verb. Non potuerit in fin.* eum relatio ſi fiat ad inualidum, diſponit referens, quod alias non ſubſiſteret, *Gratian. diſcept.*75. *nu.*8. *Surd. conſ.*179. *num.*40. *lib.*2. *& conſ.*449. *num.*19. *lib.*3. & in indiuiduo, quod ſi omnia; particulari modo, apparet fuiſſe Principi narrata, & expreſſa, quod tali caſu non procedat diſpoſitio *d. cap. dudum*, declarauit ipſemet *Grat. diſcep.*580. *n.*19. vbi quod ſic validatur, quod aliter fuiſſet nullum, adducendo *Abb. Cardin. Hoſt. Ioann. And. Felin. & omnes in eodem cap. dudum, Bart. Bald. Alex, & cæteros DD. ità ſentientes*. Fuit ſiquidem accepta Ciuium propoſitio in forma indiuiduali, nedum ſpecifica, cum tenor totus in ſupplicatione fuerit, de verbo ad verbū viſus, reuiſus, limatus, & in ſubſtantia reaſſumptus, & ita præmiſſus ante *prag.* 22. *de vectig.* vbi eſt relatio vniuerſalis diſponens. *In conformità di quello, che la Piazza di queſto Fideliſſimo Popolo, ſupplicò, e concluſe*. Quoticſcumque enim adeſt relatio ad certam ſcripturam, pro hac præinſertam, totum relatum, proût deſcribitur de verbo ad verbum eſt in referente, cum omni qualitate, & circunſtantia, *l. aſſe toto, ff. de hered. inſtit.* quia reſcriptum indefinitum reſtringitur, & dilatatur ex antecedenti libello, *l.*1. *vbi Iaſ. n.*7. *C. de diuer. reſcript. cap. inter dilectos*, vbi *gloſ. verb. petitionis*, & ibi *Bald. n.*6. *de fid. inſtrum.* idemque *Bald. in l. ius pluribus in prima lectura nu.*14. *de inſt. & iur. Alex conſ.*84. *n.*7. *vol.* 1. *Dec. conſ.*403. *n.*15. *Pariſ. conſ.*3 *n.*156. *vol.*4. *Rum. conſ.*36. *nu.*1. *vol.*5. *Surd. dec.*168. *n.*15. *& conſ.*281. *n.*28. & omnes conditiones, & qualitates cenſentur ſpecialiter expreſsæ, & inſertæ, *Bart. in l.* 1. *in princ. ff. de recept. arbitr.* poſt alios, *Grat. diſcept.*75. *num.*3. quamuis eſset relatio ad ſcripturam nullam, *Bart. conſ.*41. *n.*22. *verſic. & procedit etiam, & conſ.*55. *n.*7. *Roman. conſ.* 36. *n.*20. *Grat. loc. cit.* maximè quia non acceptato arbitrio cum conditionibus potuiſſent Ciues non conſentire gabellarum repoſitioni, in qua ſtabat finis publici boni, & quietis Regni; pro quo conſequendo, licitum fuit omnia præcedere, ſine quibus obtinere non poterat, cum cauſa determinet ſuum cauſatum, *Surd. conſ.*454. *num.*3. ac cauſatum regatur a cauſa ſuæ cauſæ, *Rot. dec.*203. *n.*1. *apud Farinac. p.*1. *recentior.* & conſenſus limitatus nequeat ſimpliciter operari; ad *tex. in l. cancellauerat, ff. de his, quæ in teſtam. delent. l. ex facto, §. item quæro ff. de vulg. & pupill. l. cum pater §. dulciſſimis ff. de leg.*2. *Argell. de legit. contradict. q.*10. *n.*168. *& num.*244. *& quæſt.*1. *num.*52. *& quæſt.*8. *num.* 11. *Rot. Rom. apud Farinac. deciſ.*600. *num.*2.

Eo magis cum dicta lege vniuerſali fuerit pro bono pacis, & quietis publicè derogatum immunitati pro vsū; poteſt ſiquidem ratione publicæ vtilitatis Princeps id facere per legem generalem, ex pluribus *Reg. Capyc. Latr. dec.*138. *n.*58. *& ſeq. & n.*110. *Larr. alleg.*4. *n.*9. *&* 10. *Gabriel. de iur. quæſit. non tollend. concluſ.* 4. *num.* 1. adeò vt ratione publicæ vtilitatis poſsit quoque iuri naturali derogare, *l.*1. *ff. de vſucap. Loffred. conſ.* 14. *num.*22. *Reg. Capyc. Latr. vbi ſup. n.*73. & ad cōſeruationem Regni res ſubditorum

cape-

Digitized by Google

capere, eoſque cogere ad neceſſariam contributionem: *P. Steph. Fagundez de contractib. in gen. lib. 1. cap. 20. num. 6. Reg. Capyc. Latr. num. 110. & nu. 113.* ac pro bono pacis grauare exemptos, *Capyc. dec. 61. in fin. & dec. 69. in princ. Perigr. de Iur. fiſc. lib. 5. tit. 2. num. 49 & 50. D. Reg. Capyc. Galeot. reſp. fiſc. 27. num 23. & 24.* Imò ob timorem belli poteſt reuocare Principis priuilegium conceſſum, etiam per viam contractus: *Roland. à Vall. conſ. 1.* & maximè *num. 158. & ſeq. lib. 2. Gozad. conſ. 5. num. 16. & ſeq. & num. 19.* cum ius publicum præualeat priuato, *l. ius publicum, ff. de pactis*. Et ſalus Populi ſuprema lex eſt: *Cic. lib. 3. de legib.* quæ omnes alias leges abrogat, *D. Thom. de regim. Princip. cap. 11. Simanc. lib. 9. de Republic. cap. 24 num. 15. Oſaſcus deciſ. 17. num. 5. Reg. Valenz. conſ. 99. num. 15. vol. 1. Reg. Capyc. Latr. num. 74. & ſeq.* ob vtilitatem publicam, quæ præfertur priuilegio, vt benè ad propoſitum *Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 18. num. 298. Caren. reſol 58. num. 28. & 29.*

Maximè cum priuilegium locum nō habeat, pro oneribus patrimonialibus impoſitis, quo Regni totius firmitati, paciq; muniendæ conſuleretur, necnon bono publico fieret ſatis, quo nihil maius, ac conducibilius excogitari poterat, cum omnia contenderint, vt ſummæ neceſſitati præſtò eſſent, & robur generalis legis aſſeruaretur, vt in indiuiduo de priuilegio ex numero duodecim liberorum: eſt clara diſpoſitio *text. in l. ſunt munera, ff. de vacat. muner.* ibi: *ſunt munera, quæ rei propriæ cohærent; de quibus, neque liberi, neque ætas, neque merita militiæ, neque vllum aliud priuilegium iure tribuit excuſationem*, quem *tex.* ſic intellexerunt *Bald. in l. ſi quis decurio, Cod. de decurionib. lib. 10. Alex conſ 123 num. 4. vol. 5. verſ. quidam enim, Couar. de ſponſal. in epit. par 2. cap. 8. num. 1. Ferrer. & Guid. Pap deciſ. 401.* rationem deſumendo, ex *tex. in l. 2 ff de vacat. & excuſat. muner.* quia quæ patrimoniorum onera ſunt, numero liberorum non excuſantur: ac ex *tex. in l. reſcripto, § quæ munera, ff. de munerib. & honorib.* quæ, & alia adducit *Facbin. controu. lib. 3. cap. 49.* & probat quoque in indiuiduo *Reg. Capyc. Latr. deciſ. 188. à num. 69.* & fuit de anno 1643. deciſum, dum ab impoſitione donariui propter ſimplices tunc belli neceſſitates extra Regnum, non fuerunt immunes patres onuſti, ea tantum ratione, quia onus erat impoſitum, propter bellum non ordinarium, & ex cauſa nimis vrgente, *R Sanfel. dec. 391. à num. 11.* poſt notata per *Reg. Conſtant. in eadem l. ſi quis decurio num. 44. Franc. Marcus deciſ. 542. num. 6. Theſaur. deciſ. 267. num. 15. Oſaſc. deciſ. 38. num. 14. & 20.* alioſque concludentes, immunitatem, nec ex beneficio, vel quocumque priuilegio, etiam in corpore iuris, non prodeſſe in caſu non ſuetæ neceſſitatis, ex regulis *in cap. quod non eſt licitum de reg. iur. cap. quanta de conſuet. l. aliquando, ff. de offic. proconſ.* de quibus plenè *Barboſ. axiom. 157.*

Imò pacis, quietiſq; publicæ cauſa, derogatum nedùm regali patrimonio fuit, vt in *prag. 22. de vectig. in princ.* ibi: *Non oſtante il pregiuditio, che quindi ne poſſa naſcere al Regal patrimonio*, Verum etiam pro medietate iuribus quæſitis per contractus priuatorum oneroſos, ac propterea ſi declarata fuit voluntas in caſu fortiori, quoad derogationem iuris tertij, etiam quæſiti per contractum, multò magis concludendum eſt, voluiſſe ex eadem cauſa boni publici derogare priuilegijs in corpore iuris clauſis, ni difformiter iudicaretur voluntas Principis explicata in vniuoca confirmatione, & determinatione concluſionis, & ſupplicationis Populi, qua pro bono pacis, & ſtatus fuit pro medietate iuribus quæſitis per contractus, ac etiam Regali Patrimonio circa æqualiter determinabilia contenta in vna, eademque determinatione, & ex vna eademque cauſa, qua reordinatæ fuerunt gabellæ pro medietate, contra regulam *text. in l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill.* ac contra aliam regulam, de qua in *l. meminerint, Cod. vnde vi, l. quod labeo*, vbi *Bart. ff de compenſat. l qui hominem, § fin. ff. de ſolut. l. cum, qui ædes, ff. de vſucap.* cum ſufficeret voluntatis in vna parte declaratio, vt eandem fuiſſe in alijs, eadem concurrente ratione, inferatur, ad *tex. in l qui filiabus, & l. ſi ſeruus plurium, §. vlt ff. de leg. 1.* Imò maiori ratione. Scimus quandoquidem faciliùs derogari iuri ſcripto, quam iuri tertij quæſito ex contractu: *Felin. in cap. nonnulli num. 15. de reſcript.* præſertim ob leuiorem derogationem iurium ex contractibus, ſi gabella à pluribus pro pauco, quod remanebat, portaretur: vt in *cap. 10. d. prag.* ibi: *Poiche per riſattione della perdita, ſi propone queſto arbitrio, con queſta conditione, e non altrimente, nè d'altro modo*: quam rationem deſumpſit quoque, *Bald. conſ. 312. ex text. in l. actores, C. de exact. tribut. l. victimam, Cod. de immunit. nem. conced. & in auth. de natural. in car. deput.*

Ad hæc, cauſa publici boni, conualidatur præſumptio, voluiſſe Principem derogare iuri quæſito quocumque modo, nam fruſtra pro bono pacis, & quietis, & ſtatus Regni confirmaſſe dixiſſet Princeps ſupplicata, &

con-

concluſa per Populum, in quibus aderat vniuerſalis priuilegiorum derogatio, ſi derogare voluiſſet ea ſolum priuilegia, quæ de poteſtate ordinaria, & abſque cauſa, quamuis non in vim legis generalis eidem licuiſſet; cum enim nil dubij ſit, Principem plena iuris poteſtate, generaliq; lege ſanciſſe, ſpecialis derogatoria in diſpoſitione præſumenda eſt, ni derogatoriam derogatoriæ dixerim, *Bald. in proœm. decret. col. 4. Felin. in cap. nonnulli n. 15. de reſcript. Card. Pariſ. poſt alios conſ 46. num 43. vol. 3. Mathienſ. lib. 3. gloſ. 12. num. 4. & 5. nouæ recopil. Rodolphin. de ſuprema, ſeù abſoluta Principis poteſtate cap 1. num 4.* adeò vt tale reſcriptum ex clauſula prædicta valear contra ius, non exiſtente quoque clauſula, *non obſtante*, vt per *text in l. quidam conſulebant de re iudicata, Bart. in extrauag. ad reprimendum verbo, non obſtantibus, Abb in eod. cap. nonnulli, Felin. in d. num. 15. & ſeqq* alias actus non valeret *Galianl. in l centurio num. 143. ff. de vulg. & pupill. Mandoſ. ad reg. 16. Cancell. quaſt. 7. num. 6. Reg. Conſtant. in l. 1. pen. fiſcal. cred. præferri num. 93. Alciat. de præſumpt reg. 3. præſumpt. 34 num. 2 Menoch. de arbitr. lib. 6. cap 4. num. 4. & de præſump. præſump. 12. num. 13. Caſtill. deciſ. 125. nu. 25. lib. 2. Conſ. Staib. in addit. ad conſ. 18. Staiban. ſeu. num. 26.* vbi in puncto docet, præſumi Principem operaſſe de plenitudine poteſtatis, quando contenta in eius ordinatione ſuſtineri non potuiſſent de poteſtate ordinaria, ex *Maſtrill. deciſ 228. num. 3. par. 3.* cum tamen actus inſolutum dationis, qui ſupponit repoſitionem omninò regulandus ſit ab omni parte conſenſus populi, cui quæſitum ius erat per gratias à S. C M. cõfirmatas pro abolitione prædicta, & quæcumque diſpoſitio fundata ſuper illo neceſſario conſenſu ab eodem omninò regulanda erat, *l. quadam mulier*, vbi *gloſ. ff. de acq. poſſeſſ. l. 1. C. de imp. lucrat. deſcrip. lib. 10.* nam datum ſub conditionibus eſt nullum, eis non adimpletis: *D. Camill. de Med. conſ. 106 vbi additio D. Reg. Galeot. n. 1. & 2.* ac correſpectiuis non ſeruatis, *And. in tit. de noua forma fidelit. num. 5.* ne dicatur fuiſſe repoſitionem, & inſolutum dationem nullam, ſi integrè conditiones non fuerint lege prædicta approbatæ, & adimpletæ, *Rom. conſ. 12. num. 13. & 16.* quibus non adimpletis, *non poteaſi incontrare la quiete publica*, ac propterea, vt finis publici boni haberetur, ſupponendum eſt Principem operaſſe de poteſtate abſoluta, & cuicumque iuri priuatorum derogare voluiſſe, *Afflict. deciſ. 361. num. 4. Capyc. deciſ. 166. Reg. Tap. deciſ. ſuprem. ſen. 20. à num. 13. Praſ. Amat. conſ. 99. num. 25.* Adeòvt nec vllum deinceps valeat allegari priuilegium, & ſi in corpore iuris, vbi conſtat diſpoſitum in ordine ad bonum publicum: *R Conſtant. in l. ſi quis decurio num. 4 Cod. de decur. lib. 10. Theſaur. deciſ. 267. num. 15. & ſeq. R. Sanfel. dec. 391. à num. 13.* qui loquuntur de hoc priuilegio patrum onuſtorum: *Gaill. obſer. 52. num. 26. lib. 2.* ac omnia iura præſumi correcta, ex præſumpta Principis voluntate ad publicam vtilitatem, quoniam ſicuti priuilegium generaliter inductum, non includit caſum publicæ vtilitati contrarium, *l. iubemus, l. 1.* vbi *Bald. in 2. notab. C de Sacroſ. Eccl. Alex. in l. ſi ex toto in fin. ff de leg. 1.* alijq; paſſim, ita ècontra, derogatio etiam generalis pro bono publico, corrigit ius particulare, quod requirebat alias ſpecialem derogationem, *Fel. in d. cap. nonnulli nu. 16. circa finem*, adducens verba *tex. in l. ita vulneratus in fin. ff. ad l. aquil.* in illis verbis: *Multa in iure ciuili contra rationem diſputandi pro vtilitate communi recepta eſſe, innumerabilibus rebus, probari poſſe.*

Nec mihi vectigalium repoſitio obijciatur, quaſi verò non bono publico, ſed priuato commodo conſultum fuerit, licet fortaſſe è Populi prouentù, copijſque, totius Regni exiſtere bonum, nec minus paci eiuſdem Regni proſpectum, cum pax a 5 Apr. die 1648. ſequuta fuerit.

Etenim replicaretur, tunc priuatam eſſe vtilitatem, ſecundum *Bart. in l. 1. ff. ſolut. matr. n. 25.* quando vtilitas eſt cuiuslibet ſeparatim de per ſe, exemplo, quod homines ſint diuites, ſimpliciter loquendo, ſine actione alicuius cauſæ, licet remotè influat ad bonum publicum, cuius intereſt populum eſſe diuitem, ſecus ſi aliquid ordinatur per modum cauſæ, vt omnes diteſcant, quia hoc principaliter dirigitur ad publicum bonum, tuncquè eſt publica vtilitas, licet ſinguli beati fiant, nec poteſt dici bonum eſſe priuatorum, ſed publicum denominatione in forma habita à fine, pro quo data res conſpicitur, finis etenim regit diſpoſitionem, & dat ſubſtantiam, & ſubſiſtentiam actui, *gloſ. in l. iuriſgentium, §. quod fere, ff. de pact.* & eſt forma, per quam omnia regulantur, alia *gloſ. in §. ſi quis poſtulante inſtit. de act.* & finis, ſecundum *Bald. in l. eam quam col. 1. verſ. venio ad notabilia, C. de fideic.* eſt principium verum omnium effectuum, à quo ipſi informantur, & cauſantur, latè *Tiraq. tract ceſſant. cauſ. limit. 1. nu. 6. Menoch. de præſumpt. lib. 4. cap. 24. num. 3.* proùt re vera fuit vnicus finis repoſitionis gabellarum pro bono publico, & quiete vniuerſali huius Regni.

Enim verò ante huiuſmodi repoſitiooem nutabat adhuc concordia, licet omnia votis experirentur, & obnubilus erat Regni ſtatus. Pax enim fima in Regno præuideri non poterat, ſi Ciues numero, & qualitate magnam reipublicæ conſtituenies partem, dum proptiarum fortunarum deſolationes lamentabantur, quas dederant Reg. Curię, & Ciuitati in emptionem redituum, quibus viuebant, & ſubſtentabantur, ad nouos morbos coocitandos teodebant. Cum pax ſit vltirous diſeordiæ finis, *Sim de Pret. cōſ. 177. num. 9.* poſt *Hoſtienſ. in ſumm de pac. & treg. in princ.* nec finis eſt vltimus, quando remanent grauia ſedaoda, ae relinquntur occaſiones diſſentionum, *Lucas de Pen. in l. vnica, C. de publ. lætit. lib. 12. verſ. circa ſummum*, per *text. in l eum oportet, §. ſin autem, C. de bonis, quæ lib.* quia humores relicti, ſub eontigenti neceſſatio agitabili, ſuut principia corruptionum, vt ex *Ariſt. 13. ethic.* idem *Luc. de Pen. loc. cit.* vt nec illius belli ciuilis cauſa erat concedenda, in qua ſtat mortale veoeoum, & proindè maioris damni cauſa, quam ipſum bellum: *Ancar. conſ. 87. Mut dec. 35. num. 23.* Pax etenim ea eſt, quæ dimiſſis prætetitis, firmum relinquit ſtabile pro futuris, *Bald conſ. 195. nu. 3. verſ. ſciendum, Card. Tuſch lit. P. concluſ. 171. nu. 19.* eum abſq; perpetnitate noo ſit conſiderabilis, ſi eſt perpetua, & inuiolabilis concordia, *Moron. in tract. de treg. & pac. q. 189. n. 2. Cabal. quæſt. crim. 102. nn. 57.* Quoniam eum ante gabellarum repoſitiooem fuiſſet *in prag. 20. de vect.* dictum. *E perciò conforme al ſtato preſente, il primo fundamento della conſeruatione di queſto Regno è, il darle la ſodisfatione della perdita ſudetta, di modo che poſſa accodire al ſoſtento dell'infantaria, cauallaria, galere, vaſcelli, e pagamenti de ſoldi, ſalarij, peſi di Prouincie, & altri pagamenti, ſenza li quali, nè il Regno ſi può defendere, nè amminiſtrarſi la giuſtitia, nè tampoco viuere, e godere con la pace ſincerità, e felicità, che con il fauore diuino ſi ſpera dopoi delli trauagli paſſati:* mox iu *pragmatica ſeq.* ſubditur, Fideliſſimam Plateam Populi, auidam, & intentam *d'incontrare il Real ſeruitio, e beneficio publico*, ſupplicaſſe prius pro licentia ad finem ſe congregandi pro aſſeoſu ſuper repoſitionem medietatis gabellarum, & ſatisfactionem ereditorum. *Senza la cui commodità non ſi può incontrare l'vtile commune, tanto neceſſario, e deſiderato;* Ac Principem aſſenſiſſe, *conoſcendo l'vrgenza del negotio, & eſſere queſto l'vnico mezzo per conſeruare la quiete publica, & il reciproco amore, che deue eſſere frà così buoni Cittadini.* Proùt quoque atteſtatus fuit in *Pragm, 22. de vectig.* ibi: *In conformità di quello, che la Piazza di queſto Fideliſſimo Popolo ſupplicò, e concluſe li meſi paſſati, al che noi ſiamo condeſceſi in nome di S. M.* Quod et pluries fuit replicatū, fuiſſe repoſitas gabellas pro bono, & quiete publica, & meminit *R. Capye. Latr. deciſ. 188. in princ. verſ. quibus ſtantibus*; ac in fine eiuſdem deciſionis, his verbis: *Et ideò cum hodie fuiſſent ad inſtantiam eiuſdem Populi per Excellentiſſimum Proregem, impoſitæ gabellæ pro medietate pro ſuccurrendis neceſſitatibus Ciuitatis, & Regni, ac etiam pro reficiendo id, quod deficiebat arcæ militari pro eiuſdem Regni ſubſtentatione, & ſublenamento.*

Quibus fuit addita quoque alia cauſa impulſiua, vt in *prag. 21. verſ. 11. Poiche non ſolo è poco l'vtile giuſto à chi lo gode, mà ſotto tale preteſto ſono grandi le frandi, che ſi commetteuano, e poſſono commettere.* Nam hæc cauſalitas comprehendit pariter prætēſionem pro patribus onuſtis, quoniam eorum ſub prætextù pleriſque dabatur oeeaſio fraudandi, adeoùt iu omnibus vltimis gabellis farinæ, & rerum comeſtibilium, ſub grano a rotolo, fuit practieatum, vt nec etiam Eccleſiaſticis permittatur immiſsio franca, ſed fuit ad hunc finem inita tranſactio in pecunia, quod fieri potuiſse, benè probauit *Conſ. Theod. alleg. 6.*

Et ſatis quidem fuit declaratum per ſubſequutam obſeruantiam ob ſolntionem ab eo diè gabellarum, vt cæteri ſoluunt Ciues; cum ſola obſeruantia in dubio reſpondeat cuicumquè dubitandi rationi, *cap. cum dilectus, vbi Feltn. & alij de reſcript. cap. 1. vbi Bald. de feud. cognit. Ioſeph Ludouic. comm. concluſ. de conſuetudine, com. l. vnica num. 10. Cephal. conſ 271. num. 144. tom. 2.* vt iudicandum nunc ſit, proùt obſeruatum fuit, poſt mille *R. Valenz. conſ. 115. n. 25.* declaretque præcedeotem dubietatem, *cap. cum dilectus de conſuetud. l. Iulianus § proindè ff. ad Maced. l. ſi de interpretatione, l. minimè ff. de legib.* quoniam eſt verus intellectus rei dubiæ, quem effectus, & obſeroantia demonſtrauit, *Decian. conſ 124. num. 42 lib. 3. Crauett. conſ. 459. num. 20 Cuman. conſ. 162. circa finem, Caſtrenſ. conſ. 341. num. 4. lib. 1.* ideòque ſumēda eſt ea rei dubiæ interptetatio, quæ effectus, & rerum exitus demonſtrat, *Bald. conſ. 245. num. 2 lib. 3. Paul. Rub de valid. legati cap. 42. num. 48.* vt regina cæterarum interpretationum, *Surd. conſ 362 n. 10. Caren. var. reſol. controu. 104. num 13. Conſil. Staib reſol foreuſ. 25. num. 14. Paul. Rub. loc. cit. nu. 51.* Imò adeò ſubſequutæ obſeruantiæ progreditur virtus, & potentia, vt vincat verum intellectum diſpoſitionis, *Crau.*

conſ.

Digitized by Google

conſ.98.num 8. verſ.21. Soccin.conſ.145. nu. 41. Rot. Roman.deciſ.574. nu.3. par,1. diuerſ. & deciſ.475. num.9.par.9. recent. tom.2.Burat. deciſ. 944 num.6. Rub. vbi ſuprà nu.52. & 53. præſumique faciat omnia interueniſſe neceſſaria ad actus validitatem, gloſ. in cap.peruenit,verb.fatigari de empt. & vendit. vbi Imol num.10. Felin.in cap.illud num. 6. de teſtib. Alex. conſ. 18. num.8.lib 4. Rot. Romana deciſ.16 la ſeconda, penès Vmian. de iur. patron. num.1. & deciſ.118. num.9. et deciſ.175. num. 11. par.8 recent. et dec.330. num.13. et 16. par. 9. recent. Imò, cum iure meritò conſuetudinis nomen ſibi adſciſat, ob exiſtentiam omnium requiſiturum ad inducendam conſuetudinem, de quibus per Napod.in proœm. conſuet. à num. 69. nempè conſenſus populi, authoritatis Domini, frequentiæ,imò continuationis ordinationum, & actuum, dicta tantùm conſuetudine priuilegium patris onuſti derogari remaneret, Bald. conſ.212. vol. 3. per tex. in l.ſemper §.quoque ff. de iur. immun. nec opus habet omnium conditionum, conſuetudinis, vel præſcriptionis, quia declaratio fit per explicationem à facto nudo continuato poſt actum dubium, Soccin.conſ.111. circa finem, verſ. ſed certè poſſumus dicere, Corn. conſ.118.col.penult. verſ.et licet non ſit lib. 4. Crauet. conſ.201. num.12. et conſ.294. col.4. Ioſeph.Ludouic.comm.opin.lib.3.tit de conſuetud. in ampl. vbi illat. 9. ait: Obſeruantiam præſumi ſubſequutam ab illo titulo, à quo nouam potuit accipere formam. Et illat.4. Quod obſeruantia interpretatiua derogat ſtatutis, etiam ſi non poſsit allegari conſuetudo. Ex Dec. conſ.11. num.9. et 10. Soccin. iun. conſ. 38.num.6. num.1. Et illat. 40. ait; Procedere declarationem iuxta obſeruantiam extenſiuam etiam contractus. Ex Soccin. ſen. conſ. 145. num.3. lib.1. qui optimè ad rem noſtram, ait, quod licet ex obſeruantia, ſiuè vſu, nequeat derogari ſtatutum, aut ius, vllo modo, benè tamen poteſt fieri per ſtatutum interpretatum ab obſeruantia, vt ius remaneat derogatum.

Nec requiritur, quod longo tempore fuerit obſeruatum, Butrig in cap.vlt.ad med.de conſuetud. poſt alios abundè Becc conſ.101.n.5. Rot Rom.deciſ.119.par.1. recent et dec.316. num.14.par.9.recent.to.2.Penia dec.271 n.3. Card.Canaler dec.385.num 2. Rub. d.cap.42. num. 18. vel quod obſeruantia ſit legitimè præſcripta, Card. Mantic.deciſ.304. num.4. Rota Romana deciſ.575. num.8. par.1. diuerſ. Card. Otthobon.deciſ.175.num.11.Paul.Rub. num. 19. cum vnico ex actu inducatur obſeruantia interpretatiua. Crauett. conſ.118. num.2. Card.Canaler.deciſ.80. num.5. Buratt. deciſ.679. num.9. Rot.deciſ. 448. num. 3.par. 1. recent. et deciſ.6. par. 4. recent. tom. 2. et dec.396. num.15. par.9. recent.tom.2. Rub. d. tract.de valid.leg cap.43. num.16.

Imò cum obſeruantia, ſeù potius conſuetudo cõtinuata fuerit per annos quatuordecim, nedùm per non vſum immunitatis, quod ſanè ſufficeret ad priuilegij renunciationẽ, vt ex text. in l. 1. C. de nundin. notat Bald. ibid et in l.fin. verſ quarto tempore ff. de conſt. Princip. Galll.obſeru.60. Menoch. de præſumpt. lib.6.cap.41. erga finem, ſed cum actibus poſitiuis gabellæ ſolutæ per eoſdem patres onuſtos, omninò eſt inducta renunciatio priuilegij, & acceptatio diſpoſitionis contra immunitatem in vim veræ, & realis ratihabitionis, ac ſi ipſi conſenſiſſent in illa concluſione, & diſpoſitione, Bald. conſ. 322. et in l.1. C.ſi commun.eademque cauſ. Oltrad.conſ.328. num.19. verſ.Item non obſtat, Surd.conſ.43. nu.14. Paul.Galerat.de renunc. lib.5. cap.12. num. 4. maximè cum per annos ſex tẽpore gubernij in hoc Regno Dñi Comitis de Onnate, nunquam auſi fuerint patres onuſti hunc lapidem amouere, ſed pacificè ſoluerunt gabellam, ſcientes Principem legiſlatorem, cum ſuo Senatu explicaturum fuiſſe, quod derogare voluerit immunitati ob publicam vtilitatem.

Nec his refragatur quod immunitatibus cum tractu ſucceſsiuo non præiudicant ſolutiones de præterito, ad hoc, vt in futurum exempti teneantur.

Etenim prætermittendo, quod ob ſolutiones continuatas vniformiter ab omnibus exemptis per decennium, eſſet inducta conſuetudo, quæ omninò eſſet ſeruanda ex l.2. C. quæ ſit longa conſuetud. l.de quibus, ff de legib. & in indiuiduo Gozadin. conſ. 23. maximè cum paſsi ſint deſcribi in libris gabellarum, Bart. in auth. omnes peregrini C. comm.de ſucceſſ. Angel. in l.1. ſi quis tutor ff. quando appelland ſit, Alex.conſ.102. Gozadin. loc. cit. num.9. Obiectio prædicta locum tantùm ſibi vindicare poſſet, quando aduerſus patres onuſtos allegaretur tantùm ſolutio per certum tempus, non autem cum eorum priuilegio fuerit derogatum, dictæquè derogationi fuerit per ſolutiones præſtitus conſenſus, iuxta text. in cap. priuilegium 11. q. 3. vbi gloſ. verſ.1. cap. ſi de terra de priuileg. l. 1 ff.de nundin. Bobadill. polit. lib. 5. cap.10. num.11. cum tunc ceſſet ratio, qua mouentur Doctores, quod ſolutio gabellæ de præterito, non afficit exemptos in futurum, nempè quia non poteſt allegari poſſeſsio manutenibilis contra titulum, qui manifeſtè ſine vlla contradictione aſſertur in contra-

rium, nam in caſu noſtro pro ratione exactionis, & ſolutionis gabellæ poſt annum 1647. affertur noua pragmatica cũ nouis ponderationibus ordinata, quæ eſto millies, non apertè concluderent, potuerunt tamen dare iuſtam credulitatem, quę ſufficit pro interpretatione ſubſequuta cum obſeruantia, & pro iuſtificanda poſſeſsione, vt notant omnes ex *gloſ. in cap. fin. de præſcript.* quinimò error quocumque modo probabilis, eſſet quoque ſufficiens, *Dom. Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 130. *num.* 14. *et* 17. *ex l. quod vulgò ff. pro empt. l. pignora §. et qui ff. de vſucap.* etiã ſi error eſſet in iure, *Borchilten. conſ.* 5. *par.* 2. *col.* 6. *verſ.* 5. *et col.* 7. *verſ. nam cum genus*; cum excludat malam fidem, *Menoch. de præſumpt. lib.* 3. *cap* 130. *nu.* 44. *Pheb. dec Luſit.* 133. *n.* 48. *lib.* 2. *Nouar. dec.* 51. *n.* 2. & inducat titulum coloratum, *R. de Marin. reſ.* 149. *to.* 3.

Hæc omnia, & explorata eſſe, & in praxim deducta, facilè nouerimus, ſpectata Regali Cedula ſub die 7. Iunij anni 1659. ad inſtãtiam Ill. Marchionis de Baiona tunc Capitanei Generalis triremium in Regno, quo ſupplicãte ſcripſit Catholica Maieſtas enarratis quamplurimis haud exigui ponderis circunſtantijs, quarum vi petita immunitas gabellæ farinæ in hac eadem Ciuitate deberi videbatur dicto Domino Marchioni, tandem edixit, pro tanto milite, & militum Supremo Duce, & ſic ſpectabili, & clariſsimo de domo Regis, vt *Carauita*, de quolibet milite ſenſit in *ritu* 46. *num.* 26. non decernendo eidem deberi immunitatem pro vt equidem, ante nouas leges anni 1649. data ſemper ipſi fuit, ſed pijſsima ſuam regalem explicauit mentem, iubendo Excellentiſsimo Moderatori: *Que con la mano, y prudencia, que de vueſtro zelo, y atencion, confio diſpongais la materia de manera, que la cantidad, que os conſultaran los Miniſtros que refiere eſte memorial ſe contenten los intereſſados de que ſe le dè al Marques ſatisfacion, excuſando ſe reduzga à judicio, que aſsi conuiene à mi ſeruicio, y procede de mi voluntad etc.* ne inuitis ijs, quorum res agebatur, quicquam innouetur poſt abolitas immunitates in re tam graui, nec in iudicium conueniantur, vt liquidò ex dicta Regali Cedula conſtat, adeò vt Dominus tunc Delegatus, cum Collaterale Conſilium, Catholicæ Maieſtatis literis inſpectis, proſpectaque partis obnirẽtia decreto firmauerint, decernendo non eſſe locum petitis per Dom. Marchionem de Baiona.

Nec exigui ponderis eſt, fuiſſe quoque alio decreto Collateralis Conſilij, ita declaratum pro prætenſis immunitatibus in Platea maiori, huius quoque Fideliſsimæ Ciuitatis, referente *Dom. Conſiliario D. Thoma Carauita*, tunc Arrendamenti prædicti Delegato, nec ſecus exequutum per eundem Dominum Conſiliarium Carauita, qui licet inter onuſtos patres recenſeretur, veritati potius, quam ſibi conſuluit. Idemque pluries fuit reſcriptum per Excellentiſsimos, tunc temporis Proreges, vt obſeruaretur in Regia Dohana Neapolis, proùt obſeruatur, omni abolita immunitate pro vſu.

Reimpoſitis maximè Gabellis dimittendorum cauſa creditorũ, quibus ante annum 1636. vendiderat annuos introitus, quiq; etiam poſt gabellarum abolitionem erant creditores haud quaquam inſolutum datis gabellis ante reuolutiones, ſed ſimpliciter aſſignatis cauſa ſolutionis, periculo tamen ipſius aſſignantis, & cedentis, late *Conſ. Hodierna in addit. ad deciſ Surd.* 266. *num* 19. *Olea de ceſſ iur. tit.* 7. *quæſt.* 3. *nu.* 18. *Leotard. de vſuris quæſt* 36. *num.* 51. alios referentes; Compertum eſt etenim priuilegium patris onuſti non tribuere immunitatem pro debitis contractis ante expeditionem priuilegij, *l ſemper §. hoc circa ff. de iur. immun. Reg. Reuert deciſ.* 428. & ibi *Reg. de Marin. Iudex Capibl. ad pragm* 8. *par.* 1. *num.* 267. *de Barogib. Nouar. quæſt. forenſ.* 75. *num* 6. *par.* 2. *Bellon. iun. conſ* 69 *n.* 30. *et ſeq. Epiſcop. Riccius in addit. ad dec. Frauch.* 259. *Andreol controu.* 283. *num* 14. Et fuit pluries deciſum per Regiam Cameram, vt ex *arreſto* poſt *deciſ. Reg. Reuert.* 384. & ad rem quidem optimè, alio arreſto, hucuſq; non allegato, vt in *arreſto* 465. his verbis. *Cum Dominus Aurelius Campanilis Regiæ Cameræ Summariæ Præſes tractaret de prouiſione per eum dubitata, cuius nempè ſummarium eſt. Al Capitolo, & Vniuerſità di S. Naſtaſo per li predetti figli di Padre di dodeci figli, che non li facc[i]no contribuire alli debiti cõtratti per detta Vniuerſità, à tempo che loro padre era viuo, e godeua l'immunità di dodeci figli, ſe eſſi ſtauano vniti col padre. Diceate Illuſt. Domino Regente Dauid Locumtenente, quomodò debeat intelligi ſolutio pro debitis contractis ante conſequuteam immunitatem, quia aliqua debita licet ſint antea contracta, cum fuerit extincta, & ſolutum debitum ante immunitatem eorum, ſed capta pecunia, facta fuerunt obligationes, ac impoſita gabella, & collectæ poſt eorum immunitatem, & hoc erit declarandum, nè contingat Vniuerſitatem grauari, & ſimiliter reſpectù exterorum ordinariè habitantium in Terris Regni, qui non ſunt alibi numerati, dum petunt non debere*

cogi

cogi ad contribuendum pro debitis contractis per Vniuerſitatem antequam venerint ad habitandum in loco vbi habitant. Et diſcuſſio pluries negotio, fuit concluſum, quod fietur deciſis, per ordinationes Regiæ Cameræ, quod patres duodecim filiorum contribuant pro rata debitorum contractorum ante conſequutam immunitatem, & pariter viduæ eorundem patrum, et filij vnitè viuentes cum eis, & ne contingat Vniuerſitates, aut particulares grauari circa intelligentiam declaratur, quod dum tractatur de ſolutione debitorum contractorum, & non extinctorum, nec ſolutorum ante conſequutam immunitatem, licet Vniuerſitates, & homines earum ceperint pecuniam ad intereſſe, vel ſe obligauerint pro ea poſt dictum conſequutam immunitatem, vel fuerunt impoſitę, vel imponuntur collectæ, gabellæ, & impoſitiones pro illis, & eorum intereſſe ſoluendis, teneantur dicti priuilegiati in omnibus ſoluere, & contribuere, ac ſi dicta pecunia eſſet capta ad intereſſe, & obligationes eſſent factæ, ac gabellæ, et collectæ impoſitæ, ante conſequutam immunitatem, ſtante quod debitum oritur ex tempore retro, quo nondum erant immunes, et caſu in quo dictæ gabellę collectæ, et impoſitiones eſſent factæ, vel fierent, nedùm pro dictis debitis contractis, et obligatis, ſed etiam pro alijs poſtea contractis, et pro alijs ſolutionibus, ad quas patres duodecim filiorum non tenentur, fiat calculus, et ſeparentur antiqui à nouis modo prædicto, ne contingat Vniuerſitates, et particulares grauari.

Ad hæc aliud adijcere minus prætermittam, quod cum huiuſmodi hiſce gabellis ad dimidietatem reimpoſitis expreſſa lege cuilibet perſonę cuiuſcumq; ordinis vſu adempto, exiſtimabatur conſignatarijs prædictis maiorem fructum, è vectigalibus concedendum fore, quam non ex integris percipiebatur, quemadmodum *prag. 21. de vectigalibus*, cautum eſt, facilè tamen ſi onuſtis daretur locus, vectigalium, potiſſimum verò farinæ, tum iacturam, tum perniciem omninò timendam eſſe ſecus ac Princeps ipſe decreto ſenſijt, populique ſpem prorſus caſuram, qui ea conditione reimpoſitionem petijt, & verò nequaquam, aut publicum emolumentum, aut Ciuium conſeruatio procederet, quorum gratia, vel ipſa facta eſſet reimpoſitio, id quod à ſumma, qua integritate, qua doctrina, nec non prudentia, ac Iudicantium pietate ſuſpicari certò non audeamus.

AD eundem §. 7. *quæſt. 10. in annot. num. 14.* tetigimus immunitatem Clericorum Græcorum, de qua etiam vide *Capyc. in inueſt. feud. ver. collectis verſic. Clerici fol. 123. col. 1.*

Ad §. 8. *quæſt. 9. num. 25.* vbi ex *Theodor.* diximus, quod Nobiles extrà Sedilia, non poſſunt ab aggregatione excludi, adde *Franc. de Petris conſ. 63.*

Ad §. 9. *quæſt. 2. num. 10.* vbi tranſcripſimus reſponſum *Conſil. de Georgio* pro Ill. Duce Magdaluni, aduersùs exactionem pro animalibus, quam faciebat Ill. Princeps Caſertę in nundinis, notandum eſt, quod pro dicto Illuſt. Principe ſcripſit, & obtinuit *Conſ. Marcian. conſ. 34. lib. 2.*

Ad §. 12. *quæſt. vnic.* vbi memorauimus cauſam Ill. Principis Scyllæ pro Iure Curreturæ, annotandum eſt, quod pro illo ſcripſit *Dom. Carolus Cito*, primarius Aduocatus, natalium nobilitate, doctrina, morumque ſuauitate percelebris I.C.

Ad §. 14. *quæſt. 4. num. 17.* vbi quod de vacca vitulum lactantem habentem, non ſoluitur pedagium, adde *Conſil. de Anna conſ. 64. lib. 1.*

Et quoad gabellarum Cenſalium, obſeruandum eſt, quod principale intereſſe pro eius exactione non tàm eſt Sacræ Domus A. G. P. quàm Regij Fiſci, tùm quia augumentum dictæ gabellæ eſſet proprium Regiæ Curiæ, tùm etiam quia eueniente caſu diminutionis dictæ exactionis, teneretur Reg. Curia aſſignatarijs ad refectionem aſſignati annui reditus, qui forsàn diminueretur; idque vigore correſpectiuę cōuentionis initæ anno 1560. ac *ibid.* enunciatæ; Quare pro Regia Curia in locatione, quæ fiebat per Dom. Gubernatores dictæ Sacræ Domus, interueniebat Præſidens Reg. Cam. Commiſſarius dictæ Gabellæ, & Procurator Fiſcalis, qui hodie tantùm interuenit; Cumq; anno 1665. *Ill. Marchio S. Lucidi D. Lucius de Sangro*, ex Neapolitanorum priuilegio, prætendiſſet, frumentum ad ipſo immiſſum in hanc Ciuitatem à ſuo Caſali *Caſignani*, non eſſe obnoxium dirictui dictę Gabellæ, etiam vti recollectum ex feudali territorio ne duplici onere grauaretur; Ideò ex

ad-

aduerſo inſtitum fuit, non teneri Fiſcum, & pro eo dictam Sacram Domum de cætero immunitatem dare pro dirictu Cenſalium, Ciuibus Neapolitanis, nec etiàm pro eorum vſu ab anno 1648. in anteà, quo tempore per legem municipalem, pro bono publico fuerunt tales immunitates, etiam pro vſu ſublatæ, vt in *pragm.* 21. §.11. *de vectigal.*

Et pro Sacra Domo, eiuſque Arrendatore *allegationes* exarauit peritiſſimus I. C. *Dom. Regens Dominicus Petronius*, tunc Aduocatus primarius, *dicatas Ill. Plateis eiuſdem Fideliſsimæ Ciuitatis Neap.* ex tribus fundamentis.

Primò, Dom. Æconomos Sacræ Domus A.G.P. adminiſtratores Cenſalium, ſiue dirictuum Sbarrarum, fuiſſe ſemper in poſſeſſione, ſeù quaſi exigendi grana decem pro ſalma tumulorum quatuor farinæ, ac tritici, quod immittitur Neap. per Ciues non priuilegiatos, & medietatem dirictus prædicti à Ciuibus cauſa cõmercij, & non pro vſu immittentibus, cum vectoribus cõductis, ex documentis per *Nos* enũciatis in *d. quæſt. vn.* & alijs; nequè in illa ſpecie conſtare frumentum collectum fuiſse ex feudali Territorio, nec potuiſse conſtare pro tanta quantitate, imò feudalem qualitatem ei non prodeſse in fructibus, non ad vſum inuectis, ſed cauſa commercij.

Secundò; iſtam eſſe poſſeſſionem manutenibilem omni iure; imò ad omnem exuberantiam, fuiſse continuatam poſſeſſionem, non abſque ſufficientibus titulis, & rationibus vſque ad annum 1648. nil obſtante pretenſa re iudicata per Reg. Cam. anni 1567. quam ex *D. Reg. Moles* exarauit *Reg. de Marinis in Arreſt.* 326. Ex eo quia Ciues Neapolitani non ſunt exempti ab illo quartatico, vt ex *Cap. boni denarij in fol.* 1. *inter Priuil. & Cap. Ciu. Neap.*, ſimiliter quia cẽſalia ſunt membra illiũs Dohanæ, quâm in genere ſoluunt; tùm quia ſunt iura antiqua Regiæ Curiæ in hac eadẽ Ciuitate exigẽda, quę ſũt excepta ab ipſis *Capitulis*, quæ pro immunitate poteſt Ciuitas producere; excipitur enim ius boni denarij, aliundè ad Regiam Curiam ſpectans, in *cap. Ser. Regis Ferdinandi I. anno* 1459. *fol.* 18. *cap.* 39.

Tertiò, ab anno 1648. eſse iudicandum nec pro vſu immunitatem deberi Ciuibus Neapolitanis, ex *d. Pragm.* 21. §. 11. pro cauſa boni publici, & quietis Regni, & præſertìm ad euitandas fraudes.

Et cum nupèr ad inſtantiam Reg. Fiſci fuerit producta aſſerta quędã pandecta diminutiua dirictuum cẽſualium, & per aliquos ex Dom. Deputatis eiuſdem Fideliſsimæ Ciuitatis inſtaretur pro immunitate; Pro parte Dom. Gubernatorum dictæ Sacræ Domus, nihil innouari contrà ſolitum in exactione præfatorum cenſualium dirictuum iuſtiſsimè fuit inſtitum, ſupplicatumquè; Adeò vt ità à Reg. Collateralis Conſilij ſumma iuſtitia, ac pietate fuerit obtentum, Patrocinantibus mecum, colendiſsimis Collegis *Dom. Donato Mazza*, *Dom. Petro Fuſco*, *Dom. Hyacintho de Mari*, ac *Dom. Franciſco Antonio Prota*, doctiſſimis I.C. ac eximijs Aduocatis; inuigilantibus *Dom. D. Hieronymo Capycio Piſcicello*, præclariſsimo, nobilitatis antiquiſsimæ; ſplendore, ac morum incomparabili virtute, atque candore in ęuum celebrando, eiuſdem S. Domus pro Ill. Capuana Platea Gubernatore integerrimo, ac *Dom. Antonio Plaſtena*, I. C. doctiſsimo, Neap. Populi Tribuno ſpectatiſsimo, publicæ quietis directori optimo (ſi enim huic rei obdormiuiſſemus, verendum penè erat, nę iſta Sacra Domus, quæ mirifico caritatis ardore ſupra omnia Piorum locorum

in

in Europa exempla præeminentèr infantibus expoſitis, alijſque Pijs operibus in honorem Dei, ac Sanctiſsimæ Virginis Mariæ ad publicum cōmodum admirabili, perennique pecuniarum erogatione immenſa, conſulit, certo hoc annuo reditu duc. viginti duorum mille deſtituta, tanto pio operi multum defeciſset). Cæteris verò eiuſdem Sacræ Domus litibus hoc anno Deputatis, ad idem patrocinium, vigili ſpiritu promptis, peritiſsimis I.C. ac inſignibus cauſarum patronis *Dom. Marco Antonio Piſcione*, *Dom. Luca Poto, Dom. Ioſepho Valle*, ac *Dom. Thoma Mazzaccara*.

At nunc præfata in cauſa, nulla protinùs videtur inuadere veritatem difficultas, ex Pandecta nupèr exhibita, ac ſubſcripta per Regios Credenzerios circà Cenſualium dirictuum exactionem, quam ad futuram Sacræ Domus A.G.P.,& aſſignatariorum cautelā, & ad hoc, vt pro veritate ſit conſultum, hic tranſcribendam exiſtimauimus.

Nota delli deritti, che ſi eſiggono nelle Sbarre ſpettāntino all'Arrendamento de Regij Cenſali A.G.P.

PEr grano, farina, ciceri, grano d'India, farina di grano d'India, nemiccoli, chichierchie, cannauo, miglio, ſemente di lino, e tutte ſorti di ſemente, quando vengono da territorij, portati da Viaticali foraſtieri, pagano vna cinquina per tumolo. —— $2\frac{1}{2}$

Quando dette robbe, vt suprà ſono portate da territorij, ò Caſali di Napoli, portandoſi le fedi dell'Vniuerſità, che dette robbe ſiano nate nel territorio, ò Caſale di Napoli, ſi paga mezza cinquina per tumolo. —— $1\frac{1}{4}$

Quando il Napolitano priuilegiato và à caricare dette robbe, ò à territorio di Napoli, ò à territorio foraſtiero, cauſa commercij, paga mezza cinquina per tumolo. —— $1\frac{1}{4}$

Orgio, auena, faue, faſoli, ſimilmente il deritto è una cinquina, però habbiamo ritrouato, che per equità ſi è eſatto, e ſi eſigge grana due per tomolo. —— 2

Tutti li grani, che vanno alla conſeruatione delle Foſſe della Città, ſenza fare diſtintione, ſe vengono da territorij, ò extra, ſi paga mezza cinquina per tumolo. —— $1\frac{1}{4}$

Li Capuani per le ſudette robbe, come di ſopra, quando ſono loro proprie, e portate con animali proprij à vendere, portando la bolletta di Gieruſalemme, non pagano coſa alcuna; Mà quando li Capuani portano la robba à perſona non franca, pagano vna cinquina per tumolo, Cauſa Commercij. —— $2\frac{1}{2}$

Per ogni ſalma di melloni, tanto d'acqua, quanto di pane, quando vengono da Caſale, ò territorio foraſtiero, grana quattro per ſalma. —— 4

Quando vengono da Caſale, ò territorio di Napoli con fede, non paga coſa alcuna.

Quando il Viaticale, ò Mellonaro carrica li melloni, dico Viaticale foraſtiero, e li porta in Napoli, paga la metà, e quando il Viaticale di Caſale di Napoli và à caricare à territorio foraſtiero, ò mette li melloni à territorio foraſtiero, paga la metà, con portare la fede del Caſale, ò Vniuerſità. —— 2

Per tutte ſorti di frutti ſi paga grana cinque per ſalma, ſe vengono da territorio foraſtiero, —— 5
ſe vengono da Caſale, ò territorio di Napoli grana due, e mezzo. —— $2\frac{1}{2}$

Per carro di frutti carlini trè, ſtante ſi è valutato ab antiquo, & al preſente ſi valuta per ſei ſalme. —— 1 10

Quando vengono da Caſale di Napoli grana quindeci per carro. —— 15

Eccettuatene però le ceraſa, che pagano grana ſei per ſalma, quando vengono da Caſale foraſtiero. —— 6

Quando vengono da Caſale di Napoli, pagano grana trè per ſalma. —— 3

Quando li detti Capuani la portano à perſona priuilegiata, anco cauſa Commercij, ò vero alle foſſe pagano mezza cinquina per tumolo. —— $1\frac{1}{4}$

Però quando ſi portaſſe al priuilegiato per vſo ſuo proprio, e non cauſa Commercij, non ſi paga coſa alcuna.

Li

Li Nolani coſì della Città, come de Caſali pagano per le ſudette robbe, come di ſopra la metà del deruto, cioè mezza cinquina per tumolo. — 1 $\frac{1}{4}$

Li Luoghi Pij, e Monaſterij delli grani, e farine per la quantità che hanno di franchizie della gabella grande, non pagano coſa alcuna, però finite le dette franchizie, quando la robba viene da extrà territorio, ò Caſale, pagano vna cinquina per tumolo. — 2 ÷

Quando le dette robbe vengono da Caſale, ò territorio di Napoli, pagano mezza cinquina per tumolo. — 1 $\frac{1}{4}$

Per li lupini, che vengono da Territorio foraſtiere torneſi tre per ſalma — 1 ÷

Per li lupini, che vengono da Territorio di Napoli pagano noue caualli per ſalma. — $\frac{3}{4}$

Per Carcioffole, Cardoni, quando vengono da Territorio foraſtiero, pagano torneſi tre per ſalma. — 1 ÷

Per quelli che vengono da Caſale, ò Territorio di Napoli noue Caualli per ſalma. — $\frac{3}{4}$

Per agni ſalma di piante di frutti ſi paga per ſalma torneſi tre, quando vengano da Caſale foraſtiero. — 1 ÷

Quando vengono da Caſale di Napoli caualli noue per ſalma. — $\frac{3}{4}$

Per cepolle, agli, broccoli, cocozze, ed altre coſe ſimili, quando vengono da Caſale foraſtiero grana tre per ſalma. — 3

Quanda vengona da Caſale di Napoli cauſa Commercij torneſi tre. — 1 ÷

Per ogni ſalma di creta grana ſei per ſalma. — 6

Per ogni ſalma di mortelle, cioè mortelle, che ſeruono per conciare Coiere, ſtà in vſo alla Sbarra del Ponte della Madalena, e Caſa noua grana tre per ſalma. — 3

Quando vengono per la Sbarra di Capo di Chino, ſtà in vſo eſigerſi torneſi tre per ſalma. — 1 ÷

Per ſalma di peſce ſi paga grana otto. — 8

Quando và à perſona che lo vende, ed è priuilegiata cauſa commercij, paga grana due — 2

Per ogni ſalma di legname lauorato, e non lauorato grana tre. — 3

Per qualſiuoglia Carro di legname lauorato, e non lauorato vn carlino. — 10

Ed eſſendo priuilegiato cauſa commercij la metà, ò vero venendo da Caſale di Napoli con fede anco che vada à perſona priuilegiata cauſa commercij paga la metà. — 5

Per la Sbarra dello Ponte della Madalena ſi vſa, che quando li frutti vengono da Somma ſi paga grana tre per ſalma, e le Ceraſa grana quattro. — 4

e due altre grana pagano à S. Martino. — 2

Li Lini di Caſale di Napoli pagano due torneſi per decina. — 1

Per il Vino quando và à Mercanti à Barrili, e viene da Caſale foraſtiero ſi paga grana ſette e mezzo. — 7 ÷

Quando il detto Mercante à barile è priuilegiato paga la metà, cioè grana tre, e noue caualli per Carro. — 3 $\frac{1}{4}$

Quando vanno a gl'Affittatori delle Tauerne pagano per Carro la metà, conforme anco quando vanno alle Galere all'Affittatore della Regia Corte. — 3 $\frac{3}{4}$

Li Vini, che vanno alli Luoghi Pij, e Monaſterij in franchizie, pagano la metà portandolo con Carra ad alloghiere. — 3 $\frac{3}{4}$

Però portandalo con Animali proprij, e per loro vſo, non pagano coſa alcuna.

Però portando vini per vendere nelle loro Cantine con Carri, ad alloghiere pagano grana ſette, e mezzo. — 7 ÷

Però portando il detta Vino con Carra proprie cauſa commercij, pagano grana tre, e quarti tre. — 3 $\frac{3}{4}$

Le franchizie de Preti, le quali ſe le vendono à Secolari, e à detti Secolari entra il vino con dette Cartelle di franchizie, ſe il Carro è allogato paga grana ſette, e mezo — 7 ÷

Però quanda ſe lo portano li Preti in franchizia, ſe il Carro è proprio non pagano coſa alcuna, ſe il Carro è allogato grana ſette, e mezzo, venendo però da Caſale foraſtiero. — 7 ÷

E venendo da Caſale di Napoli con fede non pagherà coſa alcuna.

Per ſalma di Nocchi, bacchette, iunghi da far caneſtre, Mazze di ſcorriati, legnami di far maniche di Cata grana tre per ſalma. — 3

Herba Luzza grana quattro per ſalma. — 4

Per mezza ſoma grana due. — 2

Lardo vn tarì per Cantaro, quando viene per venderſi, quando è per vſo proprio, non paga coſa alcuna. 1 —

Indoglie, e lengue ſalate carlini diece per Cantaro. benche poco ſe n'eſigge. 1 —

Per

Per ogni Mercia di Vacca, e Bufola grana quindeci.	—	15
Per Mercia d'Annecchia vn carlino.	—	10
Per Mercia di Vitella, e Mercia di Porco grana cinque.	—	5
Per Paratura di Porco grana due, e mezzo.	—	2÷
Per Coiere mortatine, quando ſono di Vacca, ò Bufale grana 16.	—	16
Per Coiere di Annecchie grana 10.	—	10
Per Coiere di Vitelle grana cinque.	—	5
Per ſalma di finiello grana 3.	—	3
Per ogni tumolo di paſta, ſemola, ò fiore, valutato il tumolo ſudetto rotola 30. vna cinquina per tumolo.	—	2÷
Carra di farina, che vengono da MonteSarchio à raggione di tom. 44. per Carro, paga carlini noue per il detto Carro.	4	10
Carra che vanno à priuilegiati cauſa commercij, pagano la metà, cioè carlini quattro, e mezzo.	2	5
E ſe veniſſe nel Carro più delle tom. 44. ſi paga il dì più à grana due, e mezzo il tomolo.	—	2÷
Carra di farina d'Auellino di tom. 40. il Carro paga carlini otto il Carro, ed eſſendo priuilegiato in cauſa commercij, paga la metà.	2	—
Li fungi ſalati, e non ſalati grana cinque per ſalma.	—	5
venendono à Carra ſi paga carlini trè il Carro, valutando ſalme ſeie il Carro.	1	10
Quando ſi eſtrae qualche ſoma di verdume.	—	1
Quando ſi eſtraeno Barrili di fico, e paſſi cauſa commercij.	—	5
Per ſalme di ſcioſcelle grana 5.	—	5
Per ſalme di Lemongelle, Cetrangole cauſa commercij.	—	2÷
Per ogni ſalma di Piante di Cipolle, ed altre verdume per paſtenare.	—	10
Per tutte ſorti di legumi, e ſemente, che vanno extra Caſale cauſa commercij.	—	2÷
Per ogni ſalma d'Oliue, Noci, Nocelle, e qualſiuoglia frutto coſi ſecche, como verde, che eſcano da Napoli per venderſi grana cinque.	—	5

Ma non però, queſta eſitura è rariſſima.

Si fà fede per noi ſottoſcritti Soſtituti Regij Credenzieri de Regij Cenzali A.G.P. delle Sbarre di Capo di Chino, Caſanoua, e Ponte della Madalena, e Capo di Monte, qualmente per tutto il tempo habbiamo eſercitato, e ſono ſtati eſercitati detti officij, ſi ſono ſempre eſatti li deritti ſudetti per le robbe nella ſuderta nota enunciate, con la diſtinzione in quella contenuta, per hauere così ſempre ritrouato eſigerſi dalli noſtri Predeceſſori, e per eſſere la verità habbiamo fatto la ſudetta nota, e ſottoſcritta la ſudetta fede di noſtre proprie mani. Nap. li 13. Ottobre 1691.

Io Aniello Sequino ſoſtituto R. Credenziero della Sbarra di Capo di Chino.
Io Geronimo Caratura ſoſtituto R. Credenziero della Sbarra di Caſanoua.
Io Gio: d'Ancona ſoſtituto R. Credenziero della Sbarra del Ponte la Madalena.
Io Sebaſtiano d'Angiolillo olim ſoſtituto R. Credenziero della Sbarra di Caſanoua.
Io Nicola Ruſſo olim pro R. Credenziero della Sbarra di Caſanoua.
Io Giacinto Cimbalo ſoſtituto R. Credenziero della Sbarra di Capo di Monte.

PRÆCLARISSIMO I.C.

Ampliſſimoq; Viro Patricio

D. NICOLAO GASCON,

ET ALTAVAS,

Nobiliſſimo Alcantarenſis Ordinis Equiti, Supremi Regiæ Cameræ Summariæ Senatus integerrimo Præſidenti Decano, ac Regio Collaterali Conſiliario, Regiamq; Cancellariam pro meritis Spectabili Regenti electo.

NICOLAVS CAIETANVS AGETA, S.P.D.

NEmo eſt, quem lateant, *Vir clariſſime, tua ſingularis eruditio, grauitas morum, vitæ integritas, genij benignitas, prudentia incomparabilis, ſanguinis ſplendor; munera deniquè primaria, in quibus obeundis ità laudabilitèr te omnium voto geſſiſti, vt arduum prorsùs experiar, non dicam exornare res tuas geſtas, ſed vix enarrare: At commendat eas noſtra hæc Parthenope, extollunt regiones, quibus præfuiſti, Regnum deniq; probat vniuerſum, cui non minùs es amori, quàm ſtupori; cum enim illud ab Aragonenſis Coronæ dominio pendeat, à cuius Regno illuſtres ſortitus es natales, id vnum tuæ curæ, cordiq; fuit, quod non tàm in Regij Ærarij augmentum, quàm Neapolitani Regni totius bonum, eiuſq; conſeruationem, ac ſubditorum ſalutem dimanaret. Quo quid ad laudem, aut præſtantiùs, aut fulgidiùs? Teſtis mihi præ cæteris tua illa circumſpecta, ac prouida de populorum leuaminibus Conſultatio, quam ego communi omnium commendatione allectus, poſteritati legendam tradidi, vt operis huius ſecunda in hac parte, ſit coronis, ac lux, ſimùlq; publicum meæ erga te obſeruantiæ monimentum.*

PA-

P A P E L,

Que eſcrivio el Señ. D. Nicolas Gaſcon, y Altauas, Cauallero del havito de Alcantara del Conſejo de S. M. Regente en el Supremo Colateral, de orden del Excelentiſſimo Señor Marques de los Velez Virrey, y Capitan General, y del Viſitador General Conte Danes Caſati, para dar algun aliuio a los Pueblos del Reyno de Napoles.

EL cuydado de dar algun aliuio a los affligidos Pueblos de el Reyno, y fieles Vaſallos de Su Mageſtad, hà ocupado iuſtamente el animo de V. E. deſde que, con tanta razon ſe le fiaron los cargos de eſte Gouierno, y aunque tan importante fin, pedia vna continua, y General aplicacion, por conformarſe con el paterno amor del Rey nueſtro Señor a los ſubditos, y las obligaziones de ſu Real Vigilancia, y Iuſtificacion, lo deue tambien V. E. ſolicitar por medio de la junta del deſempeño, porque ſe trata de euitar los grandes, e inconſiderables Vezagos, que cauſa a las Reales impoſiciones, y cobranza, el eſtado preſſente de las prooincias, que ſuman mas 10087. al año, y el fazilitar, que ſe ſaquen algunas cantidades de otros 900. que importa lo atraſado de los pagamientos fiſcales deſde el año 1669. en que ſe publicò la vltima enumerazion General del Reyno, y ſino ſe toma expediente para la exacion ſe vera S. M. preciſado a condenar eſta ſuma, por aſegurar las rentas corrientes como ſe ha practicado en tres ocaſſiones.

Es verdad, que el remedio de los daños vniuerſales en materia de grauedad es mas facil en el Conſello, y eſpeculazion, que en la execucion; pero con todo eſſo, no ſiendo impoſible el que ſe pueda dar en mucha parte a eſto males, ſe deue procurar con todo eſfuerzo, pues como aſumpto Chriſtiano, heroyco, y pio, ſera aſiſtido, y amparado de la diuina eficacia de Dios nueſtro Señor que gouierna ſiempre la recta intencion de quien buſca los aciertos.

Y primeramente ſe deue ſuponer que es vaxa la Vniuerſidad, ò Pueblo del Reyno, que no tenga Gauelas, Faſas, Coletas, ò Cuerpos, de la comunidad ſuficientes para pagar los derechos Reales, y acudir a los gaſtos de ſu manutencion ſegun ſe ſabe en la Regia Camara por la frecuencia, con que ſe reconoce los eſtados, que forman con iuramento los adminiſtradores de las tierras, y conſta claramente no ſolo de la fertilidad, y abundancia del Reyno, ſino de que las Impoſiciones fiſcales, ſon las mas modenadas de la Italia, y de otros Reynos de la Europa, de que ſe infiere con euidencia, que las rentas de las Vniuerſidades eſtan vſurpadas, ò diuertidas con la adminiſtracion, y por eſo, ſe falta a la pagas, y aſignamientos corrientes, y ſe conſuman los lugares con bexaciones inauditas de los Comiſarios, que deſpachan los Preceptores Conſignatarios de fiſcales, y otros acreedores, conuirtiendo la neceſidad en perpetua impotencia, y obligando alguna vez los particulares a que abrazen con deſeſperacion el exercicio comun de Bandidos.

El extrauio, y vſurpacion de la ſuſtancia de la Vniuerſidad es las noticias ciertas, que han adquirido la experiencia, manejando proceſos, cauſas, querellas, y clamores, y an viſto los ojos, y tocado las manos, diſcurriendo por algunas partes del Reyno, que ſe ha caminado, ſe reducen a los puntos ſiguientes.

La mayor parte de los Barones, no pagan en los lugares la buena tenencia de los bienes libre, ò burgenſaticos que poſeen, ſiendo eſta impoſſicion la mas principal, y pribilegiada, y muchos ſe han hecho borrar de los caraſtos, en que ſe notan los bonatenentes, y otros ſe an ajuſtado por cortas ſumas annubales, para dar color, y dorar la injuſta exempcion.

En el miſmo genero de buena tenencia ay conſiderables haziendas, y vienes colocados con fraude en caueza de Sacerdotes, Clerigos, y perſonas Eccleſiaſticas para librarſe de la deuida contribuzion, y no ſon pocas las Vniuerſidades, y mayormente las del Demanio Regal, que experimentan el miſmo perjuicio con algunos Gentiles hombres, y Caſſas poderoſas, y a eſte fin en diuerſos lugares ſe han ocultado los caraſtos, y ſe viue ſin ellos a capricho de los que oprimen los pequeñuelos.

Otros Varones aſignatarios de fiſcales ſobre ſus tierras los cobran por entero, ſin bonificar la baja de los fuegos decretada en juſticia por la Regia Camara, y muchas veces ſolicitada por ellos miſmos agaſtos de ſus Vaſallos, y exigen los creditos inſtrumentarios, a razon de ocho, y diez por ciento, quando la Pragmatica hizo baja indiſpenſable a la razon de cinco.

Y ſon en numero grande los Barones que tien vſurpados a las tierras, Boſques, Herbajes deheſas, Portulanias, Zecas, Molinos, Tabernas, y otros Cuerpos Vniuerſales, y algunos, no ſe contentan de bunlficalos a foraſteros, pero prohiuen el vſo neceſario à los Vaſallos, Ciudadanos, y es ſingular el que con pretexto de las rentas Baronales, y creditos iuſtrumentarios, no ſe paga, y aplica la mayor ſuſtancia de las comunidades, quitando a la Regia Corte la prelazion, que le toca, y aſi tudos hazen negociacion, ò induſtria de los frutos de ſus feudos, como ſon granos, vino, azeite ganados, y otros generos, y prohiuen, que los particulares no vendan haſta, que el Baron haya hecho el total empleo, y con eſta dilacion, ſe ven obligados los pobres à vender a precios vajos, la corta coſecha, de cuyo veneficio reſulta lo que contribuyen al publico con daño Vniuerſal de los lugares.

En muchas Prouincias ſe experimienta que los Barones tienen con titulo de inſolutum datione gabelas, y rentas comunes por creditos inſtrumentarios contra la diſpoſicion del Señor D. Beltran de Gueuara, que ordeuò la reintegracion primera, que las Vniuerſidades correſpondieſſen el por ciento del principal con gozar el benficio de la buena tenencia.

En los lugares donde ſe viue por taxa, ſe reconocen tambien graues deſordenes, porque no la pagan los poderoſos, las dependencias, y fauorezidos de las Caſas de los Varones, y en la que ay vn Sacerdote, ò Eccleſiaſtico, ſe toma por eſcuſado para eximila toda extendiendoſe a los Clerigos Coniugados, y Monjas de caſa, y algunos Obiſpos, han conſeguido, que los Officiales, que ſiruen ſus Curias; los Villanos, que qultiuan ſu territorios, y feudos, y aun los Curſores del Tribunal ſean francos, y exentos, cargandoſe ſolamente la gente mas miſerable, y pobre, que no puede pagar la vigeſſima parte de lo que ſe impone la cobrança de los libros, y taxas, ſe ſuele comprar por los Barones, y perſonas poderoſas, y en los Abruzos, por hombres que llaman Armigueros, y temerones; acreditados por las faziones de gente ruin, y de mala vida con la vtilidad de treinta, y mas por ciento, y aſſi nunca ſe paga la Corte, ni los Conſignatarios apropiandoſe los referidos Exatores el dinero vniberſal, con que las comunidades padezen el nueuo trabajo de los Comiſarios, y vexaciones.

Y ſon infinitas las Vniuerſidades, que correſponden à los Varones con eſpecie de Camara reſerbada cantidades de mas dey al año quando deſde el de 1637. quedaron eſtingidas las Cameras reſeruadas, y mucho mas hauiendo zeſſado los alojamiento, y quarteles con que en otros tiempos ſe cargaua el Reyno, diſtribuyendo en el las milicias.

Y por no dejar coſa alguna ſin reſleſſion es digno de notar que aya Barones, que an impueſto taſſas entre ſus Vaſallus con propia autoridad por mantener Squadras armadas à ſu diſpoſicion, y para pagar el precio exorunante de los frutos que les diſtribuyen por fuerza, que alguna vez ſon de generoſos pudridos, e inutiles, y las ha impueſto tābien para ſatisfacer los gaſtos, y dietas de los Miniſtros que han ido à rezibir informaciones de delitos, contrauādos, y exceſos de los miſmos Barones con notable ſin razon, e injuſticia.

De mas a mas conſuma vna gran porzion de los cortos haueres de las Vniuerſidades; la frecuencia de las Squadras de Campaña, que diſcurren por ellas con la neceſſidad de perſeguir los Vandidos, que ſin ningun reſpecto a la Iuſticia (de cuyo nombre, y autoridad abuſan) ſe hazen contribuir la comida, y muchas veces con amenazas de largo alojamiento, y con otros tiranos motiuos, cantidades de moneda, ſiendo pagados de la Real hazienda con puntualidad, y ſe ve que los Preſides, y Audiencias regularmente los mantienen con poca diſciplina antes ſe han experimentado coſas ſemejantes en la ſalida de Auditores, y otros Miniſtros inferiores a los negocios, que V. E. y los Conſſejos les encargan permitiendo, y aun mandando que las tierras paguen lo que ſe gaſta en comer, y bagages, contra las leyes, y Pramaticas, que lo condenan.

Y vltimamente es daño muy vniberſal en todas las doze Prouincias el de la mala adminiſtracion que hazen los Sindicos, y Electos de las Vniuerſidades de el Peculio comun, diuirtiendolo a propios vſos, y acomplazencia de los que deſean gratificar, pues por veinte eſcudos con que regala vn gabeloto, ſuelen amitir la cobranza de centenares, que importara la gauela, y ſe falta à tomarles rigurosa quenta como manda la ley, y ſignificandolos en los gaſtos prohiuidos, y eſcuſables, y reſtituyendo al publico todo lo que los adminiſtradores ſe han enterado, y aunque en muchas partes ſe vſa la ſolenidad, de pedir quantas ſe nombran *Rationales*, que ayan de paliar la verdad, y la razon, y no ſolamente abſoluen los que hà manejado la hazienda, pero los declaran alguna vez acreedores de los pueblos, y ſino obran con facilidad, tienen por lo menos, pretexto para com-

penſar

penſar lo que ellos deuian contribuir con los peſos comunes por muchos años.

De todo lo qual ſe ſigue por conſequencia neceſſaria el daño General, y el mas ſenſible de todos los referidos, que es de los continuos Comiſarios contra las pobres Vniuerſidades, porque diſipado, y diuertido el dinero comun, no periue la Real hazienda, lo que le toca, ni exiguen los aſignatarios de fiſcales, lo que deuen hauer, teniendo facultad de premiar tambien con Comiſarios las Vniuerſidades, y no cobrando los acreedores Iuſtrumentarios ſoliziran las miſmas Commiſsiones (que ſon muy frequentes, por la via del Colateral, y de las Delegaziones de lugares pios, y caſſas particulares) que ſe añaden los que ſe deſpachan por otros peſsos, y creditos, como ſon de la Carrea del Salnitre, y Poluora en algunas Prouincias, Tabaco, Seda, Hierro, Cartas de jugar, Pez, y otras infinitas cauſas, que quando los Commiſſarios executaſen con fidelidad los que ſe les permite, ſerian de intolerable moleſtia, y gaſto, a los lugares, y quanto mas auiendo moſtrado la experiencia que vſan inauditas extorſiones, e injuſticias, y en lo que menos pienſan es la cobranza principal, aplicandoſe ſolamente a ſus dietas, y jornadas, y dejando puerta abierta para voluer dentro de pocos dias al infame exercicio de la commiſion.

Y quanto a los Theſoreros, ò Perceptores, no ſon perſonas de Chriſtiandad, omiten el aſegurar la Caſsa Real por lograr la ocaſion deſta grangeria, por diuider con los Commiſsarios los que ſe ſacan de Dietas, y algunos con pretextos ridiculos no han querido recibir el dinero, y an deſpachado tiranamente el Comiſario, y ſuceden cada dia en los procuradores de la mayor ſuma de los Confiñatarios de fiſcales ſemejantes exceſos, ſiendo cierto, y euidente, que numero grande de Vniuerſidades del Reyno, pagan al año mayores cantidades por razon de Comiſarios, e intereſes cauſados en el modo dela cobranza, que no importa lo que deuen contribuir por todos lo peſos, y cargas que preciſamente han de quedar atraſadas, y en reſiduo, y los Pueblos pobres, y deſtruydos.

A todos eſtos males envejecidos, que tienen reducido el cuerpo material del Reyno de Napoles a vna peligroſa extenuacion, no es facil aplicar medicamento que deſde luego ſane, y deſtierre la grauedad de la dolécia, pueden poner en peligro de acabar mas apprieſa con el enfermo, pero ſin embargo no debe deſmayar el zelo grande de V. E. y la comprehenſion ſingular con que ſe halla de todo lo que perteneze al Gubierno de las coſas de Napoles, porque dando reſpecto, y vigor a la juſticia, y conato a los medios, que aqui ſe repreſentan, mejorara en gran parte la poſtura preſente de las coſas.

Y aſsi parece indiſpenſable la neceſsidad de nombrar algunos Miniſtros zeloſos de bondad, y experiencia, paraque cada vno en las prouiſtas que ſe le ſeñalaren, forme los Eſtados, reintegrazion durable, y modo de Gubierno de las Vniuerſidades con la regulazion, y forma que aqui ſe diſcurrira, y paraque el Erario Real no padezga los gaſtos que trae conſigo la ſalida de los dichos Miniſtros con ſus Officiales, y ſoldados (aunque fueran bien empleados en materia, e intento tan releuante) ſe podria deſtinar el preſente Gobernador dela Duana de Foxa, para la Prouincia de Capiranata, y Contado de Molis, el Conſejero Gobernador de Capua, para la de tierra de lavor; otro Miniſtro Preſide para la Prouincia de Lecche, ya que en acauando con aquella paſaſe con los referidos carga, y pueſto a la de Bari, y eſto miſmo ſe podra platicar con las dos Calabrias, y Abruzos, pues para las Prouincias de Baſilicata, y dos Principados, baſtara otro, que en poco mas de dos años las podria perficionar.

Y ocupados los referidos Miniſtros los Preſidatos con ſu ſueldos, diſpenſando con ellos el gozo delos ſalarios de la Plaza de Napoles (en conſideracion del trabajo extraordinario que han de poner) y de que la mayor parte delas diligencias ſe han de hazer en la propia reſidencia, o en los lugares mas grandes de las Prouincias, y de que ſe ſeruiran de las Eſquadras de las Audiencias pagadas ſiempre con mucha puntualidad por manos de los Perceptores, ſe podran emplear en eſtas comiſsiones con autoridad ſin intereſar la Real hazienda, pues para dos Actuarios eſcogidos, y honrrados, que habra meneſter cada Miniſtro, ſe da prouidencia abajo, en orden aque ſean tambien pagados ſin llegar a las Cajas Reales, porque reſultara del exercicio dela comiſsion beneficio pecionario baſtante para ello, y aun para jornadas delos Miniſtros, quando ſea meneſter que las deuan ganar fuera delas reſidencias, y ſera muy buen principio para los fines, que ſe pretenden el calor que ganara la juſticia en las Prouincias, con Preſides de circunſpeccion, y de las mayores obligaciones dela Toga, como ſe ha viſto en algunas partes, quando V. E. ha tenido Miniſtros de cabal ſatisfaçion.

Deſde la primer hora del arribo ha de procurar cada Preſide publicar bando riguroſo, para que todos los Adminiſtradores delas Vniuerſidades de ſu juriſdicion, ſoto graues penas le remiran notas juradas de todas las rentas, cuerpos, y bienes del publico, con la noticia de los que ſuponen vſurpadas, aſſi de Barones, como de particulares, extendiendo las penas a qualeſquiera perſonas que ſupieren las vſurpaciones, y fraudes, ſi dentro de breue tiempo no los reuelaron, y deſpues deuera paſar, a examinar los miſmos Sindicos, y Electos con particular cuydado pues quando el miedo de Barones, obre, como ſuole, nunca faltan Sacerdotes y Religioſos, que hablan con claridad, vſando la prudencia del Miniſtros otras inueſtigaciones que le ſugeriran el zelo, y la preſencia, y lo que es mas ſeguro, que los de vn lugar en la vien informados de lo que toca a los mas vezinos, y lo diran con franqueza, y para algun caſo oculto, ſe puede ofreçer al reuelante, la ſexta parte de lo que fructara en vn año el cuerpo, que ſe manifeſtare deſpojado al Vniuerſidad.

Con eſta aplicazion ſe formara eſtado de cada pueblo muy real y verdadero, que es lo que no ſe pudo conſeguir en el del Regente Carlos de Tapia, porque ſe hizo en Napoles con las noticias y fees, que ſe iuan remitiendo delas Prouincias ſujetas a los engaños, que cada dia ſe ven, y procurara el Miniſtro dexar corrientes las cantidades, que deuen contribuir los Barones, y perſonas poderoſas, por la buena tenencia, y en caſo, que halle que poſeen cuerpos, rentas, o derechos de la Vniuerſidad, ordenara que ſe la reintegren, y reſtituyan, pues quando el Baron, ſuponga tener razon para continuar ſu poſseſſion acudira a la Regia Camara donde ſe le adminiſtrara juſticia, exceptuando ſolamente el caſo de auer decretos dela miſma Camara, y Sacro Conſejo, ſobre la referida poſseſsion con el Real aſsenſo.

Y paraque los Cuerpos reintegrados, ſe cobren efectiuamente ſin impedimento de Barones, y poderoſos, ſe datan en nota, y cargo a los Theſoreros Prouinciales, paraque ellos hagan la execucion introytando eſtas ſummas a beneficio de la Vniuerſidades, y ſe formara libro general de ellas en la Regia Camara, del qual ſe ſacaran las notas para cada Perceptor a fin de que ſe diligencien (como ordenan ſus inſtruziones) los Cuerpos comunes de las Tierras.

Todo eſto ſe facilitara con mucha ſuabidad, y conſonanzia, con dar a los referidos Miniſtros la ſuperintendencias delas perceptorias cada vno en ſus Prouincias, pues al miſmo tiempo que ſe reſuelva, y ſe auerigue lo que perteneze a vna comodidad, ſe hara la execucion, y pratica dela cobranza, extinguiendo reſiduos, donde la renta abanzare, y ſatisfaciendo lo corriente en donde no los huuiere, no podiendoſe negar, que por lo menos ſe ebiraran los Comiſsarios pues no permitiendo el Miniſtro, que ſe deſpachen quando la llamada de los Sindicos, y Electos, ſiruira de Eſpuela a los renitentes, ſin gaſto, ni intereſes de la Vniuerſidad, y de luz para ſaver en que ſe diuierte el peculio, y quando huuiere algun lugar con verdadera impotencia, ſegun ſe entiende de los muy grauados de fuegos en la vltima numerazion ſera juſtiçia riguroſa el ſuſpender la moleſtia, haſta que ſe haya reducido a proporcion, y equidad el grauamen.

Para eſte fin, ſe abra de puner el mayor çuydado en nombrar buenos Perceptores, obligando al empleo de los Razionales de conocida bondad, y aun perſonas de mayor grado, y quando en los que tienen compradas las Perceptorias, no concurran las calidades neceſſarias (como ay algunos) que ſe les deue reſtituyr el precio de los officios que quedaran a diſpoſicion de la Real hazienda.

Y me parece, que eſte punto es de los mas eſenciales del diſcurſo, y que como precepto capital, lo deue tener preſente V. E. y la Camara, porque en la cobranza puntual de los tributos Regios, logra S.M. el fruto de los rios de plata, y de vna exazion juſta, chriſtiana, y atenta, reſulta alos vaſsallos el mayor aliuio, euitandoſe los gaſtos, vexaciones, y rigores, que ſe an referido arriba, ſegun ſe experimento pocos años ha, con los Razionales Iuan de Alegio, Otauio Caropreſo, Pablo Aranchl, y Baſilio Pizonti, que hauiendo hecho en quatro Prouincias cobranzas quantioſas de lo corriente, y atraſados, han dejado comendable memoria, y amor en los lugares, y moſtrado con euidencia, que eſta en mano de los Exatores el aſsegurar al Rey nueſtro Señor ſus caudales, con ſatisfazion de los Pueblos pobres que los contribuyen por medio de inſtancias cordiales, y eficacias benignas agenas del propio interes, las partes del buen Exator, deſcribio pia, y diſcretamente in Iuriſconſulto en la *ley 33. ff. de vſuris*, con eſtas palabras: *Dummodò non acerbum, nec contumelioſum, ſe prabeat, ſed cum efficacia benignum, & cum inſtantia humanum.*

Y deuo

Y deuo repetir, que no ſe ha de reparar en añadir algunas conueniencias a eſtos Perceptores, porque ſupueſtas la calidades neceſſarias, ſe haze impoderable abançe, y agitur de toto aſe, ſiendo los polos principales de la adminiſtrazion de haziendas *el cobrar bien, y no gaſtar mal*, y juſgo por haccion indiſpenſable, que ſe ordene a la Regia Camara, que haga vna deduzion general de mas de vn millon de ſignificatorias de ſummas incobrables, con que ſe cargan inutilmente los Theſoreros Prouinciales ſin ninguna conbeniencia del Erario, antes el daño de muchos particulares, y Vniuerſidades, que con pretexto de ſer herederos, ò poſehedores de los antiguos ſignificados, reciuen moleſtias inicuas, y los Perceptores de ſatisfaccion ſelven conbojados, en ſatisfazer a la Camara con las diligencias que preuienen ſus inſtrucciones, por ſer en materias antiguas, y la mayor parte delas ſignificatorias, de cautelas, y formalidad, y no de vilanchas, y creditos liquidos.

Bolniendo a la continuacion de las Comiſsiones de los Miniſtros ſe habran de componer tambien de inueſtigar en cada Vniuerſidad los fraudes, que ſe cometen en la contribucion, con pretexto de bienes Eccleſiaſticos, procurando que ſe obſeruen los decretos generales de la Regia Camara (que ay ſobre eſtos puntos) muy conformes a las Bulas Pontificias, y Sagrados Canones, dejando acataſtadas las baziendas que no gozan eſencion, ni immunidad; e informandoſe de los obligos que han concedido los clericatos, a fin de fraudar las contribuciones, ſin la neceſidad del ſeruicio in Diuinis, paraque la Real juriſdicion vſe los medios, que ſuele en eſtos caſos.

Y juntamente habran de hazer en la Ciudades, y lugares grandes, vna reuiſion de quentas ſumarias, ſignificando los Adminiſtradores, que no han cumplido con la Pramatica, y con lo que deuian, condenandolos en las Dietas, y jornadas proporcionadas al trabajo deſtas diligencias de ventas, pues hallandoſe contaminando caſsi todo el Reyno con eſta dolencia, ſe ſacara lo neceſsario, para los Actuarios, que ſe deſtinaren, y quando no puedan cobrarſe las cantidades, en que ſe ſignificaron, en fauor de las Vniuerſidades, quedaran a lo menos con eſte freno, o paraque no adminiſtren mas como deudores del publico, ſegun diſpone la ley, o paraque viuan con mayor cuydado, gubernando con zelo, y rectitud, el peculio de ſus Patria; y de todo ſe dara nota al Perceptor paraque dirija la cobraza contra los bonatenentes, y ſignificados.

En donde ſe viue por taſas, ſe podra facilmente obſeruar el gravamen de pobres, e impotentes en reſguardo de facultoſos, mandando cargar eſtos vn arbitrio regalando, y moderando el peſo de aquellos, conſiderados los exitos neceſsarios del comun, y en donde ſe viue por gauelas ſe podran arrendar alte el Miniſtro, por euitar los monopolos, e imperios con que por alla fuera ſe dan aquien mas amenaza, y negocia por la Vniuerſidad de lo que frutan, quando ſe licitan, y encantan con liuertad de concurrencia.

El vicio deteſtable de la vſura es frequentiſsimo por el Pays, y ſe haze ineuitable a la neceſſidad extrema de los pobres, que la redimen por el derecho natural de comer à diſcrecion de la codicia ſacrilega de muchos Barones, y Vſureros, que para cobrar el exceſo delos intereſes, ſe han hecho dueños de que poſeyan los deudores, quitandoles la caſa, la viña, y los animales de las induſtrias, y dejandolos en ſuma miſeria, luego ſera vien, que los Miniſtros reciban informaciones para caſtigar los reos, y reprimir en adelante tan pernicioſo delito.

Para deſterrar la graueza, de lo que muchos Barones cobran, con titulo de Camara reſeruada, no baſtara, que el Miniſtro ordene a las Vniuerſidades que no le paguen, y aſſi conuendra publicar vna pragmatica, que imponga la pena de reſtituir lo exacto, y lo doblado al Fiſco, con la ſuſpenſion de dos años de la juriſdicion de los lugares, que poſeyere, porque ſin eſta cominacion, y algun exemplar demoſtratino, no ſe conſeguira tan juſtificado fin, y debajo las miſmas penas, y otras arbitrables ſe deueran prohiuir las violencias de aplicarſe las rentas comunes, por jornadas de Miniſtros de vengadas a cauſa de Barones, y juntamente el imponer caxas con propia autoridad, y el impedir con ordenes a los Vaſallos el beneficiar los frutos con la prohiuizion de todas las exaciones grauioſas, y injuſtas, que arriba ſe han referido, encargando premuroſamente a la Regia Camara el cumplimiento, y exe-cucion deſta ley, por ſer punto tan delicado en la conziencia de los Reyes, y ſus Lugarthenientes en el euitar con mayor deſuelo ella tirana apreſſion que exercitan los feudararios en los pobres naturales, cuyos clamores hallan buen lugar en el conſpecto de Dios nueſtro Señor, que ſuele ſatiſfazer ſu juſticia con plagas, y calamidades publicas, no pudiendo ſufrir que la la ſombra de los Officios de Rey, y Gubernador que ſon principalmente para huerfanos, y deſualidos, ſe haya hecho tributo ordinario, ſu ajamiento, y eſclauitud.

Los

Los daños ponderados, que cauſan en las tierras, las Eſquadras de las Audiencias, y otras de la Campaña, poco reparo, rezibiran, ſi los Preſides, no ſon perſonas de zelo deſintereſadas, y amantes del ſeruicio Real, que las mantengan en reſpecto, y obediencia, caſtigando qualquier leue traſgreſſion de lo Iuſto contra Vniuerſidades, pero con todo eſo, ſe pueden vſar dos medios; el primero que los Capitanes de Campaña, o ſus Thenientes ſe obliguen à ſatisfacer, los perjuicios que los Soldados aſſentados por ellos, cometan en los lugares exigiendo en comun, y en particular, lo que no ſe les deue, ſiendo notorio, que los referidos Capitanes, y Thenientes tienen grangeria, en aſentar los Soldados, por hauer tanta gente ocioſa, y perdida en el Reyno, y an hecho venal eſta eleccion, y por ventura no ſera infructuoſa la cautela, porque los Capitanes de Campaña ſon gente acomodada, y tienen que perder. El ſegundo medio ſera publicar vna orden circolar para que todos los Electos, y adminiſtradores de las Vniuerſidades eſten obligados immediatamente deſpues de la partencia de los Auditores, Miniſtros, inferiores, Comiſſarios, y Squadras a remitir relazion, y fees iuradas a S. E. y a la Regia Camara de lo que han gaſtado con ellos, a fin de que excediendo el hoſpicio de lo que permite la Pramatica, ſe pueda dar prouidencia a la reſtituzion, y al caſtigo de las extorſiones. Añadiendoſe aſſi miſmo, que ſea licito a qualquier particular el auiſo, como ſea firmado, y de perſona cierta.

Deſtas referidas diligencias, ſe ſeguira a los aſignatarios de Fiſcales, y acredores inſtrumentarios, el miſmo beneficio, que a la Regia Corte, porque quando ſe diſtribuia bien el caudal reiregrado de la Vniuerſidades habra forma, de que todos ſean pagados, y aſegurados con las fianzas de los aſignamientos, y por eſto los Miniſtros ſeñalados, habran de procurar que ſe euiten los Comiſarios, ò por lo menos examinar la Iuſtificazion con que ſe deſpacharon, prohibiendo al exercicio, ſin que ellos les concedan el executur, no podiendoſe dudar, que los Conſejos, y Tribunales, cometetan todos los negocios, y dependencias que ocurieren por las Prouincias, cuya execucion ſe hara, ſin agrauio, ni vejationes, como ſe puede prometer de Miniſtros de Obligaziones Y grado.

No deue retirar de la reſoluzion de embiar eſtos ſugetos por el Reyno la falta que hazan en ſus Tribunales por tres ò quatro años, porqoe quando no ſe tratase de materia tan ſumamente importante, y digna de la mayor ponderazion deuiera de obligar a ello la neceſidad, de reformar las Audiencias en do ſe obra con mucho deſcuydo, por no decir eſcandalo, no encontrandoſe ſiempre Auditores, y Fiſcales de parte, y ſatiſfacion, que a viſta de Preſides de integridad, y zelo refrenen la liuertad de ſus operaciones, y en fin dentro de Napoles a la preſencia de los Señores Virreyes el menos circunſpecto, y Inſtificado templa ſu deſcomedimiento, y los ofendidos recurren, y ſuplican el reparo de las ofenſas, que rezinen, pero por eſas Prouincias de afuera no ay eſta facilidad, ni todos pueden hablar, ni eſcribir, y los clamores de los agrauiados, no ſe dejan oir deſde lejos con la fuerza del dolor que cauſan, y es grande la autoridad de la Audiencias Prouinciales, con que el abuſo ha producido laſtimoſos efectos, y impoderables daños; y pluguiera a Dios que S.M. ſe redugeſe a aumentar el numero de togados de la Reg. Camara, y del Conſejo de Santa Clara, paraque dellos ſe ſacaſſen ſiempre los Preſides de trienio, que volnerian muy inſtruydos de noticias concernientes al exato cumplimiento de ſus officios.

Vltimamente Iuzgo por muy neceſario, que ſe renueuen riguroſamente las Pracmaticas, que priuilegian las culturas de los campos, y eximen los inſtrumentos de poder ſer ejecutados, ordenan de nueuo, que ſean libres de qualquier execuzion, y por qualquiera cauſa, los que ſiruen, y ſon del arte, y profeſion de qualquier artiſta por hauerſſe viſto cada dia, que quitando los Comiſſarios las Redes aun pobre pecador, la azuela, y eſcoplo a vn Carpintero, y a la azada aun miſerable Iornalero, y que faltandoles el conto caudal para comprarlos, deſpues, que dan ſin empleo, y ſe reducen a mendigar con la ſamilia, ò abandonar el Reyno (como paſſan cada dia de las Calabrias a Sicilia, y de los Abruzos al Eſtado Eccleſiaſtico) y muchas veces a ſeguir vna comitiua de Vandidos, y eſta ley ſera muy conforme a la razon politica, con que las Nazione bien gouernada fauorezen los gremios de todas las artes, y trauajadores, y confieſo que ſera tambien conforme a la ſuma clemencia del Rey nueſtro Señor que ſe condene, y deteſte la impiedad, y rigor de los Comiſarios, eximiendo de la barbaridad de ſu Iuriſdicion el poder ejecutar los veſtidos que actualmente viſten las pobres mugeres, y ſus hijas doncellas, y la humilde Cama, que ordinariamente ſe compone de vn jergon, y vna manta de que vſa toda vna familia, porque en buena Iuriſprudencia es poderoſa la excepcion de la neceſidad, y pobreza contra la mas priuilegiada deuda, y ninguna obliga a poner en contingencia la

ho-

honeſtidad de las mugeres, y doncellas, y para que tenga la Pragmatica cumplimiento à mas de las penas qne comminare, ſe podrà dar faculiad a los Sindicos, y Electos de la Vninerſidades, para que en preſencia de dos reſtigos puedan prender, y aſrgurarſe del Comiſario que contrauiniere, y cometiere ſemejantes exreſos.

Y no ſe atribuya animiedad eſta propoſizion, porque no lo puede ſer ninguna qne mire al aliuio, y conſuelo de la gente mas pobre, y miſerable del Reyno, douiendoſe con vigilante eſtudio ſolicitar no ſolamente por las razones diſcurridas del Gouierno Chriſtiano, ſino porque no teniendo S.M. (Dios le guarde) en Napoles minas de oro, y Plata, y ſacandoſe tan quantioſas ſumas de dinero por la parte, donde las pide ſu Real ſeruicio, y embiandoſe a Roma lo mucho que contribuyen los Eccleſiaſticos por penſiones, y deſpachos, ſe infiere que nueſtras Indias conſiſten en la abundancia de frutos que produce el Pays, luego cada vno delos trabajadores, y jornaleros, que los cultiban, y recogen, ſe a de ayudar, y amparar como planta precioſa del jardin del Comercio, y contratacion; porque de otra manera del menoſcauo, que experimentamos, ſe paſſarà à exterminio, y con el deſamparo, y oluido de los pobres, ſe arrancan las rayzrs de los teſoros Reales, con que ſe mantiene el edificio Politico de la Monarquia.

De rſta ſincera, y mal limada narracion ſacarà la grane cenſura, y juyzio adequado de V.E. lo que juzgare, que conduce al ſeruicio de Su Mageſtad la Diuina, guardo, y proſperi à V.E. como deſeo, y Hemos mayor. Napoles de la Poſada primero de Nouirmbre de 1679.

Ad maiorem Dei; ac Sanctiſſimæ ſemper Immaculatæ Deiparæ gloriam.

SECVNDÆ PARTIS FINIS.

- ANT Δ 319.666

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

XII
E.12.1